MARII NIZOLII BRIXELLENSIS OBSERVATIONVM IN M. T. CICERONEM PRIMA PARS.













CVM DECRETIS AC DIPLOMATIS PONT.
Max. Regis Gallorum, Senatus Veneti, Ducis Mediolani, ne quis &c. ut in ipsis diplomatis continetur.

EX PRATO ALBVINI ANNO AB ORTV CHRISTI M D XXXV.

Francisci Mariæ Piccolominei Episcopi Ilcinensis

MARIVS NIZOLIVS BRIXELLENSIS IOANNI FRANCISCO GAMBARA S. D. P.

IN OMNI *munere largiendo & omnino in omni officio tribuendo, cum multa alia consideranda arbitror Ioannes Francisce Gambara, tum in primis duo, primum ut ei largiamur, cui plurimam gratiam debeamus, deinde ei, qui eo munere quàm dignissimus esse uideatur. Sic enim & officij ipsius ratio postulat & ita traditum est ab ijs, qui hac de re præcepta nobis reliquerunt. Quamobrem cum absoluissem has obseruationes meas in M. Tullium Ciceronem, ac de eis, ut mos est, dicandis mecum cogitarem, tu mihi primus omnium statim occurristi, qui hoc muneris, quale id cunq; esset, tibi quasi tuo iure uendicares. Nam quanquam possum multos commemorare, quibus plurimum debeo, & in ijs præcipue clarissimum & amplissimum uirum eundemq; iuris ciuilis longe peritissimum Mattheum Aduocatum & eius filium Camillum adolescentem omni corporis animiq; uirtute ornatissimum, qui me antea sibi multis & magnis de causis obligatissimum, nunc etiam magis obligarunt, cum in editionem huius operis omnem pecuniam mihi liberalissime suppeditarint, tamen & ipsi qua sunt modestia & cæteri omnes facile patientur, ut me tibi plusquam sibi deuinctum esse confitear. Tu enim primum hospitio me accepisti, quo iam tertium & decimum annum honestissime utor, tu tenuitatem meam liberalitate tua semper sustentasti, tu literas & studia mea nunquam souere & excitare destitisti, tu me omnibus rebus assidue prout facultates tuæ tulerunt, & auxisti & ornasti. quid multa? nisi tu fuisses, ego planè nihil essem. quare non solum mea omnia sed me ipsum prorsus tibi me debere fateor. Neq; uero cum me tibi tam deuinctum esse intelligam, tu non hoc munere quàm dignissimus mihi uideris. quē cum multis alijs nominibus iure laudandum atq; ab omnibus suspiciendum arbitror, tum uero maxime hac de causa, q̄d miro quodam literarum atq; omnium bonarum artium studio incensus es, & cum non solum latine sed etiam græce luculenter scias, attamen in dies singulos & plura discere & doctior euadere conaris. Nam eximia liberalitas & magnificentia, qua non modo tu, sed tota domus Ganbara in primis commendatur, præterea religio, pietas, morum suauitas, cæteræq; uirtutes ita in te eniteut, ut cum multis alijs principibus uiris & paribus tuis tibi sint communes, at uero tantum scientiæ ac sapientiæ studium omnino cum paucissimis. Non enim ut Neoptolemus ille Ennianus paucis tibi philosophandum putas, sed ut Cato ille sapiens dicitur etiam in curia dum Senatus cogeretur, lectitare solitus, & hanc ob causam helluo librorum appellatus, sic tu cum per familiares occupationes licet, nunquam intermittis studia doctrinæ: & cum doctissimos quosq; utriusq; linguæ scriptores frequenter legas, tamen unius Ciceronis lectione potissimum delectaris, & eius dicendi genus sane quàm feliciter adumbras. quamobrem has obseruationes ex omnibus Ciceronis operibus collectas & ad eloquentiam adipiscendam, ut nos arbitramur, maxime utiles ac necessarias, tibi & Ciceronis & eloquentia studiosissimo potissimum conuenire sumus arbitrati. & eo magis quod eas ab hinc annos nouem (ut scis) tua cohortatione & impulsu quasi coacti elaborandas suscepimus, tum deinceps reliquis annis opibus & liberalitate tua sustētati maximis laboribus uigilijsq; iam tandem ad exitum pduximus, ad extremum uero etiam iussu tuo curauimus, ut ad Pratum Albuini atq; in ędibus tuis imprimerētur, (utēdum est enim uerbo nouo in re noua) atq; ita ad commune studiosorum oīum usum in lucē ederentur. Quibus oībus de causis has ipsas iure optimo tibi dicamus & nomini tuo consecramus, teq; earum constituimus tanq̄ patronum & tutorem, ut quod opus te authore, adiutore & quasi perfectore natum est, id ipsum etiam in nominis tui præsidio a maleuolentissimis inuidorum obtrectationibus tutum appareat. Nam sunt plurimi hoc tempore, qui non solum nobis laboribusq; nostris sed etiam ipsi (si Dijs placet) Ciceroni grauiter obtrectant, editis nescio quibus Ciceronianis & Ciceronibus relegatis. Quibus omnibus equidem hic respondere & eorum ridicula obiecta refutare decreueram, sed alijs occupationibus districtus rem hanc in aliud tempus differre coactus sum. quare dum nos hoc faciamus, tuæ interim partes sunt, ut & obtrectatoribus istis fortiter resistas, & nos Ciceronemq; simul defendas ac tuearis. quanquam Cicero ipse per se ita defensus est, ut nullis cuiusquam maledictis tanti uiri authoritas diminui possit. In quo ego obseruando si & tibi & cæteris qui tantopere genus hoc lucubrationis cupere uidebantur, satisfeci, gaudeo uehementerq; lætor, sin minus grauiter doleo & me minus potuisse quàm uoluerim & te non tantum assecutum esse quantum speraueris. Quam autem hoc totum, quantum id cunq; est, quod præstitimus ad eloquentiam comparandam & utile & necessarium sit, non mihi hic arbitror pluribus explicandum, nemo enim est nisi plane rudis & imperitus, quin sciat ad bene latine loquendum scribendumq; quantum habeat uirium ac momenti non solum uerborum uere latinorum sed etiam rerum ac sententiarum copiosissima atq; elegantissima supellex, qualem nos ex M. Tullio Cicerone hoc est ex ipso eloquentiæ parente & tibi & cæteris bene dicendi studiosis in hisce obseruationibus suppeditasse arbitramur. Quare iam fidenti animo perge incumbere in istud studium, in quo es, & ad eloquentiæ principatum toto animo, ut facis, atq; omni studio contende. Vale.*

INDEX ET EXPLANATIO NOTARVM SIVE VERBORVM QVORVNDAM AMPVTATORVM, QVIBVS SINGVLA CICERONIS OPERA IN HIS OBSERVATIONIBVS CITANTVR.

QVAE IN HIS OBSERVATIONIBVS PROPRIVM CAPVT NON HABENT, EA REPERIVNTVR, VT INFRA.

E regione, in uocabulo regionis. Ex improuiso, in uoce improuisi. Ternus, quaternus, quinus, in uerbo bini. Triumuir, Quinqueuir, Septemuir, in noïe Duumuiri. Duodeuiginti, duodequadraginta, in uocabulo undeuiginti. Et cætera, quæ plurima sunt eodem modo inuenies.

Cum caput aliquod uocabuli uidere uoles, idq; loco suo positum non reperies, in extrema parte primi aut secundi uoluminis quærito, nam ibi plurima ante omissa restituenda curauimus.

MARII NIZOLII BRIXELLENSIS OBSERVATIONES IN M. T. CICERONEM.

LITERA. Cic. d D. 85. a. Sus rostro humi a literã impressit.

A A, uel ab, uel abs, præpositio. Cic. Or. 212. a. Vna præpositio est ab uel abs, eaq; nũc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est, nam amouit dicimus & abegit, & abstulit, ut iam nescias ab ne uerum sit an abs, quid si etiam abfugit turpe uisum est? & abfer noluerunt, aufer maluerunt? quæ præpositio præter hæc duo uerba nullo alio in loco reperitur.

Ab illo & extra illud, nonnunq; idem ualent. Ci. d In 55. a. Separata est igitur ab assumptione approbatio. & ibi. Separatum quiddam est extra assumptionẽ approbatio.

Ab aliquo facere, cum aliquo facere, ab aliquo stare, cum aliquo stare, ab aliquo esse, pro aliquo esse, ab aliquo dicere. Hæc atq; alia si qua sunt, huius generis effata, hãc habent uim ac sententiã ut si diceres, adiuuare & defendere aliquem, uel causam alicuius defensionemq; confirmare.

Ab aliquo facere. Ci. d In 59. a. Commune est quod nihilo magis ab aduersarijs q; a nobis facit.

Cum aliquo facere. Ci. p Syl 174. a. Si Cassius respondisset idem sentire & secum facere Syllam. et d D. 133. a. Demosthenes iã tum φιλιππίζειν Pythiam dicebas, idest quasi cum Philippo facere. & Part. 241. b. Defensor autem de æquitate nitatur, & ea cum secum faciat, non re sed deprauatione uerbi se urgeri queratur. & p Plan. 277. a. Cum ille secum illos facere clamitabat. & p Cecin. 300. a Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur. & p Quin. 17. a. Veritas cum hoc facit.

Populus cum illis facit. d Fin 73. b.

Ab aliquo stare. Ci d In. 57. b. Aut a se potius q; ab aduersarijs stare. & 42. b. Stare a mendatio contra uerum.

Vt nemo contra ciuiũ perditorum popularem demẽtiam a senatu & a bonorum causa steterit constantius. Cic. d Cla. 190. a. Stare a uoluntate scriptoris. Ci d In. 78. b. et ibi. Stare a sententia &c. & Ad Her. 24. b.

Cum aliquo stare. Cic. d In. 80. a. Si quid de æquitate ea quę cum aduersario staret, derogasset. & d Fin. 116. b. Non stantem cum ijs, qui &c.

Ab aliquo esse. Cice. d Ora. 89. b. Sed uide ne hoc totum Scæuola sit a me.

Qui sunt ab ea disciplina. Ci. Tusc. 176. b.

Pro aliquo esse. Ci. p Clu. 36. a. Hęc indicia partim nihil contra Habitum ualent, partim etiam pro eo sunt.

Quæ sunt pro aduersarijs infirmari debẽt. d Ora. 96. b.

Hoc non modo non pro me sed contra me est potius. Ci. d Or. 110. a.

Ab aliquo dicere. Cic. p Clu. 37. a. Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat.

Quemadmodum ei dicebamus, qui a scripto diceret, hoc fore utilissimum. Ci. d In. 80. a.

A testibus dicemus secundum authoritatem & uitam testium. Ad Her. 8. a.

Hæc etiam exempla, quæ sequuntur, ad superiora uidentur pertinere. Cic. d In. 69. b Locus communis a translatione & contra eũ qui translationem inducit. & ad Her. 8. a. Loci communes sunt a testibus, contra testes, a quæstionibus, contra quęstiones, ab argumentis contra argumenta, a rumoribus, contra rumores.

Habere aliquem secum. Ci. At. 257. b. Brutus uidetur mihi & plebeculam urbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos secum habiturus.

Hoc non modo non est contra me, sed maxime meam causam defensionemq; confirmat. Ci. p Clu. 38. b.

Ab aliquo & ex aliquo soluere, uel persoluere, uel dare, uel repręsentare, uel numerare, uel suppeditare quis dicitur, si quod ipse alicui debet, id curet ut alius pro se ac nomine suo soluat uel persoluat uel det uel repræsentet &c.

Ab aliquo soluere. Ci. At. 114. a. Frater laborat, ut tibi qđ debet, ab Egnatio, soluat. & p Cec. 228. a. Hac emptione facta pecunia soluitur a Cæsennia. & At. 83. a. Hoies nõ modo nõ recusare sed etiã hoc dicere, se a me soluere.

Ab aliquo persoluere. Ci. Sinite me, quod uobis fretus huic sæpe promisi, id a uobis ei persoluere.

Ab aliquo dare. Ci. p Flac. 153. b. Ab Aulo Seruilio dicit se dedisse & a suis fratribus. & At. 83. a. Quod enim pretori dare consuescent, quoniam ego non acceperam, se a me quodammodo dare.

Ab aliquo repręsentare Cic. At. 194. b. Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus, dũ a Faberio repræsentabimus.

Ab aliquo & ex aliquo numerare. Ci. p Fla. 155. b. Si prętor dedit, a quęstore numerauit, quæstor a mensa publica, mensa aut ex uectigali aut ex tributo.

Ab aliquo suppeditare. Ci. ꝯ Rul. 72. b. Sumptũ haurit ex ærario, suppeditat a socijs.

Misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. Ci. ꝯ Rul. 74 b.

Ab equitatu firmus, ex doctrina nobilis, idest ut quidam exponunt ob equitatum firmus, propter doctrinam nobilis, alij aliter has loquendi formas interpretantur, nos eas intellectu faciliores existimamus quàm ut interpretationis atq; explicationis indigeant.

Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Ci. Ep. 152. b. & 120. a. Paratus ab exercitu. & At. 112. a Sumus flagitiose imparati cum a militibus tum a pecunia. et d Cla. 170. a. Ille gręcus ab omni laude felicior. & p Rab. 126. a. Demetrius ex doctrina nobilis & clarus. & p S. R. 32. b. Vir ab innocentia clementissimus. et d Cla. 179. a. Instructus a philosophia naturali, ab historia. & 186. a. Mediocriter a natura instructus.

A ualentiore interire. Ci. Acad. 44. b.

Denudari a pectore. Ci. I. V. 242. a.

Nudus a propinquis, nulla cognatiõe munitus. Ci. Post. 199. b. & p Dom. 225. a. Tam inops eram ab amicis, tã nuda resp. a magistratibus? & At. 1. a. Inops ab amicis. & d Cla. 185. a. Tũ erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. & Q Fr. 317. a. Nunq; a causis & iudicijs districtior fui. & Off. 14. a. Qui inuictum se a labore præstiterit. & d. D 118. a. Pinarij natę nobiles, a nobilitate igitur periculum.

A,uel ab,pro post,uel ante.Ci.d Or.143.a.Qui annus ei primus ab honorum perfunctione fuit. idest post.et At. 214.b.Ab ea igitur(ut scribis)idest post eam auctionem uenies. & p Clu.7 b. Ab illo tempore, idest post & Or.218 a.Proximus a postremo,idest ante postremum. Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. d N.62.a.

Ab illo tempore secum illos habuit.Ci.I.V.206.b.

Ab hora tertia bibebatur.Ci.I.V.180.a.

Cuius a morte tertius est annus.Ci.d Sen.80 b.

Animus uixit ab omni æternitate,idest quod dicût,ab æterno.Ci d D.104.a. Ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna.Ci.d D.106.b. Cerimoniæ ab omni uetustate acceptæ.Ci.d Ar.250.a.

Non ego hęc a me prompsi,sed fortuito incidi in hunc sermonem.Ci d Or.94.a.

Sed ipsum a se oritur,& sua sponte nascitur. Ci.d Fin, 81.a. A se aliquid facere.Ci d Or.

Si est calor a sole se opponunt.Ci.d N.51.b.

Mare nunc,qui a sole collucet,albescit. Ci.Acad.26.b.

Firmos exercitus habemus ab occidente.Ci.At.279.a.

Minime totum amorê ab ea mecû abstuli. Ci.At.150.a.

Laterum inflexio non ab scena & histrionibus,sed ab armis aut etiam a palestra.Ci.d Or.163 b

Tantum ne est otij ab re tua tibi,ut etiam oratorem legas?Ci.At.188.a.

Cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit afferre.Ci.d Leg.191.a.

Mars communis,qui sæpe spoliantem iam et exultantem euertit,& perculit ab abiecto.Ci.p Mil.112.a.

Quibus ea res honori fuerit a suis ciuibus.p Mil 220.b.

Velim tranquille a Parthis.Ci.At.82.a.

Bacillum leuiter a summo inflexum.Ci.d D.86.b.

Antonius a fronte a tergo a lateribus tenetur.At.189.b.

Iupiter cornicem a leua, coruum a dextra canere iussit. Ci.d D.82.b.

Ab alta porta capenas ager est.Ci.ꝫ Rul.79.a.

Cû sinistra capillû eius a uertice teneret.Q.d Pet.206.b

At tu illo ipso tempore apud forum tuum prope a meis ædibus sedebas.Ci.I P.85.a.

Multi præterea improbi,quos quidem a se primum numerare possunt,qui hæc loquuntur.Ci.I.A.210.a.

Liberi effingunt a parentibus & mores & formas. Cic. d D.128 a.

Illud certe scio,me ab singulari amore, quęcunque scribo, tibi scribere. Ci.At.142.a.

Tres uiæ sunt ad Mutinam,a supero mari Flâminia,ab infero Aurelia,media Cassia.Ci.I.A.243.b.

Funiculus a puppi religatus Ci.d Iu.01.b.

Pollucê seruû a pedibus meû Romam misi.At.222.a.

Allienus a subsellijs.Ci.I.V.62.b.

In omni uerbo natura posuit acutam uocem, nec una plus nec a postrema syllaba citra tertiam.Ci.Or.202.a.

Quod Augures omnes usque a Romulo decreuerunt. Ci. in Vat.33.a.

At uellem a principio audisse te amicissime admonentem.Ci.At.98.b.

Qui ab adolescentulo quęstum sibi instituisset sine impendio Ci.p Quint.2.b.

Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse,mortem ut negligamus.Ci d Sen.92.b.

Infinito ex tempore non ut antea ab Sylla Pompeioque Coss.Ci.ꝫ Rul.77.a.

Qua uoce a te Romule post urbem conditam consul usus esset,eadem &c i.te authore.Ci.Post.209.b.

Vt primum a digressu tuo Romam ueni.Ci.At.3.b.

Grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant uoces q̃ tabellæ,idest a potentissimis hominibus.d L.191.a

ABACVS, CI.

Ci.I.V.207.b.Ab hoc Abaci uasa omnia,ut exposita fuerant,abstulit.&.212 b.

Abacos q̃plures ornauit argêto auroque cœlato.Tus.240

Abalienatio.Ci.Top.223.a.Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est,aut traditio alteri nexu,aut in iure cessio,inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Abalieno,as. alieno,disiungo.

Ci.ꝫ Rul.79.a.Agros uectigales populi Rom.abalienare.&.80.b.Vectigalibus abalienatis socijs uexatis.

At uero Pompeij uoluntatem a me abalienabat oratio mea.Ci.I.A.167.b.

Totum se a te abalienauit Dolobella.Ci.At.232.b.

Eaque omnia ualde beneuolêtiam conciliant,abalienantque ab ijs,in quibus hęc non sunt.Ci.d Or.125.a.

Qui nos quos fauendo retinere potuerunt,inuidendo abalienarunt.Ci.Ep.7.b.

Qui a senatu hoiem clarissimû abalienauerût.Ep.9.b.

Nonne abs te iudices ablienes?Ci.d Or.137.a.

Hominem excellentem nonnihil suspicantem te ab se abalienatum,illa epistola retinere potuisti.Ci Ep.6.b.

Iudices erant a Cępione propter iudicia abalienati.Ci.d Or.117.a. Esse animo abalienato.Ci.At.2 b.

Abarea uel Abazea instituta Dionysij.Ci.d.N.71.a.

Abauus,ui. Aui nostri Auus.Ci.d Cla.183.a.Auus,pro auus, abauus.

Abdera,rę græce ἄβδηρα urbs Thracię.Cic.At.64.b.Hic Abdera non tacente me.

Abdico,as.abrogo,imperium depono.

Ci.d.N.28.a Senatus ut abdicarent,consules abdicarût. et infra.Côsules imperium statim deponere maluerunt.

Quid magnificentius q̃ posse decernere,ut magistratu se abdicent Coss?Ci.Tusc.176.a.

Antonius eo die non modo consulatu sed etiam libertate se abdicauit.Ci.I.A.185.b.

Itaque tutela me abdicare cogito.Ci.At.85.a.

Abdicare se magistratu.Ci.d D.224.a.Abdicare se pręturа Ci.I.C.113.a.

Abdicat filium pater dum uiuit, exhæredat post mortê.

Abdico,cis.quasi repudio uel reijcio.Ci.d D.87.a. Cum in quatuor partes uineam diuisisset,tresque partes aues abdixissent,quarta parte,quæ erat reliqua in regione distributa mirabili magnitudine uuam inuenit.

Abdite occulte.Ci.I.V.145.a.Aliquid ita côditû esse atque ita abdite latere,ut oî diligêtia inuestigari nô possit.

Abditus,a,um.Ci.Off.35.a.Nec aurum effoderetur penitus abditum. & d N.56.b. Venæ auri penitus abditæ.&.11.b.Res penitus abditæ & res occultæ. & At. 246.a.

246.a. Hae loca uenusta sunt, abdita certe, & si quid scribere uelis ab arbitris libera. & I.V.77.b. Res retrusa atque abdita in tenebris. & de Ar. 257.b. Abditi & penetrales foci. & Q. de Pet. 211.b. Quae significant naluntatem esse abditã & retrusam, parui refert pattere bostium.

Abdo, dis. occulto, retrudo.

Ci. At. 56.a. Ille se in interiorẽ partem ædiũ abdidit. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. Ci. Ep. 217.a. & 108.a. Abdo me in Bibliothecam.

Et sese abdiderit in classem. Ci. Ep. 134.b.

Natura eas partes contexit atque abdidit. Ci. off. 25.b.

Ego me ut scripseram in Arpinum non abdidi. Ci. At. 259.a. & 138.a. Neque me in Arpinum hac tempore abdam.

Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Ci. p Mil. 109.b. Aliàs tenebras.

Qui dispersos homines in agris & in tectis sylnestribus abditos ratione quadam compulit in unum locum. Ci. d In. 42.a.

An amici tui tabulas abdiderunt? Ci. I.P. 87.b.

De uxore Tuberonis non possum iam abdere, est enim res peruulgata. Ci.

Si qui ita se literis abdiderunt. Ci. p Arch. 188.a.

Qui luci ediderat genitor Saturnus idem, Abdidit. Ci. d. D. 121.b.

Is domum se abdidit. Ci. I.P. 99.b.

In Ægyptum nos abdimus. Ci. At. 154.a.

Abdere se in terram. Ci. d. D. 119.a.

Abdomen, nis. apud Ciceronem pro uitio uẽtris ac gutturis, quã gulositatẽ nocãt, aliquoties repitur. Ci. p Sest. 24.b. Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. & I.P. 88.a. Ille gurges natus abdomini sua nõ laudi atque gloriæ. & 93.b. Oculorum delectationi abdominis uoluptates anteferre.

Abduco, cis. remoueo, aufero, abstraho, auerto, traduco. Ci. d. N. 34.b. Nihil est difficilius q̃ a cõsuetudine oculorum aciem mentis abducere. & 93.b. à consuetudine oculorũ animum abducere. & d Or. 136.a. Abducere animos a contraria defensione, & ad uastram conor traducere.

Abducunt homines nonnunq̃ ab institutis suis magnitudine pecuniæ. Ci. I.V. 202.b. Equidem nos abducã à testibus. Ci. p Cel. 41.b.

Hic est Dacimus, ad quẽ iste d duxerat tertiam Isidori Mimi filiam ui abductam a Rhadio Tibicine. Ci. I.V. 165.a.

Decianus uxorẽ adduxit ab Amynta prægnantem. Ci. p Flac. 162.a.

Abducere discipulum a doctore. Ci. d Fin. 142.b. & d Or. 112.a. Abducere discipulus ab aliquo.

Abducere seruum ab aliquo. Ci. p Deio. 149.b.

Brutus equitatum ad se abduxit Dolobellæ. Ci. I.A. 236.b.

Abducere legiones ab aliquo. Ci. I.A. 226.a. & Auertere ibidem.

Abducere animum à solicitudine vel à vitijs. Ci. Ep. 43.a. & a molestijs. Ci. At. 137. & ab querelis. 36.a.

Ita vt moues, quãtum potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducam. Ci. Epi. 70.a.

Abducere cogitationẽ à consuetudine. Ci. Tus. 156.a.

Abducere aliquem à studijs. Ci. Epi. 49.a.

Me nec domesticus dolor, nec &c. à rep. abducet. Ci. Epi. 59.a.

Auferre & abducere aliquid Ci. p. Quinti. 15.b.

Curio te à meretricio quæstu abduxit. Ci. I.A. 169.a.

Q. etiam Catulum filium abducamus ex acie. i. a iudicijs. Ci. d Cla. 184.b.

Abduco me ab omni reip. cura, dedoque literis. Ci. Q. Fr. 326.a. & p. Flac. 161.a.

Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis authoritate abduceretur ad meretdem atque quæstum. Ci. d D. 99.b.

Nec ab isto officio abduci debui. Cl. Am. 97.a.

Abducere aliquem fide. Ci. p Flac. 161.a.

Abea, abis, discedo, transeo, cõcedo, facesso.

Ci. I.A. 257.b. Quin Tu abis in malam pestem malumque cruciatum?

Nausea iam planè abijt. Ci. At. 226.a.

De loco nunc quidem abijt pestilentia. Ci. Epi. 232.b.

Abijt illud tẽpus, mutata ratio est. Ci. p Mur. 125.b.

Prætor de sella surrexit atque abijt. Ci. I.V. 234.a.

Nunquid causare quin ab iudicio abeat turpissime vi ctus? Ci. p. Q. R. 51.b.

Illa mea, quæ solebas antea laudare, e hominem facilem, u hospitem non grauem, abierunt. Ci. Ep. 158.a.

Nune abeo ad vulgi opinionem. Ci. off. 68.b.

De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Ci. I.V. 99.a.

Quid ad istas ineptias abis inquies? Cl. p. S.R. 25.b. & ibi ne iangius abeam. & p Cecin. 303.b. Vt ne lõgius abeam.

Et si hae inquit fortasse non poterit sic abire. Ci. d Fin. 125.b.

Ad summã non possunt istæc sic abire. Ci. At. 222.b.

Cato autem sic abijt è vita. Ci. d Fin. 164.a.

Atque abeuntem magistratu concionis habende potestate priuauit. Ci. Ep. 60.b.

Cũ abiens cõsulatu sum domũ reductus. Ci. At. 11.a.

In quos enim sumptus abierunt fructus prædiorum? Ci. At. 161.a.

Aberratio, onis. Ci. At. 199.a. Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere & Ep. 254.a. Verum tamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus.

Aberro, as. recedo, deerro, animum abduco.

Ci. p Cecin. 295.a. Ne ab eo, quod propositum est longius aberret oratio.

A quo homine iãdudum non aberrat oratio tua. Ci. d Or. 122.b. & 96.b. Aberrare ab eo, quodcunque tibi proposueris.

Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc renocetur oratio. Ci. off. 27.b.

A cuius inuentis ego tibi videor non longe aberrare, Ci. d Or. 123.a.

Qui si aberrant à coniectura video tamen quid sc-

quantur.Ci.d.N.21.a.
Si ædilis verbo aut si nutu aberrauit, ludi non sunt rite facti.Ci.d Ar.249.a.
At ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tn aberro.Ci.At.199.a.i.à dolore aium abduco.
Sed te de æternitate aberrare proposito facile patiebar.Ci.Tus.165.b.
Vereor ne nihil coniectura aberrem. Cic.At.236.a. aliàs a coniectura.
Aberrare à communi vtilitate.Ci.p Lig.140.a.
Aberrare à distributione.Q.d Pet.212.b.
Aberrare à proposito. Cic.d Fin.118.a. &.145.b. aberrare &c.
Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. Cic.d Fin.115.a.
Animus aberrat à sententia suspensus curis maioribus. Ci.I.At.209.b.&.243.b.
Attendite quæso num aberret à coniectura suspicia periculi mei.

Abhinc.ex hac die.
Ci.I.V.81.b.Quæstor Cn.Papirio consule fuisti abhinc annos quatuordecim.&.113.a.
Horũ pater abhinc dua & viginti annos est mortuus.
Abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negaui &c. Ci.I.A.182.b.
Si Cn.Pompeius abhinc annos quingentos fuisset.Cic.p Cor.57.b.
Abhinc amplius annis.xxv.pro cornificio spopondi. Ci.At.160.b.
Quo tempore? abhinc annis.xv.Ci.p.Q.R.51.a.
Mihi libertus domum ex hac die biduo ante conduxerat.Ci.I.P.92.b.
Offendit eum mensem comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.Ci.I.V.

Abhorreo,es.abhorens sum, aspernor, fugio, absum, religioni habeo, discrepo, alienus sum ab aliqua re, longissime sum remotus, Longissime absum à voluntate faciẽdi aliquid, alienũ animum ab aliqua re habeo.
Ci.epi.28.b.Bibuli voluntas à me abhorret,&.97.a.
Cum ab ea sententia Pompeius abhorreret.&.209.a.
Est præterea Suffidius studijs nostris non abhorrens. &.16.b.Libri de Or.abhorrent a cõmunibus præceptis.&27.a.abhorreo ab vrbe relinquenda.
Homo à iuris studio non abhorrens.Ci.d Or.99.b.
Sin plane abhorrebit & erit absurdus, vt se contineat admoneba.Ci.d Or.116.b.
Abhorrere à consuetudine cõis sensus. Ci.d Or.86.a.
Vsq; eo quæ dicenda de iustitia putabat, à vitæ cõsuetudine & à ciuitatum moribus abhorrebant. Cic. d Or.104.a.
Nemo illum aditu, nemo congressione nemo sermone dignum indicabat.
Omnes illum aspernabantur atq; abhorrebant, omnes vt aliquam immanem pernitiosam bestiam pestemq; fugiebant.Ci.p Clu.26.a.&.53.a. Quid vnq̃ Habitus in se admisit vt hoc tantum facinus ab eo nõ abhorrere videretur?
Cœlius longe ab ista suspitione abhorrere debet.Cic. p Cœl.39.a.
Genus orationis inusitatum & abhorrens ab auribus vulgi.Ci.d Or.149.a.
Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, lõgeq; à nostris sensibus abhorrens.Ci.d Or.91.b.
Quintus à ducenda vxore abhorret.Ci.At.228.a.
Delectus iniuitorum atq; à pugnanda abhorrentium. Ci.At.110.b.
Ego nunq̃ à genere isto studia ac voluntate abhorrẽs fui.Ci.p Flac.147.b.
Alij talibus vitijs abhorrent.Ci.d Fa.141.a.
Causa ipsa abhorret illa quidem formula consuetudinis nostræ.Ci.d Op.144.b.
Tanta temeritas vt non procul abhorreat ab insania. Ci.p.S.R.29.b.
Seq; ab his nuptijs abhorrere vidit. Ci.p Clu.22.b.
Quod abhorret etiam ab hominis constantia. Cic. d.D.134.b.
Animo illũs abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu.Ci.I.A.210.a.
Nisi forte frustra Deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret.Ci.Oct.329.b.
Et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriũq; comprobatione fugiamus.Ci.Off.26.a.
Nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa.P.Sestij abhorrebit oratio mea. Ci.p Sest.23.a.
Id etsi à veritate longe, tamen à consuetudine criminandi non multum abhorrebat.Ci.p Deio.147.a.
A quo mea longissime ratio voluntasq; abhorrebat. Ci.I.C.110.a.

Abiectio, onis. Cic. I.P.98.b. Debilitatio atque abiectio animi.

Abiectus,a,um.demissus, humilis, afflictus, contemptus, summissus, iacens.
Ci.p Clu.37.a.Non quod illi causam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent.
Senatum abiectum excitaui.Ci.At.12.a.
Cum ipsi inter nos abiecti neglectiq; sumus. Cic.d Fin.104.a.
Verba non abiecta, res compositæ diligenter. Cic.d Cla.186.a.
Exanima vxor.abiecta mea filia.Ci.I.C.118.b.
Hic abiectus non tam ad pedes q̃ mores sensusq; nostras.Ci.p Cæl.54.a.
Sæpe in quibusdã est animus abiectior, & spes amplificandę fortunæ fractior.Ci.Am.107.a.
Sum animo perculso & abiecto.Ci.At.40.a.
Oratio humilis et abiecta.X.alta & exaggerata. Ci. Or.215.b.
Homo contemptus & abiectus.Ci.ʒ Rul.85.a.
Desertus & abiectus.Ci. Ep.5.b.
Humilis & abiectus.Ci.d Fin. 138.b.
Summissus & abiectus. X.se efferens.Ci.off.25.a.
Abiectus & semiuiuus.Ci.I.P.86.a.
Comicorum Senarij abiecti.Ci.Or.215.a.

Abiegnus,a,um.Ad Her.12.b.Abiegnę trabes.
Nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, arga

illa

illa facta non esset. Ci. Top. 216. a.

Abigo, gis.

Ci. d Or. 131. b. Puer abige muscas.

Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. Ci. p Clu. 24. a.

Illi familias arripuerunt, pecus abegerunt. Ci. I. P. 97. b.

Iste greges equarũ abigendos curauit. Ci. I. V. 81. b.

Pestem abige a me. Ci. Acad. 22. b.

Abijcio, cis. depono.

Ci. p Sest. 16. b. Atque insigne regium, quod de suo capite abiecerat, reposuit.

Virgines se in puteos abiecerunt. Ci. đ Pro. 70. a.

Polycrates annulum quo delectabatur in mare abiecit. Ci. đ Fin. 146. b.

Susceptum onus aut propter perfidiã abijcere aut pp imbecillitatem aĩ deponere. Ci. p. S. R. 20. a.

Relinquũt enim et abijciunt obedientiã. Ci. off. 20. b.

Gloria parta non delectari, sed totam abijcere atq; deponere. Ci. đ Or. 128. a.

Hic se abiecit exanimatus. Ci. p Sest. 20. b.

Abijcere & prosternere se. Ci. p ad. 118. a.

Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit. Ci. At. 55. a.

Abijcere se ad pedes alicuius. Ci. At. 123. b. & accidere ad pedes alicuius. Ci. At. 9. b.

Frangere & abijcere aliquem. Ci. đ Fin. 151. a.

Quantaq; contentione Titiũ inter cessorem abiecerim ex alterũ Te literis malo cognoscere. Ci. Ep. 151. a. b.

Abijcere voluntatẽ discendi simul cum spe perdiscendi. Ci. d Or. 121. b.

Fannius ædificandi consilium abiecerat. Ci. At. 74. a.

Nam omnem nostram de rep. curam, cogitationem de dicẽda sententia, cõmentationem causarum abiecimus. Ci. Ep. 138. b.

Quæ cum audissem abieci consilium profectionis. Ci. At. 256. a.

Quanq̃ tui monitis & præceptis omnis abijciendus est dolor. Ci. Ep. 70. a.

Qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem. Ci. Am. 102. a.

Natura cum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Ci. đ Leg. 161. a.

Abiecta omni cunctatiõe facere aliquid. Ci. off. 15. a.

Omnem se amorem abiecisse illinc. Ci. I. A. 175. a.

Quæ minus antea ob infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea ille abiecit. Ci. At. 254. a.

Qui omnes cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilem tamq; contẽptum. Ci. đ Am. 102. a.

Abijcere omnem timorem. Ci. Ep. 178.

Εγκλίματα illa tua non abieci. Ci. At. 86. a.

Abijcere hastas. Ci. p Mur. 134. b.

Abitus, tus: discessus. Ci. I. V. 175. b. Post abitũ huius etc.

Abiudico, as. X. adiudico, ꝓprie aũt abiudicare est per sententiam auferre & alteri addicere.

Cic. I. V. 68. b. Nulla res per triennium nisi ad nutum istius iudicata est, nulla res cuiusq̃ tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur.

Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. Ci. p Cecin. 304. a.

Vbi plus mali q̃ boni reperio id totum abiudico atq; reijcio. Ci. d Or. 118. a.

Rationem veritatis ab hoc ordine abiudicari. Ci. I. V. 77. a.

Abiudicare aliquid ab aliquo. X. Adiudicare aliqd alicui. Ci. ꝫ Rul. 74. b.

Abiungo, gis. Remoueo, separo.

Ci. At. 21. b. Demosthenes se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxit.

Abiuro, as. aliqd me nõ habere vel nõ promisisse iuro, Ci. At. 5. a. Mihi abiurare certius est q̃ dependere.

Ablego, as. amando, remoueo, dimitto.

Ci. I. V. 124. a. post illos adhibuit, quos ablegarat.

Qui honestos homines, qui causam norint, ableget, consilioq; dimittat. Ci. I. V. 125. a.

Remouere & ablegare aliquem. Ci. I. V. 252. b.

Dimisso atq; ablegato consilio. Ci. I. V. 123. b.

Hęc legatio à fratris aduẽtu me ablegat. Ci. At. 33. b.

Abluo, is.

Ci. p. S. R. 30. a. Ita iactãtur fluctibus, vt nũq̃ abluãt.

Perturbatio animi placatione abluitur. Ci. Tus. 222. a.

Abluere pedes alicui. Ci. Tus. 237. b.

Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem. Ad Her. 28. b.

Abnuo, is. nego, recuso.

Ci. đ Fat. 140. b. Nihil enim unq̃ abnuit voluntas tua studio meo.

Et intelligas quid quisq; concedat, quid abnuat. Cic. đ Fin. 64. b.

Non abnuo, non recuso, Ci. p Mil. 121. a.

Quorum nemo unq̃ tam audax fuit, quin abnuerit à se commissum facinus. Ci. đ. L. 164. a.

Abnuto, as. Ci. đ Or. 158. a. Quid te adiri abnutas? meolius esset, vetas, prohibes, absterres.

Abortio, onis. Ci. p Clu. 24. b. Si hæc solutio legatorum & non merces abortionis appellanda est.

Abortus, tus. Ci. At. 235. a. Tertullæ nollem abortum, tã enim Cassij sunt iam q̃ Bruti serendi.

Abrado, dis.

Ci. p Cecin. 288. b. Posteaq̃ videt nihil se ab Cecinna posse litium terrore abradere.

Supercila illa penitus abrasa. Ci. p. Q. R. 48. a.

Abripio, pis. abstraho.

Ci. I. V. 126. b. Verres abripuisse cererem videtur.

Quem in vincula abripi iussit. Ci. I. V. 205. a.

Frumentum auersum à rep. abreptum ab aratoribus. C. I. V. 184. a.

Te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq; in altum à conspectu pene omnium abstraxit.

A liberis suis abstrahi, a coniuge abripi, ab aris focisq; proijci. Ci. Ante q̃. 197. b.

Tempestate abreptus est vnus. Ci. p Lig. 141. b.

Abrogatio, onis. Ci. At. 50. b. Nulla lex est, quæ nõ ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Num quæ abrogatio aut derogatio sit. Ad Her. 9. a.

Abrogo, as. adimo, refigo, abdico, rescindo, dissoluo, irro

ritum facio, ne lex aliqua valeat legem fero, antiquo. Ci.I.Ver 136.b. Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset.

Brutus collegæ suo imperiũ abrogauit. Ci.d̃ Cl.169.a.& Off.60.a.

Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. Ci.p Mil.115.a.

M.Octauius legem semproniam frumentariam populi frequentis suffragijs abrogauit. Ci.d̃ Cla.184.b.

Cum lex abrogatur idipsum rogatur quo eã abrogari oporteat. Ci.At.50.b.& ibi. Derogare, obrogare.

Eiq; imperium est abrogatum. Ci.p Dom.230.a.

Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iusiurandi, responde. Ci.p.Q.R.51.a.

Æqualiter omnibus abrogatur fides. Ci. Acad.10.a.

Quæ res fidem abrogat orationi. Ad Her.4.a.& Abrogare fidem famæ.8.b.

Lex illa neq; tolli neq; abrogari potest. Ci.d̃ Leg.172.a.& ibi. Eas tu leges rogabis videlicet, quæ nunq̃ abrogentur?

Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit. Ci.d̃ Leg.188.b.

Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem aliqua ex parte. Ci.d̃ In.79.a.

Cato legem promulgauit de imperio Lẽtuli abrogando. Ci.Q.Fr.308.a.

Cui legi abrogatum vel derogatum sit. Ad Her.9.a.

Abrumpo, pis.

Ci.I.A.264.a. Hæc se prima latrocinio abrupit Antonij.i. Desciuit ab Antonio.

Abruptio, onis. Ci.d̃.D.126.a. Abruptio corrigiæ.

Abruptus, a, ũ. Ci.At.171.b. Ista re, quã scribis, abrupta.

Abs. Ci.Or.212.a. Vt iã nescias ab ne verum sit an abs. l.a.& ab.

Abscedo, dis. recedo.

Ci.d̃.D.116.a. Caput est in Iecore, cor in extis, iam abscedet, simulac molam & vinum insperseris.

Abscessio. abscessus, discessus.

Ci.d̃ Vn.102.b. Cum ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio.

Abscessus, sus. abscessio, discessus.

Cic. d̃.N.7.a. Abscessus solis à nobis.x. appulsus ad nos.

Abscindo, dis. discindo, lacero, amputo. Ci.At.26.b. Orationes à me duas postulas, quarum alteram non libabat mihi scribere, quia abscideram, alteram &c.

Aquilium constituit in conspectu omnium, tunicãq; eius a pectore abscidit. Ci.I.V.236.a.

Quanq̃ sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando. Ci.d̃ Pro.76.a.

Post autem ceruicibus caput abscidit, Ci.I.A.231.b.

Abscondite. Ci.d̃ In.70.b. Absoluta est, quæ ipsa in se, nõ vt negotialis implicite & abscondite, sed patentius & expeditius, recti & non recti quæstionem continet.

Absconditus, a, um. Abstrusus, abditus.

Ci.I.A.180.b. Erant fortasse gladij, sed absconditi.

In tantis tanq; absconditis insidijs. Ci.I.C.212.a.

Nihil de abscondito iure pontificum dicam. Ci.p Dom.241.a.

Aperire fontes penitus absconditos. Ad Her.25.b.

Abscondo, dis. occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, opprimo.

Ci.p.S.R.38.b. Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet.

Absens, tis.

Ci.Off.76.b. Et præsens tecum propediem (vt spero) & dum aberis, absens loquar.

Vt vtriusq; nostrum absentis desiderium crebris & lõgis epistolis leniatur. Ci.Ep.255.b.

Alleuor cum loquor tecum absens. Ci.At.299.b.

Vt loquerer tecum absens, quo mihi, cum coram id non liceret, nihil est iucundius. Ci.At.112.a.

De absente secundũ præsentẽ iudicare. Ci.I.V.117.a.

Ostendit enim nouo modo, si quis quid absente peteret, se auditurum. Ci.I.V.121.a.

Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitijs posse haberi, nam etiam factum est antea. C. enim Marius cum esset in cappadocia lege Domitia factus est Augur. Ci.At.276.a.b.& infra. quæ verba aperte indicant posse rationem haberi etiam non præsentis.

Non patiar fieri vt absentis eius ratio habeatur. Ci.I.A.165.a.

Absentia, tiæ. desideriũ, discessus. Ci.Am.110.a.

M.Ant.At.228.b. Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te & Ci.160.b.*

Absoluo, uis. perficio, conficio, transigo, finio, libero, soluo, ad exitum perduco.

Ci.I.V.90.b. Non tu absolutus es improbitatis, sed ille damnatus est cædis, & .113.a.

Hunc hominem, Veneri absoluit, sibi condemnat.

Iam pater eius accusatus a.M.Antonio sutorio atramẽto absolutus putatur. Ci.ep.139.b.

In Cyprio nihil absolutæ sunt iam preces tuæ. Cic.p Plan.275.a.

Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Ci.Off.54.a.

Senatorum vrna copiose absoluit. Ci.At.11.b.

Solui scelere.i. absolui. Ci.p Mil.107.b.

Seruus ille innocens omnibus sententijs absoluitur. Ci.I.V.223.b.

Sestius noster omnibus sententijs absolutus est. Ci.Q.Fr.309.b.

Vt ne Roscium stipulatione alliget, neq; a Fannio iudicio se absoluat. Ci.p.Q.R.51.a.

Drusus erat de præuaricatione a tribunis ærarij absolutus. Ci.Q.Fr.317.a.

Absoluere aliquem iniuriarum. Ad Her.10.a.

Dialogos confeci & absolui. Ci.At.209.a.

In natura necesse est absolui aliquid atq; perfici. Ci.d̃ N.32.b.& d̃ Fin.114.a.

His initijs &c. omnis honestas perfecte absoluta est. Ci.d̃ Fin.110.b.

Vita beata sapientis absolui non potest, nec ad exitum perduci. Ci.d̃ Fin.87.a.

Reliquãq; iurisdictionem absoluerem. Ci.ep.55.a.

Nemo pictor inuentus est, qui Veneris eam partẽ, quã

Apelles

Apelles inchoatum reliquit, absolueret. Ci.Off.54.a.
Propterea quod curator est viæ flaminiæ, quæ cum absoluta erit &c. Ci.At.1.b. *Reliquãq; iurisdictionẽ absoluerẽ.* Ci.ep.55.a. *Historia nec institui pôt nisi præparato otio nec exiguo tẽpore absolui.* Ci.d̃ Leg.157.b.
Nec tam facile interrupta contexo, q̃ absoluo instituta. Ci.d̃.Leg.157.b.

Absolute. Ad.Her.4.a. *Breuiter & absolute.*

Absolutio, onis. perfectio.
Ci.d̃.Or.95.b. *Hanc ego absolutionem perfectionẽq; in oratore desidero.*
Habitus in aliqua perfecta & constanti animi, aut corporis absolutione consistit. Ci.d̃ In.65.b.
Quibus prætermissis cœli absolutio perfecta est. Ci.d̃ Vn.202.a.
Decimus annus post virginum absolutionem. Ci.I.C.111.b.
Sententijs. xvi. absolutio fieri poterat. Ci.p.Clu.33.a.

Absolutus, a, ũ. perfectus.
Ci.d̃.In.83.b. *Simplex et absoluta necessitudo.*)(cum adiunctione.
Vita beata confecta & absoluta. Ci.d̃.Fin.83.a.
Absolutum & perfectum per se. Ci.pt.238.a.
Ratio vniuersalis & absoluta. Ad.Her.13.a.

Absonus, a, um.
Ci.d̃.Or.146.b. *Vox extra modũ absona et absurda.*
Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita voce absoni, vt &c. Ci.d̃.Or.94.b.

Absorbeo, bes.
Ci.d̃.Leg.171.a. *Ne æstus nos consuetudis absorbeat.*
Sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. Ci.d̃ Cla.191.a.
Quæ Charybdis tam vorax tot restam cito absorbere potuisset. Ci.I.A.173.a.

Abstergeo, ges. abstersi, deleo, diluo.
Ci.Q.Fr.313.a. *Consolabor te & omnẽ abstergebo dolorem.*
Cõfectio huius libri omnes abstersit senectutis molestias. Ci.d̃ Sen.77.a.
Oratio ægritudinem abstergens. Ci.Top.228.b.
Atq; vtinam his omnibus abstergere fletum sententijs nostris consultisq; possemus. Ci.I.A.264.b.
Volo enim abstergere omnem animi tui metum. Ci.Ep.136.b.
Si timidus essem, tum ista epistola mihi omnem metum abstersisses. Ci.Ep.178.b.
Tum plane luctum omnem absterseris. Ci.Tus.199.b.
Epistola tua omnem mihi molestiam deleuit. Cic.Q.Fr.317.a.

Absterreo, res. deterreo, terreo.
Ci.I.V.137.a. *Vt videamur a pecunijs capiendis homines absterrere.*
Aliquẽ supplicem a se absterrere et excludere. Ci.Ante q̃.196.b.
quid te adiri abnutas? melius esset, vetas, prohibes, absterres. Ci.d̃.Or.158.a.
Eorũ neminem a congressu meo neq; ianitor meus neq; somnus absterruit. Ci.p.Plan.173.a.

Abstinens, tis. suo contentus.
Ci.At.81.b. *Homo mirifice abstinens.*
Laudat Africanum Panetius, quod fuerit abstinens. Ci.Off.49.a.
Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. Ci.Q.Fr.296.a.
Prætorem Sophocle decet, non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Ci.Off.29.a.

Abstinenter. Ci.In.Sal.275.a. *At in prætura modeste se gessit & abstinenter.*

Abstinentia, tiæ.
Cic.At.77.a. *Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, vt nullus Teruntius insumatur in quenquam.*
Nulla re facilius conciliatur beneuolentia multitudinis, q̃ abstinentia & continentia. Ci.
Possum multa dicere de prouincials eius in eo magistratu abstinentia. Ci.p.Sest.4.a.
Laus abstinentiæ est temporum illorum. Ci.Off.49.a.

Abstineo, nes. cohibeo, tempero.
Ci.At.41.b. *quod me ad vitam reuocas, vnum efficis vt a me manus abstineam.*
Abstinere maledicto. Ci.I.A.161.b.
Is se maledictis non abstinet. Ci.At.287.a.
Nihil ægrius factum est multo labore meo q̃ vt manus ab illo appellatore abstinerent. Ci.I.V.234.a.
Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit. Cor.N.272.b.
Abstineant in hoc iudicio manus animosq; ab hoc scelere nefario. Ci.I.V.73.a.
Abstinere se a nefario scelere. Ci.I.A.161.b.
Abstinere manus ab alienis pecunijs. Ci.I.V.236.a.
Nos qui a cæteris causis coniurationis abstinuimus. Ci.p.Syl.181.b.
Vt iurgijs & litibus se abstinerent. Ci.d̃.D.101.b.
Faba Pythagorei se abstinuerunt. Ci.d̃.D.133.a.
Pecunijs locupletum non abstinere. Ci.At.140.a.
Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Cic.d̃ Or.101.a.
Abstinere se in omnibus rebus. Ci.At.81.b.
Quotus enim quisq; reperietur &c. qui abstinere possit iniuria? Ci.Off.66.a.

Abstractus, a, ũ. Ci.d̃.D.94.a. *Cũ a corpore animus diuino instinctu cõcitaretur,* & Tus.217.a. *Abstractus a ratione.*

Abstraho, his. abripio, euello, auoco, abduco.
Ci.d̃.Or.91.b. *Deinde illud verendum est, ne abstrahamur a consuetudine dicendi.*
Ego me ab oĩ solicitudĩe abstraxi. Ci.p.Deio.151.a.
Cotta se valde dilatandis literis a similitudine græco locutionis abstraxerat. Ci.d̃ Cla.288.b.
Pompeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit. Ci.d̃ Cla.186.b.
In Æsopo sæpe uidi tantũ ardorem vultuum atq; motuum, vt eum vis quædam abstraxisse a sensu mentis videretur. Ci.d̃.D.97.b.
Antonius ab hoc impetu abstractus est consilio & copijs Cæsaris. Ci.I.A.189.b.

*Senectus abstrahit a rebus agendis.*Ci.đ. Sen.80.a.*&* *ibi.Senectus auocat a rebus agendis.*

Abstrahere aliquos milites ab Aduersarijs. Ci.Ep. 154.b.

*A liberis suis abstractum, a coniuge abreptum, ab aris focisq; pіectū, vitam degere ĩ exilio.*Ci.Anteq.197.b.

*E sinu gremioq; patriæ abstrahi.*Ci.p.Cęl.50.a.

*A nullus me unq̃ tempore, aut commodum, aut otium abstraxit, aut voluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit.*Ci.p.Arch.188.a.

*Quā maxime se a corpe abstrahere.*Ci.đ.Som.131.a.

Quare nihil est quod a cæteris me vnum abstrahas. Ci.p.Syl.168.b.

Atq; in altum a conspectu penè omnium abstraxit. Ci. đ.Or.156.a.

Abstrudo, dis. abscondo, abdo.

Ci.Acad.9.b.*Natura in profundo veritatē, vt ait Democritus, penitus abstrusit.*

*Cum mane me in syluam abstrusi densam atq; asperam non inde exeo ante vesperum.*Ci.At.190.a.

Abstrusus, a, um. abditus, reconditus.

Ci.ꝯ.Rul.63.a.*Nullus nummus tam abstrusus est, quē Architecti huius legis non olfecerint.*

Penitus abstrusas ĩsidias alieni pōere, Ci.ꝯ.Rul.63.a.

Nimium diu reconditus & penitus abstrusus animi dolor Ci.p.Dom.218.a.

Absum, abes. remotus, sum, disiunctus sum, abhorreo.

Ci.ep.18.a.*Ego te abfuisse tandiu a nobis doleo.*

*Longe abfuturus sum.*Ci.ep.47.b.

*Abesse a Domo.*Ci.I.V.252.b.

*Abesse domo & foro.*Ci.Ep.51.b. *Abesse vrbe.*72.b.

Abesse a suis & abesse a multis miserijs. Ci.Ep.47.b.

*Abesse ab domo paulisper maluit, q̃ argentum illud amittere.*Ci.I.V.208.b.

*Procul absum ab re ipsa & locis.*Ci.Ep.33.b.

*Qui in Italia non sit, absitq; reip. causa.*Cic.p.Cecin. 296.a.

*Nunquā ab oculis meis abfuerunt.*Ci.At.211.a.

*P.Sylla abfuit ab oculis vestris.*Ci.p.Syl.181.a.

*Filius tuus a me abest.*Ci.At.276.b.

Longissime abesse ab aliquo Ci.p.Plan.262.b.

Edixitq;, vt ab vrbe abessem mille passus. Cic.p Sest.8.a.

Cum in castra proficerer, a quibus aberam bidui. Cic. At.77.a.

In castra properabam, quæ bidui aberāt. Ci.At.76.b.

Interrogatus quot millia fundus suus abesset ab vrbe, dixit minus Liij.Ci.p.Cecin.290.a.

*Domus mea a foro longe abest,*Ci.p.Cęl.42.a.

*Propius abesse,*Ci.At.1.b.*Loca, quæ a Brundusio propius absunt q̃ tu biduum, aut triduum.*

*Aberam ab amano iter vnius diei.*Ci.ep.245.a.

Teanum abest a Larino xviij millia passuum, Ci.p. Clu.23.a.

*Mille & Dccc.stadia, quod abesset, videbat.*Ci.Acad. 20.b.

Abesse ab aliquo loco mil. passuū.xxx. Ci.ep.274.a.

*Abesse, longeq; disiunctumesse,*Ci.Top.222.b.

*Abfui magnam partem consolatus tui.*Ci.ep.47.a.

*Longe absum,*Ci.At.91.a.

*Quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium.*Ci.At.92.a.

*Nunc quidem parumper a sole absis.*Ci.Tus.246.a.

Quæ a nobis absunt oēs difficultates. Ad.Her.41.b.

*Nihil a me abest longius crudelitate,*Ci.At.152.a.

Ab hoc vis aberat Antonij, crassi ab illo lepos. Cic.đ. Cla.183.a.

*Lōgissime ipsi a talibus delitijs vel potius ineptis abfuerunt.*Ci.Or.200.b.

Quod eodē tempore a multis & magnis molestijs abes Ci.ep.47.b.

*Dum si quid acciderit mihi: a reprehensione temeritatis absim.*Ci.ep.157.a.

*Hoc non longe abest a scelere,*Ci.At.214.b.&.46.a.

*Et illi ciues optimi sunt, & ego ab ista laude non absum.*Ci.At.228.a.

*Eloquentia, vnde longe absum.*Ci.đ.Cla.195.a.

Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa, Ci.ep.80.a.

*A maleficio non abesse.*Ad Her.7.a.

*A consilio fugiendi absum.*Ci.At.216.b.

Absum a bello. C.I.A.227.b.i. *animum a bello alienum habeo.*

*Abesse plurimum a vitijs.*Ci.đ.Fin.161.b.

*Equidem tantum absum ab ista sententia vt &c.*Cic.đ Or.207.b.

*Multum ab his aberat.*L.Fufius.Ci.đ Cla.184.b.i.*inferior erat.*

*Sed ab eo plurimum absum.*Ci.đ.Fin.91.a.

A simili turpitudine hominem nunquā abfuisse. Ad Her.6.b.

*Vt mirari torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere.*Ci.p Syl.169.a.

*Hæc etiam si ficta sunt a poeta, non absunt tamen a cōsuetudine somniorum.*Ci.đ.D.89.a.

*Neq; discordiarum domesticarum calamitas abfutura est.*Ci.At.296.b.

*Auaritiæq; absit suspicio.*Ci.Off.46.b.

*Vis absit, ferrum remoueatur, operæ facessant, seruitia sileant,*Ci.p.Fl.164.b.

Nomen ipsum crucis absit non modo a corpore ciuium rom. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus &c. Ci.p Rab.93.b.

*Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare,*Ci.Or.220.a.

*Prætores autem cum ita rogentur, vt &c. aberit non longe, quin &c.*Ci.At.243.b.

*Tantum porro aberat, vt binos scriberent, vix singulos confecerunt,*Ci.At.212.a.

*Tantum abfuit, vt inflammares nostros animos, somnū isto loco vix tenebamus.*Ci.đ Cla.190.a.

*Equidem tantum absum ab ista sententia, vt non modo non arbitrer &c.*Ci.đ Or.107.b.

Ego vero istos tantum abest vt ornem, vt effici non possit, quin eos tam oderim q̃ Rēp. diligo. C.I.A.238.a.

Tantum abest vt hæc bestiarum causa parata sint, vt

ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus Ci.d.N.58.a.
Id autem tantum abest ab officio vt nihil officio magis possit esse contrarium.Ci.off.9.b.
Tantum abest ab eo,vt malũ mors sit,vt verear,ne &c. Ci.Tus.164.b.
Tantum abest,ne eneruetur oratio compositione verborum,vt aliter in ea nec impetus vllus,nec vis esse possit Ci.Or.219.b.
Parum absuit quin occideretur.
Propius nihil est factum q̃ vt occideretur. l.propior.
Hoc vnum illi,si nihil vtilitatis attulit, abfuit, si opus erat,defuit.C.d Cla.190.b.
Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia?Ci.d Or.89.a.
Abest enim historia literis nostris. Ci.d Leg.157.a. i.deest.
Aberat tertia illa laus, qua permoueret animos. Ci.d Cla.190.b.
Absumo,mis.consumo,Ci.p quint.6.a. Hortensius a me petit,ne dicendo tempus absumam.
Absurde.Ci.Tus.177.b.Aut si absurde canat,is, qui se haberi velit Musicum.
Prætori imperat,q̃ idipsum absurde, nihil ad me.Ci.ç̄.Rul.71.b.
Nihil tam absurde dici potest,quod non dicatur ab aliquo philosophorum.Ci.d.D.133.a.
Absurdus,a,ũ. absonus, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.
Ci.d Or.116.b.sin plane abhorrebit et erit absurdus, vt se contineat,admonebo.
Vox extra modũ absona & absurda.Ci.d Or.146.b.
Iam vero illud q̃ incredibile?q̃ absurdum?qui etc.Ci.p Syl.178.a.
Et simul absurda res est, caueri fœdere, vt &c. Ci.p Cor.61.b.
Nã & nõ sortiri absurdũ est, et &c. Ci.d Pro.76.b.
Quo quid absurdius dici aut existimari potest? Ci.I.A.215.a.
Quo nihil mihi videtur eẽ absurdius.Ci.d Fin.73.a.
Absurdoq; sono fontes & stagna cietis. Ci.d.D.83.a.
Tempus discessus absurdum.Ci.At.251.b.
Absyrtus,ti. Frater Medeæ, apud pacu.Ægialeus, Ci.d N.69.a.
Abũdans,tis.affluẽs,circunfluens,copiosus.
Ci.d.N.33.b.Vita abundans bonis.
Homo abundanti doctrina,incredibili quadam varietate rerum & copia.Ci.d Or.92.a.
Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiam otio studioq; abundantes.Ci.d Or.86.b.
Timeus rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus.Ci.d Or.113.b.
Non erat abundans,nõ inops tamen.Ci.d Cla.186.b.
Nepos non adesa iam sed abundanti pecunia, Ci.p quint.7.a.
Vir abundans bellicis laudibus. Cn. Pompeius.Cic. Off.16.a.
Multa & lauta supellex,non illa quidem luxuriosi hominis,sed tamen abundantis,Ci.I.A.173.a.
Abundanter.copiose.large.
Ci.d Or.122.b. copiose & abũdãter loqui de aliqua re.&.147.b.
Satis abundanter demonstratum est.Ad Her.16.a.
Abundantius.)(.angustius.Ci.Top.224.a.
Abundãtia,tiæ.copia,vbertas,affluentia, magnitudo,copia rerum.
Ci.d In.83.a.Aliquarum copiarũ magna abundãtia.
Rerum abundantia.Ci.d Or.154.a.
Abundantia otij.Ci.ep.95.b.
Abundantia quadam amoris erga me tui.Ci.
qui copiam rerum moderate ferre non possunt. Ci.ç̄ Rul.64.a.
Vbertas fructuum.Ci.I.V.199.a.
Magnitudo fructuum,Ci.ç̄ Rul.85.a.
Vbertas agrorum abundantiaq; rerum omnium, Ci.ç̄ Rul.64.a.
Circunfluere omnibus copijs atq; in omnium rerũ abũdantia viuere.Ci.d Am.106.a.
Suppeditare alicui omnium rerum,quas natura desiderat abundantiam & copiam.Ci.d Am.112.b.
Abunde, affatim,largiter,copiose, plena manu.
Ci.At.275.b. Omnia alia sic abunde adsunt, vt cum quolibet antiquorum comparari possit.
Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni, Cic.d D.109.a.
Plena manu aliquem laudare.Ci.At.39.b.
Abundo.as.affluo,redundo,circunfluo, magnam copiã habeo.)(.Deficior.
Ci.Ep.153.a. Tu consilio nõ eges, vel abũdas potius.
Quãq̃ Te. M.Fili annum iam audientem cratippum, abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ.Ci. Off.1.a.
Cum ipsi doctrina & ingenijs abundarent, Cic.d Or.142.a.
Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. Cic.p Cor.58.a.
Circunfluere & abũdare oibus rebus,Ci.I.V.149.b.
Theophrastus vero,vt scitis,abundauit in eo genere rerum.Ci.d Leg.186.b.in cod.germ.
Cum ex reliquis,quæ nonis April.fecit,abundare debeam,cogor mutuari.Ci.At.245.b.
Gaietam, si quando abundare cœpero, ornabo. Ci. At.3.a.
Cum æquitate causa abundabit.Ci.d In.80.a.
Abundare ingenio.Ci.Ep.53.b.
Abundare otio.Ci.Ep.95.b.
Earum rerum,quibus abundaremus exportatio,& earũ,quibus egeremus,inuectio,nulla esset,Ci. Off.35.a.
Causam solum illa causa non habet,cæteris rebus abundat.Ci.At.102.b.
Sine deest naturæ quippiam,siue abundat atq; effluit. Ci.d.D.93.b.
Amici egentes abundant.Ci.d Am.100.a.
Mulier abundat audacia, consilio rationeq; deficitur. Ci.p Clu.56.b.
Abusio,onis.Ci.Or.205.a.Abusio,quam catachresim vo

cant, vt cum minutum animum dicimus, pro paruo, & abutimur verbis propinquis.

Abusus, sus. Ci. Top. 222. a. *Non debet mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit, cellis vinarijs & olearijs plenis relictis putare id ad se pertinere, vsus enĩ nõ abusus legatus ẽ. i. nõ vt vtẽdo cõsumat legatũ.*

Abutor, ris. *aliquo modo non recte, vel non suo loco, vel vt non conuenit vtor.*

Ci. d. N. 14. a. *Abuteris ad omnia atomorum regno atq; licentia.*

Nos sagacitate canum ad vtilitatẽ nostram abutimur. Ci. d. N. 56. b.

quanq̃ in hac causa iudices. T. Annij tribunatu, rebus oĩbus pro salute reip. gestis ad huius criminis defensionẽ non abutemur, nisi videritis &c. Ci. p Mil. 102. b.

Vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Ci. p Lig. 137. a.

Prorsus vt uestro consessu pro summa solitudine abutatur. Ci. p. S. R. 28. a.

Ornamẽtis alicuius pro spolijs abuti. Ci. p quin. 18. b.

Et hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. Ci. At. 111. b.

Abuti legibus & maiestate iudicum ad quaestum atq; ad libidinem. Ci. p. S. R. 27. a.

Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? Ci. I. C. 97. b.

Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus &c. Ci. d Fat. 145. a.

quae igitur studia magnorum hominum sententia vacationem habent etiã publici muneris, ijs concedente rep. cur non abutamur? Ci. Ep. 129. a.

Sed imoderate facilitate nostra abutunt. Ci. ep. 183. b.

Gorgias his festiuitatibus insolentius abutitur. Ci. Or. 214. a.

Ac.

Ci. p Dom. 239. a. *Si illa lex est, ac non vox sceleris.*

Sit sane hoc de nostris aedibus ac non de publicis templis. Ci. p Dom. 239. a.

Fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati ac gloriae tuae. Ci. Ep. 187. a.

Hũc a tuis aris caeterisq; templis ac tectis vrbis ac moenibus arcebis. Ci. I. C. 104. a.

Virtutẽ nõ minus & ui ac metu tradi. Ci. d Or. 106. b.

Ac de officio defensionis meae ac de ratione accusationis tuae fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. Ci. p Mur. 125. a.

Ac fuit tempus, cum &c. Ci. d Or. 85. a.

Ac primo quidem &c. Ci. d Or. 86. a.

Ac vide quid differat &c. Ci. I. V. 64. a.

Ac vide quantum &c. Ci. I. V. 60. a.

Ac ne forte mirere, cur &c. Ci. ep. 69. a.

Ac ne quis forte &c. Ci. d Or. 85. b.

Ac non vereor, ne &c. Ci. Ep. 68. b.

Ac mihi quidem videtur &c. Ci. d In. 42. b.

Ac me quidem &c. Ci. d In. 42. a.

Ac si volumus &c. Ci. d In. 42. a.

Ac primo sic &c. & item postea &c. Ci. d In. 42. b.

Ac pro quam.

Contrarium decernis ac paulo ante decreueras. Ci. I. V. 100. a.

Vt cõtra dicat ac accipi ac sentiri velit. Ci. Or. 209. b.

Alia dicẽtis ac significantis dissimulatio. Ci. d Or. 162. a.

Omnia contra sunt ac dixisti. Ci. I. V. 202. a.

Quo maiorem spem habeo nihil fore aliter ac deceat. Ci. At. 93. b.

Ac pro, vt vel quemadmodum.

Non mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. Ci. de. N. 60. a.

Anxia. *idest, animus terrore liber.* Ci. d Fin.

Academia, miae. *Gymnasium athenis, Ceramicus, graece* Ἀκαδήμεια vel ἑκαδήμεια. *ex Steph.*

Ci. d Or. 93. a. *Et longe academiae illi ac Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono.*

Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter peripateticorum alter Academiae nomen obtinuit. Ci. d Or. 148. b.

Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus est. Ci. d Cla. 175. a.

Nosti enim profecto os adolescẽtioris Academiae, ex ea enim media &c. Ci. ep. 129. b.

Instaret academia, quae quicquid dixisses, idipsum te negare cogeret. Ci. d Or. 88. b.

Perturbatrix harum omnium rerũ Academia si inuaserit in has rationes &c. nimias edet ruinas. Ci. d Leg. 163. b.

Hic mos erat patrius Academiae aduersari semper omnibus in disputando. Ci. d Or. 91. b.

O Academiam volaticam & sui similẽ, modo huc modo illuc. Ci. At. 212. b.

Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat vt quodcũq; maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Ci. off. 16. a.

Omnis vbertas & quasi sylua dicendi ducta a philosophis est. Ci. Or. 198. a.

Fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunq; sim, non ex Rhetorum officinis sed ex Academiae spatijs extitisse. Ci. Or. 198. a.

Cum proprium sit Academiae, iudicium suum nullum interponere, ea probare, quae simillima veri videantur, conferre causas, et quicquid in quãq; partem dici possit expromere, nulla adhibita sua authoritate iudiciũ audientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hãc cõsuetudinem a Socrate traditã. Ci. d. D. 139. b.

Inq; Academia umbrifera nitidoq; Lyceo. Cic. d. D. 85. a.

Academia noua & netus quid. Ci. d Fin. 125. b. *et ibi. Aristoteles in Academia uetere numeratur.*

Constituimus inter nos, ut ambulationem post meridianam conficeremus in Academia. Cic. d Fin. 124. a. & ibi. *Inde uario sermone sex illa a Dypilo stadia confecimus, cum autem uenissemus in Academia, non sine causa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quã nolueramus.*

Ab Arcesila recentior Academia emanauit. Ci. d Or. 149. a.

Academicus, a, um.

Ci. d. N. 74. a. *Ille in Synephebis Academicorum more*

contra

Æstus maritimi accedētes et recedentes. Ci.đ.N.52.b.
Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore. Cic.p Clu.19.b.

Acceleratio, onis. Ad Her.20.b. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Accelero, as. maturo, celero, propero, celeritatē adhibeo. Ci.I.C.105.b. Si accelerare uolent, ad uesperam eum consequentur.

Accendo, dis.
Ci.Off.11.a. Quasi lumen de suo lumine accendat, facit ut nihilo minus ipsi luceat, cum illi accenderit.
Deus ipsi solem, quasi lumen accendit, ad secundum supra terram ambitum. Ci.đ Vn.100.a.
Quę iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. Ci.p Arch.188.a.
Luna radijs solis accensa. Ci.đ Som.128.b.
Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium extinxi. Ci.I.P.80.b.
Præclare enim se res habeat, si hæc accendi aut commoueri arte possint. Ci.đ Or.94.a.

Accensus, si. Accensus ut inquit Asconius, nomen est ordinis in militia.
Ci.I.V.90.b. P.Tetius, qui tum Accensus C.Neroni fuit, & 122.b.
Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temere nisi libertis suis deferebāt, quibus illi quidē non multo secus ac seruis imperabant. Ci.Q.Fr.292.a.
Accenso &c.✻.Ci.đ Leg.182.b.

Acceptus, a, ū.)(expensus & datus.
Ci.Am.107.a. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. & ibi. Nec obseruat stricte ne plus reddat q̃ acceperit.
Referre aliquid acceptum uel in acceptum. i. mettere al conto del dar.
Ferre uel offerre pecuniam expensam. i. mettere al conto del hauer.
Ferre pecuniam expensam alicui. Cic. Ep.76.b. & 214.a.
Expēsa Chrysogono HS sexcenta, accepta pupillo Malleolo retulit. Ci.I.V.95.a. & ibi. Chrysogono expensa lata sunt, et.106.b.a. Negabat opus in acceptum referre posse. & ibi. Opus in acceptum retulit.
Pecuniam expensam latam esse uel non esse. Ci.p.Q.R.47.a.
Deiotarus omnem quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuę. Ci.p Deio.151.a.
Tabulę accepti. Ci.Or.212.a.
Tabulę accepti & expensi. Ci.p.Q.R.45.a.
Quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cum contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. Ci.I.V.143.a.b.
Virtutē nemo unq̃ deo acceptā retulit. Ci.đ.N.77.b.
Scripsisset ille si non iussu huius expensum tulisset? non scripsisset, quod sibi expensum ferre iussisset. Ci.p.Q.R.45.a.
Se habere ait Argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaq; relata. Ci.p Ceci.288.a.
Hoc nomen in codicem acceptum & expensum esse debuit. Ci.p.Q.R.46.a.
Falsas rationes inferre, & in tabulas quodcunq; commodum est, referre. Ci.p Fla.150.a.
Cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem etiam aliquam, cum huic ijdem darent, in ædem sacram reficiendam se proscripsisse dicūt. Ci.p Fla.155.b. & ibi. Cum perscribant nominatim Flacco &c. & ibi. Cum operi publico referunt &c.
Ego amplius HS ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Ci.I.A.168.a.
Quod uiuo, tibi acceptum refero. Ci.At.9.a.
Quorum nemo fuit, qui non mihi uitam suam, liberos, fortunas remp. referret acceptum. Ci.I.A.162.b.
Oīa mea mala tibi uni accepta refero. Ci.I.A.168.a.
Quod Argentario obtuleris expensum, a socio eius recte repetere possis. Ad Her.9.b.
Sit is animis uestris acceptissimus, qui &c. Ci.Anteq̃ 392.b.
Nihil deo acceptius q̃ &c. Ci.đ Som.127.b.
Quod approbaris id gratum acceptumq; habendum. Ci.Tus.237.a.
Dolobella in oppugnando male acceptus in Asiam se contulit. Ci.Ep.190.b.
Recurri ad copiolas meas, sic enim eas uere appellare possum, sunt enim extenuatissimæ & inopia omniū rerum pessime acceptæ. Bru.Ep.174.a.

Accersio, sis. aduoco, accio, ascisco, assumo, accuso.
Ci.đ Ar.249.b. Quorū ludorum religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita in hac urbe consederit.
Sacra Cereris assumpta de græcia. Ci.p Cor.66.a.
Sacra adscita atq; accersita ab exteris nationibus. Ci.I.V.227.a.
Vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis tuæ. Ci.p Cæl.41.a.
Qui ad opprimendam remp. Brundusio legiones accersierit. Ci.I.A.206.a.
Quem a cuncta Italia desideratum, accersitum, reuocatum confiteris. Ci.p Dom.214.a.
Tarsenses ultro Dolobellā accersierunt. Ci.Ep.189.b.
Postridie mane a Ponsa sum accersitus Bononiam. Ci.Ep.173.b.
Senatusconsultum, quo Plancum in Italiam accersistis. Ci.Ep.165.a.
Cum legionem unam ad se initio belli accersisset Antonius. Ci.Ep.164.b.
Accersiuit ad se, p̄misit, intercessit, dedit. Ci.At.11.a.
Artes, quas eum domi haurire non posses, accersiuisti ex urbe Athenarum. Ci.đ Clo.196.b.
Accersitur Cepio maiestatis. Ad Her.4.b. & 5.b.
Quidam eum capitis accersierunt. Ci.đ In.74.b.
Ipse alterum iterum ambitus crimine accerseret. Cic.p Cæl.40.b.
Eum locum possidonius persecutus est, ego autem eius librum accersiui etc. Ci.At.258.b.
Nec ipse alterum ambitus crimine accerseret. Cic.p Cæl.

Cæl.40.b.

Accersitus, tus. Ci. d. N. a. Ad eum ipsius rogatu accersitu ueneram.

Accersio, sis. accersio.

Ci. At. 121. b. Dicæarchum mehercule diceres accersi non unum omnium loquacissimum.

In oppido aliquo mallem resedisse, quoad accerserer. Ci. At. 173. a.

Te non modo nõ accersam sed probibebo. Ci. At. 5. b.

Et si erit pugnandum, accersam ad societatem laboris. Ci. At. 35. a.

Optimum quenq; ad se accersebat. Ci. I. V. 217. b.

Quo factum est ut eum ad se rex accerseret. Ci. d. D. 67. a.

Quod si statueris in Asiam tibi eundum nulla erit ad comitia nostras accersendi facultas. Ci. At. 276. b.

Quis erit tum amens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? Ci. I. V. 137. a.

Quod tum magis inuidioso crimine q̃ uero accerseretur. Ci. I. V. 131. a.

Translationes oratori splẽdoris aliquid accersunt. Ci. d. Or. 157. a.

Cum id malum quod uitare potueris ultro accersas atq; attrahas. Bru. At. 288. a.

Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. Cic. Q. Fr. 308. b.

Vbi sint, quando accersantur. Ci. Ep. 106. a.

Accessio, onis. X. discessio, abscessio.

Ci. p. R. P. 127. b. Non intelliga hoc quale sit, utrum accessionem decumæ centesima, an decessionem de summa feceris. & ibi. Accessionem mille talentũ esse factã.

HS quiq; accessionis cogebantur dare. Ci. I. V. 173. a. & 164. b. & 166. a.

Eorum neq; accessione melior uita fit, nec discessione peior. Ci. Off. 54. b.

Cum ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio. Ci. d. Vn. 102. b.

Hæc decessio capitis aut accessio subitóne fieri potest. Ci. d. D. 115. b.

Vt quanta ad rem tanta ad orationem fiat accessio. Ci. Or. 208. a.

Magnam pditi hostes accessionem sibi fecissent, si etc. Ci. Ep. 154. b.

Meq; hac ad maximas ægritudines accessione non maxima libera. Ci. At. 193. b.

Ad ueteres necessitudines magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me. Ci. At. 262. a.

Quantæcunq; tibi accessiones fient & fortunæ & dignitatis. Ci. Ep. 18. b.

Cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset ætoliæ interitus. Ci. I. P. 99. a.

Tum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris, Pleuratius eius comes. Ci. I. P. 97. b.

Hanc Scaurus demolitus accessionem adiũxit ædibus. Ci. Off. 28. a.

Accessus, sus. accessio, appulsus, aduentus. X. Recessus.

Ci. d. N. 31. b. Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus.

Id a tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat. Ci. At. 23. a.

Illi accessus ad urbem nocturnus metuendus est. Ci. p Mil. 112. b.

Solis accessus discessusq;. Ci. d. N. 30. a.

Luna accessu & recessu suo solis lumen accipit. Cic. d. Or. 159. b.

Quid de fretis aut de marinis æstibus dicam? quorũ accessus & recessus lunæ motu gubernantur. Ci. d. D. 215. b. & 227. a. Accessu & recessu stellarum cælum commutari.

Accidit, bat. Euenit, usu uenit, cadit, casus incidit, tẽpus incidit, fit sæpe ut &c. id accidit &c. id factum est etc. potest accidere ut &c. potest fieri ut &c.

Accido, dis. Euenio, abtingo, aduenio, interuenio.

Ci. d. N. 13. b. Quod in illo mihi sæpe usu uenit, idem modo cum te audirem acciderat, ut &c.

Timebã ne euenirent ea, quæ acciderũt. Ci. Ep. 93. a.

Vt negotia mulieris, si qua acciderent, susciperet. Cic. p Cecin. 287. b.

Accidere autem mihi nolebam, quod doleo uiris fortissimis accidisse. Ci. At. 127. b.

Exustiones terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. Ci. d Som. 130. a.

Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire potest, nisi qđ &c. Ci. d. D. 112. a.

Id autem ut accideret commissum est Hortensii consilio. Ci. At. 10. b.

Creda si quando dubitatio accidit, quale sit id de quo considerat. Ci. Off. 55. a.

Quæris ex me quid acciderit de iudicia. Ci. At. 10. a.

Mihi a peritis in Asia prædictum est, fore eas euentus rerum, qui acciderunt. Ci. d. D. 92. b.

Id accidit prætoris iniquitate. Ci. p Quint. 2. a. et ibi. Quod eorum potentia factum est, qui &c.

Quod ueritus sum factum est, ut Domitius implicaretur. Ci. At. 129. a.

Nihil pro certo futurum est, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat. Ci. d. D. 112. b.

Nihil ut plerunq; euenit, præter opinionem accidet. Ci. p Plan. 262. a.

Illud etiam accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate, ut in furorem incideres. Ci. I. P. 89. b.

Cum Cæsar ostendisset &c. accidit ut subito ille interiret Ci. At. 263. b.

Nihil tam præter opinionem meam accidere potuit. Ci. Ep. 40. a.

Si quid pupillo accidisset. Ci. d. In. 70. a.

Si quid mihi humanitus accidisset. Ci. I. A. 154. b.

Calamitas, quæ omnis propter auaritiam ipsius accidit. Ci. I. V. 257. a.

Si quid de eo factum esset. Ci. p Pom. 15. a.

Nihil mali accidisse Scipioni puto, mihi accidit si quid accidit. Ci. Am. 97. a.

Moriar si magis gauderem, si id mihi accidisset. Cic. At. 122. b.

Tamen mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse. Ci. Ep. 206. a.

Multa mala alicui casura esse. Ad Her. 16. a.

Quid ipsi casurum sit. Ci. d In. 50. b.

Quid casurum sit incertum est. Ci. Ep. 241. a.

Mirum quendam dolorem accidere alicui. Cic. I. V. 231. b.

Aliquid diuinitus accidere. Ci. Part. 237. a.

Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit. Ci. d Or. 127. a.

Quid mihi optabilius ad immortalitatem gloriæ potuit accidere? Ci. I. V. 30. b.

Quod uideo tibi etiam nouum accidisse tanq̃ mihi. Ci. At. 85. a.

Quæ scribis ad me minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt. Ci. Ep. 40. b.

Cognoui omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi acci disse gratissima. Ci. Ep. 30. b.

In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. Ci. p Pla. 271. b.

Nam mihi omnia, quæ iucunda ex moribus alterius homini accidere possunt, ex illo accidebant. Ci. At. 3. b. a.

Illud mihi permirum accidit, tantum temeritatem &c. Ci. Ep. 41. a.

Hoc mihi accidit iucundissimum. Ci. At. 110. b.

Quod me uetas quicq̃ suspicari accidisse ad animum tuum quod &c. Ci. At. 49. a.

Hoc mihi uoluntatis accidit, ut scriberem &c. Ci. d In. 62. b. Ad pedes omnium sigillatim accidente Cladio, aliàs accedente. Ci. At. 9. b.

Abijcere & proijcere se ad pedes alicuius. l. pes.

Accio, cis.

Ci. At. 68. b. Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros.

Hic igitur, si accierit, accurram. Ci. At. 220. b.

Aruspices acciendos ex Hetruria arbitror. Cic. d Ar. 249. b.

Philippus, qui filio Aristotelem doctorem accierit. Ci. d Or. 156. a.

Accipio, pis. capio, recipio, utor, interpretor, intelligo, mutuor.

Ci. Q. Fr. 315. b. Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenouæ.

Itaq; præclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis. Ci d Off. 60. b.

Quas eum dolo malo mancipia accepisse de Varia dicerct. i. a Vario. Ci. At. 1. b.

Certe humanitatem ijs tribuere debemus, a quibus accepimus. Ci. Q. Fr. 295. a. b.

Cum optatissimum nuntium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. Ci. Ep. 29. b.

Cum imparatam iam Capuam accipere nolui. Ci. At. 128. a.

Accipere aliquid in bonam uel malam partem. Ci. Ep. 36. a.

Accipere beneficium in contumeliam. Ci. At. 242. b.

Accipere aliquid grauiter. Ci. d Or. 128. a.

Quicquid in eum officij cõtuleris, id ita accipiam, ut in meipsum te putem contulisse. Ci. Ep. 144. a.

Atq; fortiter hæc uelim accipias, ut ego scribo. Ci. At. 147.

Ea te moderate accepisse. Ci. Ep. 167. a. i. æquo animo.

Quãto nunc hoc idem accipiet asperius? Ci. At. 135. b.

Accipere aliquid seuere. Ci. p Cæl. 49. a.

Cũ de plebe consulẽ non accipiebant. Ci. d Or. 163. b.

Tenere, quæ didiceris in accipienda causa. Cic. d Or. 141. a.

Accepimus conditiones sed ita ut remoueat præsidia. Ci. Ep. 261. a.

Quæ cauens animus, accipit ab his cognitionem deorum. Ci. d. N. 57. a.

Quin indiciũ acciperet in ea ipsa uerba, quæ Næuius ædebat, non recusabat. Ci. p Quin. 11. b.

Cum is iudicium acciperet pro quintio, cui tu &c. Cic. p Quin. 11. b.

Cum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus quos acceperit, extraordinarijs fore cõtentum. Ci. At. 275. a.

Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipient. Ci. I. V. 113. a.

Imperat Agyrinensibus, ut Decumas ipsi publice accipiant. Ci. I. V. 153. a.

Quemadmodũ ij ludi accipiantur. Ci. At. 249. a. i. placeant.

Aut de quibus memoriã accepimus. Ci. d Off. 103. b.

Animus mollis & ad accipiendam & ad deponendam offensionem. Ci. At. 14. a.

Terga bouum non esse ad onus accipiendum figurata. Ci. d Fin. 58. a.

Cum palmam iam primus acceperit. Ci. d Cla. 180. a.

Tam bonus gladiator tam cito rudem accepisti. Ci. I. A. 174. b.

Cum par uolũtas accipitur & redditur. Ci. Ep. 60. a.

Remp. illis accepi temporibus, eam, quæ penè amissa est. Ci. Postq̃. 199. a.

Rogationẽ suasit eam, qua accepta est hostibus deditio. Ci. d Off. 74. a.

Quæ deprecante accepta lex non est. Ci. Off. 74. a.

Laodiceæ me p̃des accepturum arbitror. Ci. Ep. 28. b.

Cũ me pro puero resp. accepisset uadẽ. Ci. At. 289. a.

Accipere uulnus. Ci. At. 79. b.

Accipere plagam. Ci. At. 79. b.

Accipere pecuniam ob rem iudicandam. Ci. At. 23. a.

Pecuniam Adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauisti. Ci. p Fla. 157. a.

Qui testimonium publicũ mandataq; acceperant. Ci. I. V. 111. b.

Luna solis lumen accipit. Ci. d Or. 119. b.

Hoc & si multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Ci. d Fin. 82. a.

Quod dat, accipimus. Ci. Ep. 2. b.

Et tamen ab illo aperte tecte, quicquid est datum, libenter, accepi. Ci. At. 9. a.

Si se dant & sua sponte, accipio quod datur. Ci. d Or. 125. a.

Bibulus prouinciam acceperat. Ci. Ep. 23. a.

Suaue mihi quidem, ut uidetur ĩπος ad Cæsarem, sed quæro locupletem tabellarium accipiat. Ci. At. 328. b.

Suaue

Quod ego ita libenter accipio, ut &c. Ci Ep. 77. a.

Sit eum mihi tinctus literis, ista ipsa præcepta acceperit. Ci ď Or. 116. b.

Voluptatem banc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur. Ci ď Fin. 65. a.

Periculose dico, quemadmodum accepturi P.C sitis horreo, sed quæso oroq; uos, ut accipiatis sine offensione, quod dixero. Ci. I. A. 210. b.

Vt uolet quisq; accipiat, ego &c. Ci. ℘ Deio. 148. b.

Quod rogas ut in bonam partem accipiam, si qua sunt in tuis literis, quæ me mordeant &c. Ci. At. 175. a.

Accipiet in optimam partem C. Pansa, etenim dicam animo amicissimo Ci. ℘ Cæl. 49. a.

Illud non accipio in bonam partem, quod ad me refers. Ci. At. 204. b.

Cum uerbum in duas plures ue partes accipi potest. Ad Her. 40. b.

Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt, ut eū amplissimo regis honore affeceris Ci. ℘ Deio. 146. a.

Eas iud. ces spero a uobis esse in bonam partem accepta. Ci. ℘ Arch. 191. a.

Quod dicam in bonam partem accipias. Ci. At. 273. b.

Tento te, quo animo accipias. Ci. Ep. 253. a.

Sed bonam in partem accipies. Ci. At. 52. a.

Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit. Ad Her. 13. b.

Et hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt. Cl. ď Am. 112 b.

Vereor, quomodo hoc accipias. Ad Her. 36. a.

Quemadmodum hoc accepturas exteras nationes putastis Ci. I. V. 215. b.

Velim sic hoc accipias, ut a me dicitur, dicam certe, q̃ sentio. Ci. ď Ar. 255. b.

Patienter accipere admonitionem. Ci ď Am. 113. a.

Durius accipere hoc mihi uisus est. Cl. At. 2. a.

Accipere aliquem bene uel male. Cic. Ep. 107. b. Tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt.

Accipitur satis male a Curione, & totus eius secundus cõsulatus exagitatur. Cl. Ep 121. b.

Copiæ extenuatissimæ & inopia omnium rerum pessime acceptę. Bru. Ep. 174 a.

Spartæ pueri uerberibus accipiuntur ad necem. Ci. Tus. 182. a.

Nos Asia accepit admirabiliter. Cl. At. 75. b.

Male accipere aliquem uerbis. Ci. I. V. 104. b.

Hominem multis uerbis male a me acceptum dimisi. Cic. I. V. 120. a.

Aliquem ad epulas recipere, & tum bene uel male accipere. Ci. Tus 222. b.

Post autem regio apparatu accepti sermonem in multam noctem produximus. Ci ď Som. 126 b.

Ego uero hilare a te acceptus sum. Ci ď Or. 135. b.

Conuiuæ hilari & bene accepti. Ci. At. 252. b.

Leniter clementerq; hominem accepit. Ci. I. V. 120. b.

Accipere hospitem. Ci. Ep 103 a.

Accipere aliquem hospitio. Ci. At. 32. a.

Quæ geruntur accipies ex pollione. Ci. Ep. 5. b.

Ad omnia accipe & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Ci. Ep. 35. a.

In hac lege hanc causam accipi minime oportet. Cic. de In. 76. b.

Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Ci. Ep. 101. b.

Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Ci. Ep. 25. b. & 198. b.

Accipere iniuriam. l. Iniuria.

Accipere causam. i. excusationem. Cl. Ep. 264. a. & Att. 274. b. Causam tuam nosco i. accipio. & I. P. 81. a.

Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci. Cic. Att. 85. b.

Accipere detrimentum. Cl. ℘ Pom. 6. b. & 16. b.

Accipere ignominiam & calamitatem. Ci. I. V. 156. a. et 220. a. Accipere contumeliam.

Vt cum me hospitio accipias existimationem te aliquam putes accipere. Ci Ep. 136. b.

Ea, quæ parum acceperis, quærere. Cl. ď N. 60. b. & ibi. Ea, quæ minus intellexeris requirere.

Cum causam sumebas, illud accipiebam etc. Ci ď In. 58. b

Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, posse ducere. Ci ď Or. 132. a.

Ad uerbum non ad sententiam rem accipere. Cic. ď Ora. 233. a.

Hunc locum, siquidem ego te accipio dicere Arpinum germanam patriam esse uestram. Ci ď Leg. 170. a.

Vt contra ac dicat accipi ac sentiri uelit. Ci. Or. 209 b.

Sed quem accipio ipse oculis atq; animo sensum, hunc uere apud uos, ut potero planissime exponam. Cic. I. V. 157 a.

Vt de Socrate accepimus Ci. Off. 18. b.

Accepissemq; fama & auditione esse quoddam numen &c. Ci ď N. 45. a.

Cum græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim Ci. Acad. 2. a.

Cermoniç ab omni uetustate acceptæ. Ci. ď Ar. 250. a.

Sic enim a maioribus nostris accepimus. Ci. I. V. 64. a.

C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. Cic. ℘ Plan. 269 b. & ibi. Accipere offensionem in ædilitate.

Accipere aliquem in amicitiam. Ci. At. 37. b.

Accipere aliquem in ciuitatem Ci. Off. 8. a.

Accipere falsam opinionem de aliquo. Ci. Ep. 13. b. l habere falsam opinionem de aliquo.

Sit boni oratoris multa auribus accepisse. ď Or. 103. b.

Accipiter, tris. Ci. ď N. 69. a. Accipitres, aspides &c. et Har. 43.

Accitus, a, um. Sal In Cl. 270. b. Cicero arreptitius, accitus & paulo ante insitus huic urbi ciuis.

Accitus, tus. accersitus.

Ci. I. V. 162. a. Accitu alicuius euocari.

Accius, cij. Poeta D. Bruti M filij familiaris. Ci. ď Cla. 174. a. & ℘ Arch. 190. a.

Acclamatio, onis. adclamatio, admurmuratio. exclamatio. Cic. ď In. 47. b. Quod genus strepitum, acclamationem statim non incommodum est inijcere.

Acuta & attenuata nimis acclamatio. Ad Her. 20. a. & ibi. Exilamatio pro eodem

Vitāda est acclamatio aduersa populi. Ci. ď Or 159 b.

Cato contradixit maxima acclamatione Senatus. Ci.Q.Fr.306.b.

Pompeius non modo acclamatione sed conuitio & male dictis impeditus fuit. Ci.Q.Fr.308.a.

Acclamatio aduocatorum Clady.Ci.At.11.a.

Acclamo,as. Ci.đ Cla.188.a.*Sed tamen non metuo ne mihi acclametis.*

Hostis omnibus.qui acclamassent Ci I.V.162.a.

*Quæstura hostiensis,cui,cum prætores sortiuntur,etiam acclamari solet.*Ci.ꝑ Mur.128.a.

Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab urbe,nam cum dixisset minus abesse LIII,*populus cũ risu acclamauit,ipsa esse.*Ci. ꝑ Cecin.290.a.

*Ne acclametur.*Ci.I.P.93.b.*in malam partem.*

Acclinis,ue.

Ci.Q.Fr.318.b.*Ea uiæ pars ualde acclinis est.*

Accola,læ. Ci.I.V.226.b. *Ennenses omnes sacerdotes, omnes accolæ atq; antistites Cereris esse uidentur.*

Accolo,lis. Ci.Or.211.a.*Vos qui accolitis Histrum flu uium,ex Neuia.*

Illa gens,quæ illum locum accolit, sensu audiendi caret. Ci đ Som.229.a.

Accommodate. Ci Or.207.b. *Definire aliquid ad popularem intelligentiam accommodate.*

Dicere q̃maxime ad ueritatem accommodate Ci.đ Ora.97.a.

Accommodatio,onis. Ci.I.V.191.a.*Ex huiusmodi initio atq; ex liberalitate & accommodatione magistratuũ, consuetudo æstimationis introducta est.*

Accommodatus,a,um. *aptus, congruens, constitutus.*

Ci.đ Or.103.a.*Sententiæ ad probandum accommodatæ,& uerba ad audiendum iucunda.*

*Animi motus probandi,qui item ad naturam accommodati sunt.*Ci.Off.20 b.

Oratio ad persuadendum accommodata Ci Acad.45.a

*Animi præparati rebus ad tranquillitatem accommodatis.*Ci.đ D.105.b.

*Nunquis uestrum ad uim,ad facinus accommodatus esset nemo.*Ci.ꝯ Rul.90.a.

Minime sum ad te consolandum accommodatus. Ci.Ep.71.b.

*Accommodatum ad rem de qua agitur.*Ad Her.2.a.

Hæc lex nobis accommodata atq; utilis est. Cic.ꝯ Rul.68.b.

*Numeri singulis orationis generibus accommodati.*Cic.Or.216.a.& ꝑ Clu.18.a.

*Pompeÿ ratio,quę fuit accommodata L. Syllę descriptio ni.*Ci.ꝑ Flac.152.b.

*Sed te confido ea esse facturum, quæ mihi intelliges esse accommodata.*Ci.Ep.32.a.

Tunc mihi ille dixit perscire accommodatum tibi si &c. Ci.Ep.33.a.

Accommodo,as. *commodo, apto, refero, naturã meã uerso & ad tempus rego.*

Cic.Ep.203 b,*Peto a te,ut ei de habitatione accommodes.*

Largiendi ratio & ad facultates accommodanda & mediocritate moderanda est. Cic.Off.45.b. &.44.b.*Modusq; adhibeatur,isq; referatur ad facultates.*

Si quid iste suorum ædilibus accommodauit, Cic.I.V.229.b.

*Ait se ædes suas cuidam amico ad nuptias accommodasse.*Ad Her.40.a.

*Vos autem,dum illi placere uultis,ad tempus ei mendacium uestrum accommodauistis.*Ci.ꝑ Cæl.40.b.

*Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem.*Cic.Ep.58.b.

*Meum consilium accommodabo ad tuum.*Ci.Ep.129.b.

*Qui se ad remp & ad magnas res gerendas accommodauerunt.*Ci.Off.24.b.

*Ad uos exacuendos accommodaui orationem meam.*Ci.đ Or.95.b.

*Ve libenter ad eius testimonium uestrum iusiurandum accommodetis.*Ci.ꝑ.S.R.35.a.

*Si qui dies ad rusticandum dati sunt, ad eorum numerũ accommodo,quę scribo.*Ci.đ Leg.157.b.

Ciceroni hoc uelim proponas,ut sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedem Argileti. Cic.Att.297 a.

*Ad alicuius arbitrium & nutum totum se fingere,& accommodare.*Ci.ꝑ Dom.240.b.

*Ve se exta ad immolantis fortunam accommodent.*Cic.đ D.215.b.

Accommodare fabulas poetarum, ad ea, quæ dicimus. Cic.de N.14.a.*Et traducere partum Iouis ad physiologiam.*

*Africanus ille coronam sibi ad caput accommodans.*Cic.đ Or.132.a.

*Hęc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda ad oblectandos animos.*Ci.đ Or.123.a.

*Vulgare exordium est,quod in plures causas potest accommodari,ut conuenire uideatur.*Ci.đ In.48.a.

Vt ÿdem uersus aliàs in aliam rẽ accommodari possent. Ci.đ D.131.b.

Quod in plures causas accommodari potest. Ad Her.3.a.

Ratio, quæ aliÿ expositioni potest accommodari. Ad Her.13.a.

*Accommodare unum alteri.*Ad Her.27.b.

*Accommodare unam rem ad aliam.*Ad Her.1.a.

*Accommodare tempus ad unius uoluntatem.*Ci.Ep.52.a

*Vt perornandæ litis tempus,quoad per leges liceat,accommodet.*Ci.Off 60.b.*aliter,perorandæ.*

Accresco,scis. *cresco.*

Ci.đ In.74.b.*Flumen subito accreuit.*

*Redde rationem,quantum patrimonÿ acceperis,quid tibi litibus accreuerit.*Sal.In Cic.271.a.

*Postquam in dies dolores accrescere febresq; accessisse sensit.*Cornel.Nepos in uita Att.272.a.

Accretio,onis. *amplificatio.*

Ci Tus.162.b.*Lunam accretione & diminutione luminis,quasi fastorum notantem & significantem dies.*

Accubatio,onis.

Ci.Off.26.a.*Status,incessus, sessio,accubatio.*

*Accubatio epularis amicorum.*Ci.đ Sen.86.b.

Ingressus,cursus,accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio,

benfio.Ci.ď.N.10.a.

Accubo,as.accumbo.Ci.I.C.106.b. Q*ui mihi accubantes in cõiuijs eructant sermonibus suis cædẽ bonorũ.*

Hæc scripsi X *Cal.accubans apud Vestorium.*Ci.At.227.b.

Accumbo,bis.accubo,cubo, discumbo.

Ci.I.V.252.a.*Muliebria,quotidie conuiuia erant,uir accumbebat nemo.*

Huc te è Balneo prinsq̃ accumberes ducere nolebat. Ci.p Deio.146.b.

*Lacedæmonij,qui quotidianis epulis, in robore accumbunt.*Ci.p Mur.142.a.

In conuiuijs græcorum mulieres non accumbere. Ci.I.V.89.b.

*Cum lauti accubuissent.*Ci.ď Or.87.a.

*Cæsar unctus est,accubuit.*Ci.At.222.a.

*Accubueram hora nona cum ad te harum exemplũ in codicillis exaraui.*Ci.Ep.142.b.

Accumulo,as.construo,coaceruo.

Ci.ꝯ Rul.77.b.*Auget,addit,accumulat aurũ ex pda.*

Accurate,dilig̃nter, studiose,exquisite.

Ci.At.129.a.*Accurate uelim perscribas tuam ad me sententiam.*

*Accurate & exquisite disputare de aliqua re.*Cic.ď Cla.190.b.

*Accurate sanè & diligenter de Dijs immortalibus disputatum est.*Ci.ď.N.5.a.

*Accurate diligenterq; & studiose facere aliquid.*Ci.ď Cl.172.a.

Illud tamen arcte tenent,accurateq; defendunt. Ci.Parad.118.a.

*Is egit mecum accurate multis uerbis,tibi ut responderem.*Ci.At.254.a.

*Scripsi ad eum accurate.*Ci.At.74.a.

Accurate cogitateq; scribere aliquid. Cic. ꝑ Arch. 189.a.

Accuratio,onis.

Ci.ď Cl.186.b. *In inueniendis componendisq; rebus mira accuratio.*

Accuratus,a,um.meditatus,exquisitus.

Ci.At.101.b. *Litterarum tuarum accuratissima diligẽtia mirum in modum delectatus sum.*

*Accurata orationis copia.*Ci.ď Or.88.a.

*In tali cœtu & tam accurato sermone.*Ci.ď Or.130.a.

Accuratum & exquisitum dicendi genus. Ci.ď Cl. 191.a.

*Accurata oratio alicuius.*Ci.ď Am.101.a.

Accuro,as.

Ci.ď In.54.a.*Melius accurantur,quæ consilio geruntur,q̃ quæ sine consilio administrantur.*

Accurro,ris.

Ci.At.35.b.*Expeditus facito ut sis,in Inclamaro ut accurras.*

Hic igitur si accierit,accurram. Ci.At.120.b.

*Cũ cuncta nobilitas ac iuuẽtus accurreret.*Ci.p Rab. 94.b.

*Neq; recuses,quin si opus sit,accurras.*Ci.At.21.b.

Lepta me rogat,ut si q̃d sibi opus sit,accurras. Ci.At.220.b.

*Accurres in Tusculanum,ut scribis.*Cl. At.139.a.

Istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simulatq; uelimus,accurrant. Ci.ď.D.136.b.

*Is accurrisse Romam dicitur.*Ci.Off.74.b.

*Nos accurremus ad te.*Ci.Ep.118.a.

Accusabilis,le.Ci.Tus.225.b.Q*uoniam omnium accusabilis est turpitudo.*

Accusatio,onis.nominis delatio.

Ci.ď Cl.176.a.M. *Brutus accusationem factitauit, ut Athenis Lycurgus.*

Accusator,oris.Ci.ď Cla.176.a.M.*Brutus accusator,uehemens & molestus,&.*176.b.*Accusator acer & acerbus.*

Possumus petitoris personam capere,accusatoris deponere? Ci.p Q uin.8.a.

Punere accusatorem alicui aliqua lege. Ci.Ep.122.a.

*Accusator apponitur ciuis Romanus.*Ci.I.V.91.a.

*Lex Memmia contra Accusatores temerarios.*Ci.p.S.R.27.a.

Accusatorie.Ci.I.V.144.a.*Accusatorie dicere,&.*185.a.*Non agam tecum accusatorie, nihil fingam.*

Accusatorius,a,um.

Ci.p Mur. 126.a. *Illos lex magisquædam accusatoria, q̃ uera maledicendi facultas de L. Murenæ uita dicere aliquid coegit.*

Quæ accusatorio iure & more sunt facta. Ci.p Flac. 148.b.

*Non tu in isto artificio accusatorio calidior es,q̃ hic in suo.*Ci.p.S.R.26.a.

*Accusatorio animo adduci &c.*Ci.p Clu. 19.b.

Accuso,as.causam uel culpã in aliquem confero uel trãsfero,culpã alicuius accuso,postulo,insimulo,arguo,cõpello,appello,criminor,cito, nomen defero, diem dico, in crimen uoco, aliquem reum cito, in iudicium uoco, ad iudicium uoco, reum facio, in reos refero, in iudiciũ capitis uoco, litem intendo, litem infero, mulctam peto,litem capitis in aliquem infero, capitis aliquem arcesso,in iudicium capitis arcesso, aliquem ambitus crimine accersio,periculum capitis alicui infero, in capitis periculum uuco,in discrimen capitis adduco, alicuius criminis aliquem reum faciu, actiunem perduellionis alicui intendo,nomen alicuius defero, nomen alicui defero, in summum capitis periculum aliquem arcesso,aliquem iudicio arcessere,aliquem iudicio persequi,aliquem in iudicium de dolo malo, & de fraude tutelæ nomine adduco, statuarum nomine aliquem accerso.Ci.I.V.137.a.

Ci.Q .Fr.307.a. *Primum me tibi excuso in eo ipso,in quo te accusu,me enim &c. Æschines a Demosthene capitis fuit accusatus.*Ci.ď Op.144.b.

Te leuiter accusans in eo quud de me cito credidisses. Ci.Ep.44.a.

Accusare aliquem capitis. Ci.ď Fin.70.b.

*Accusare aliquem ambitus.*Ci.p Cæl.40.a.

Accusare aliquem maiestatis. Ci.ď Or.174.b.

Deinde ne pro indicta die quis accusetur, ut ter ante Magistratus accuset,intermissa die q̃ mulctam irroget,

aut indicet, quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die, qua die iudicium sit futurum. Ci. p Dom. 222.a.

Is apud C sacerdotem rei capitalis accusatus, &c. Ci. I.V.93.a.

Non committam posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Ci. At.4.a.160.b. & p.S.R. 33.b.

Hoc eò ad te scripsi, quod is me accusare de te solebat. Ci. At.2.b.

Sexcenti sunt, qui inter Sicarios & de ueneficijs accusabantur. Ci. p.S.R.33.b.

Et si accusandi sunt, qui &c. magis etiam reprehendendi, qui &c. Ci. Ep.13.a.

Cuius tu desperationem accusare solitus es. Cic. Ep. 79.a.

Voluptatẽ accusare, dolorẽ laudare. Ci. d Fin.55.b.

At in ea re per L.Cæcilium Sylla accusatur. Ci. p Arch.179.a.

Pompeium iam liberius accusare & monere non desistimus. Ci. Ep.2.a.

Fusus accusans scelus Pompeij. Ci. At.137.a.

Grauissime accusare aliquem. Cic. At.178.b. & 242.b.

Acer, acris, acre. Fortis, uehemens, acutus.)(. Lenis.

Ci. At.56.a. *Flaccus eduxit uiros acres .i. fortes.* b

Acre ingenium. Cic. Acad.45.a. *Acre iudicium.* Cic. Acad.6.b.

Acris acies ingenij. Ci. d Or.154.a.

Non despero fore aliquem aliquãdo, qui studio acriore q̃ nos sumus, existat talis orator &c. Ci. d Or.92.b. & 93.a.

Oculus acer & acutus. Ci. p Plan.273.a.

Vegetum se acremq; præbere ad agendum aliquid. Ci. d.D.93.b.

Vtendum est imaginibus agẽtibus, acribus, insignitis. Ci. d Or.141.b.

Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. Ci. d.D.109.a.

Cæsar acer in rebus gerendis. Ci. Ep.124.a.

Sensus uidendi acerrimus. Ci. d Or.141.b.

Animus acer & præsens. Ci. d Or.116.b.

Hæc acrem curam diligentiamq; desiderant. Ci. d Or. 260.a.

Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima atq; attentissima cogitatione posuit. Ci. d Or.144.a.

Milo se acri animo defendebat. Ci. p Mil.106.b.

Flagitator non molestus quidem, sed assiduus tamen & acer. Ci. d Cla.166.a.

Aristoteles acerrimus in rebus inueniendis, & iudicandis. Ci. Or.213.b.

Meus quidam amor gloriæ nimis acer fortasse, uerũtamen honestus. Ci. p Arch.191.a.

Acerrima illa & fortissima cupiditas imminuta ac debilitata est. Ci. I.A.240.b.

Vnguentum summa & acerrima suauitate conditum. Ci. d Or.152.a.

Pompeius acre & magnum bellum gerens. Ci. p Cor. 63.a.

Acerbe, aspere.

Ci. d.N.76.b. *Acerbe necari.* & Ep.5.b. *Acerbe & aspere nimium accusari.*

Acerbe ferre aliquid. Ci. p Plan.259.a.

Acerbitas, tis. asperitas, tristitia.

Ci. At.139.b. *Ita neq; de otio nostro spero iam nec ullam acerbitatem recuso.*

Acerbitas iustitiam imitatur. Ci. Part.237.a.

Iracundia exorabilis, ut in malis, acerbitati anteponenda est. Ci. Q. Fr.298.a.

Apud aliquem euomere uirus acerbitatis suæ. Cic. d Am.112.b.

Ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Ci. Q. Fr.297.a.

Mihi hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates omnes dolores cruciatusq; perferrem. Ci. I.C. 118.a. & 119.b. *Omnes suppliciorum acerbitates.*

Obiurgatio habens multum acerbitatis. Ci. Off.27.b.

Ego fructus ex rep. magna acerbitate permixtos tuli. Ci. p Plan.279.a.

Lacrymæ quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Ci. p Plan.281.a.

Acerbus, a, um. habens acerbitatem, aliquid acerbitatis habens, austerus.

Ci. d Or.127.a. *Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere potuit.*

Demissus, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus Ci. d Or.125.a.

Acerbus in uituperando. Ci. d Cl.170.a.

Quæ mala sunt, ea multo maiora & acerbiora uerbis facere. Ci. d Or.103.b.

Asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. Ci. d.N.75.b.

Miserum est &c. acerbum &c. calamitosum &c. Ci. p Quint.17.b.

Nihil duri nihil acerbi mihi erit, quod rẽp. tutabitur. Ci. Anteq.196.a.

Impolitæ uero res & acerbæ, si erunt relictæ, efferent se aliquando &c. Ci. d Pro.76.a.

Vua primo est peracerba gustui. Ci. d Sen.82.a.

Acerra, ræ.

Ci. d Leg.182.a. *Nec acerræ prætereantur.*

Acerualis, le. Ci. d.D.110.b. i. Sorites.

Aceruatim, summatim.

Cic. Or.204.b. *Aceruatim multa frequentans una complexione deuinciet.*

Aceruus, ui.

Ci. 3 Rul.77.b. *Vix iam uidetur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat.*

Aceruus corporum. Ci. I.C.116.a. *Aceruus tritici.* Ci. Acad.23.a.

Cerno animo miseros atq; insepultos aceruos ciuium. Ci. I.C.120.b.

Itaq; tanti aceruí nummorum apud istum construũtur, ut iam appendantur non numerentur pecuniæ. Cic. I. A.178.b.

Quãtos aceruos facinorũ reperietis! Ci. p Syl.121.b.

Achatus

Achaius,a,um. Ci.d Pro.70.a. Achæi ingentem pecuniã pendunt. L. Pisoni quotannis.

Achaia,iæ.

Ci.ꝑ Fla.165.a. Athenienses, cuncta Achaia.

Prouincia in qua est Lacedæmon. Ci.Ep.216.a.

Achaicus,a,um.

Ci.At.281.b. In medio Achaico cursu.

Acheron,tis. Fluuius apud inferos.

Ci.d.N.68.a. Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton.

Acherontis transuectio. Ci.Tus.150.a.

Metellos pene ex Acherõte excitatos. Ci.Postq̃.109.b.

Achilles,lis. Ci.d.N.68.b. Achillem Astypalæa insula sanctissimum colit.

Achiuus,a,um. Ci.d.D.86.a. Cum Achiui cœpissent inter se strepere.

Achroma. Ci.ꝑ Sest.25.a. Ludius non solum spectator, sed actor & achroma.

Acies,ei. Acumen ferri.

Ci.I.V.259.a. Iam ante aciem securiũ tuarũ uiderat.

Radijs solis acies nostra sensusq; uincitur. Cic.d Som.229.a.

Acies ipsa, qua cernimus, quę pupilla uocatur. Ci.d.N.54.b.

Quorum utrunq; perstringere aciem mentis solet. Cic.d.D.93.b.

Abducere aciem mentis a consuetudine oculorum. Ci.d.N.34.b.

Vt si iam possent in homine uno cerni omnia, quæ nũc tecta sunt, casurus ne in conspectum uideatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciẽ. Ci.Tus.159.a.

Animus, cuius obtusior sit acies. X. qui plus cernat et lõgius. Ci.d Sen.94.a.

Cum homo exercuerit illam ut oculorum, sic ingenij aciem ad bona deligenda. Ci.d Leg.168.a.

Qui splendore falsi honoris obiecto aciem boni ingenij perstringi posse confidunt. Ci.Bru.289.a.

Loci inquirentibus nobis omniq; acie ingenij contemplantibus ostendunt se &c. Ci.d Or.97.a.

Quibus si aciem exercitus nostri ostendero, concident. Ci.I.C.105.b.

Hostibus in ipsa acie, cum præliantur, licet loqui. Ci.Anteq̃.195.b.

Ille aciem instruit. Ci.ꝑ Mur.129.a. & I.A.193.b.

Non enim in acie uersatur & ferro. Ci.d Opt.244.b.

Aciem authoritatis alicuius hebescere. Ci.I.C.98.a.

Acinus,ni. Ci.d Sen.88.a. Acinus uinaceus.

Acipenser,ris. genus piscis. Ci.d Fin.69.b.

Acquiesco,scis. quiesco, in aliqua re mihi requies est.

Ci.d Or.135.b. Qui hoc diuersorio sermonis tam libenter acquieturum te esse dicabas.

In ore tuo uultuq; acquiesco. Ci.ꝑ Deio.144.b.

Nulla est resp. in qua acquiescam. Ci.At.65.a.

Sed quia facillime in nomine tuo acquiesco. Cic.d Fin.91.a.

Acquiesco enim & scribens ad te & legens tua. Cic.At.109.a.

Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus. Ci.d Am.115.a.

Qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. Ci.d.D.109.a.

Habemus aliud nihil ĩ quo acquiescamus. Ci.Ep.48.a.

Habeo enĩ nihil tentatis rebus omnibus in quo acquiescam. Ci.At.190.b.

Sed crebro regusto tuas literas, in his acquiesco, tamẽ expecto nouas. Ci.At.208.a.

Vitandi caloris causa Lanuuij tris horas acquieuerã. Ci.At.216.b.

Ipse dux reuolat, ut ipse quoq; quiescat, in eius locum succedit, ex ijs, quæ acquieuerunt. Ci.d.N.51.a.

Crebro insistens, interdum acquiescens. Ci.d.L.159.a.

Vt in eius bonis acquiescam. Ci.Ep.51.b.

Qui maxime P. Clodij morte acquierunt. Ci.ꝑ Mil.121.b.

Lectis tuis literis aliquantum acquieui. Ci.Ep.51.a.

Acquiro,ris. quæro, comparo, concilio, adiungo, paro, colligo, adipiscor, persequor, consequor, existimatio multo labore collecta.

Ci.Off.56.b. Nam sibi ut quisq; malit, quod ad usum uitæ pertineat, q̃ alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura.

Hæc ipsius labore quæsita atq; collecta sunt. Ci.ꝑ Cl.37.a.

Philosophi, qui semper aliquid acquirunt, quod spectet & ualeat ad bene beateq; uiuẽdum. Ci.Off.33.a.

Et si quando aliqua res maior aut utilior, populari largitione acquiritur. Ci.Off.45.a.

Mihi iam ad uitæ fructum nihil potest acquiri. Cic.I.C.117.a.

Vt mihi nihil neq; ad honorem neq; ad gloriam acquirendam deesse putarem. Ci.Ep.36.a.

Acquirere dignitatem. Ci.Ep.144.b.

Homo & seipsum diligit, & alterum acquirit, cuius animum cum suo commisceat. Ci.d Am.112.a.

Et quàm omnes gratias non modo retinendas sed etiã acquirendas putemus. Ci.At.2.a.

Acquirere sibi aliquem, apud quem euomat uirus acerbitatis suæ. Ci.d Am.112.b.

Aliquid de possessione detrahere & fidem acquirere. Ci.I.C.107.a.

Quanq̃ sic mihi persuadeo recuperatores, non uos tã iuris obscuram rationem his dubitasse, q̃ moram ad eũ condemnandum acquisisse, simul & illi spatium ad sese colligendum dedisse. Ci.ꝑ Cecin.286.a.

Acratophoron. Vrceolus. Ci.d Fin.93.a.

Acredula,læ. Cic.d.D.83.a. Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmẽ, Et matutinis acredula uocibus ĩstat.

Acrimonia,niæ. uis animi, impetus.

Ad Her.21.a. Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniam esse.

Licentia si nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. Ad Her.35.b.

Acriter. Acri animo, uehementer.

Ci.Tus.163.b. Acriter oculis deficientem solẽ ĩtueri.

Accusatorem acriter & uehementer dicere. Ci.ꝑ Fla.150.b.

Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrime, lenioribus principijs natura ipsa prætexuit. Ci.đ Or.138.a.

Vir animosus & se acriter morti offerens. Cic.ꝓ Mil. 119.b.

Aliquid q̃maxime intentis oculis acerrime contemplari. Ci.ꝓ Fla.151.b.

Lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. Ci.I.P.94.b.

Ferè nemo est quin acutius atq; acrius uitia in dicente q̃ recta uideat. Ci.đ Or.94.b.

Acerrime cædere uel reprehendere aliquem. Ci.I.V. 264.b.& At.104.b.

Acroama.auditio.

Ci.I.V.211.a.Hic quasi festiuum acroama ne sine corrolario de conuiuio discederet. ibidem, Cõuiuis inspectantibus emblemmata auellenda curauit.

Cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius uocẽ libenter audiret, dixit &c.Ci.ꝓ Arch.129.b.

Acrostichis, cum deinceps ex primis uersuum literis aliquid connectitur.

Ci.đ.D.131.b.Tum ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur &c.

Ac si.ut si, tanq̃ si, pro eo ac si, quasi, perinde quasi, similiter ac si, iuxta ac si, non secus ac si.

Ci.ꝓ Mur.126.a.Tecum agam serui, non secus ac si meus esses frater.

Pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. Ci.đ In.53.b.

Similiter facis, ac si me roges, cur &c.Ci.đ.N.61.b.

Qui me omnibus officijs iuxta ac si meus frater esset sustentauit. Ci.Post.q̃.208.b.

Quem tracta non secus ac si ego essem imperator. Ci. At.67.b.

Acta, ctæ. Ci.I.V.182.b. Vxorẽ eius parũ poterat aĩo soluto ac libero tot in acta dies secũ habere.i.in litore.

Acta, orum.& Actum, cti.I.Actum.

Ci.đ Or.114.a.Consilia primum, deinde acta, postea euentus.

Res urbanas actaq; omnia ad te perferri arbitror. Ci. Ep.161.a.

Ac in libellis et chirographis acta Cęsaris firma erũt Ci.I.A.156.a.

Tum istius acta commemorabuntur. Ci.I.V.214.b.

Acta Cęsaris, quę quidẽ Cęsar egisset. Ci.I.A.179.a.

Acta Cæsaris rata esse uel irrita. Ci.đ Pro.78.b.

Vt acta tui præclari Tribunatus hominis dignitate honestes. Ci.ꝓ Dom.229.b.

Vt qua ratione hæc inuestigata sunt, uos qui ignoratis, ex actis scire possitis. Ci.I.C.111.a.

Cogitabam multa eius inique acta & constituta tollere. Ci.At.84.b.

In publicis actis nihil est grauius, in priuatis firmissimum est testamentum. Ci.I.A.181.a.

Actæon, onis. Ci.Pared.123.a.

Actio, onis.iudicium, interdictum, quæstio, petitio, actus, factum, usus, πρᾶξις

Ci.In Sal.283.b. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores.

Epicurus deos spoliat motu & actione diuina. Ci.đ N.21.b.

Epicurus deos omni procuratione atq; actione priuat. Ci.đ.N.34.b.

Actiones appetitionibus consentaneæ. Ci.đ.N.36.b.

Dispersione enim consulum actio de pace sublata est. Ci.At.143.a.

Ad quod genus adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio. Ci.Off.4.b.

Actio mentis atq; agitatio in Deo. Ci.đ.N.11.a.

Actio uirtutis & usus uirtutis idem. Ci.Acad.46.a.

Virtutis laus omnis in actione consistit. Ci.Off.5.a.

Omnino si quicq̃ est decorum, nihil est profecto magis q̃ æquabilitas uniuersæ uitæ tum singularum actionũ. Ci.Off.22.b.

Ego non dimitto istam curam, sed suscipiam omnem istam actionem. Ci.At.226.b.

In omni actione suscipienda tria sunt tenenda &c.Ci. Off.18.b.

Si modo contra alienam potẽtiam nõ pro sua suscepit eas actiones. Ci.At.286.a.

Locum autem actionis opportunitatem temporum esse dicunt. Ci.Off.29.a.

Hæc quasi fabula rerum euentorumq; nostrorum habet uarios actus multasq; actiones & consiliorum & temporum. Ci.Ep.68.b.

Me & cõgressus Cæsaris stimulat & primas eius actiones horreo. Ci.At.151.a.

Qua humanitate tulit contentionem meam aduersantem interdum actionibus suis? Ci.Ep.42.b.

Pueris non omnem licentiã ludendi damus, sed eã quę ab honestatis actionibus non sit aliena. Ci.Off.21.a.

Dare curas & actiones honestas alicui. Ci.Ep.130.a.

Nec actio illarum rerum aperta petulantia uacat, nec oratio obscœnitate. Ci.Off.25.b.26.a.

Actiones suas scriptis mandare. Ci.Off.33.b.

Eã partem animi, quæ sensum habeat, non esse ab actione corporis seiungatam. Ci.đ.D.95.a.

Ex eo ingenia, mores, animum, corpus, actionemq; uitæ cuiusq; fingi. Ci.đ.D.127.a.

Parare res, quibus actio uitę continetur. Ci.Off.4.a.

Cognitio contemplatioq; naturę manca quodammodo atq; inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ci. Off.31.a.

Demosthenem ferunt ei, qui quæsisset, quid primum esset in dicendo, actionem, quid secundum idem, & idem tertium respondisse. Ci.đ Cla.177.a.

Actio causæ maxime debilitatur loco. Cic.ꝓ Deio. 244.b.

Demosthenes tribuit & primas & secundas & tertias actioni. Ci.Or.202.a.

Actio in dicendo una dominatur. Ci.đ Or.162.b.

Est enim actio quasi sermo corporis. Ci.đ Or.163.b.

Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet è uoce atq; motu. Ci.Or.202.a.

Actio uaria, uehemens, plena animi, plena spiritus. Ci.đ Or.115.a.

Actio nõ tragica nec scenæ, sed modica iactatione corporis, uultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur

cuntur

cuntur os ducere, sed illo quo significant ingenue quo sensu quidq; pronuntiant. Ci. Or. 204. a.
Mea actio atq; contentio. Ci. Ep. 161. a.
Actio Gn. Pompeij habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summã dignitatem. Ci. d Cl. 186. b.
Dolobellæ prima illa actio & hæc contra Antonium concio. Ci. At. 235. b.
Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarũ actio gratulatioq; me commouet. Ci. At. 274. b.
Gratiarum actionem a te non desiderabam. Cic. Ep. 154. b.
Nec enim tanta necessitudo, quãta &c. desiderare uidetur gratiarum actionem. Ci. Ep. 158. a.
Gn. Flauius scriba fastos protulit, actionesq; composuit. Ci. At. 86. a.
Actiones a Gn. Flauio primũ expositę. Ci. d Or. 100. b.
Nullum est de alea lege iudicium. Ci. I. A. 172. a.
Dare actionem & dare iudicium alicuius rei cuipiam. Ci. I. V. 122. a.
Prætor asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Ci. I. V. 122. a.
Actio alicuius rei. Ci. d In. 52. b.
Constituere actionem. Ci. d In. 69. b.
Constituere iudicium mandati. Ci. p S. R. 36. b.
Constituere quæstionem de furto. Ci. p Clu. 56. a.
Constituere locum reo. Ci. p Clu. 29. a. & 29. b.
Nec constituere iuris actiones mallebat, q̃ controuersias tollere. Ci. I. A. 223. a.
Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ aut ratione actionis errare possit. Ci. p Q. R. 49. a.
Actio iniuriarum dolorem imminuit libertatatis iudicio pœnaq; mitigat. Ci. p Cecin. 191. b.
Eius rei ius actionemq; quęramus. Ci. p Cecin. 190. b.
Quæro sit ne aliqua eius rei actio, an nulla. Ci. p Cecin. 191. a.
Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meũ ius teneam, tuã iniuriam persequar. Ci. p Ceci. 291. a.
Cum de sua parte Roscius transegit cum Flauio, actionem tibi tuam reliquit. Ci. p Q. R. 54. a.
Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem. Ci. p Q. R. 50. b.
Si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem, si qui introire prohibuisset, non haberem. Ci. p Cecin. 191. b.
Vt uos iudicetis huius rei interdictum atq; actionem in mentẽ maioribus nostris nõ uenisse. Ci. p Ceci. 292. b.
Quare aut muta actionem, aut etc. Ci. p Ceci. 186. b.
Prætorijs exceptionibus multæ excludantur actiones. Ci. d In. 69. a.
Ci.đ N.58.a. Canum tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio.

Sic habendum,in amicitijs nullam pestem esse maiorem, q̃ adulationẽ,blãditias,assentationẽ. Ci.đ Am.113.a.

Adulo,as & Adulor,aris.blãdior, assentor,auribus do, omnia ad uoluntatem loquor nihil ad ueritatem , qui ad alterius non modo sensum ac uoluntatem sed etiã uultum atq; nutum conuertitur.Ci.đ Am.113.b.

Ci.đ.D.109.b.Nec adulatus nec admiratus fortunam sum illius.

Adulans omnes.Ci.I.P.101.a.

Cauendũ est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus,in quo falli facile est.Ci.Off.18.b.

Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare . Cic. Ep.194.a.

Aperte adulantem nemo non uidet , nisi admodum est excors.Ci.đ Am.114.b.

Pinnata cauda nostrũ adulat sanguinẽ.Ci.Tus.180.a.

Adulter,a,um.mœcus.

Ci.In Sal.275.b.Tu omnium cubiculorum ineũte ætate pellex.& idem postea adulter.

Clodius sororis adulter.Ci.p Sest.11.a.

Quis adulter?quæ mulier infamis?Ci.I.C.106.a.

Adulterinus,a,um.non uerus,non naturalis , fucatus,adũbratus.

Ci.p Clu.25.b.Oppianicus testamentum in alias tabulas,translatum signis adulterinis obsignauit.

Nummos adulterinos pro bonis accipere.Ci.Off.70.a.

Adulterium,rij.stuprum.

Ci.đ Or.134.a. Qualem existimas , qui in adulterio deprehenditur?tardum.

Stupra & adulteria & omne tale flagitium uoluptatis illecebris excitari.Ci.đ Sen.35.a.

Stupra dico,& corruptelas,& adulteria,incesta deniq; Ci.Tus.225.b.

Adultero,as. Cic.Part.237.b. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat.

Ius ciuile pecunia adulterari nõ põt.Ci.p Cec.299.a.

Adulterare tabulas.Ci.p.Q.R.47.a.

Simulatio tollit iudicium ueri idq; adulterat.Ci.đ Am. 113.b.

Latrocinari , adulterare , testamenta supponere.Cic.đ Leg.164.b.

Adulteror,aris.cubile alterius ineo.

Ci.Off.26.a.Latrocinari , fraudare , adulterari turpe est, sed dicitur,non obscœne.

Adultus,a,ũ.grãdior ętas,adulta ętas,progressus ætatis.

Ci.đ Cla.167.a.Thucydides & Pericles,qui non nascentibus Athenis sed iam adultis fuerunt.

Ab ijs ipsis,cum iam essent adultæ, ferrum remouit. Ci. Tus.239.b.

Eamq; tueamur,ut adultam uirginem caste &c. Cic.đ Cla.196.a. Puer adulta ætate.Ci.I.V.184.a.

Philosophia ea, mandat animis & ut ita dicam , serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. Ci.Tus.177.b.

Delebitur hęc tam adulta reip.pestis.Ci.I.C.103.b.

Adumbratio,onis.Ci.Or.206.a.Alicuius rei si non perfectio at conatus tamen atq; adumbratio.

Adumbratus,a,um.fictus non uerus.)(.expressus.

Ci.đ Leg.168.a.Principio quasi adumbratas quasdã intelligentias animo ac mente concipimus.

Hic Æschrio Pippæ uir adumbratus.Ci.I.V.164.b.

Gloria est solida quædam res expressa non adumbrata.Ci.Tus.190.b.& ibi. Eminens effigies uirtutis.)(. adumbrata imago gloriæ.

Adumbrata opinio honestatis.Ci.đ Fin.141.b.

Cornelius etiam nunc de indicando dubitat , informat adhuc adumbratum indicium filij.Ci.p Syl.277.a.

Cedò mihi istorum adumbratorũ deorum formas. Cic. đ.N.16.a.

Habuit ille multa maximarum non expressa signa sed adumbrata uirtutum.Ci.p Cæl.39.b.

Comitia uera.)(.comitia adumbrata. Ci.p̃ Rul.72.a.

Adumbro,as.Ci.đ Fin.139.b.In qua hæc honesta, quæ intelligimus a natura tanq̃ adumbrantur , sed in pueris expressa.

Heroum ueteres casus imitari atq; adumbrare dicẽdo. Ci.đ Or.126.a.

Id genus sumus in eorum sermone adumbrare conati. Ci.đ Or.144.a.

Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus.Ci.Or.201.a.

Qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem.Ci.p Dom.229.a.

Aduncitas,tis.Ci.đ.N.50.a.Quædam animalia rostrorum aduncitate cibum capessunt.

Aduncus,a,um.curuatus,tortuosus.

Ci.p Clu.55.b.Serrula adunca ex omni parte dentiũ & tortuosa.

Corpuscula curuata & quasi adunca.Cic.đ.N.14.b.

Adũcis lacerãs unguibus,Iouis satelles.Ci.Tus.180.a.

Aduocatio,onis.Ci.p Sest.25.a.Scio quid grauitas nostra,quid hæc aduocatio postulet.

In re militari multo es cautior q̃ in aduocationibus. Ci.Ep.100.a.

Nihil tam copiosa aduocatione uterer , si petendum esset.Ci.p Quint.8.a.

Parens tuus aduocationem hominis improbissimi sella curruli honestauit.Ci.p Syl.182.b.

Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non uidebitur mouisse?Ci.p Cecin.293.a.

Cum eorum aduocationem manibus , ferro , lapidibus discussisti.Ci.p Dom.224.a.

Aduocatus,a,um.Ci.đ Cla.192.a.Non modo a corona sed etiam ab aduocatis relinquuntur.

Milo affuit,ei Pomponius aduocatus uenit . Ci.Q.Fr. 307.b.

Credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse,quæ consurrectio facta sit.Ci.At.11.a.

Pater tuus Catilinę reo fuit aduocatus.Ci.p Syl.182.b

Quis eum unq̃ non modo in patroni sed in laudatoris aut aduocati loco uiderat?Ci.p Clu.40.b.

Sed adhibes artem aduocatum sensibus. Ci.Aca.21.b.

Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.Ci.Tus.249.b.
Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem cõtra ueneris,causa cadere.Ci.p Mur.226.a.
Vt si constitueris te cupiam aduocatum esse uenturum.Ci.Off.7.a.
Cum ipsum aduocatum ad communem Imperatorũ for tunam defendendam inuocarem.Ci.d Or.226.b.

Aduoco,as.accerso.
Ci.At.191.a.Nam quod non aduocaui ad obsignan dum,primum mihi non uenit in mentem,deinde &c.
Iis,quos tibi aduocasti,uiris electissimis ciuitatis sum mam spem habeo.Ci.p Q uint.1.b.
Cum a negotio omni seuocamus animum quid inquam agimus,nisi animum ad se ipsum aduocamus? Cic. Tus.164.a.
Potentes,diserti,nobiles omnes aduocandi sunt. Cic.p Q uint.8.a.
Neuius uiros bonos complures aduocat, testatur &c. Ci.p Q uint.12.a.
Q uia tamen aliquem contra te aduocare poterat.Cic. p Quint.13.a.
Ait se Ebutio cum seruis armatis uenisse aduocatum. Ci.p Cecin.289.b.
Duabus legionibus a pernicie patriæ ad salutem aduo catis.Ci.Octa.330.a.
Aduocare concionem.Ci.I.V.190.a. Aduocare con silium.Ci.In Vat.31.b.

Aduolo,as.
Ci.d.N.50.b.Auis aduolans ad eas aues,quæ &c.
Ipsa nuper huius opprimendi causa Romam aduolauit. Ci.p Clu.21.a.
Catilina prorumpet,qua minatur,in agros suburbanos repente aduolabit.Ci.p Mur.144.b.
Si insulam Britanniam cœpero cogitare,eius ὀ ὕυλον mi hi aduolabit ad pectus.Ci.Ep.253.a.
Hic tibi rostra Cato aduolat.Ci.At.9.a.
Aduola in Formianum.Ci.At.30.a.
Sed ita te para,ut si inclamaro aduoles.Ci.At.33.a.
Aduola ad nos.Ci.57.a.

Aduro,ris.Ci.Tus.239.b.*Candentibus inglandium pu taminibus barbam sibi & capillum adurebat.*
Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum. Ci.Off.37.b.
Indi cum ad flammam se applicuerint,sine gemitu adu runtur.Ci.Tus.243 b.

Ædes,dis.Ci.Q .Fr.320.b.*Epistola in qua de æde tellu ris me admones.*
Ædium sacrarum publicorumq; operum depopulatio. Ci.I.V.68.b.
Consecrabantur ædes non priuatorum domicilia. Cic. p Dom.238.a.
Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribũt.Ci. p Fla.155.b.
Ædes Mineruæ in Fano Apollinis.Ci.I.V.85.a.
In æde Apollinis.S.C.factum est.Ci.Ep.117.a.
Magnificentia ædium regiarum.Ci.Tus.240.a.
Quæ uidi egomet apud istum in ędibus.Ci.I.V.26.a. & ibi.In medijs ædibus.
Limina profanarum ædium.Ci.d.N.39.b.
Absolutũ offendi in ędibus tuis tectũ.Ci.Q .Fr.320.b.
Ex testudine quadam exijt in ædes.Cic.d Cla.172.a.
Venit in ædes quasdam,in quibus sodalitium erat eodẽ die futurum.Ad Her.40.a.

Ædicula,læ.Ci.Parad.125.b.*M.Manlius pauper fuit, habuit enim ædiculas in carinis.*
Eam aram & ædiculam & puluinar sub saxo sacro de dicauit.Ci.p Dom.240.b.

Ædificatio,onis.Ci.Q .Fr.310.a.*Ædificationem Arcæ ni ad tuum aduentum sustentari placebat.*
Immensa & intolerabilis ædificatio.Ci.I.P.90.a.

Ædificatiuncula,læ.Ci.Q .Fr.319.a.*Quæsiuiq; ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauisses.*

Ædificator,oris.
Ci.d.N.6.a.Opifex ædificatorq; mũdi Platonis Deus. Neq; mundo quicq̃ pulchrius,neq; eius ædificatore pr̨ stantius.Ci.d Vn.196.a.

Ædificium,cij.Ci.Q .Fr.318.b.*Q uid si Cæmentum non haberem,deturbem ædificium?*
Extruere ædificium in alieno.Ci.p Mil.115.b.

Ædifico,as.*extruo,exædifico,constituo,pono,colloco, fa cio,efficio,construo,parietem duco.*
Ci.Q .Fr.309.b.Domus utriusq; nostrum ædificatur strenue.
Ad domum ædificandi descriptio est accommodanda. Ci.Off.28.a.
Vrbes sine hominum cœtu non potuissent ædificari nec frequentari.Ci.Off.35.b.
Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Cic.Q .Fr. 311.a.
Q ui in Timæo mundum ædificauit Platonis deus. Ci. Tus.161.a.
Si quis adhibere uolet non modo ut architectos, uerum etiam ut fabros ad ædificandam remp.Ci.Ep.127.a.
Q ui maximas ædificasset ornassetq; classes. Ci.p Pő. 5.a. Verres nauim ædificauit Ci.I.V.244.b.
Cur carcer ædificatus?C.I.V.140.a.
Ad illius pœnã carcer ædificatus est.Ci.p Syl.180.b.
Vrbs,quæ quia postrema ædificata est,Neapolis nomi natur.Ci.I.V.228.a.
Domus bene & ratione ædificata.Ci.Off.63.a.)(.ma le materiata,ruinosa.
Prædiola nostra belle ædificata & satis amœna. Cic. At.252.a.
Aedificare hortos.Ci.At.150.a. Aedificare porticũ. Ci.p Dom.236.a.
Villa lautius ædificata.Ci.d Leg.169.a.

Ædilis,lis.
Ci.d Cla.190.a.M.Cœlius ædilis curulis factus est.
Sunto ædiles curatores urbis,annonæ,ludorumq; solẽ nium,ollisq; ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto.Ci.d Leg.185.a.
Ego,qui trinos ludos ædilis fecerã. Ci.p Mur.133.a.
Nunc sum ædilis designatus.Ci.I.V.243.a.
Me ædilem priorem populus Rom.fecit. Ci.I.P.79.b.
Prætores ius dicunt,ædiles ludos parãt.Ci.At.148.b.

De ædili & magistro & ludis l. Ludus.
De officio ædilis & de eius habitu, & insignibus, de toga prætexta & sella curuli. Ci. I. V. 143. a.

Ædilitas, tis. Cic. d. Off. 45. a. L. Crassus cum Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.
Furiosa ædilitas. Ci. Q. Fr. 307. a.
Hoc simulacrum quidam homo nobilis &c. ad ornatũ ædilitatis suæ deportauit. Ci. p Dom. 235. b.
Splendor ædilitatum ab optimis uiris postulabatur. Ci. Off. 45. a.
Aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis dicebat. Ci. p Clu. 31. b. Curulis ędilitas. Ci. d. Ar. 250. a.
Qui Romæ Tribunatum pleb. peteret, cũ in Sicilia ædilitatem sæpe dictitasset. Ci. At. 22. a.

Ædilitius, a, um. Cic. d. Cla. 174. b. Sed omnia is summa sperans ædilitius est mortuus.
Crassus functus est ædilitio maximo munere. Ci. d. Off. 45. a. Vir ædilitius. Ci. In Vat. 32. a.
Aedilitia repulsa. Ci. p Plan. 169. b.
Iniquo & graui ædilitiarum uectigali Asiam liberasti. Ci. Q. Fr. 194. b. Homo ædilitius. Ci. p Clu. 34. a.

Æditũus, tui. ædis sacræ custos.
Ci. I. V. 222. b. Illi fores ædis effringunt, æditui custodesq; mature sentiunt.

Ædo, dis. i. Edo.
Ci. d. Cla. 166. b. Quare si tibi est commodum, ede illa quæ cœperas & Bruto & mihi.

Æeta, tę. Cic. d. N. 70. b. Solem Colchis Aeetam & Circen procreasse.

Ægæum, gæi.
Ci. d. Leg. 191. b. Aegæum mare. & p Pom. 14. b.

Æger, a, um. ægrotus.)(ualens.
Ci. d. N. 28. b. Ne ægri quidem omnes conualescunt.
Homo æger morbo graui. Ci. I. C. 103. b.
Is semper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit. Cic. d. Cla. 180. b. Medea animo ægra. Ci. p Cæl. 41. a.
Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum nõ est. Ci. Tus. 195. a.
Quis ægris subuenisset? quæ esset oblectatio ualentium? Ci. Off. 35. b.
Qui nunq̃ ægro corpore fuerunt. Ci. Postq̃. 198. b.
Familia ægra est. Ci. At. 257. a.
Pinnarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat, grauiter ægrum. Ci. At. 89. a.
In eo igitur oppido, ita grauiter ęger fuit, ut omnes medici diffiderent. Ci. d. D. 91. b.
Tyro ad te dedisset literas, nisi eum grauiter ægrum Esæ reliquissem. Ci. At. 96. b.
Aegra & propè depasta reip. pars. Ci. I. V. 77. a.
Valere.)(ægrum esse. Ci. d. Fin. 122. a.
Ad ægros nõ uates sed medicos solemus adducere. Ci. d. D. 110. b. Aeger animo. Ad Her. 12. b.
Omnes tibi reip. partes ægras & labentes, ut eas his armis sanares & confirmares, esse commissas. Cic. p Mil. 114. b.
Mulier ægra & corpore et aĩo cõfecta. Ci. Ep. 235. a.

Ægina, næ. Ci. Off. 61. a. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo.

Ægre. aduerb. Ci. d. D. 95. b. Quem cum non potuisset extrahere, discessit ægre ferens.
Vt si quis ægre ferat, se pauperem esse. Ci. Tus. 221. a.
Ab hasta ea ægre me tenui, itaq; perstringam sine ulla contumelia. Ci. At. 258. a.
Omnis conglutinatio recens ægre, inueterata facile dissoluitur. Ci. d. Sen. 92. a.
Inueterata uitia ægrius depelluntur. Ci. Tus. 227. a.
Byzantij totum pontum efferuescentem in Asiam ægre repulsum sustinuerunt. Ci. d. Pro. 70. b.
Nihil ægrius factum est multo labore meo, q̃ ut manus ab illo abstinerentur. Ci. I. V. 234. a.
Eum propè esse uident, quo etiam carent ægrius. Ci. p Pom. 6. a.
Nihil eo uidi melius, itaq; careo ægre. Cic. At. 100. a.

Ægrimonia, niæ. ægritudo. Ci. At. 199. a. Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.

Ægritudo, nis. ægrimonia.
Ci. Tus. 195. a. Maiores nostri solicitudinem, angorem, molestiam, propter similitudinem corporum ægrorum ægritudinẽ nominauerunt. & ibi. Sed proprie ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo.
Omnes metus & ægritudines ad dolorem referuntur. Ci. d. Fin. 57. b.
Aegritudo animi. Ci. d. N. 3. b.
Epistola tua non me solum sed meos omnes ægritudine leuauit. Ci. At. 139. b.
Aegritudo me somno priuat. Ci. At. 144. a.
Liber de ægritudine lenienda. Ci. d. D. 108. b.
Ne me totum ægritudini dedam. Ci. At. 136. b.
Id mihi erat satis firmum ad leniendam ægritudinem. Ci. At. 207. a.
Tu me tuis uerbis ægritudine leuasti. Ci. Ep. 70. a.
Me autem non oratio tua solum & societas penè ægritudinis, sed etiam authoritas consolatur. Ci. Ep. 51. b.
Aegritudo criminis. Ci. p. Q. R. 49. a. i. lenitas
Quibus duobus morbis, ægritudine & cupiditate, qui tãdẽ possunt in corpore esse grauiores? Ci. Tus. 191. a.
Illi misericordiam ægritudinemq; clementiæ quasi cotem esse dicebant. Ci. Acad. 34. b.

Ægrotatio, onis. morbus. Ci. Tus. 195. a. Sed proprie ut ægrotatio in corpore sic ægritudo in animo.

Ægroto, as. ægro corpore sum, morbo sum affectus.
Ci. p Clu. 54. b. Is ibi in morbum incidit, ac satis uehementer diuq; ægrotauit.
Adolescentes facilius in morbos incidũt, grauius ægrotant, tristius curantur. Ci. d. Sen. 91. a.
Grauissime ægrotare.)(optime ualere. Ci. d. Fi. 73. b.
Homo quotannis periculose ægrotans. Ci. At. 119. a.
Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Cice. Tus. 226. b.
Si grauiter ægrotare filius cœperit. Ci. Off. 7. a.
Pompeio nostro familiari, cũ grauiter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Ci. Tus. 166. b.

Ægrotus, a, um. ęger. Ci. Ep. 133. a. Cum ad L. Cæsarem ęgrotum Neapolim uenissem, quanq̃ erat oppressus totius corporis doloribus, tamen &c. Vt si Medicus, cum ęgrotus alij medico traditus sit, irasci uelit &c.

Hoc remedium est ęgrotę ac propè desperatę reip. Ci. I.V.66.a.

Ægyptius,a,um.Ci.d.N.10.b.Portenta Magorum,Aegyptiorumq; dementia.

Rex Aegyptius.Ci.I.P.90.a.

Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecrauerunt. Ci.d.N.67.a.

Aegyptiorum imbutę mentes prauitatis erroribus,quā uis carnificinam prius subierint,q̃ ibim aut aspidem aut felem aut canem aut crocodilū uiolēt. Ci.Tus.243.b.

De Aegyptiorum superstitionibus.Ci.Tus.243.b.

Ægyptus,ti.

Ci.p Rul.74.a.Alexandria cunctaq; Aegyptus.

Æmulatio,onis.uirtutis imitatio.

Ci.Tus 212.b.Aemulatio dupliciter dicitur, ut & in laude & in uitio nomen hoc sit,nam & imitatio uirtutis ęmulatio dicitur,& est ęmulatio ęgritudo,si eo,qd concupierit,alius potiatur,ipse careat.

Illa uitiosa ęmulatio,quę riualitati similis est. Ci.Tus. 221.b.

Æmulator,oris.Ci.At.23.a.Seruilius ęmulator Catonis.

Æmulor,aris.Ci.p Fla.159.b.Omnes eius urbis instituta laudare facilius possunt q̃ ęmulari.

His ęmulamur,qui ea habent,quę nos habere cupimus. Ci.Tus.157.b.

Obtrectare alteri aut illa uitiosa ęmulatione,quę riualitati similis est,ęmulari,quid habet utilitatis? cū sit ęmulantis angi alieno bono,quod ipse non habeat, obtrectantis autem alieno bono,qd id etiā alius habeat.

Æmulus,la.lum.Ci.p Mar.131.a.Ille ęmulus atq; imitator studiorum meorum.

Licet Brutum solum ames,me ęmulum non habebis.Ci. At.93.b.

Rei alicuius comprobatores atq; ęmuli.Ci.d In.51.b.

Q. illa Claudia ęmula domesticę laudis. Cic.p Cęl. 44.b.

Is me potissimum testatus est se ęmulum mearum laudū extitisse.Ci.I.A.66.a.

Si non tanq̃ uirum,at tanq̃ ęmulum remouisset.Ci.I.V. 252.b.

Flacci ęmulus P.Decius fuit.Ci.d Cla.174.b.

Aemulus prętoris.Ci.I.V.158.a.

Stoici ęmuli inuentorum Zenonis.Ci.p Mur.138.b.

Æneas,neę. Ci.I.V.216.b.Aeneas fugiens a Troia &c.

Æneus,a,um.quod ex ęre est.Ci.d.N.65.b.

Ci.I.V.213.b.Lecti ęrati,candelabra Aenea.

Equus Aeneus.Ci.Off.59.b.

Aenea statua.Ci.I.A.223.a.

Signum Aeneum.Ci.p Deio.147.b.

Aeneum trophęum.Ci.d In.71.a.

Signum Aeneum,marmoreū,eburneū.Cic.I.V.200.a.

Ænigma,tis.Ci.d Or.158.a.Ex hoc genere fiunt ea,quę uocantur ęnigmata, non est autem in uerbo modus hic sed in oratione,id est in continuatione uerborum.

Aenigma oppiorum ex Velia planè non intellexi. Ci. At.111.a.& ibi.Iam intellexi tuum ęnigma.

Iam uero,quo pertinent obscuritates & ęnigmata somniorum? Ci d.D.135.b.

Literę grece ἐν αἰνιγμοῖς.Ci.At.96.a.

Cętera erunt ἐν αἰνιγμοῖς.Ci.At.34.b.

Æoleis.ci.Ci.p Fla.159.b.Tria gręcorum genera sunt, quorum uni &c.Aeoles alteri,Doreis tertij &c.

Æquabilis,le.

Ci.d In.70.b.Par,quod inter omnes ęquabile est.

Moderati ęquabilesq; habitus.Ci.d Fin.133.a.

Aequabile & temperatū orationis genus. Ci.Off.1.b.

Tractu orationis leni & ęquabili ꝑpoliuit illud opus. Ci.d Or.113.b.

Quod æquabile inter omnes & unum omnibus esse possit.Ci.p Cecin.298.b.

Aequabilis prædæ partitio.Ci.Off.41.a.

Prætoris diligentia requirenda in numero nauium & in descriptione æquabili sumptus.Ci.p Fla.152.b.

Iuris æquabilem tenere rationem.Ci.Q.Fr.296.a.

Ἰσονομία,idest ęquabilis tributio.Ci.d.N.12.a.

Motus certus & æquabilis.Ci.d.N.30.b.

Æquabilitas.ἰσονομία.Ci.d Or.128.a.Quidam intolerantius se iactant,& ęquabilitatem communis iuris pręstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.

Aequabilitas motus.Ci.d.N.28.b.&.23.a.aliàs ęquilibralitas.

In laude iustitiæ explicandum erit,quid cum fide quid cum æquabilitate factum sit.Ci.d Or.140.b.

Lenitas & æquabilitas orationis.Ci.Or.201.b.

Aequabilitas uniuersę uitę tum singularum actionum maxime decora est.Ci.Off.22.a.

In liberis populis & iuris æquabilitate exercenda etiā est facilitas.Ci.Off.18.a.

Fortis animus sine constantia & æquabilitate nihil est. Ci.At.286.b.

Præclara est æquabilitas in omni uita,& idem semper uultus,eademq; frons.Ci.Off.18.b.

Æquabiliter.Ci.d Or.128.b.Genus facetiarum ęquabiliter in omni sermone fusum.

Aequabiliter prędam dispartiri.Ci.Off 41.a.

Oratio cum lenitate quadam æquabiliter profluens. Ci.d Or.114.a.

Æqualis,le.par,ęquabilis,coæuus.ętate coniunctus,eadē ætate,eiusdem ętatis. Ci.d Or.91.b.Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares.

Partem pedis ęqualem esse alteri parti.Cic.Or.215.b.

Oratio par & ęqualis rebus ipsis.Ci.Or.208.a.

Quæ uis non modo senior est, q̃ ætas populorum,sed æqualis dei.Ci.d Leg.171.a.

Sed ordinem sequens in memoriam notum & ęqualem necessario incurro.Ci.d Cla.187.a.

Peccata esse æqualia.Ci.Parad.119.b.

Demosthenes successit magnis & maximos oratores habuit æquales.Ci.Or.206.a.

Philistus ęqualis temporum illorum.Ci.d.D.88.b.

Ipse autem ęqualem ętatis suę memoriam deposcit. Ci. d Leg.157.b.

Et cretici æqualis Pæan,qui spatio par est,syllaba longior.Ci.Or.218.a.

Quod metiri possumus interuallis æqualibus. Cic.d Or.160.

Hoc sacrificium quod a regibus, æquale huic urbi acce pimus. Ci. d Ar. 252. a.
Liuius Ennio æqualis fuit. Ci. d Cla. 171. a.
Deiotarus cuius beneuolentia in populū Rom. est ipsi- us æqualis ætati. Ci. I. A. 137. b.
Imparibus an æqualibus? Ci. Or. 217. a.
Paupertatem diuitijs etiā inter homines æqualem esse uolumus. Ci. d Leg. 274. b.
Memoriæ proditum est poetas nobileis poetarū æqua- lium morte doluisse. Ci. Bru. 165. a.
Æqualē & parē uerbis uitā agere. Ci. In Sal. 272. a.
Æqualitas, tis. Ci. d Leg. 163. b. Quidam uirtutibus ex ceptis atq; uitijs cætera in summa æqualitate posuerūt.
Æqualitas uestra & pares honorum gradus. Cic. d Cla. 178. b.
Quis est qui horū consensum conspirantē & penè con flatum in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? Ci. p Lig. 142. b.
Prætor offensionem uitat ęqualitate decernendi. Ci. p Mur. 134. a.
In rebus causisq; ciuium ęqualitatis conseruatio. Ci. d Or. 100. b.
Similitudo ęqualitasq; uerborum. Ci. Part. 231. b.
Æqualiter. ęque, ęquabiliter, ęqua parte, ęqua conditio- ne, uno tenore, constanter. Ci. d Am. 106. b. Vt nostra in amicos beneuolentia illorū erga nos beneuolētię pa riter ęqualiterq; respondeat. Ci. d. N. 49. a. i. Nitor. & d. Vu. 201. a. & ad Her. 27. b.
Clodius ęqualiter in alienos & in suos irruebat. Ci. p Mil. 116. b.
Qd grecis ęqliter Sylla d scriberet. Ci. Q. Fr. 296. b.
Æqualiter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Ci. Ep. 177. a.
Frumentum, quod ciuitatibus ęqualiter esset distribu- tum. Ci. I. V. 184. b.
Communis hęreditas, quę ęqualiter ad utrumq; lege ueniebat. Ci. p Flac. 163. a.
Æquatio, onis. Ci. p Mur. 135. b. ęquatio gratię & di- gnitatis.
Æquatio bonorum. Ci. Off. 48. b.
Æque. tam, pariter, similiter, æqualiter, peræque. Ci. d Or. 128. a. Afferendum est aliquid, quod sit gra uius aut æque graue.
Nam uersus æque prima & media & extrema pars at tenditur. Ci. d Or. 160. b.
Procurator æque utriusq; necessarius. Ci. p Quint. 16. (a.
Id utriq; nostrū æque gratum est. Ci. Ep. 211. b.
Beneuolētia ciuiū non æque omnes egent. Ci. off. 39. a. & ibi. Sed ea non pariter omnes egemus.
Quos tamen ipsos æque & eos qui &c. hęc cura soli- citat. Ci. p Clu. 59. a.
Cn. Pompeius æque ut unusquisq; uestrum pro salute mea laborauit. Ci. p Dom. 219. a.
Qui æque atq; ego sunt occupati. Ci. d Ar. 247. b.
Maius, minus, æque magnum. Ci. d In. 51. a. b.
Neq; ipsam amicitiam tueri possumus, nisi ęque amicos & nosmetipsos diligamus. Ci. d Fin. 63. a.
Nam & lętamur amicorum lętitia ęque ac nostra. Ci. d Fin. 63. a. & pariter dolemus.
Hebes ęque ac pecus. Ci. d. D. 89. b.
Hi coluntur ęque atq; illi. Ci. d. N. 68. b.
Hoc ęque turpe est atq; illud. Ci. p. S. R. 37. b.
Nihil ęque cupio atq; bonam famam. Ci. I. V. 56. a.
Diuites cum magnum aliquid ab aliquo acceperint, ęque a se aut postulari aut expectari aliquid arbitran tur. Ci. Off. 47. b.
Non ęque quid dicant attendo. Ci. d Or. 147. a.
Verū et sui meminerat ęque. Ci. I. V. 135. b. i. pariter.
Hoc ad officium meum ęque atq; ad ullam aliam rem pertinet. Ci. At. 277. a.
Æquilibralitas, ἰσονομία. Ci. d. N. 23. a. Aliàs ęquabili- tas uel ęqualitas.
Æquimelium, lij. Ci. p Dom. 233. b. & d. D. 216. b.
Æquinoctium, ctij. Ci. At. 169. b. Nunc quidem æquino- ctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat.
Publius si ęquinoctium expectat, nauigaturus uidetur. Ci. At. 195. b.
In quo autumnali atq; iterū sol lumine uerno, exequat spatium lucis cum tempore noctis. Ci. In Arat.
Æquipero, as. Ci. Tus. 238. a. Nemo ē qui factis me ęqui perare queat.
Æquitas, tis. ęquum & bonum, ęqualitas, ęquum. Ci. Part. 241. b. Æquitatis uis est duplex, cuius altera directi & ueri & iusti & (ut dicitur) ęqui & boni ratiōe de fendit, altera ad uicissitudinē referendę gratię ptinet, quod in beneficio gratia in iniuria ultio nominatur.
Æquitas animi. Ci. Tus. 169. a. i. tranquillitas.
Difficile est, cum pstare omnibus concupieris, seruare ęquitatem, quę est iustitię maxime ppria. Ci. Off. 13. b.
Perspice ęquitatem animi mei. Ci. At. 67. b.
Æquitatis largitio. Ci. p Mur. 134. a.
Noui enim moderationem animi tui & ęquitatem. Ci. d Sen. 77. a.
Ex ęquo & bono non ex callido uersutoq; iure rem iu dicari oportet. Ci. p Cecin. 297. b.
In explicanda ęquitate nihil erat Crasso copiosius. Ci. d Cla. 177. b.
Fugisti sententiam legis, ęquitatem omnem reiecisti. Ci. p Plan. 267. b.
Pro æquitate contra ius dicere. Ci. d Or. 105. b.
Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, uter eorum perisset tanq̄ lanista. Ci. I. P. 85. b.
Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate & iure quæritur. Ci. d Or. 99. a.
Non ne arripuisti patrocinium æquitatis & defensio- nem testamentorum ac uoluntatis mortuorum? Cic. d Or. 106. a.
Æquitatem tuam nō potui non probare. Ci. Ep. 17. b.
Tres personas unus sustineo, summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis. Ci. d Or. 118. a.
Hoc nullam habet æquitatem. Ci. off. 50. a.
Summa bonitas & æquitas causæ. Ci. At. 263. a.
Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex, quid est in Arbitrio? mite, moderatū &c. Ci. p. Q. R. 46. b.
Omnino iam bene agis, a uerbis enim recedis & æqui- tate uteris. Ci. p Cecin. 292. a.

Æquo,as.exæquo,assequor, gradus tollo ,parem facio, nec maius nec minus fieri.l.minor.

Ci.d Cla.177.a.Existimo in his primum cum græcorum gloria latine dicendi copiam fuisse æquatam.

Aequata agri planities.Ci.I.V.215.a.

Inuentum est temperamentum,quo tenuiores cum principibus æquari se putarent.Ci d Leg.189.a.

Aequari cum aliquo.Ci.d In.42.b.

Hi libri iam se illis ferè æquarunt.Ci.Off.1.b.

Vix cum huius parua parte ęquari conferriq; posse.Ci.I.V.80.a. Oracula,quæ æquatis sortibus ducuntur. Ci.d.D.87.b. Productus in concionem ab eo , cui sic æquatum præbebat consulatum tuum.Ci.I P.82.a.

Æquor,ris.planities. Ci.d.D.99.b.Babilonij in camporum patentium æquoribus habitantes.

Æquus,a,um.quod habet æquitatem,non iniquus.

Ci.I.V.234.a.Prætor æquus & sapiens.

Aequum est me a te impetrare ut &c.Ci.At.130.a.

Cum de iure ciuili,cum de æquo & bono disputatur. Ci.d Cla.177.b. & ibi.Crassus multa contra scriptũ ꝑ æquo & bono dixit. et ibi.Scęuola peracutus ad excogitandum,quod in iure aut in ęquo uerum aut esset aut non esset. Directum & uerum & iustum & ut dicitur æquum & bonum.Ci.Part.241.b.

Aequa atq; honesta postulatio.Ci.ꝑ.S.R.19.b.

Cæsar rescripsit Attico, ęqua eum postulare . Cic.At.262.a. Vt ęquum erat,ut par erat.Ci.Ep.179.b.

Magistratus æquus reperiri hodie non potest . Cic.ꝑ Quint.2.a. Pręter ęquum & bonum. Ci.d In.48.a.

Quis nobis ista iura tam æqua describit?Ci.ꝑ Quint.8.a. Aequum bonum , & æquius melius in arbitrio rei uxoriæ.Ci.Top.226.b.& Off.64.a.

Quis hoc statuit quod ęquum sit in Quintium,id iniquum esse in Nęuium?Ci.ꝑ Quint.8.a.

Sed Possidonium, sicut ęquum est,cum bona gratia dimittamus.Ci d Fat.141.b.

Et erat æqua lex & omnibus utilis.Cic.ꝑ Cor.67.b.

Consequeris tamen ut eos ipsos,quos contra statuas , ęquos,placabilesq; dimittas.Ci. At.199.b.

Quem aio ęquo uidere non possumus.Ci.d Pro.72.b.

Esse animo ęquo de aliqua re.Ci.At.97.a.

Quare si iniquus es in me iudex &c. si ut me id facere noles,te mihi ęquum pręhere debebis.Ci.Ep.18.a.

Populo a se alienato,nobilitate inimica,non ęquo senatu iuuentute improba.Ci.Q .Fr.308.b.

Tamen hi possunt abs te placati ęquiq; discedere . Q . d Pet.112.a. Aequo animo uidere aliquid.Cic.I.V.266.a. Animis aut libentibus aut ęquis remittatis. Ci.ꝑ Clu.18.b.

Vide q̃ me sis usurus ęquo.Ci.I.V.267.a.

Vtinam hęc non modo iniquorum inuidię sed & ęquorum expectatiom satisfacere possit.Ci.ꝑ Syl.177.b.

Tranquillissimus autem animus meus, qui totum illud ęqui boni facit.Ci.At.105.b.

Aequo animo ferre aliquid.l.iniquus.

Concedo & quod animus ęquus est ; & quia necesse est.Ci.ꝑ.S.R.41.a.

Ab ęquis uero,etiam a propensis in hanc partem diligimur.Ci.Q .Fr.317.a.

Vt me tibi amicissimum esse & ęqui & iniqui intelligant.Ci.Ep.35.a.

Satis multa hominibus non iniquis hęc esse debent, nimis etiam multa uobis,quos ęquissimos esse confidimus. Ci.ꝑ.R.P.129.b.

Aequo animo te moneri patieris.Ci.At.275.a.

In ęquos & pares fastidiosus.Ad Her.36.b.

Perequa proportio.Ci.I.V.210.b.

Priuatum oportet ęquo & pari cum ciuibus iure uiuere.Ci.Off.25.a.

Aequus & planus locus.Ci.ꝑ Cecin.294.b.

Aer,aeris.cœlum,anima,spiritus,ęther,Iupiter.

Ci.d.N.31.a.Aer,qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris,ipse enim oritur ex respiratione aquarum & earum quasi uapor habendus est.

Itaq; aer quoq;(utimur enim pro latino)ignis & aqua & terra prima sunt.Ci.Acad.44.a.

Aer spiritu ductus alit & sustentat animantes,idẽ huc & illuc effluens uentos efficit.Ci.d.N.46.a.

Aeris somnus & ardores.Ci.Top.227.b.

Aer tum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur,humoremq; colligens terram auget imbribus,tum effluens huc & illuc uentos efficit. Ci.d.N.46.a.

Quę uolat & serpens geminis secat aera pennis.Ci.In Arat.Ergo ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur.Ci.Acad.20.b.

Aer purus & tenuis.)(.cœlum crassum atq; concretũ. Ci.d.N.34.a.

Perinde utcunq; temperatus sit aer,ita pueros orientes formari.Ci.d.D.127.a.& ibi.Tempestates cœli, idest serene uel turbulentę.

Ærarium,rij.pecunia publica,uectigalia.

Ci.At.85.a.Ariobarzanes nullum ęrarium nullum uectigal habet. Cato nimis præfracte ærarium uectigalia ꝑ defendebat.Ci.Off.69.b.

Hi etiam ærarij nostri tabulas falsas esse uoluerunt,nã &c.Ci.ꝑ Fla.155.a.

Rationes ad ęrarium retuli.Ci.I.P.92.b.

Meam domum senatus ex ærario ędificandam putauit. Ci.d Ar.247.a.& ibi.Mea domus ædificatur pecunia publica. Drusus a Tribunis ærarij de præuaricatione est absolutus.Ci.Q .Fr.317.a.

Depeculator ærarij.Ci.I.V.67.a.

Primum mihi literas publicas,quas in ærario sanctiore conditas habebam,proferunt.Ci.I.V.132.b.

Hirudo ærarij.Ci.At.13.a.

Pecuniam referre in ærariũ lex uetat , exigi prohibet. Ci.ꝯ Rul.80.b.

Referre in ærarium ad HS mille.Ci.At.99.a.

Vt ego amicior inuenirer Phrygum & Cilicum ærarijs q̃ nostro.Ci.At.99.a.

Ærarius,a,um.Ci.ꝑ Quint.3.a.Hoc eo per te agebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur,nisi &c.

Is qui te ex ærarijs exemit,lustrum condidit.Ci.d Or.133.b.

Milites

Milites non tā ærarij ꝗ ut appellauī ærati.Ci.At.11.a.

In ærarios referri & tribu moueri. Ci.p Clu.42.b.

Senatorum urna copiose absoluit, equitum ædequauit, Tribum ærarij cōdemnarunt. Ci.Q.Fr.311.b.

Æratus,a,um. Ci.I.V.213.b. Lecti ærati, candelabra ænea. Milites ærati. Ci.At.11.a.

Æredirutus. Ci.I.V.242.b. Aleatoris castra, in quibus cum frequens fuisset, tamen ærediruptus est.

Aërius,a,um,uel Aëreus,a, um. animalis, spirabilis, flabilis.Ci.d Vn.202.a.Erant animantium genera quatuor,quorum unum diuinum atq; cœleste, alterum pennigerum & aërium &c.

Aerei ualatus auium.Ci. Top.227.b.

Ærugo,ginis.Ci.Tus.215.b. æs corinthium in æruginē incidit.

Æs,æris.Ci.d.N.65.b.Nihil esset æneum, quod commutari non posset,si commutabilis esset natura æris.

Antonius falsas leges in æs incidendas & in capitolio figendas curauit.Ci.I.A.189.a.

Statua pedestris ex ære Ci.I.A.223.b.

O ridiculum hominem, qui se exire ære alieno putauit posse,cum uenderet aliena. Ci.I.A.233.a.

Suscipere æs alienam amicorum causa.Ci.Off.44.b.

Meos iam omneis amicos ære alieno obstrinxi. Ci.Ep.172.b.

Tusculanum & Pompeianum me ualde delectant,nisi quod me illum ipsum uindicem æris alieni ære nō corinthio sed hoc circūforaneo obruerūt.Ci.At.23.a.

Dyrrhachim sibi donatum æs alienum a Cæsare dicūt Ci.At.277.a.

Multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multę ualde leuatę sunt Ci.At.23.a.

Liberare se ære alieno.Ci.At.23.a.

Liberare se magno ære alieno.Ci.At.232.b.

Galliam ære alieno esse oppressam. Ci.p Fon.276.a.

Metuisti ne æs alienum tibi cresceret.Ci.I.V.205.b.

In magnum æs alienum incidi. Ci.I.C.108.b.

Habes æs alienum.Ci.I.V.202.a.

Magnum & graue æs alienum.Ci.

Habere æs alienum.Ci.Ep.63.a.

Contrahere nouum æs alienum. Ci.Q.Fr.294.b.

Æs alienum filij.Ci.

Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. Ci.At.220.a.

Partim etiam sumptibus in uetere ære alieno uacillāt. Ci.I.C.109.a.

Prædijs uenditis æs alienum eiusdem dissolutum.Ci.p Syl.177 b. Æs alienum.Ci.Top.221.a.

Alicuius æs alienum ꝯfectum in popinā. Ci.I.C.105.a.

Cuius æs alienum non libidine,sed negotij gerendi studio contractum est.Ci.p Syl.178.a.

Multi anni sunt cum ille in meo ære est.Ci.Ep.251.a.

Esse in ære alicuius.Ci.Ep.226.a.

Non modo ipsum in ære alieno nullo,sed in suis nummis multos esse semperq; fuisse. Ci.I.V.202.a.

Æschines,nis.Ci.d Op.244.a.

Æschylus,li.Ci.d Or.145.a.

Æsculapius, pij. æsculapij multi fuerunt. Cic. d. N.70.b.71.a.

Æserninus,ni.Ci.d Op.244.b. Æschines tāꝗ æserninus, ut ait Lucillius,cū Pacidiano hic componitur.

Si cum æsernino Samnite Pacidianus comparandus uideretur.Ci.Q.Fr.324.a.

Æsopus,pi. Ci.d Or.108.a.Æsopus Histrio.

Æstas,tis.Ci.d.D.99.b. Arabes,campos & montes hyeme & æstate peragrantes,&c.

Refrigeratio in æstate & uicissim in hyeme aut sol aut ignis hybernus.Ci.Sen.86.b.

Æstifer,a,um.Ci.In Arat.Æstiferos ualidis erumpit flatibus ignes,& ibi.Æstifer cancer.

Æstimabilis,le.Ci.d Fin.94.a.æstimabile est quod pondus aliqđ hēat dignū æstimatione. X.Inæstimabile.

Æstimatio,onis. Ci.I.V.135.a. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ Cēsori permittitur. &.191.a.

Non æstimatione census sed uictu atq; cultu terminatur diuitiarum modus.Ci.Parad.125.b.

A.M.Laberio.C.Albinus prędia ī æstimationem accepit.Ci.Epi.207.a.

Non est tibi his solis utendum æstimationibus ac iudicijs.Ci.Q.Fr.298.b.

Æstimatio litis non est iudicium.Ci.p Clu.41.b.

Æstimator,oris. Iudex. Ci.I.P.98.a. Vnus tu dominus, unus æstimator frumenti oīs per triennium fuisti.

Callidi rerum æstimatores prata & areas quasdā magni æstimant.Ci.Parad.125.b.

Nemo erit tum iniustus rerum æstimator, qui dubitet &c.Ci.p Mar.133.a.

Quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderit?Ci.Or.210.a.

Æstimo,as.facio,puto,duco,habeo,pono,specto,pondero,tribuo,pendo,expendo,perpendo,metior,censeo,cēsum habeo,ęstimationem habeo, mihi graue & sanctū est, aliquo loco numero,nullo loco numero.

Ci.I.V.190.b. Senatus quaternis .HS tritici modium ęstimauit.

Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione,æstimata harum rerum omnium pretia Ci.I.V.240.a.

Æstimare litem.Ci.p Clu.41.a l.lis.

Illarum rationum ex ea fece legationis illa sunt nomina,quæ Dolobellæ necessario sunt æstimata. Ci.I.V.99.b.

Præficere aliquem ęstimandis possessionibus. Cic.Off.50.b.

Tanti me fugacem hi ęstimauerunt. Ci. In Sal.273.b.

Superficiem.Coss.ex.S.C.æstimabunt. Ci.At.54.a.

Vulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa æstimat Ci.p.Q.R.50.a.

Cluuius,quem si ex censu spectas eques rom.est, si ex uita,homo clariss.est.Ci.p.Q.R.52.a.

Nemo illum ex trunco corporis spectabat,sed ex artificio comico æstimabat.Ci.p.Q.R.49.b.

Expendunt atq; æstimant uoluptates.Ci.postꝗ.207.a.

Valde care ęstimas tot annos, quos ista ætas recipit, si &c.Ci.At.286.a.Br.

Is domum emit propè dimidio carius q̃ æstimabat. Ci. p Dom. 236.b.
Magni æstimabat pecuniam. Ci. d Fin. 76.a.
Æstimare aliquam rem carius. Ci. Ep. 145.b.
Eodem tempore Autonius tribus denarijs æstimauit post messem. Ci. I. V. 196.b.
Quanti me illud æstimare putas? Ci. Ep. 39.a.
Deinde hęc expendit & æstimat pecunia. Cic. I. V. 240.a. & ibi. *Hæc pecunia æstimari non queunt.*
Tantisper hoc magni æstimabo. Ci. Tus. 233.a.
Animus callere iam debet, atq; omnia minoris æstimare. Ci. Ep. 50.a.
Hoc si quanti æstimes sciam, tum quid mihi elaborandum sit, scire possim. Ci. At. 4.b.
Næ ego istam gloriosam uirtutem non magno æstimandam putem. Ci. d Fin. 92.b.
Is authoritatem suam q̃ magni æstimat. Ci. At. 112.a.
Si callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest, quanti est æstimanda uirtus? Ci. Parad. 126.a.
Me esse mortuum nihil æstimo. Ci. Tus. 151.b.
Valetudinem, quia sit, non nihilo æstimandam. Cic. d Fin. 120.b.
Nisi uoluptatem tanti æstimaretis. Ci. Fin. 83.b. & ibi. *Qui uoluptatem nullo loco numerat.*
Ponere in minimis. i. minimi ęstimare. Ci. Ep. 54.b.
Cum uoluptatem in summis bonis poneret. Ci. d Fin. 96.b.
Putare omnia pro nihilo. Ci. d Fin. 96.a.
Habere omnia pro nihilo. Ci. Tus. 229.b.
Quę seruitus est, si hęc libertas ęstimari potest? Ci. Parad. 123.b.
Æstimant uel existimant. Ci. d Vu. 103.b.
Æstimari uel existimari. Ci. p R. P. 128.b.
Ducere omnia humana infra se. Ci. d Fin. 96.b.
Ponere multum in aliqua re. Ci. Acad. 23.a.
Mihi μακάριοι νῦν non tanti sunt ut fine te sim. Cic. At. 186.b.
Respuere & pro nihilo putare aliquid. Ci. p Cecin. 295.b.
Æstimandi locutiones si plures quęris, lege librum figurarum nostrarum.

Æstiua, orū. X. hyberna. Ci. Ep. 26.a. *Mihi erat in animo cum prima ęstiua attigissem, militaremq; rem collocassem, decedere ex senatuscon.*
Sin ęstiuorum timor te debilitat aliquid excogita. Ci. Ep. 102.
Cicerones nostros Deiotarus filius secum in regnum, dum in ęstiuis nos essemus. Ci. At. 74.
Ac primo ad illa ęstiua ętoris accedit. Ci. I. V. 255.a.
Nulla trinis ęstiuis gratulatio. Ci. I. P. 100.b.

Æstiuus, a, um. Ci. At. 75.b. *Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, ęstiuos menses reliquos rei militari dare.*
Hic dies ęstiuos sexaginta prętor populi Rom. sic uixit, ut &c. Ci. I. V. 252.a.
Locus ęstiuus bonus. Ci. Q. Fr. 318.a.
Vnus ęstiuus dies. Ci. Q. Fr. 184.a. & d Leg. 159.a. *ęstiuo die.*

Æstuo, as. X. Algeo. Ci. I. V. 124.a. *Itaq; ęstuabat dubitatione, uersabat se in utranq; partem.*
Sed magis ut desiderio nostri te ęstuare putarem. Cic. Ep. 103.b.
Esuriendo, sitiendo, algendo, ęstuando. Ci. Tus. 182.a.
Ille exanguis atq; ęstuans se è curia repente proripuit. Ci. d Ar. 243.b.
Quod ibi auditum est, ęstuare illi, qui dederant pecuniam. Ci. I. V. 120.a.
Hunc ęstuantem & tergiuersantē indicio ille prosequitur. Ci. p Flac. 156.a.
Sic ille cum ęstuaret umbrā secutus est. Ci. Acad. 18.a.

Æstuosus, a, um. Ci. At. 71.b. *Nunc iter conficiebam ęstuosa & puluerulenta uia.*

Æstus, tus. feruor, motus & agitatio fluctuum. Ci. d N. 30.a. *Æstus maritimos ortu aut obitu lunę commoueri.*
Quid de fretis & ęstibus marinis plura dicam? Cic. d D. 115.a.
Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. Ci. d. N. 51.b.
Cum ęstu febriq; iactentur. Ci. I. C. 103.b.
Ne ęstus nos cōsuetudinis absorbeat. Ci. d Leg. 171.a.
Sed hunc quoq; absorbuit ęstus quidam glorię. Cic. d Cla. 191.a.
Repente te quasi quidam ęstus ingenij tui, procul a terra abripuit. Ci. d Or. 156.a.
Fernet ęstu pelagus. Ci. d Or. 157.a.

Ætas, tis. tempus, memoria, seculum. Ci. d Sen. 83.b. *Vt infirmitas puerorum est, ferocia iuuenum, grauitas iam constantis ętatis, sic senectutis maturitas naturale quiddam bonum habet, quod suo tempore percipi debeat.*
Puer, adulescēs, natu grandior, senex. Ci. d In. 50.a.
Ætas media & ętas extrema. Ci. Sen. 86.b.
Nisi forte adolescentes pueritiam, paululum ętate progressi adolescentiā debent requirere. Ci. d Sen. 83.b.
Progressus ętatis. Ci. I. A. 303.b.
Cursus est certus ętatis & uia una naturę eaq; simplex, suaq; cuiq; parti ętatis tēpestiuitas est data. Ci. d Sen. 83.b.
Quo in studio hominum ingeniosissimorū & otiosissimorū totas ętates uidemus eē contritas. Ci. At. 103.b.
Atticus me inflāmauit, studio illustrium hominum ętates & tempora persequendi. Ci. d Cla. 172.b.
Ætatis illius ista fuit laus. Ci. d Cla. 188.b.
Quorum ętas in eorum tempora, quos nominaui incidit. Ci. Or. 200.b.
Liuius usq; ad adolescentiam meam processit ętate. Ci. d Sen. 87.a.
Maior, ętate robustior. Ci. I. A. 303.a.
Nostrum hoc tempus ętatis, quod in illa authoritate senatoria florere deberet, aut forensi labore iactatur, aut &c. Ci. Q. Fr. 316.a.
Minor fuit aliquāto. Ci. d Cla. 171.a. & b. *Minor natu.*
Mihi quidem ętas acta ferme est. Ci. At. 274.a.
Moleste tulit, se non effugere hospitis speciem, cum ętatem ageret Athenis. Ci. d Cla. 180.a.

Pater

O ętatem traductam eleganter. Ci.p Plan.265.b.
Degere ętatem omnem in tranquillitate. Ci.Fin.89.b.
Æthra,thrę.Ci.đ.N.49.a. Summa pars cœli quæ ęther dicitur,alias æthra.
Ætna,næ.Ci.I.V.225.& đ.D.117.a.
Ætolia,liæ.Ci.I.P.99.a.Ætolia medio ferè gręciæ gremio continetur.
Ætolus,a,um.Ci.p Arch.191.a. Fuluius qui cum ætolis Ennio comite bellauit.
Æuum,æui. Ci.đ Som.127.b. His est definitus in cœlo locus,ubi beati æuo sempiterno fruuntur.
Romulus in cœlo cum dijs agit æuum. Ci.Tus.154.a.
Afer,a,um.Ci.đ.N.17.b. Alia est nobis,alia Afris Ammonis Iouis species,&.158.a.& p Cor.63.a.
Affabilis,le.Ci.Off.13.a.Cum & mulieribus inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilē se esse uellet.
Affabilitas,tis.facilitas alloquendi,audiendi lenitas, facilitas in audiendo.comitas sermonis.Ci.đ Off.42.
Difficile dictu est,q̃topere conciliet animos hominum comitas affabilitasq; sermonis.
Affabre,fabre.Ci.I.V.69.a. Deum paulo magis affabre atq; antiquo artificio factus.
Affaris,re,tur. Alloquor.
Ci.Brut.166.a. Liber quo me hic affatus quasi iacentem excitauit.
Et eum affatus est, qui arabat.Ci.đ.D.129.a.
Nam scripsit his uerbis, cum hunc nomine esset affatus. Ci.đ Cla.188.a.
Licet uersibus ijsdem mihi affari te Attice &c. Cic.đ Sen.77.a.
Qui locus est tam inhumanus,qui illos cum accesserint, non affari atq; appetere uideat? Ci.I.A.167.a.
Affatim.Ci.At.32.a.Puto me Dicearcho affatim satisfecisse,&.231.b.
Tum iecore aptimo farta & satiata affatim, clangorē fundit uastum.
Iisdemq; seminibus homines affatim uescuntur. Cic.đ N.51.b.
HS LXXII satis esse affatim prorsus. Ci.At.251.a.
Affectio, onis. perturbatio, concitatio animi, affectus, motus animi,sensus,impetus,πάθος,īpetus aī,animi quidam dolor,studium,cupiditas.Ci.đ Vn.203.a. Cum perturbationem ratione depulerint, & ad primam & aptimam affectionem animi peruenerint.
Impulsio est,quæ sine cogitatione per quādam affectionem animi facere aliquid hortatur,ut amor,iracundia, ægritudo,uinolentia &c.Ci.đ In.64.a.
Ergo accusator cum aliquid impulsione factum esse dicet,illum impetum & quādam commotionem animi affectionemq; uerbis & sentētijs amplificare debebit.Ci. đ In.64.a.
Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio,ut lætitia,cupiditas, metus, molestia morbus,debilitas & alia &c.Ci.đ In.50.b.
Impetus & quædam commotio animi affectioq;. Ci.đ In.64.a.
Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes.ut non possint affectionum manētium partes esse.Ci.Tus.215.a.
Vitiositas est habitus aut affectio in tota uita inconstans.Ci.Tus.215.a.
Nam est inocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini.Ci.Tus.193.b.
Fortitudo est animi affectio in adeundo pericula & in labore ac dolore patiens.Ci.Tus.136.b.
Amentia est animi affectio lumine mentis carens. Cic. Tus.192.a.
Ex hac animorum affectione testamenta commendationesq; morientium natæ sunt. Ci.đ Fin.103.b.104.a.
Animi talis affectio neminem ut uiolem, commodi mei causa.Ci.Off.58.a.
Affectio astrarū ad quasdā res ualet. Ci.đ Fa.141.b.
In puero refert etc.qua affectione cœli primum spiritū duxerit.Ci.đ.N.129.a.
Affectio est quædam ex tempore aut ex negotiorum euentu,aut administratione aut studio hominum commutatio rerum,ut &c. Ci.đ In.84.a.
Impetu quodam animi perturbatione potius q̃ iudicio aut consilio regi.Ci.đ Or.124.b.& ibi.đ affectionibus multa.
Motus animi & sensus.pro affectione.Ci.đ Or.125.b.
Impetus animi cupiditas uincēdi, ardor mentis ad gloriam.Ci.p Cæl.53.b.
Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum sed impetu nonnunquam & quadam temeritate. Ci.p Plan.160.b. & ibi. Populus mouetur plerunq; gratia, cedit precibus.
Multi multa faciūt temeritate quadam sine iudicio uel modo in omnes uel repentino quodam quasi uento impetu animi incitati.Ci.Of.10.b.
Motus animi turbati quos græci πάθη uocant. Ci.Offi.36.b.
Beneualentiam Adolescentuli ardore quodam amoris iudicant.Ci.Off.10.a.
Animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo miscere atq; agitare. Ci.đ Or.103.b.& ibi. Qui eos in iudicum mentibus concitent.
Impelli,adduci,commoueri odio.Ci.I.V.148.a.
Affecto,as.appeto,quasi arcesso,nimis exquiro.
Cice.p.Q.R.42.a. Nunc uero quam uiam munitet, quod iter affectet uidetis.
Omni diligentia munditiam nou affluētem affectabat. Ci.At.269.a.
Nam hic in quibusdam uerbis quędam similitudo non tam affectanda q̃ illę superiores,sed tamen adhibenda nonnunquam.Ad Her.32.a.
Affectus,a,um.animatus,cumulatus,mulctatus.Ci.đ Am. 106.b.Vt eodem modo erga amicum affecti simus quo ergo nosmetipsos.
Ciuitatem ut abs te affecta sit,ita in te esse animatam uidemus.Ci.I.V.235.a.
Non queo ad te scribere qua animo sim affectus. Cice. Ep.257.b.
Cum ita sis affectus animo &c. Ci.Of.13.b.
Oculi nimis arguti,quemadmodū animo affecti simus, loquuntur.Ci.đ Leg.161.a.

In his tantis periculis ita sum aío affectus ut nō queam satis communem omnium nostrum fortunam miserari. Ci.p Mur.237.a.

Iubet igitur Plato *sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod animis errorem afferat.* Cic.ď D.93.b. *Orator utcunque se affectum uideri & animū audientis moueri ualet, ita certum uocis admonebit sonum.* Ci.Or.202.a.

Qui enim sentit, quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in uoluptate esse aut in dolore. Ci.ď Fi.56.b.

Cum tantis a uobis.P.C.beneficijs affectus sim, tantis honoribus. Ci.I.P.96.b.

Homines aliquo honore aut imperia affecti. Ci.Of.30.a.& .p Mur.224.b.

Qui erant affecti præmijs nominatim. Ci.I.P.99.b.

Magno deorum munere affecti. Ci.ď.N.73.a.

Affectus magno alicuius beneficio. Ci. Ep.203.b.

Vir clarissimus Reip. & uestris beneficijs amplissimis affectus. Q.*Catulus.* Ci.p Pom.23.b.&.27.b.

Affectus magna molestia ex aliqua re. Ci.Ep.15.b.

Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. Cic.ď.D.94.a. *Magna sum lætitia affectus.* Ci.At.275.a.

Magna desperatione affectus sum. Ci.At.234.a.

Tuo summo beneficio me affectū indico. Ci.At.262.b.

Male mulctatus. Ci.ď.Cl.172.a.i.*male affectus.*

Resp.male affecta. Ci.Ep.228.b.

Is graui morbo affectus est. Ci.p Clu.24.a.

Homo ætate affecta et uiribus infirmis. Ci.I.V.222.b. & ď Or.101.b.

Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus. Cic.p Quint.2.a.

L.*Cæsarem* Neapali *affectum grauiter uideram.* Cic.At.232.a.

Affectus summis difficultatibus. Ci.Ep.206 a.

Ita affectus sum ut si ad grauem ualetudinem labor accesserit, mihi ipsi diffidam. Ci.I.A.221.a.

Affectam & prostratam remp. tuis opibus extulisti. Ci.Q.Fr.330.a.

Q.*Metellus iam affectus senectute.* Ci.ď Or.149.a.

Terentia affecta est tuis literis. Ci.At.29.b.

Varie sum affectus tuis literis. Ci.Ep.258.a.

Affectus optima ualetudine. Ci.Tus.227.a.

Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte affectus est. Ci.Ep.56.a.

Est enim ita affectus ut nemo unici filij mortem magis doluerit, q̄ ille mœret patris. Ci.I.A.223.a.

Aliquis multis affectus uitijs. Ci.p Mur.226.b.

His uitijs affectos & talibus malos & audaces appellare consuetudo solet. Ci.I.A.259.b.

Bellum affectum uidemus & uere ut dicam, penè confectum. Ci.ď Pro.73.a.i.*maxima ex parte gestum.*

Vt ea, quæ per ipsum affecta sunt, perfecta reip. tradantur. Ci.ď Pro.74.b.

Res quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. Ci.Part.230.a.& Top.221.b.

Oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. Ci.Tus.193.b.&.192.a.

Nunquid manus tua sic affecta ut nunc affecta est, desiderat? nihil sane. Ci.ď Fin.57.a.

Nemo est liber nisi q ita est affectus. Ci.Parad.222.b.

Ad rem pertinet, quomodo cælo affecto compositisque sideribus quodque animal oriatur. Ci.ď.D.220.b.

Eos sanos intelligi necesse est, quarum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Ci.Tus.192.a.

Eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum. Ci.ď Fin.63.a.

Aliquem ita affectum esse ut optime secundum naturā affectus esse possit. Ci.ď Fin.230.a.

Et mehercule nunc cum ita simus affecti, ut non possimus plane simul uiuere. Ci.At.211.b.

Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque commodum &c. necesse est &c. Ci.Off.56.a.

Atque hi sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi sic affecti & constituti, ut sint singuli inter se proprio uirtutis genere destincti. Ci.Part.236.b.

Animi autem aut quemadmodum affecti sunt, uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs, aut quemadmodum commoti cupiditate metu, uoluptate molestia spectantur. Cice.Part.233.

Animus ita uidetur affectus fuisse, ut rem cum consilio perspicere non posset. Ci.ď In.64.a.

Auide sum affectus de Fano.Ci.At.200.b.

Si iusto si pio dolore me affectū uides. Ci.ď Or.227.a.

Sic magis affectis animis iudicum q̄ doctis tua Sulpiti *est a nobis tum accusatio uicta.* Ci.ď Or.92.a.

Non uno modo in disparibus casibus affecti esse debemus. Ci.ď.Off 46.a.

Ducuntur etiam argumenta ex ijs rebus, quæ quodāmodo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Ci.Ta.222.b.

Affectus, ctus. Affectio, πάθος, *studium, cupiditas.* Cic.p Flac.150.b.

Ci.Tus.237.b.Q*ualis cuiusque animi affectus est, talis est homo.* & ibi. *Affectus animi i bono uiro laudabilis.* *Amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia.* Ci.ď Or.127.b.

Ego te quoque ponam in eadem. πάθει. Ci.At.186.b.

Affero, fers. *adfero, defero, infero, deporto, nuntio, apporto, adhibeo.*

Ci.At.222.a.*Lepidus* Pompeij *litterarum ad* Coss. *exēplū attulit.* & ibi. *Literæ mihi a* L.Domitio *allatæ sunt.*

Q*uantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus.* Ci.p Mar.232.b.

Ridicula ex tpe ficta uel domo allata. Ci.Or.205.a.

Ego contra breuem postulationem affero. Cic.p.S.R.29.b. *Galba autem similitudines afferebat.* Cic.ď Or.205.b. Q*ua nuntia allato &c.* Ci.Ep.240.b.

Cum eò mihi de Q.*Hortensij morte esset allatum.* Ci.ď Cla.165.a.

Cum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui &c. Cic.Ep.40.a.

Batonius *miros terrores ad me attulit.* Ci.At.96.b.

Aut si non ita refellas, afferrēdum est in contrariā partem, quod sit grauius aut æque graue. Ci.ď Or.228.b.

Ex ea te imperatore nuntius ad senatum allatus est nullus. Ci.

Hoc & authoritatem orationi affert & fidem. Cic. Or. 208. a.

Ordo est, qui memoriæ lumen affert. Cic. d. Or. 141. a.

Quam quidem ad rem nos (ut uidemur) magnam attulimus adiumentum hominibus nostris. Ci.

Afferre acerbitatem alicui. Ci. Q. Fr. 299. a.

Aliquantum animi mihi uidetur attulisse Labienus. Ci. At. 111. a.

Nolo accusator in iudicium potentiam afferat &c. Ci. p Mur. 138. a.

Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Ci. p Clu. 53. b.

Qui risus classe deuicta multas ipsi lacrimas & populo Rom. cladem attulit. Ci. d. N. 27. b.

Necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre uideatur. Ci. d. Or. 156. a.

Maior mihi nulla leuatio afferri potest. Ci. Ep. 52. a.

Quid enim illi afferre consilij possum? Ci. At. 238. a.

Atq; huic tuæ uolūtati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt Publicani. Ci. Q. Fr. 296. a.

Hac delectationem mihi nullam affert. Ci. Ep. 95. a.

Non alienum ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines. Ci. Off. 29. b.

Diligere,amplecti,amare,aperte laudare aliquem.Ci.At.2.a. *Amare nihil aliud est,nisi eum ipsum diligere,quem ames,nulla indigentia,nulla utilitate quæsita.Ci.d̄ Am.115.a.*

Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperq; amaui.Ci.Ep.8.a.

Delectauerunt me literæ tuæ,in quibus primum amaui amorem tuum.Ci.Ep.135.a.

Nam Alexidis manum amabam,qđ &c.Ci.At.100.a.

Auus tuus clarissimus uir,amauit unice patriam & ciues suos.Ci.I.C.113.a.

Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis oculis,auribus,cõplexu tenemus.Ci.I.A.187.a.

Quam uolumus.P.C.licet ipsi nos amemus, tamen nec numero hispanos nec robore Gallos superamus.Cic.d̄ Ar.248.a. *Facile quod cuiusq; temporis officium sit,poterimus,nisi nosmetipsos ualde amabimus,indicare.Ci.Off.6.b.* *Nimium se amare.Ci.Top.225.a.*

Et in eo me ualde amo.Ci.At.65.a.

Habes meam causam,quæ si Bruto non probatur,nescio cur illum amemus.Ci.At.83.b.

Adhuc (si me amas) Marium.Ci.Q.Fr.313.a.

Si quicq̄ me amas,hunc locum,ama.Ci.At.77.a.

Qui alios ipse amabat turpissime,aliorum amori flagitiosissime seruiebat.Ci.I.C.106.a.

Pompeius q̄ se ipse amans sine riuali.Cic.Q.Fr.327.b.

Perierunt ea,quæ amabas.Ci.At.189.b.

De Randusculo,multum te amo.Ci.At.101.a.

Te tamen mi Brute amo,quod uoluisti &c.Ci.

Signa,quæ nobis curasti, ea sunt ad Gaietam exposita, te multum amamus,quod ea abs te diligenter paruoq; curata sunt.Ci.At.2.b.

Sensi ex literis tuis ualde te laborasse,amo igitur uolūtatem.Ci.Ep. *Et in Atilij negotio te amaui.Cic.Ep.226.b.* *Amari & charum esse.Ci.I.A.159.a.*

Volo ames constantiam meam.Ci.At.28.b.

Amare diuitias.Ci.Off.14.a. *Amare ex animo.Ci.Q.Fr.293.b.* *Cicerones pueri amant inter se, discunt.Ci.At.86.b.*

Amœnitas,tis.C.d̄.N.46.a.Amœnitates orarū et litorū.

Domus suppeditat hortorum amœnitatem.Cic. Q.Fr.320.b. *Amœnitas locorum.Ci.d̄ Pro.74.b.*

Otio tibi perfrui mirifice licuit,cū esses in ista amœnitate pene solus relictus.Ci.Ep.94.b.

Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit.Cic.ꝓ Pom.11.b.

Summa amœnitas fluminis.Ci.Q.Fr.317.b.

Cogitatio amœnitatum ad delectationem. Cic.Parad.217.b.

Amœnus,a,um.uoluptarius,iucundus.

Ci.I.V.252.a.Amœnus sanè & arbitris semotus locus.

Nec amœnum nec salubrem locum censeo. Cic.d̄ Ora.135.b. *Per amœna salicta.Ci.d̄.D.89.a.*

Prędiola nostra belle ædificata & satis amœna. Cic.At.252.a.

Amor,oris.charitas,beneuolentia, gratia, studium,pietas,delicię.

Ci.d̄ Or.227.b.Hæc res amorem magis conciliat,illa uirtutis defensio charitatem.

Filius tuus,cui nos & charitate & amore tuum officiū præstaturos non debes dubitare.Ci.Ep.194.a.

Amicitię charitate & amore cernuntur.Cic.pt.237.b.

Amor ex quo amicitia est nominata princeps est ad beneuolentiam coniungendam.Ci.d̄ Am.101.a.

Amor ex quo amicitiæ nomen est ductū.Ci.d̄.N.25.a.

Nihil mihi minus hominis uidetur,q̄ non respondere in amore ijs,a quibus prouocere.Ci.At.273.a.

Nimia pietas & summus amor in patriam.Cic.ꝓ Flac.264.a. *Magno amore inflammatum esse in patriā.Ci.d̄ Ora.101.a.*

Amor gloriæ nimis acer.Ci.ꝓ Arch.191.a.

In alijs etiam fuit iste cõsulatus amor. Ci.ꝓ Syl.181.a.

Facies honesti,quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientię.Ci.Off.4.a.

Sapientia ardentes amores excitaret sui, si uideretur.Ci.d̄ Fin.75.b.

Studium & ardor quidam amoris.Ci.d̄ Or.96.a.

Vincula amoris arctissima mihi tecum sunt. Cice.Att.89.b. *Catonis filius Tyro amore pugnandi in exercitu remansit.Ci.Off.8.a.*

Canum amor in dominos,odium in externos.Ci.d̄.N.58.a. *Ostendere amorem suum alicui.Ci.Ep.145.a.*

Demonstrare amorem fraternum in aliquem.Cice.Q.Fr.291.b. *Qui tanto amore in me extitit &c. Cic.Postquàm.199.b.*

Is summo in amore esse non potuit.Ci.ꝓ Fla.150.a.

Socrus generi amore capta.Ci.ꝓ Clu.20.a.

Si te amor ipse cœperit.Ci.d̄ Fin.81.a.

Sed redeo ad amores & delicias nostras L.Antoniū.Ci.I.A.207.b.

Quæ ciuitas tibi una in amore atq; in delicijs fuit. Ci.I.V.200.b.a. *Pyliæ salutem dices & Atticę delicijs atq; amoribus nostris.Ci.At.255.b.*

Quid amores & delicię tuę Roscius.Ci.d̄.D.97.a.

Amores autem & hæ deliciæ quæ uocantur, firmiore animo prędititis diutius molestę non solent esse. Cice.ꝓ Cęl.47.a. *Mulier amorum turpissimorum quotidie fœdera feriens.Ci.ꝓ Cęl.44.b.*

Habebam adolescentes amore coniunctos more græcię.Ci.Tus.239.b.

Qui alios ipse amabat turpissime,aliorum amori flagitiosissime seruiebat.Ci.I.C.106.a.

Omnem amorem abiecit illinc atq; in hanc transfudit.Ci.I.A.175.a.

Non ignoro q̄ sit amor omnis solicitus atq; anxius. Ci.At.38.a. *Pro amore quem habetis in remp.& semper habuistis.Ci.ꝓ Dom.234.a.*

Amor quem erga te habebam.Ci.Ep.133.b.

Suus cuiq; amor,mihi meus.Ci.At.235.a.

Conciliare amorem alicui.Ci.d̄ Or.127.b.

φιλαυτία.Ci.At.208.a.i.amor in seipsum.

Verres ardebat amore illius hospitę.Ci.I.V.132.b.

Medea animo ęgra suo amore saucia. Ci.ꝓ Cęl.41.a.

Nemo potest uno aspectu neq; prętteriens in amorem incidere.Ci.d̄ In.57.a.

Ibicus

Ibicus Rheginus maxime omnium amore flagrauit. Ci. Tus. 225. a. & ibi. Atque horum omnium libidinosos esse amores uidemus.

Totus iste, qui uulgo appellatur amor, tantę leuitatis est, ut &c. Cic. Tus. 224. b. & ibi. Amorem flagitij & leuitatis authorem in concilio deorum a poetis collocari. Amor, quem a tua pueritia susceptum non seruaui solum, sed etiam auxi. Ci. Ep. 143. b.

Nihil unquam in amore fuit ardentius. Ci. Ep. 133. b.

Si quid residet in te amoris erga me. Ci. Ep. 62. a. b.

Meus incredibilis in te amor. Ci. Ep. 18. b. & ibi. Summus amor in te meus.

Tuus amor erga me singularis. Ci. Ep. 131. b.

Citius amore tui fratrem tuum odisse desinam, quàm illius odio quicquàm de nostra beneuolentia detrahatur. Cic. Ep. 61. b.

Sed tamen efficeret magnitudo & uis amoris mei, consilio te ut possem iuuare. Ci. Ep. 21. b.

Amotio, onis. Ci. d Fin. 65. b. Augendę uoluptatis finis est doloris omnis amotio.

In omni re doloris amotio successionem efficit uoluptatis. Ci. d Fin. 56. b.

Amoueo, ues. Cic. At. 6. b. Nebulonem illum ex istis locis amoue. Odium inuidiam, metum cupiditatesque omnes amoue. Ci. p Clu. 51. b.

Portia lex uirgas ab omnium ciuiũ rom. corpore amouit. Ci. p Rab. 92. b.

Senatus amouit Saturninum quæstorem a suo frumentaria procuratione, eique rei M. Scaurum præfecit. Cic. d Ar. 254. a.

Et proprium illum sensum doloris mei a sententia dicẽda amouebo. Ci. d Pro. 69. b.

Ferijs iurgia amouento. Ci. d Leg. 173. a.

Procul amouere. X. prope admouere. Ad Her. 22. a.

Amphiaraus, rai. Ci. d D. 98. b. Amphiaraum sic honorauit fama græciæ deus ut haberetur, atque ut ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur. & d. N. 69. a.

Amphibologia, gię. Ci. d. D. 132. b. Nam illa amphibologia, quę Crœsum decepit, uel Chrysippum potuisset fallere. & ibi. Tamen hanc amphibologiam uersus intelligere potuisset.

Cognitionem amphibologiarum eam, quæ a Dialecticis profertur, non modo nullo adiumento esse sed potius maximo impedimento, omnes enim illi amphibologias aucupantur, eas etiam quę ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari, itaque &c. & ibi multa contra Dialecticos. Ad Her. 9. a.

Amphyctiones, num. commune Gręcię consilium.

Ci. d In. 71. a. Accusantur apud Amphyctiones. i. apud commune gręcię consilium.

Amphora, rę. Ci. I. V. 145. b. Iã non quęro unde CCCC amphoras mellis habueris.

Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas uini amphoras portorij nomine exegisse. Ci. p Fõt. 278. a.

Ample. Ci. d Cla. 182. b. Sublate ampleque dicere.

Omnia collegia amplissime de salute mea decreuerũt. Ci. p Dom. 228. a.

Ample magnificeque tricliniũ exornare. Ci. I. V. 114. a.

Honores amplissime & magnificentissime gessit. Ci. I. V. 131. a. Quibus militibus agri amplissime dati assignati essent. Ci. I. A. 205. a.

Aliquem supremo die suo q̃ amplissime efferri. Ci. I. A. 224. a. Elate & ample loqui. X. demisse & humiliter sentire. Ci. Tus. 233. a.

Amplector, ris. amplexu circumplico, complector.

Ci. d Som. 127. b. Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat. Cæsar fauet ingenijs, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. Ci. Ep. 63. b.

An Antonius equites rom. amplectetur? Ci. I. A. 213. a.

Diligere, amare, amplecti, laudare aliquẽ. Ci. At. 8. a.

Quia nimis amplecti plebem putabatur. Cice. p Mil. 115. a. Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur. Ci. Ep. 85. a.

Constituere actionem, quę nequaq̃ satis uerbis causam & rationem iuris amplectatur. Ci. p Cec. 292. b.

Quæ si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circunspiciat, profecto &c. Cic. p Font. 279. a. Quod ego pluribus uerbis amplecterer, si &c. Ci. p. Q. R. 51. a.

Paruulus filius, qui mihi uidetur amplecti remp. Cic. I. C. 118. b. Nam quod ius ciuile tam uehementer amplexus es, uideo quid egeris. Ci. d Or. 105. a.

Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut &c. Ci. p Syl. 178. a.

Quod ego pluribus uerbis amplecterer, si non &c. Ci. p. Q. R. 51. a. Cum uero ea tua sit uoluntas erga me libenter amplector talem animum. Ci. Ep. 74. b.

Assentior tibi, qui non ita amplecteris artem, ut alij solent. Ci. d Or. 94. a.

Hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur. Cic. p S. R. 40. a.

Amplexor, aris. Ci. Ep. 12. a. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me, præsente osculabantur, ut &c.

Meque inspectante sæpe inimicum meum modo in senatu seuere seducunt, modo familiariter atque hilare amplexantur. Ci. Ep. 15. a.

Appius totum me amplexatur. Ci. Q. Fr. 313. b.

Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. Ci. At. 280. a. Aut ipsius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. Ci. d Fin. 114. b.

Per fortunas, omnem tuum amorem, quo me es complexus, confer ad eam curam. Ci. At. 98. a.

Neque ullum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate. Ci. p Sest. 23. a.

Species, quas Plato mirifice erat amplexatus. Ci. Acad. 45. a.

Amplexus, xus. Ci. d. D. 97. a. Puer circumplicatus serpentis amplexu.

Amplificatio, onis. Ci. Off. 6. a. Nec uero amplificatio rei familiaris nemini nocens uituperanda est.

Est igitur amplificatio grauior quędam affirmatio, quę motu aiorum cõciliet in dicendo fidem. Cic. pt. 134. b.

Amplificatio, quæ aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Ad Her. 20. b.

Si extis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur.Ci.d.D.115.a. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus.Ci.Or.206.a.
Amplificatio honoris & gloriæ.Ci.Off.41.a.

Amplificator,oris.Ci.Tus.230.a.Pythagoras non solum nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit. Me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces.Ci.Ep.151.b.

Amplifico,as.augeo,amplũ facio,dilato,multiplico, uerbis paruam rem magnam facio, uerbis maius & acerbius facio,collocupleto.
Cic.d Fin.57.a.Vt postea uoluptas augeri amplificariq; non possit. Eamq; facultatem differendi amplificauit Academia.Ci.d.N.59.b.
His naturis relatus amplificatur sonus.Ci.d.N.55.a.
Ac uereor ne talium personarum cum amplificare uelim,imminuam gloriam.Ci.Acad.1.a.
Dignitas tua,quæ quidem a te ipso integritate & clementia tua sic amplificata est,ut nihil addi posse uideatur.Ci.Ep.19.a.
Amplificare fortunam.Ci d Am.107.a.
Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem.Ci.Tus.186.a.
Augere & amplificare res.Ci.Or.208.a.
Quæ pro nobis sunt amplificanda atq; augenda, quæ pro aduersarijs infirmanda atq; frangenda.Cic.d Or.96.b.et.104.a.Aliquid dicẽdo ãplificare atq; ornare.
A populo semper sum defensus amplificatus & ornatus.Ci.p Dom.231.a.
Amplificare rem ornando, quod ualet non solum ad augendum & tollendum aliquid dicendo,sed etiam ad extenuandũ atq; abijciendũ. Ci.d Or.152.b.
Conseruare atq; amplificare remp.Ci.p Põm.13.b.
Alicuius amplitudinem ac gloriam laude atq; honoribus amplificare.Ci.Anteq̃.193.a.
Qui hãc urbem conditam amplificatamq; seruauit.Ci.I.C.111.a. Resp.amplificata.Ci.d.N.27.b.
Pauci honore et gloria amplificati uel corrumpere mores ciuitatis uel corrigere possunt.Ci.d Leg.190.b.

Amplio,as.comperendino,amplius pronuntio,rem,pfero.Ci.p Cecin.290.a.Cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi,dixit sibi liquere.
Glaucia primus tulit,ut comperendinaretur,reus,antea uel iudicari primo poterat,uel amplius pronũtiari.Ci.I.V.81.a.&.91.a.Vt de Philodamo amplius pronuntiaretur,aliàs ampliaretur. &.81.a.Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem,tamen isti sibi turpe existimẽt non primo iudicare.
Quid fuit iudices,quare istum nefarium ampliaueritis? Ad Her.35.b.
Cum consules re audita amplius de consilij sententia pronuntiauissent.Ci.d Cla.172.a.& ibi. Iterumq; eodem modo rem a consulibus esse prolatam.

Amplitudo,nis.Ci.d In.83.a.Amplitudo est potentię aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundãtia.
Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis.Ci.d Or.113.b. Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit.Ad Her.9.b.
Vir in quo summa authoritas est atq; amplitudo. Ci.p S.R.19.a. Q.Pompeius posteris suis amplitudinem nominis,quã nõ acceperat,tradidit.Ci.p Mur.127.b.
Ad summam amplitudinem peruenire.Ci.d Cl.191.a.
Quod uirtute perfecisti ut summa amplitudine dignus putareris.Ci.p Mur.127.b.
Amplitudinem & gloriam alicuius laude atq; honoribus amplificare.Ci.Anteq̃.193.b.
Horum sententia ad claritatem amplitudinemq; aptior est.Ci.Off.14.b.
Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est.Ci.Off.13.b.
Humilitas cum dignitate de amplitudine contẽdit.Ci.p.S.R.41.a. Signum fuit quoddam ex ęre modica amplitudine, singulari opere.Ci.I.V.226.a.
Illud ad tuam amplitudinem & dignitatem pertinet, te &c.Ci.Ep.17.b.a.
Vt omnes huius honores inter suos & amplitudinẽ possint cognoscere.Ci.I.V.131.a.
Vt omne nostrum consilium &c.ad amplitudinem tuã conferamus.Ci.Ep.144.a.
Possum confirmare te summo omnium studio amplitudinem tuam retenturum.Ci.Ep.4.b.
Illustrabit(mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria.Ci.Ep.6.a.

Amplius.plusquàm,iam.Ci.d Or.91.a.Non instabor inquit tecum Crasse amplius,id enim &c.
Ille satisdari amplius abs te non petit.Ci.At.4.b.
Quid ultra amplius?Ci.p Mil.108.a.
Eo contentæ non quærunt amplius.Ci.Tus.47.b.
Quid uis amplius?Ci.p.S.R.42.b.& ibi.Quid quæris amplius?
Quid nam amplius desideratis?Ci.d In.60.b.
At amplius non desideramus.Ci.Acad.20.b.
Etenim quid est Catilina quod iam amplius expectes? Ci.I.C.93.b.
Quæris quid pro liberis meis amplius q̃ pro Planco facio, facere possem.Ci.p Plan.273.b.
De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius,q̃ ne quis ea deleat.Ci.d Leg.183.a.
Stirpibus natura nihil tribuit amplius q̃ ut eas alendo atq; augendo tueretur, bestijs autem sensum & motum dedit &c.homini hoc amplius, quod addidit rationẽ. Ci d.N.32.b.
Cui cum essem assensus decreui hoc amplius,ut &c.Ci.At.276.a. Habetis eum,ut nihil dicam amplius,qui se &c.Ci.p Cecin.305.a.
Alterius uero partium,nihil amplius dicam, nisi quod &c.Ci.p Mar.133.a.
Seipsum abs te repetis,nihil amplius.Ci.I.V.261.b.
Illi se suos armatos adduxisse dixerunt, etiam hoc amplius,Cecinnam &c.Ci.p Cecin.290.a.
Nihil dico amplius,hoc tamen miror, cur &c. Cic.p Plan.262.b. Cum uterq; eorum scripsisset, hoc amplius Theophrastus,quæ essent &c.Ci.d Fin.126.b.
Ego ero ędilis, hoc est paulo amplius quàm priuatus. Ci.I.V.73.b. & Ep.142.a. Itaq; obtemperare cogito pceptis tuis hoc amplius,nauicularũ habere aliqd etc.

Itaq;

Itaq; non amplius XIIII cohortes Luceriam caegi.Ci. At.130.b. Cum eum amplius centum ciues rom.cognoscerent.Ci.I.V.78.b.

Leges in quibus eadem illa sunt, & hoc amplius, cum &c.Ci.I.V.133.b.

Orationes amplius centum quinquaginta. Cic.d Cla. 170.a. Solem pluſq̃ duodeuiginti partibus maiorẽ eſſe q̃ terram.Ci.Acad.32.b.

Mathematici confirmant ſolem amplius duodeuiginti partibus maiorem eſſe q̃ terram.Ci.Acad.10.a.

Mihi fuit ſeſtertium quatuor millibus amplius. Cic.Ep. 172.b. Qui ager &c.non amplius hominum quinq; millia poteſt ſuſtinere.Ci.At.31.b.

Interim cognoui in Cilicia eſſe claſſem Dolabellæ, amplius q̃ centum naues onerarias.Ci.Ep.190.a.

Quibus ne reijciundi quidem amplius q̃ trium iudicum præclaræ leges Corneliæ faciunt poteſtatem.Cic.I.V. 224.b. Amplius HS quadringenties accepiſſe te argenteo.Ci.I.V.113.b Ego amplius HS ducenties acceptum hæreditatibus retuli.Ci.I.A.168.a.

Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur.Ci.I.V.222.b.

Si amplius HS nummo petiſti,q̃ tibi debitum eſt,cauſam perdidiſti.Ci.p.Q.R.46.b.

Sæpe ſingulis utendum eſt,plerunq; binis,non ferè ternis amplius.Ci.Or.219.a.

Qui ſeptingentos iam annos amplius regnãt. Cice.p Fla.159.a. Tu hoc nomen in aduerſarijs triennium amplius iacere patteris.Ci.p.Q.R.46.a.&ibi.Hoc nomen triennio amplius in aduerſarijs relinquebas.et ibi. Amplius ſunt ſex menſes.& ibi.Amplius triennium eſt. Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronũtiant.Ci.d Cla.172.a.

Quid enim ſi illi inimiciſſimus eſſet,amplius ad eius laudem minuendam facere potuiſſet? Ci.d Ar.256.a.

Facite quod libet,daturus non ſum amplius. Cic.I.V. 223.a. At erat & eſſet amplius,ſi uelles,populo cautum.Ci.I.V.105.b.

Amplus,a,um.Ci.p Mar.135.a. Quicquid eſt, quamuis amplum ſit,id parum eſt,tum cum eſt aliquid amplius. Loci præter modum ampli uagas imagines reddunt, nimis anguſti ſæpe non uidentur poſſe capere imaginũ collocationem.Ad Her.22.a. Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola.Ci.I.V.217.a.

Theatrum celebritate refertiſſimum,magnitudine ampliſſimum.Ci.Q.Fr.298.a.

Ampliſſimas fortunas amittere.Cic.I.V.239.a.

Ampla damus.Ci.Off.28.a.

Locus ad agendum ampliſſimus,ad dicendum ornatiſſimus.Ci.p Pom.4.a.

Ampliſſima curia,& gymnaſium ampliſſimum. Cic.I. V.228.a.&.225.b.Ampliſſimũ collegiũ Decẽuirale.

In ampliſſima ciuitate ampliſſimo loco natus. Cic.I.V. 260.b. Ampliſſimus ciuis.Ci.At.130.b.

Homo uirtute cognita & ſpectata fide ampliſſimus.Ci. p Cecin.305.a. Amplus & grandis orator.Ci.Or. 199.b. Pompeius erat oratione ſatis amplus. Cic.d Cla.186.b.

Ampla & potens ciuitas.Ci.d In.83.a.

Pro tuis rebus geſtis ampliſſimis,amplioribus' ue q̃ meis q̃ Africani.Ci.At.123.b.

Is mihi uidetur ampliſſimus,qui ſua uirtute in altiorem locum peruenit.Ci.p.S.R.32.b.

Quanq̃ id magnum & amplum eſt.Ci.Ep.86.a.

Eius quędam magna & ampla pars eſt artificioſa eloquentia.Ci.d In.43.a.

Quis unq̃ ex tam ampla ſtatu concidit? Ci.At.43.b.

Nullum munus amplius aut gratius mihi eſſe poterat. Ci.I.V.79.a. A.Trebanius,qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet.Cic.Ep.3.b.

Ac ne illud quidem uere dici poteſt,aut plures cæteris artibus inſeruire,aut præmijs ad perdiſcendum amplioribus commoueri.Ci.d Or.86.a.

Ampliorem honorem alteri tribuebat q̃ ipſe erat conſecutus.Ci.d Pra.74.b.

Ampla & honeſta familia.Ci.p Mur.127.a.

Oĩa quæ cara nobis atq; ampla ſunt. Ci.ꝯ.Rul. 67.b.

Suosq; omnes per ſe eſſe ampliores uolebat. Ci.d Am. 109.a. Vt reſp.opibus firma,copijs locuples, gloria ampla,uirtute honeſta ſit.Ci.At.124.b.

Parum amplis pmijs afficere aliquem.Ci.p.M.112.a.

Ampulla,læ.Ci.d Fin.113.a. Si ampulla aut Strigil accedat.

Amputatio,onis.Ci.d Sen.88.a. Sarmentorũ amputatio.

Amputo,as.circuncido.Ci.I.A.217.a.Sic in reip.corpore,ut totum ſaluũ ſit,quicquid eſt peſtiferũ amputetur. Membra quædam amputantur, ſi &c.Ci.Off.

Chryſippus teſtatur treis ſolas eſſe ſententias, quæ defendi poſſint de finibus bonorum, circuncidit & amputat multitudinem.Ci.Acad.35.a.

Amputata & circuncisa omni inanitate & errare. Ci. d Fin.58.a. Licet hinc quantum cuiq; uidebitur circuncidat atq; amputet.Ci.d Or.90.b.

Infracta & amputata loqui.Ci.Or.213.b.

Volo eſſe in adoleſcente unde aliquid amputem. Ci.d Or.117.b.

An. ne,utrum,an' ne,an num,ecquid.

Ci.d Or.162.b.Refert etiam qui audiant, ſenatus an' populus,an iudices, frequentes,an pauci an ſinguli.

In quo quæſitum eſt,in toto' ne circuitu, an in principijs ſolum,an in extremis,an in utraq; parte numerus tenendus ſit.Ci.Or.217.a.

An tu Dialecticis ne imbutus quidẽ es? Ci.Tuſ.151.a.

Nam quid ego de conſulatu loquar,parto uis an' ne geſto? Ci.I.P.80.a.

Tria pauca ſunt an' ne multa.Ci.Acad.25.b.

Neſcio an' ne quinq; uirũ quidẽ quenq̃.Cic.Aca.34.b.

Quærendumq; utrum una ſpecies,an' ne plures.Ci.Or. 217.a. An' ne licebit fœderatis iſtuc,uobis non licebit? Ci.p.Cor.66.a.

Scire uelim quomodo dicar ſpopõdiſſe,pro patre an' ne pro filio? Ci.At.189.b.

An num imperatorum ſcientia nihil eſt? Cic.d.D.85.b. An uera ſi de re ipſa &c.neceſſaria perdiſcimus? Ci.d Or.107.a. Multum intereſt utrum laus minuatur, an ſalus deſeratur.Ci.Ep.8.a.

Id utrum more romano locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, postea uidero. Cic.Ep.102.b.

Vtrum quod minus &c. an quod corpora etc. Ci.Tus. 291.a. *Tamen ne uereris, ut &c.* Ci.p.Q.14.b.

Fiat nec'ne fiat, id quæritur. Ci.de D.98.b.

Anagnostes, stę. Ci.At.7.a. *Puer festiuus anagnostes noster decesserat.*

Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes fugitiuus Verdaci esse. Ci.Ep.65.b.

Analogia, gię. Ci.At.90.b. *Phliasios dici sciebam, sed primo me ἀναλογία deceperat, φλιοῦς, ὀπιοῦς, σιποῦς, ὀπούντιοι, σιπούντιοι, sed hoc continuo correximus.*

Anapæsticus, a, um. Ci.Or.215.b. *Anapæsticus uersus.*

Anapæstum, sti, & Anapæstus, sti. Ci.Tus.202.b. *Nec si letur illud potentissimi regis Anapæstum, qui laudat senem, quod &c.*

Omnes Danai aut Mycenenses attica pubes, reliquique Græci, qui hac anapæsta citantur. Ci.de Fin.68.a.

Nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio. Ci. Tus.182.b. *Quare primum ad heroum nos dactyli & anapæsti & spondei pedem inuitat.* Ci.de Or.159.b. *Ex illis modis, quibus hic usitatus uersus efficitur, post anapæstus procerior quidam numerus effloruit.* Cic.de Or.160.a. *Ita factus est anapæstus is qui Aristophaneus dicitur.* Ci.Or.215.b.

Anas, atis. Ci.de.N.50.b. *Anatum oua gallinis sæpe supponimus.*

Anaticula, lę. Ci.de Fin.134.b. *Nare anaticulas.*

Anatocismus, mi. usura usuræ quam dicunt.

Cic.At.83.b. *Qui centesimis cum anatocismo contentus non esset.*

Anaxagaras, rę. Ci.Or.198.a. *Pericles Anaxagoræ physici auditor.*

Anaxagoras niuem nigram dixit esse. Cic.Acad.18.b.

Anceps, pitis. dubius, incertus. Ci.p Mar.135.b. *Incertus est exitus & anceps fortuna belli.*

Dicendi ancipites incertique casus. Ci.Or.205.b.

Vas ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Ci.p Pom.5.b.

Ancipites uarijque casus habent admirationem. Cic.Ep. 68.a. *Bestiæ quasi ancipites in utraque sede uiuentes.* Ci.de N.21.a. *Ancipitem uideo quasi futurorum uiam.* Ci.de Som.127.a.

Fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Ci.Off 3.a.

Anceps causa. Ci.de Or.125.a. & 152.b. *Anceps disputatio.* & Ep.187.a. *Anceps cura.*

In ambiguis ancipitem & multiplicem uerborum potestatem esse. Ad Her.41.a.

Anchora, ræ. Ci.I.V.253.b. *Malum erigi, uela fieri, anchoras præcidi imperat.*

Epistola, quam (ut scribis) anchoris solutis de Phaselo dedisti. Ci.At.7.a.

Ancile, lis. Ci.I.A.236.a. *Brutus ita conseruandus est, ut id signum quod cœlo delapsum, Vestæ custodijs continetur, quo salua salui sumus futuri.*

Ancilla, læ. pedissequa. Ci.I.V.149.b. *Hunc serui ancillæque amant.*

An partus ancillę in fructu sit habēdus. Ci.de Fi.51.a.

Muliebris & delicatus ancillarum puerorumque comitatus. Ci.p Mur.106.b.

Ancillā damni iussu aliquid facere. Cic.de Or.134.b.

Ancillaris, re. Ci.Tus.239.b. *Itaque ancillari sordidoque artificio regiæ uirgines, ut tonstriculæ tondebant barbam &c.* *Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares.* Sal.In Ci.271.b.

Ancillor, aris. Ci.In Sal.273.b. *Non enim uni priuatim ancillatus sum, neque me addixi &c.*

Ancillula, læ. Ci.de Or.105.b. *Iuris scientiam eloquentię tanq̄ ancillulam pedissequamque addixisti.* & de Fi.79.a.

Ancon, onis. Ci.At.108.b. *Anconem amisimus.*

Andabata, tæ. Ci.Ep.200.a. *Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.* aliàs anabatam.

Varro, Andabatis, apud Non.1276.54.

Androgynus, ni. Ci.de D.100.b. *Quid ortus androgyni non'ne fatale quoddam monstrum fuit?*

Andromeda, dę. Ci.de N.48.a.

Anfractus, ctus. Ci.de N.35.a. *Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil &c.*

Oratio circumscripta longo anfractu. Ci.Part.231.b. *Iam uero quid opus circuitione & anfractu?* Cic.de D. 134.b. *Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit.* Ci.de Som.127.a.

Itaque ut ita cadat in annuis anfractibus descriptū esto. Ci.de Leg.173.a.

Angiportus, ti. Ci.I.V.237.a. *Vt omnibus in angiportis prædones improbissime statuę ponantur.*

Ex horreis effusum frumentū uias omnes, angiportusque constrauit. Ci.de D.95.a.

Ait eos angiporto toto deerrasse. Ad Her.40.a.

Nullum in urbe uicum, nullum angiportum esse dicebāt in quo Miloni non esset conducta domus. Cice.p Mil. 113.b.

Ango, gis. C.At.16.a. *Multa sunt q̄ me solicitāt angūtque. Me illa cura solicitat angitque uehementer.* Cic.Q.Fe. 323.a. *Antea solicitus eram & angebar, quo uti cōsilio possem.* Ci.At.138.b.

Hoc me maxime angit & solicitū habet. Ci.de Se.91.a.

Tamen angebar singularum horarū expectatione. Ci. At.134.b. *Dionysius maximo cruciatu timoris angi solitus.* Ci.Off 37.b.

De Statio angor equidem. Ci.At.33.b.

Non possum sine dolore accusare eum, de quo angor et crucior. Ci.At.115.b.

Neque tot curis uigilijsque angeretur, si &c. Ci.p Arch. 291.a. *Angor intimis sensibus.* Ci.At.71.b.

Equidem angor animo, remp. &c. Ci.de Cla.165.b.

Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Ci.Ep.262.b.

Vehementer esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi. Ci.Ep.47.a.

Amicorum discessu angi. Ci.de Am.97.a.

Angor, aris. Ci.Off.33.a. *Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi restitissem, nec rursum indignis homine docto uoluptatibus.*

Angor est ægritudo premens. Ci.Tus.213.a.

Angoribus

Angoribus conficior. Ci. I. A. 167. b.

Me ab omnibus molestijs angoribusq; abducam. Cic. Ep. 70. a. Angores, solicitudines, nocturni diurniq; metus. Ci. Off. 69. a.

Cura & angor animi. Ci. At. 16. a.

Anguiculus, li. Ci. đ Fin. 134. b. Serpere anguiculos.

Anguinus, a, um. Ci. đ. D. 136. a. Ceruix anguina.

Anguis, guis. Ci. đ. D. 88. a. Tyb. Gracchus duobus anguibus domi comprehensis Aruspices conuocauit.

Ab infima ara subito anguis emersit. Ci. đ. D. 95. b.

Angues ingentes alites iuncti iugo. Ci. đ In. 48. a.

Angues uolucres in Lybia. Ci. đ. N. 21. b.

Anguitenens, tis. ophiuchus. Ci đ. N. 47. b. Anguitenens, quem claro ophiuchum nomine Graij.

Angulatus, a, um. Ci. đ. N. 14. b. Corpuscula, rotũda alia, partim angulata.

Angulus, li. Cic. đ. N. 35. a. Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil &c. & đ Vn. 198. b.

Terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terrã & in mare ferũtur. Ci. Tus. 156. b.

Nemo non modo Romæ sed ne ullo in angulo totius Italię fuit, quem &c. Ci. I. C. 106. a.

Et me ad omnes uerborum angustias & ad omnes literarum angulos reuocas. Ci. p Cec. 301. a.

Angustatus, a, um. Ci. đ Som. 129. b. Terra angustata uerticibus, lateribus latior.

Anguste. arcte, stricte, exigue, exiliter, tenuiter, presse. Ci. Or. 207. b. Presse & anguste definire.

Breuius, angustius. X. uberius ac fusius disputare. Cic. đ. N. 30. a. Quę Crassus coarctauit & peranguste refersit in oratione sua. Ci. đ Or. 98. a. X. late explicauit. Anguste & exiliter dicere. Ci. đ Cla. 192. a.

Hi enim urgentur angustius. Ci. đ Fat. 147. a.

Angustia, stiæ. fauces. Ci. ꝯ Rul. 83. b. Corinthus erat posita in angustijs atq; in faucibus græciæ.

Quę est igitur causa tantarum angustiarum. Ci. đ Fin. 121. b. Tum iste, qui hunc in summas angustias adductum putaret, negat &c. Ci. p Quint. 3. b.

Quantis ex angustijs oratorem educere ausus es. Cic. đ Or. 154. a. Etenim uerebãtur credo angustias, quasi res &c. Ci. p Plan. 270. b.

Et me ex hoc (ut ita dicam) cãpo ęquitatis ad istas uerborum angustias & ad omnes litterarum angulos reuocas. Ci. p Cecin. 301. a.

Et multa alia, quæ senatus propter angustias ærarij uẽdenda censuit. Ci. ꝯ Rul. 73. b. & p Cor. 67. b.

Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias & in Stoicorum dumeta compellimus? Ci. Acad. 28. a.

Excusationem angustiarũ tui temporis accipio. Cic. Ep. 265. a. Angustiæ temporis. Ci. đ Or. 164. b.

In his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis obsequar studijs nostris. Ci. đ Or. 85. a.

Fretorum angustiæ. Ci. đ. N. 30. a.

Ex meis angustijs illius suspẽto tenuitatẽ. C. Ep. 264. b.

Angustia rei familiaris. Ci. Part. 240. a.

Non capiunt angustię pectoris tui, nõ egestas animi recipit tantam personam. Ci. I. P. 84. b.

Totus animus nunq̃ his angustijs, quas natura nobis ad uiuendum dedit, contentus fuit. Ci. p Mar. 135. a. b.

Angustus, a, um. arctus, exiguus, breuis.

Ci. đ Leg. 159. b. In paruum quendam & angustum locum concludi. Pontes etiam lex Maria fecit angustos. Ci. đ Leg. 191. b.

Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concludi. Ci. Off. 11. b.

Ex infinita societate generis humani ita contracta res est, & adducta in angustum, ut omnis charitas aut inter duos aut inter paucos iungatur. Ci. đ Am. 99 b.

Illi perturbationes animi ex homine non tollũt, sed eas contrahunt in angustumq; deducunt. Cic. Acad. 46. b.

Nihil est tam angusti animi tamq; parui q̃ amare diuitias. Ci. Off. 14. a.

Philosopi angustis & concisis disputationibus illigati. Ci. đ Or. 114. a. Illam alteram partem nimis exiguã & angustam esse uoluisti. Ci. p Rab. 92. a.

Nunc ab utroq; eas auulsas ais, ne in angustum uenirent. Ci. p Plan. 270. a. b.

Latum. X. angustum. Ci. Acad. 23. a.

Ecce autem alij minuti & angusti aut omnia semper desperantes. Ci. đ Fin. 61. a.

Anhelitus, tus. Ci. Off. 26. b. Quæ cum fiunt anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquentur.

Non te unguentorum odor, non uini anhelitus in eam cognitionem adducebat ut &c. Ci. Postq̃. 207. b.

Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatę mentes oracula funderent. Ci. đ. D. 104. a.

Placet Stoicis eos anhelitus terrę, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, uentos esse. Ci. đ. D. 117. a.

Euanuisse aiunt uetustate uim loci eius, unde anhelitus ille terræ fieret. Ci. đ. D. 132. b.

Quam uim anhelitus fore censeris. Ci. I. A. 246. b.

Anhelo, as. Ci. đ. N. 48. a. Dum gelidum ualido de pectore frigus anhelans, Capricornus.

Catilina furens, audacia, scelus anhelãs. Ci. I. C. 104. a.

Iste anhelans ex infimo pectore crudelitatem. Ad Her. 41. b. Itaq; anhelans eximis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. Ad Her. 34. b.

Verba inflata & anhelata grauius. Ci. đ Or. 146. b.

Anicula, læ. Ci. đ. N. 12. b. Cui tanq̃ aniculis & quidem indoctis fato fieri omnia uidentur.

Aniculæ sæpe inediam biduum aut triduum ferũt. Ci. Tus. 183. b. & đ Cla. 180. a.

Aniens, nis. fluuius ad III ab urbe miliarium. Ci. đ Cl. 169. a. l. Plebs.

Anilis, le. Ci. Tus. 168. a. Pellantur ergo ineptiæ istæ penè aniles. & đ. D. 134. b. Omnem superstitionem imbecilli animi atq; anilis esse.

Aniliter. Ci. đ. N. 78. b. Superstitiose atq; aniliter dicere aliquid.

Anima, mæ. aer, animus, animus spirabilis, spiritus, manes. Ci. I. V. 178. a. Apronius, qui non modo animum integrum, sed ne aĩam quidẽ puram conseruare potuisset.

Animus ab anima dictus est. Ci. Tus. 152. a.

Inter ignem & terram, aquam Deus animamq; posuit. Ci. đ Vn. 197. a.

Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eamq; a pulmonibus respirat, ac reddit. Cice. d. N. 53. a. & 54. a. Anima, quæ spiritu i pulmones ducitur.

Continere animam. Ci. d Or. 108. a.

Ducere animam de cœlo. Ci. p. S. R. 30. a.

Ita uiuunt dum possunt, ut ducere animam de cœlo nõ queant. Ci. Or. 206. b.

Sui ne putresceret, aĩa pro sale data est. Ci. d. N. 58. a.

Interclusio animę et angustię spiritus. Ci. d Or. 159. b.

Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. C. At. 145. a.

Anima consilij rationisq; particeps. Ci. d. N. 18. b.

Si simplex animus, utrũ sit ignis, an anima, an sanguis. Ci. Acad. 32. a.

Hæc est natura propria animę atq; uis, ut ipsa a se ipsa moueatur, quę si est una ex omnibus quæ sese moueat, neq; nata est certe & æterna est. Ci. d Som. 131. a.

Quærit apud Xenophontem Sacrates unde animã arripuerimus, si nullus fuerit ĩ mũdo deus. Ci. d. N. 65. a.

Animus anima continetur. Ci. Tus. 152. a.

Is tibi omnia sua pter aĩam tradidit. Cic. p. S. R. 43. a.

Præterea de uestra uita, de coniugum uestrarum ac liberorum anima hodierno die iudicandum est. Cic. I. C. 222. b. Si P. Sestius animam, quam uix retinuit, edidisset. Ci. p Sest. 21. a.

Vos meæ charissimæ animę q̃ sæpissime ad me scribite. Ci. Ep. 238. a.

Considerandum uobis etiam atq; etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis. Ci. Ep. 239. a.

Hæc augens anima uitali flamine mulcet. Ci. In Arat.

Nam & agere aĩam et efflare dicimus. Ci. Tus. 152. a.

In unius hominis quotannis periculose ægrotantis anima positas nostras omnes spes habemus. Cic. At. 119. a.

Eodem tempore & gestum & animam ageres. Cic. p Q. R. 48. b. Amittere animam. Ad Her. 38. a. i. mori.

Efflare animam. Ci. p Mil. 111. a. i. mori.

Agere animam. i. mori. Ci. Ep. 123. a.

Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuq; meo penitus affixa atq; insita est. Ci. I. V. 264. a.

Animabilis, le. Cic. d. N. 44. a. Hæc animabilis spirabilisq; natura, cui nomen est aer.

Animaduersio, onis. Ci. d Or. 122. a. Excitanda est animaduersio & diligentia, ut ne &c.

Nec enim effugere possemus animaduersionem, si semp ijsdem pedibus uteremur. Ci. Or. 216. a.

Atq; hoc totum est siue artis siue animaduersionis siue consuetudinis, nosse regiones &c. Ci. d Or. 122. a.

Notatio naturę atq; animaduersio peperit artem. Cice. Or. 115. a. Quid ad actoris notionem & animaduersionem ages? Ci. p Cec. 291. b.

Tamen hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Ci. p Arch. 188. b.

Notationes animaduersionesq; censorum. C. Off. 74. b.

In animaduersione pœnaq; esse duriorẽ. Ci. At. 282. a.

Omnis animaduersio & castigatio contumelia uacare debet. Ci. Off. 18. a.

Continere aliquem metu animaduersionis. Cic. d Fin. 56. a. Animaduersio Dolobellę in sceleratos seruos. Ci. I. A. 153. b.

Animaduersio uitiorum. Ci. p Clu. 44. a.

Meam animaduersionem & supplicium, quo usurus erã in eum, quem cœpissem, remitto tibi. Ci. Ep. 66. a.

Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. Ci. I. A. 164. a.

Animaduersionis paternæ metus. Ci. p. S. R. 19. b.

Animaduersor, oris. Ci. Off. 19 b. Sic nos si acres & diligentes iudices esse uolumus animaduersoresq; uitiorũ, magna intelligemus sæpe ex paruis.

Animaduerto, tis. noto, animum aduerto, attendo, animum attendo, exaudio, deprehendo, sentio, intelligo, punio, animaduersione in aliquem utor.

Ci. d. N. 2. b. Sin autem Dij non possunt nos iuuare nec uolunt nec curant omnino, nec quod agamus animaduertunt, quid est &c.

Quid est Catilina? quid? attendis? quid? animaduertis horum silentium? Ci. I. C. 201. b.

Dignitas tua facit, ut animaduertatur quicquid facias. Ci. Ep. 182. a. & 33. a. Animaduerti enim & didici ex tuis literis, te &c.

Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar uigilare, & ut animaduertam, quæ fiant. Ci. At. 88. b.

Quod quidem quale sit etiam in bestijs animaduerti potest. Ci. d Am. 101. a

Hæc ab hominibus callidis a peritis animaduersa ac notata sunt. Ci. d Or. 94. a.

Adsint, cognoscant, animaduertant. Cic. d. N. 4. b. & 78. a. Non ne animaduertis?

Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitię peccatum uidetur. Ci. d Or. 95. a.

Etiam illud pro tua prudentia debes animaduertere, quot cohortes &c. Ci. At. 130. b.

Cum uident unum esse aliquem, qui hæc officia maxime animaduertat. Q. d Pet. 210. a.

Quamobrem quid aut ille sperare possit aut tu, aĩum aduerte pro tua prudentia. Ci. Ep. 130. b.

Tu qui institueras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. Ci. I. V. 120. b.

Atq; ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. Ci. I. V. 77. b.

Crudeliter animaduertere in aliquem. Ci. I. C. 103. b. & Ep. 60. b.

Cum ille non daret, animaduertit, genus animaduersionis uidete. Ci. I. V. 85. a.

Animal, lis. animans. X. inanimatus, inanimus.

Ci. d. N. 50. a. Iam uero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

Ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Ci. d Leg. 160. b.

Mortale igitur omne animal & dissolubile & diuiduũ sit, necesse est. Ci. d. N. 65. b.

Inanimatum est omne, quod motu agitatur externo, qđ autem aĩal est, id motu cietur interiore. Ci. d Sõ. 131. a.

Omne animal ut uult ita utitur motu, sui corporis. Ci. d D. 205. a. Homo diuinum animal. Ci. d Fin. 73. a.

Animal hoc prouidum, sagax &c. quem uocamus hominem. Ci. d Leg. 160. a. Cum hoc animal tum sit canorum sua sponte. Ci. d. D. 120. a. i. Gallus.

Charybdim

Charybdim dico, quae si fuit, fuit animal unum. Ci.I.A.173.a.
Aly summum bonum in eo genere ponunt, quod sit extra nostrâm potestatem, tanq̃ de animali aliquo loquãtur. Ci.ď Fin.114.a.
Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. Ci.ď.D.105.a. *Animalia habent suos impetus & rerum appetitus.* Ci.Off.35.a.
Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem. Ci.I.P.83.b.
Cum tu complexus es illud funestũ animal ex nefarijs stupris concretum. Ci.I.P.84.a.
Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. Ci.At.87.a.
Cum aũt in locis semen insedit, rapit oẽm ferè cibũ ad sese, eoq; septum fingit animal. Ci.ď.N.51.b.
Animalis, le. spirabilis. Ci.ď In.62.b. *Vt mutum in simulacrum ex animali exemplo ueritas transferretur.*
Natura animantis uel terrena uel ignea, uel animalis, uel humida. Ci.ď.N.66.a.
Reliquae duae partes una ignea altera animalis &c. Ci.Tusc.156.b. & ibi. *Sine illi sint animales idest spirabiles, sine ignei &c.*
Exsiccerata manima cũ animali sono. Ci.ď.D.136.a.
Corpora colligata uinculis aĩalibus. Ci.ď Vn.200.a.
Animans, tis. Ci.Off.3.a. *Principio generi animantium oĩ est a natura tributũ, ut se uitã, corpusq; tueatur.*
Animantium aliae corijs tectae sunt, aliae uillis, &c. Ci. de.N.50.a.
Aristo dubitat oĩno deus aĩans nec' ne sit. Ci.ď.N.9.b.
A quo enim animante oẽs reliquos cõtineri nellet aĩantes, hunc ea forma figurauit, qua &c. Ci.ď Vn.198.a.
Animatio, onis. Ci.ď Vn.201.a. *Diuinae animationis maxime speciem faciebat ex igne.*
Animatus, a, um. affectus, effectus animo, incensus. Ci.I.V.235.a. *Ciuitatem ut abs te affecta sit, ita in te esse animatam uidemus.*
Animatum est, quod motu cietur interiore & suo. Cic. Tusc.159.b.
Stellę diuinis animatae mentibus. Ci.ď Som.128.a.
Si aliter essem animatus, nunq̃, quod facerem, negarem. Ci.Ep.180.b.
Intelligebã socios ĩfirme animatos esse. Ci.Ep.240.b.
Vt quemadmodum in se quisq; sic in amicum sit animatus. Ci.ď Am.107.a.
Qui q̃q̃ afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis ut si ille adesset. Ci.I.A.223.a.
Sic enim ab initio fui animatus, ut me reip. procreatum putarem. Ci.Anteq̃.196.a.
Octauius uidetur erga nostros [illegible] *ita fore, ut nos uelimus, animatus.* Ci.At.243.b.
Hoc si aĩ in nos liberosq; uestros sui, ut &c. Ci. postq̃.
Erga nos omni tempore optime fui animatus. Ci.Antequã.197.b. (198.a.
Is in me fuit eodẽ animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si uicisset fuisset. Ci.ď Ar.244.b.
Pompeius animatus melius q̃ paratus. Ci.Ep.84.a.
Ita animati homines sunt, ut nihil ad eorum mentes ora

tione flectendas proficere possemus. Ci.ď Or.127.b.
Animo, as. Ci.ď.D.127.a. *Perinde utcunq; temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atq; formari.*
Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget. Ci. de.D.107.b.
Atomi formare, figurare, colorare, animare nõ possunt. Ci.de.N.23.a.
Animose. Ci.I.A.192.a. A'ose & fortiter facere aliqd. *Haec praescripta seruantem licet magnifice, grauiter, animoseq; uiuere.* Ci.Off.19.a.
Animosus, a, um. plenus animi, plenus roboris, nõ timidus. Ci.p Mil.119.b. *Vir fortis & animosus.*
Nam & animosos & bene animatos dicimus. Cicc. Tusc.152.a.
Senectus animosior est quàm adolescentia & fortior. Ci.ď Sen.92.a.
Animus, mi. mens, anima, sensus. Ci.ď Vn.196.b. *Deus intelligentiã in aĩo, aĩum conclusit in corpore.*
Animus est mens sine ullo corpore, ut dixit Xenocrates. Ci. Acad.31.a.
Deus animum ut dominum atq; imperatorem obedienti praefecit corpori. Ci.ď Vn.198.b.
Animus est, qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui praeuidet, qui regit & moderatur & mouet id corpus, cui praepositus est. Ci.ď Som.130.b.
Animorũ est ea uis atq; natura, ut uigeant uigilantes, nullo aduentitio pulsu, sed suo motu incredibili quadã celeritate. Ci.ď.D.137.a.
Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. Ci.ď.N.7.b.
Animus, ut Euripides ait, deus est. Ci.Tusc.162.a.
Animus mundi, quẽ deũ appellant. Ci.Acad.44.b.
Cum est animus seuocatus a societate & contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura prouidet. Ci.ď.D.93.b.
Animum illum spirabilem sumpsimus ab aëre eo, quem spiritu ducimus. Ci.ď.N.29.b.
Animum nostrum esse, licet nõ appareat nec cernatur. Ci.p Mil.118.a. & ibidem, argumenta id probãtia.
Non enim dũ eram nobiscum, aĩum meũ uidebatis, sed ex ijs rebus, quas gerebã ĩtelligebatis. Ci.ď Sen.93.b.
Aĩ boĩum semp fuerunt futuriq; sunt. Ci.ď.D.107.b.
Animi aũt & eius animi partis, quae princeps est, quęq; mens nominatur, plures sunt uirtutes, sed duo prima genera, unum earum quae ingenerantur suapte natura, appellanturq; nõ uolũtariae, ut docilitas, memoria, alterum earum quę in uoluntate positę sunt, ut prudentia, temperantia &c. Ci.ď Fin.133.a.
Est enim animus coelestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinae naturę aeternitatiq; contrarium. Ci.ď Sen.93.a.
Totius naturae mens atq; animus. Ci.ď.N.9.b.
Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae nos sidera stellasq; nocatis. Ci.ď Som.128.a.
Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus Ci.ď Sen.93.a.
Genus humanum sparsum in terras atq; satum diuino auctum est animorum munere. Ci.ď Leg.160.b. & ibi.

Animum esse ingeneratum a Deo.

Animi portes duæ, quarum altero sensum, motũ & appetitum habet, altera rationis, atq; intelligẽtiæ est par ticeps. Ci.de.D.95.a.

Animi partes duæ, una quę mentis ac rationis ꝑticeps est, altera in qua feritas quędam est atq; aggrestis immanitas. Ci.đ.D.93.a.

Tum eueniet duabus animi temerarijs partibus compressis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Ci.đ.D.95.b. & ibi.b. *Ea pars animi quæ uoluptate alitur, & ibi. Ea pars aĩ, in qua irarum existit ardor.*

Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. Cic.de Som.228.b.

Si non una cum corpore sensus omnis uno atq; eodem consumptus est igni. Ci.Oſt.331.a.

Omnia quæ sunt in rerum natura celeriter animo comprehendere. Ci.đ Or.222.a.

Alij dicũt animos hominũ sensusq; morte restingui, alij autem eos tum maxime cum e corpore excesserint, sentire ac uigere Ci.ꝑ Sest.23.b.

Animus ex quo animal dicitur. Ci.đ.N.66.b.

Animus ab omnia dictus est. Ci.Tus.152.

Etenim animus eius uultu, flagitia parietibus tegebãtur. Ci.ꝑ Sest.7.b. *Imago animi uultus est, indices oculi.* Ci.de Or.163.b.

Mens & animus & consilium & sententia ciuitatis posita est in legibus. Ci.

Quæ cura exuscitat etiam animos & maiores ad rem gerendam facit Ci.Off.3.b.

Animos atq; ĩpetus alicuius retardare. Ci.I.V.60.a.

Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogãtiam. Ci.ꝑ Flac.157.b.

Noratis aĩos eius & spũs tribunitios. Ci.ꝑ Clu.40.a.

Quanquã insolentia dominatus extulerat animos. Ci.ꝑ Dom.241.b. *Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est.* Ci.At.78.a.

Hęc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Ci.At.100.b.

Labieni aduentu noster Gn. multo animi plus habet. Ci.At.122.b.

Actio uaria, uehemens, plena animi, plena spiritus, plenus doloris, plena ueritatis. Ci.đ Or.225.a.

Plena animi & terroris oratio. Ci.đ Cla.180.

Si quantam habent ad maledicendum licentiam, tantũ haberent ad ementiendũ animi. Ci.ꝑ Font.282.a.

Acta enim res est animo uirili, cõsilio puerili. Ci.At.236.b. *Rogaui, ut diceret, quid haberet in animo.* Ci.At.124.b.

Itaq; uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum, &c. Ci.I.V.138.b.

Postea totam Italiã fac ut in animo ac memoria distributam comprehensamq; habeas. Q.đ Pet.209.b.

Si eundem in cæterorum periculis haberemus animũ, quem in nostris difficultatibus. Ci.Anteq̃.194.a.

Hæc ego pro me ipso et animi mei sensu ac dolore pronuncio. Ci.ꝑ.S.R.40.a.

Cuius tibi negotio ita cõmendo, ut maiore studio magis'ue ex aĩo cõmendare nõ possim. Ci.Ep.299.b.

Aliquis ex animo amicus, uereq; beneuolus ac fidelis cupiam. Ci.I.A.237.b.

Confiteor imprudentia me lapsum, si unquã Lepido ex animo credidissem. Ci.Ep.157.a.

Hos tu hoĩes, ut ex animo atq; ut ex illa summa uoluntate tui studiosi sint, laborato. Q.đ Pet. 207.b. & ibi, *ex animo agere.*

Amare aliquem ex animo. Cic.Q.Fr.293.b.

Siue ex animo id fiat siue simulate. Ci.đ.N.59.b.

Me ex animo ueréq; arbitror diligi. Ci.Ep.135.b.

Equidem dicam ex animo quod sentio. Ci.I.P.97.a.

Toto animo dedere se alicui rei. Ci.Tus.250.b.

Quod ex animi tui sñia iuraueris. Ci.Of.73.b.

Erat mihi in aĩo proficisci ad exercitum. Ci.At.75.b.

Dicis tibi in animo esse alio tpe persequi. Ci.I.V.93.b.

Pater istũ exhæredare in aĩo hẽbat. Ci.ꝑ.S.R.26.b.

Sed in animo est leuiter transire. Ci.ꝑ.S.R.33.b.

Vt mihi est in animo facere. Ci.đ.N.30.a.

Luceium scito consulatum habere in animo statim petere. Ci.At.15.b.

Habeo ĩ aĩo pecuniã ꝑtori dare. Ci.I.V.122.b.

Cum Tribuni haberent in animo de præsidio consulũ designatorum referre. Ci.Ep.170.b.

Quid in aĩo habuerim, cum Lernus discessit a me, ex literis quas ei dedi, potuisti cognoscere. Ci.Ep.154.a.

Considerate cum uestris animis, circũspicite cum uestris mentibus. I.cum *Videte indices & prospicite animis quid futurum sit.* Ci.I.V.197.a.

Perspicite quæso diligenter, quæ dicam & ea penitus aĩs uestris mentibusq; mãdate. Ci.I.C.102.b.

Considerate cũ uestris aĩs uosmetipsi. Ci.I.V.253.b.

Sic hẽo statutũ cum aĩo ac deliberatũ. Ci.I.V.178.a.

Ab altero nõ alienos aĩos habemus. Ci.đ Am.102.a.

Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. Ci.đ Sen.84.a.

Sed planè animi sui causa ludos nobis Idiotis relĩquet Ci.I.P.93.b.

Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quęritur. Ci.đ Or.94.b.

Qui illud animi causa fecerit. Ci.I.A.222.b.

Habet ẽt animi causa rus amœnum. Ci.ꝑ.S.R.40.b.

Te animo magno ac forti istam rem agere existimo. Ci.At.230.b.

Fac animo magno fortiq; sis. Ci.Ep.91.a.

Te hortor & obsecro, aĩo ut maximo sis. Ci.Ep.57.b.

Quod me audis erectiorem esse animo, quid putas? Ci.At.168.a.

Fac habeas fortem animum. Ci.Ep.90.b.

Hoc aĩo esse debes, ut nihil huc reijcias. Ci.Ep.153.a.

Magnum animum habere debes. Ci.Ep.178.b.

Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra in amore conquiescat tuo. Ci.Ep.18.b.

Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Ci.Ep.59.a.

Nescio quo animo sitis inter nos. Ci.Ep.34.a.

Multi sunt, qui nos, quo animo inter nos simus, esse uolent. Ci.Ep.39.a.

Quod

Quod certior fieri uis, quo quisq; in me animo sit, nemi nem alieno intellexi. Ci. At. 178. a.

Aĩus amplus & excelsus & patiens incõmodorũ. Ci. đ In. 61. a. Cõsul ipse paruo aĩo et prauo. Ci. At. 7. b.

Animus magnus & excelsus. Ci. Ep. 16. a. & ibi. animus apertus & simplex.

Aliquis stabili et firmo et magno aĩo. Ci. đ Fin. 96. a.

Firmitudo grauitasq; animi. Ci. Ep. 69. b.

Grauitas & altitudo animi. Ci. Ep. 57. a.

Animus acer & presens. Ci. đ Or. 116. b.

Magnitudo animi. Ci. Ep. 16. a.

Amplitudo & quasi quædam exaggeratio q̃ altissima animi. Ci. Tus. 188. b.

Animus altus. Ci. đ Fin. 138. b.

Altissimus animus. Ci. Tus. 155. a.

Qui altiore animo sunt. Ci. đ Fin. 138. b.

Humilis atq; imbecillus animus. X. robustus & excelsus. Ci. đ Fin. 59. b.

Animus mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. Ci. Tus. 185. b.

Verum cum scribam, teneriore mihi animo uidebare. Ci. Ep. 77. b.

Sed planè animus, qui dubijs rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est. Ci. Ep. 77. b.

Cadere animis. Ci. Ep. 78 b.

Victi debilitantur, animosq; demittũt. Ci. đ Fin. 125. a.

Remissio animi. Ci. de Or. 110. b.

Animus humilis. X. animus ptinax. Ci. Ep. 52. b.

Sum animo percuiso & abiecto. Ci. At. 40. a.

Animus anxius & solicitus. Ci. Ep. 57. b.

Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam remp. Ci. Ep. 43. b.

Facile & æquo aĩo carere aliqua re. Ci. Ep. 55. b.

Interea quidem cũ musis nos delectabimus aĩo æquo, imo uero etiam gaudenti ac libenti. Ci. At. 25. a.

Æquo animo facere aliquid. X. iniquo animo facere aliquid. Ci. Q. Fr. 296. b.

Æquo animo mori. Ci. Ep. 68. a. & ibi.

Gratulatio tua mihi est probatissima, quod ab optimo est animo. Ci. Ep. 55. b.

Alacres animo sumus, ut & cæteri &c. Ci. Ep. 69. a.

Acri & attento aĩo intueri aliquid. Ci. đ Fin. 60. b.

Defigere & intẽdere aĩum in aliquã rẽ. Ci. Aca. 12. b.

Complecti aliquid animo. Ci. Ep. 73. b.

Comprehendere aliquid animo. Ci. đ. N. 23. b.

Vt quod ego facio, tu quoq; animum inducas, si sit aliqua resp. in ea te esse oportere. Ci. Ep. 53. b.

Tu igitur aĩum induces cãm hanc defendere? Ci. đ. D. (117. b.

Antonius induxit animum sibi licere, quod uellet. Ci. At. 228. b.

Qui potuit aĩum inducere ut exhæredaret filiũ. Ci. p (S. R. 27. a.

Angor aĩo. Ci. đ Cla. 165. b.

Pendeo animi. Ci. At. 122. a. & 77. b.

Agitare animo de aliqua re. Ci. Ep. 78. a. i. cogitare.

Omni animi impetu facere aliquid. Ci. Ep. 146. a.

Cum resp. maiorem etiam mihi animum, q̃ unquam habuissem, daret. Ci. Ep. 13. b.

Et quidẽ prodest inquis mihi ĩ eo eẽ aĩo. Ci. đ Fi. 81. a.

Reip. eum animum eamq; uoluntatem, quam debemus præstare. Ci. Ep. 10. b.

Quorum quidem animum tu non perspexisti solum, sed etiam confirmasti atq; tenuisti. Ci. Ep. 13. a.

Annales, lium. memoria publica, monumenta uetustatis, annalium monumenta. Ci. đ Or. 113. a. Erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriæq; publicæ retinẽdæ causa, res oẽs singulorũ annorũ mãdabat literis Pont. Max. & ibi de Annalibus

Itaq; non ex sermone hominum recenti, sed (multa. ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Ci. p Mur. 127. b.

Iste omnes & suppliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria uestra & patrum uestrorum, sed ex annalium monumentis atq; ex regum commentarijs conquisiuit. Ci. p. Rab. 93. a.

Vt annales populi Rom. & monumenta uetustatis loquuntur. Ci. p Dom. 230. a.

Annales Pontificum Maximorum, quibus nihil potest esse iucundius. Ci. đ Leg. 157. a.

Etenim ordo ipse annalũ mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. Ci. Ep. 68. a.

Annalis, le. Ci. I. A. 203. b. Legibus annalibus, cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescẽtiæ temeritatem uerebantur.

Maiores nostri leges ãnales nõ hẽbãt. Ci. I. A. 203. b.

Cõsules ciuitatẽ ãnali lege seruãto. Ci. đ Leg. 185. a.

Lex annalis. Ci. đ Or. 133. a. i. quæ annorum numerũ præfiniebat ad capiendos magistratus.

Scriptum est in tuo annali. Ci. At. 193. b.

Ennius in nono annali. Ci. đ Cla. 169. b.

An ne. an. Ci. p Cor. 64. a. An ne de uobis trahere spolia fœderatis licebit? de hostibus non licebit?

Annecto, ctis. agglutino. Ci. đ. N. 53. a. Stomachus ad linguam annectitur. Funiculus a puppi religatus scapham annexam trahebat. Ci. đ In. 81. b.

Separatũ est, qđ non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrũ annexũ orationi. Ci. đ In. 48. a.

Anellus, li. Ci. đ Fin. Epicuri imaginem nõ mõ ĩ tabulis, sed etiã in poculis & in anellis hẽbãt. ex Non. 1254.

Anniuersarius, a, um. Ci. I. V. 219. b. Mercurius sacris anniuersarijs apđ Tyndaritanos sũma religiõe colebat.

Syracusani festos dies ãniuersarios agũt. Ci. I. V. 225. a.

Qui sacrificia gentilitia anniuersaria factitarunt. Ci. đ Ar. 251. a. & I. V. 230. a.

Sacra anniuersaria. Ci. At. 16. b.

Impetus cœli constantissime conficiens uicissitudines anniuersarias. Ci. đ. N. 45. b.

Annominatio, onis. græce παρονομασία ut nobilior, mobilior. Ci. đ Or. 132. b. & ad Her. 30. b.

Annona, næ. res frumentaria. Ci. p Pom. 12. b. Repente uilitas annonæ, ex summa inopia & caritate rei frumẽtariæ consecuta est.

Annona in macello cara est. Ci. đ. D. 120. b.

Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Ci. Ep. 237. a.

Annona pretium non habet. Ci. I. V. 199. a.

Frugum inopia. X Frugum copia. Ci. p Dom. 216. b.

Subito illo die cariſſimam annonam nec opinata uilitas conſecuta eſt. Ci. ꝑ Dom. 216. a.

Difficultas aunonæ, ſumma inopia rei frumentariæ. Ci. ꝑ Dom. 115. b.

Cum ingraueſceret annona, ut iam planè inopia ac fames non caritas timeretur. Ci. ꝑ Dom. 215. a.

Leuare annonam. Ci. ꝑ Mil. 115. a.

Aduentu meo uilitas futura eſt. Ci. ꝑ Dom. 216. a. & ibi. *Commutata eſt annona.*

Annona ĩ mea reditu fcã, erat durior. Ci. ꝑ. D. 216. a.

Annularius, rij. *opifex annulorum.* Ci. Acad. 21. b. *An tibi erit quærendus annularius aliquis? quoniam &c.*

Annulus, li. Ci. I. V. 108. a. *Annulus aureus ſcribæ tui me deterret.*

Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero. Ci. Acad. 21. b.

Sit annulus tuus non miniſter alienæ uoluntatis ſed teſtis tuæ. Ci. Q. Fra. 292. a.

Foribus apertis hominis mortui uidit corpus, annulumq; aureum in digito, quem ut detraxit, ipſe induit. Ci. Off. 59. b. & ibi. *Cum palam eius annuli ad palmã conuerterat, a nulla uidebatur.*

Annumero, as. *in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero.* Ci. đ Cla. 183. a. *His duabus annumerabatur nemo tertius.*

Verum forſitan in grege annumerer. Ci. ꝑ. S. R. 33. a.

Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de rep. Cice. đ D. 109. a.

Qui uero deos eſſe dixerunt tanta ſunt in uarietate cõſtituti, ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. Ci. đ. N. 1. a.

Verba non me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanq̃ appendere. Ci. đ Opt. 244. a.

Annumerare & reddere pecuniam alicui. Ci. I. V. 63. b. & 137. b. *Adnumerare pecuniam alicui.*

Si infirmum aliquid annumeratum dicemus. Cice. de In. 58. a.

Annuntio, as. *denuntio.* Ci. At. 185. b. *Eiq; interea ſalutẽ annuntiabis itemq; pylię.*

Annua, is. Ci I. V. 196. a. *Hoc mihi ſignificaſſe & annuiſſe uiſus eſt.*

Id quoq; toto capite annuit. Ci. đ Or. 135. a.

Annuere te uideo. Ci. de. N. 23. b.

Simulatq; ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. Ci. ꝑ Quint. 3. b.

Tum oſtendi tabellas Lentulo, & quæſiui cognoſceret'ne ſignum, annuit. Ci. I. C. 113. a.

Si annuerit, næ ego iſtam ſapientiam non audiam. Ci. I. A. 247. a.

Annus, ni. Ci. đ. N. 36. a. *Magnus annus, qui tum efficitur cum ſolis & lunæ & quinq; errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatijs eſt facta conuerſio.*

Annus, ubi ſol ſuum totum confecit & peragrauit orbem. Ci. đ Vn. 100. b.

Abſoluto perfectoq; numero temporis abſolutus perfectusq; annus tunc completur, cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerint. Cice. de Vn. 100. b.

Homines populariter annum tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditum metiuntur, cum autem ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemq; totius cœli deſcriptionem longis interuallis retulerint, tum ille uere uertens annus appellari poteſt, in quo uix dicere audeo, quàm multa hominum ſecula teneantur. Ci. đ Som. 130. a. & ibi. *Huius anni nondum uigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam.*

Babylonij CCCCLXX. millia annorum, ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa tenent. Ci. đ. D. 88. a.

Quinquennalis celebritas ludorũ apud Olympiam. Ci. đ Or. 154. b.

Cum ætas tua ſeptenos octies anfractus reditusq; conuerterit. Ci. đ. Som. 127. a. & ibi. *Circuitus naturalis.*

Quartum annum ago & octogeſimũ. Ci. đ Sen. 83. a.

Quinto autem anno exeunte ad Syracuſas occidit. Ci. đ. D. 91. b.

Apparuiſſe numen deorum intra finem anni uertentis lætandum eſt. Ci. I. A. 250. b.

Anno uertente ſine controuerſia uerbum nullum facis. Ci. ꝑ Quint. 7. a.

Iſq; iam annos XX. haberet. Ci. ꝑ Cec. 295. b.

Qui tot annos, quot habet, deſignatus conſul fuit. Ci. At. 59. b.

Hoc grauiſſimo ac peſtilentiſſimo anno. Ci. Ep. 72. a.

Annuus, a, um. Ci. At. 95. a. *Nos annuum tempus prapè iam emeritum habebamus.*

Vt hoc deſideriũ noſtrũ ne plus ſit annuũ. Ci. At. 68. a.

Idq; ne committi poſſit ad eam rationem curſus annos ſacerdotes finiunto. Ci. đ Leg. 173. b.

Annui temporis criminatio. Ci. ꝑ Flac. 165. a.

Annuum ſpatium. Ci. đ In. 51. a.

Sic enim annuum tempus conficitur. Ci. At. 245. b.

Et annuæ commutationes quadam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiunt. Ci. đ In. 54. a.

Anſa, ſæ. Ci. đ Am. 107. b. *Quin etiam neceſſe erit cupere ut q̃ ſæpiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tãq̃ anſas ad reprehendendum.*

Iſte hac ſextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat. Ci. ꝑ Cecin. 288. a.

Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam, neſcio cur &c. Ci. ꝑ Plan. 277. a.

Anſancti in Hirpinis. Ci. đ. D. 97. a.

Anſer, ris. Ci. ꝑ. S. R. 27. b. *Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur, in Capitolio, ut ſignificent, ſi fures uenerint.* & I. A. 248. a. *Anſeres đ falerno depellantur.* a. i. *Anſer poeta, cui Antonius falernũ donauerat.*

Antaxon. Ci. Tuſ. 162. b. *Ora auſtralis ignota nobis, quam uocant græci antaxana.*

Ante, antea. *præ, pro, a fronte, ob, in conſpectu poſitus ante hoc tempus, ante id tempus, ante hunc diem, plus.* Ci. ꝑ. S. R. 20. b. *Vt non modo clam, uerum etiam hic in foro, ante tribunal tuũ M. Fanni, ante pedes noſtros iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint.* & ibi. *Ne hic ibidem ante oculos ueſtros trucidetur.*

Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. Ci. ꝑ Mil. 106. b.

Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante prætoriū, tum ante oppidum Nolam Samnitum castra cœpit. Ci.de D.95.b. Hi ne in freto ante sua tecta & domos nauigarent, pretio abs te ius fœderis emerunt. Ci.I.V.246.a. Id ipsum quod me mones quatriduo ante cogitaram. Ci.At.234.a.

Ille multo ante lucem surrexit. Ci.de In.64.a.

Vt qui Asoti esse uelint, philosophi ante fiant. Ci.de Fi.71.a. Mandauiq; utriq; earum, ut ante ad me excurrerent. Ci.Ep.35.b.

Multum interesse mihi est uisum, inter eum qui tum erat, & qui anno ante fuerat. Ci.de 117.a.

Quæ uenientia longe ante uideris. Ci.Tus.196.b.

C.Marius tertius ante me consularis subijt &c. Cice. Postquàm.199.a.

De quibus ante ad te falsum scripseram. Ci.At.111.b.

Vt ei triennium ante legitimum tempus petere liceat. Ci.I.A.204.b. Minutius mortuus est ante istum prætorem. Cic.I.V.99.b.

Qui, dum hic quæ opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. Ci.I.V.68.a.

Crucior, quod eum, quem ante me diliga, uideo in consulatu quiduis patius esse, q̃ Cos. Ci.At.133.b.

Vt fides ut mens, quas in Capitolio dedicatas uidemus proxime a M.Æmilio, ante autem ab Atilio Calatino erat fides consecrata. Ci.de N.38.a.

Vt si aut manibus ingrediatur quis, aut non ante sed retro, fugere planè se ipse uideatur. Ci.de Fin.132.b.

Omnia enim sunt posita ante oculos. Ci.de Or.101.a.

Hominem nostis, qui ducem prædonum cœperit, q̃ libenter eum palàm ante oculos omnium esse patiatur. Ci.I.V.149.a. At in senatum aut ante imperatorem, & in concilium talis causa potest uenire. Ad Her.5.a.

In primis.i. ante alios. Ci.p Mar.135.b.

Ob oculos, ante oculos idem. Ci.p Sest.13.a.

Religio in fundi uillæq; conspectu posita. Ci.de L.175.a.i. lucus ante fundum uillamq; positus.

Antea. ante hac, ante hoc tempus, superioribus diebus, superioribus temporibus.

Ci.At.102.b. Posthac neq; hercule antea negligentes fuimus. Quod ad te antea, atq; adeo prius scripsi, (sic enim mauis ad scribendum tibi uere dicere) fecisti me acriorem. Ci.At.144.a.

Si integer antea fuisse demoustrabitur. Ci.de In.66.a.

Nactusq; tempus hoc magis idoneum, q̃ unquam antea, ita sum cum illo locutus, ut &c. Ci.Ep.3.b.

Quin nisi ego successor essem, quem tu cuperes uidere, te anteaq̃ tibi successum esset, decessurū fuisse. Ci.Ep.34.a.

Anteactus, a, um. superior. Ci.de In.66.b. Ex anteacta uita facere iudicium &c.

Antecanis, nis. Procyon. Ci.de.N.48.b.l. Procyon.

Antecapio, pis. Ci.de.N.10.b. Antecepta animo rei quædam informatio, græce πρόληψις.

Antecedens, tis, præcurrēs, antegrediens, antegressus, præpositus, antepositus, primum. X. quod consequitur.

Ci.de Fat.145.a. Omnia, quæ fiant, fieri causis antecedentibus. & ibidem. Voluntatis nostræ non esse causas externas & antecedentes.

Ex ijs rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus. Cic.de Ora.230.a. Obseruantia, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes ueneremur. Cic.de In.70.b.

Si quod primum in connexo est, necessarium est, fit etiā quod consequitur, necessarium. Ci.de Fat.143.a.

Causæ naturales & antecedentes. Ci.de Fat.141.b.

Homines aliqua dignitate antecedētes. Ci.de In.82.b.

Et quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo rom. illuxit? Ci.Octa.329.b.

Sed inter hos paulum ætate his antecedens Galba, eloquentia præstitit. Ci.de Cla.171.b.

M.Pennus Paulum Gracchum ætate antecedens. Ci.de Cla.174.b.a.

Antecedo, dis. anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteuerto. Ci.Top.228.b. Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit.

Quicquid antecedit quanq; rem, id cohæret cum re necessario. Ci.Top.225.a.

Non sic causa intelligi debet, ut quod cuiq; antecedat, id & causa sit, sed quod cuiq; efficienter antecedat. Ci.de Fat.147.a. In omnibus, quæcunq; fiunt, uerisimile est causam antecedere. Ci.de Fat.149.a.

Antecedere aliquem ætate.l. Antecedens.

Biduo me Antonius antecessit. Ci.Ep.174.a.

Pōpeius expeditus antecesserat legiones. Ci.At.124.a.

Ea res longe cæteris antecedit. Ci.Acad.39.b.

Septima, quæ septem & uiginti partibus, antecederet primæ. Ci.de Vn.199.a.

Si id, quod sequitur, non uideatur necessario cum eo, quod antecessit, cohærere. Ci.de In.58.a.

Incipit is, loqui, qui & authoritate, & ætate, & ut mihi uisum est, usu rerum antecedebat Timarchides. Cic.I.V.232.a.

Antecello, lis. excello, præsto antesto.

Ci.I.V.150.a. Hæc causa magnitudine iniuriæ criminibus cæteris antecellit.

In ea sunt ædes sacræ complures, sed duæ quæ longe cæteris antecellunt. Ci.I.V.227.b.

Præclarum mihi quiddam uidetur adeptus, is, qui qua re homines bestijs præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. Ci.de In.43.a.

Sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarū. Ci.de.N.55.b. Inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. Ad Her.15.b.

Dicendi consuetudo, longe & multum isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. Ci.p Mur.130.b.

Summa dignitas est in ijs, qui militari laude antecellūt. Cic.p Mur.129.a.

Vir humanitate, sapientia, integritate antecellens. Ci.p Mur.133.a. Vt quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Ci.de Sen.90.b.

Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt. Ci.de.D.99.a. Antecellere omnibus ingenij gloria. Ci.p Arch.186.a.

Antecessio, onis. præcursio, prægressio.

Ci.Off.3.a.Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum uidet, earumque progressus quasi antecessiones nō ignorat.
Tripartito igitur distribuitur locus hic, in consecutionem, antecessionem, & repugnantiam. Ci.Top.225.a.

Antedico, cis. prędico, antepraedico. Ci.d.D.113.a. Haec qui antedicunt, quam rationem sequantur, uides.
Aeque ego hoc dico de futuris, quod est augurum, antedicere ea quae uitari possunt. Ci.I.A.158.a.&.157.b.
Itaque quod paulo ante feci in senatu, faciam, apud uos, testificor, denuntio, antepredico. Ci.I.A.206.b.

Anteeo, is. antecedo. Ci.ꝯ Rul.85.b. Lictores pretoribus anteibant cum fascibus duobus.
Cato qui hos aetate anteibat. Ci.Tus.149.a.
Seruius ętate illis anteibat, sapientia omnibus. Ci.I.A.221.a. Praestantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. Ci.d Fin.146.b.
Si illi fateantur assensiones non sine uiso antecedente fieri, alia ratio est, sed si concedunt anteire uisa &c. uide ne idem dicant. Ci.d Fat.149.a.
Consules, qui omnes intelligentia anteibant. Ci.d Cla.185.b. Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. Cic. Tus.124.a. Nec se aequales tui propter istā causam abs te anteiri putant. Ci.p Syl.171.a.
Qui anteire cęteros uirtute putantur. Ci.Off.40.a.

Antefero, fers. antepono, prępono, prępripio.
Ci.Part.229.b. Deĩde ista tua studia uel maximis meis occupationibus anteferrem libenter.
Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. Ci.Ep.83.b. Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iurisperitissimis imperatores nostros anteferret Ci.p Cor.64.a.
Vos, qui me antetuleritis nobilitati. Ci.ꝯ Rul.67.a.
Tamen ita existimes uelim, me antelaturum fuisse, si ad me uenisset, uoluntatem tuā cōmodo meo. Ci.Ep.74.b.
Cum ipse cęteris omnibus esset omni honore antelatus. Ci.d Pro.74.b.
Vt nemo ei se bonore anteferret. Ci.p Syl.184.b.
Praesertim cum sine cuiusq; reprehensione legatis quaestorem possis anteferre. Ci.Ep.29.b.
Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, oĩum triumphis uictorijsque antefero. Ci.Ep.11.a.
Certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus. Ci.Ep.72.b.
Sed ego idem, qui &c. recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem. Ci.Or.198.b.
Comitia iudicijs anteferre. Ci.Q.Fr.306.b.
Qui se solet anteferre puero sororis tuę filio. Cic.At.96.b. Anteferre se alicui. Ci.d Cla.180.a.

Antegredior, ris. praegredior, antecedo, anteuerto.
Ci.d.N.30.b. Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem hesperos.
Quod si ita est, omnia quę fiunt, causis fiũt antegressis. Ci.d Fat.144.b. & ibi.a. Causae fortuito antegressae. & d.D.85.b. Iisdem signis antegressis.
Id tũ apparet cum antegressa est honestas. C.Off.19.a.

Antehac. antea. Ci.Ep.197.a. Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est.
Simul qđ uideo, non ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meę. Ci. Ep.7.b.

Antelucanus, a, um. Ci.Ep.245.a. Ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam.
Qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana uictus esset industria. Ci.Tus.218.b.
Antelucanae coenae. Ci.I.C.109.a.

Antemeridianus, a, um. X. pomeridianus.
Ci.At.211.b. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo uespertinis.
Antemeridianus sermo. Ci.d Or.144.b.&.154.a.

Antenna, nę. Ci.d Or.159.b. Quid tam in nauigio necessariũ, q̃ prorasq; puppisq; antennęq; uelaq; mali &c.

Anteoccupatio, onis. Ci.d Or.162.a. Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio &c.

Anteoccupo, as. praeoccupo. Ci.Or.209.b. Vt anteoccupet quod putat opponi.

Antepono, nis. praepono, prępfero, priorem duco, antefero, praestabilius puto, primas omniũ alicui do, aliquid primum & summum habeo.
Ci.At.14.b. Vera quidem laude probitatis neque me tibi neque quenq̃ antepono.
Si te illi anteponis, ualde magnũ facis. C.Q.Fr.300.b.
Et longe Academiae illi & Lyceo tuum hoc suburbanum antepono. Ci.d Or.93.a.
Cuius iudicium longe antepono tuo. Ci.Tus.203.b.
Ea te sapientia esse iudico, ut meum consilium non anteponam tuo. Ci.Ep.52.a.
Nec mehercule aliter uidi existimare. Cn.Pompeium, quem omnibus, qui unq̃ fuerunt, uel P.Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Ci.Ep.36.a.
Hanc autem gloriam testimoniumque Caesaris tuę quidẽ supplicationi non solum sed triumphis multorum antepono. Ci.d Cla.188.a.
Nemo se anteponet, quo minus reus fiat. Ci.In Vat.
Non ponebat enim rumores ante salutem. Ci.d Se.79.a.& Off.17.b.

Antequàm. priusquàm. Ci.At.75.a. Anteq̃ aliquo loco cōsedero, literas a me non habebis.
Equidem anteq̃ tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. Ci.At.26.b.
Prępsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequã ipse didicisset. Ci.p Dom.241.b.
Nunquàm in Sicilia frumentum publice est emptum, antequàm iste hoc praeclarum consilium dedit, ut &c. Ci.I.V.246.b. Neque defaticabor antequàm percepero. &c. Ci.d Or.156.a.
Neque in hac re sola fuit eiusmodi, sed antequàm ego in Siciliam ueni, in maximis rebus ac plurimis. Cice.I.V.136.b. Nunquàm eris diues, antequàm tibi tantum ex tuis possessiõibus reficiatur, ut tueri sex legiones possit. Ci.Parad.124.b.
Sin nostri oblitus es dabo operam ut istuc ueniam antequàm planè ex animo tuo effluo. Ci.Ep.102.a
Cui fui semper amicus antequàm ille reip. est factus inimicus. Ci.I.A.244.a.
Ne quid de bonis quae L.Octauij fuissent, diminuerẽt, anteq̃ C.Fũdanio pecuniã soluissent. Ci.Q.Fr.302.b.

Vtinam

Vtinam Dij immortales ut P.Clodius,uiueret antequã hoc spectaculum uiderem.Ci.p Mil.1 21.b.
Dixitq; se non antea renunciaturum senatui,nisi prius si bi respondisset,quid facturus esset,q̃ ex illa circunscriptione excederet.Ci.I.A.218 b.
Anteros.Veneris & Martis filius.Ci.d̄.D.71.a.et.71.b. Tertius Cupido quidem est Anteros.
Antesignanus,ui.Ci.I.A.174.a.Fueras in acie Pharsalica antesignanus.&.196.b.
Antesto,as presto,antecello,excello.
Ci.d̄ In.62.b.Crotoniatæ quondam omnibus corporis uiribus & dignitatibus antesteterunt.
Anteuerto,tis.præuerto,antecedo.
Cic.d̄ Am.98.b. Atq; idipsum cum tecum agere conarer,Fannius anteuertit.
Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium, illo ipso quo profectus est die,itaq; anteuertit.Ci.p Mil.110.a.
Stella tum anteuertens solem tum subsequens.Cic.d̄.N. 36.b.
Anticipatio,onis.græce πρόληψις. Cic.d̄.N.10.b.Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam deorum:idest,anteceptam animo rei quandam informationem &c.
Anticipo,as.antecapio,anteuerto.
Ci.At.132.a.Dices quid igitur proficis? qui anticipes eius rei molestiam,quam triduo sciturus sis.
Ita est informatum anticipatumq; mentibus nostris.Ci. d̄.N.16.a.
Antipodes,dum.Ci.Acad.31.a. Antipodes è regione nobis è contrario parte terræ aduersis uestigijs stant contra uestigia,quos antipodas uocatis.
Sed eorum partim obliquos,partim uersos,partim etiã aduersos stare nobis.Ci.d̄ Som.129.b.& ibi.Qui aduersa nobis urgent uestigia.
Antiquitas,tis.Ci.d̄ Leg.175.a.Antiquitas proxime accedit ad Deos. In exemplis authoritatem habet antiquitas.Ci. Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam uel usu iam uel doctrina,uel uetustate immutatam uidemus.Ci.d̄.D.123.a.
Non omnia antiquitati concedẽda esse.Ad Her.24.b.
Generis antiquitas ex clarissimo municipio profecta. Ci.p Fõt.192.b.Generis antiquitas.C.Anteq̃.197.a.
A quibusdam sero iam emendatur antiquitas,qui &c. Ci.Or.211.b. Quo magis antiquitatem eorum sermo retinere uideatur.Ci.d̄ Or.146.b.
P.Rutilius,qui documentũ fuit hominibus nostris uirtutis,antiquitatis,prudentiæ.Ci.p.R.P.127.a.
Plurima in XII tabulis antiquitatis effigies.Ci.d̄ Ora. 101.a.
Antiquior,us.carior,melior,potior.
Cic.Ep.178.b.Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius.
Me id multo magis mouet,quod mihi est sanctius & antiquius.Ci.At.192.a.
Ne dubitaris,quin quod honestius,id mihi futurum sit antiquius.Ci.At.101.b.
Quod tibi & antiquissimum esse & ab initio fuisse omnium sermone celebratum est.Ci.Q.Fr.194.b.
Nihil mihi antiquius amicitia nostra est.Cic.At.37.a.
Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, q̃ regnum & possessiones suas.Ci.d̄.D.124.b.
Nec quicq̃ habui antiquius q̃ ut Pansam statim conuenirem.Ci.Ep.170.c.
De Tullia mea tibi antiquissimum esse uideo.Cice.At. 187.b. Is iudiciorum causam suscepit, antiquissimamq; se habiturum dixit.Ci.Q.Fr.306.b.
Hoc trophæo nihil carius,nihil antiquius habere conuenit.Ci.d̄ In.55.b.
Naualis apparatus ei sẽp antiquissima cura fuit.Cic. At.160.b. Id quidem sic susceptum est mihi,ut nihil sim habiturus antiquius.Ci.At.238.b.
At salus antiquior est militum q̃ impedimentorum. Ad Her.32.a Nihil antiquius communi salute iudicaui.Ci.Ep.166.a. Qui pauperes sunt,ijs antiquior officio pecunia est.Ci.d̄ In.57.a.
Nihil uita antiquius existimare,omnia posteriora liberitate ducere.Ci.I.A.147.a.
Antiquo,as.abrogo.Ci.d̄ Leg.191.b.Vos demum ut uideo legem antiquastis sine tabella.
Et populum ut rogationem antiquaret rogabant. Cic. At.9.a. Piso operam dat ut ea rogatio &c.& de religione antiquetur.Ci.At.8.a.
Philippus legem agrariam tulit,quam tamen antiquari passus est.Ci.Off.48.b.
Antiquus,a,um. priscus,uetus,credulus,simplex,probus, X.recens.Ci.I.V.87.a.Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. Igitur antiquissimæ cuiq; epistolæ primum respondebo.Ci.At.142.b.
Antiquior dies in tuis erat ascripta literis.Cic.Q.Fra. 319.a. Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. Ci.p Rob.95.b.
Animus & ortu & uirtute est antiquior corpore.Ci.d̄ Vn.198.b. Antiquior & pulchrior & magis a natura profecta causa amicitię.Ci.d̄ Am.101.a.
Sed multo tamen antiquior & horridior ille quàm Scipio.Ci.d̄ Clo.172.a.
Homines antiqui,qui ex sua natura cæteros fingerent, crediderunt.Ci.p.S.R.23.b.
In quo muliere uestigia antiqui officij remanent.Ci.p S.R.23.a.
Homines ex uetere illa disciplina iudiciorum.Cice.pro Clu.33.b.
Antistes,tis.Ci.p Dom.234.a.Vos qui estis antistites cerimoniarum & sacrorum authorem habetis & Magistrum publicæ religionis.
Cereris sacerdotes atq; illius fani antistites. Cice.I.V. 213.b. et.226.b.Antistites sacrorum.Ci.d̄ Ar.246.b.
Cũ antistitibus agamus,ut ꝓferant etc.Ci.d̄.D.131.b.
Alij antistites deorum immortalium,alij interpretes religionum requirendi.Ci.p Dom.213.a.
Eum quærimus,qui sit eius artis antistes,cuius esse deus putatur.Ci.d̄ Or.102.a.
Antisthenes,nis.Ci.d̄ Or.148.b.Ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone adamauit, Cynici.
Antitheton.Ci.Or.213.a. Græci ἀντίθετα nominant, cũ

contrariis contraria opponuntur, id quod scis prodest, nihil, id, quod nescis, obest.

Anus, ani. Ci Ep.140.a. Anum appellas alieno nomine, cur non suo potius?

Anus, anus. Ci.Tus.214.b. Quæ est anus tam delira, quę ista timeat? An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet? Ci.đ.D.137.b.

Anxietas, tis. proclivitas ad angorem.
Ci.Tus.214.b. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt, estq; aliud iracundum esse, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore, neq; enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neq; anxii semper anguntur, ut inter ebrietatem & ebriositatem interest.

Anxifer, a, um. Ci.đ.D.85.a. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Anxitudo, nis. Cic.đ Rep. Quartaq; anxitudo prona ad luctum & mœrens semperq; ipsa se solicitans ex Non.

Anxius, a, um. qui natura proclivior est ad angorem.
Ci.Tus.214.b. Non omnes anxii sunt, qui angũtur aliquando, nec anxii semper anguntur.
Ægritudo anxia atq; acerba. Ci.Tus.216.a.
At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles senes. Ci.đ Se.90.b. Solicitus & anxius amor. Ci.At.38.a.
Anxio & solicito animo esse. Ci.đ Fin.76.a.
Si quidem nec anxii futuri, & cum gravitate constantiaq; victuri. Ci.Off.15.a.

Apage, & Apagete. Ci.Ep.66.a. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ, apagete cum nostro Sexto Servilio, nam &c.

Apenninus, ni. Ci.I.A.244.b. Num idem in Apẽnini tramitibus potero facere?
Antonius Apennino Alpibusq; se tenet. Ci.Ep.172.b.

Aper, pri. Ci.I.V.222.b. Aiebant in labores Herculis nõ minus hũc immanissimũ Verrẽ, q̃ illũ aprũ Ermãthiũ referri oportere. Iratum ne Herculem censes conflixisse cum Ermanthio apro? Ci.Tus.219.b.

Aperio, ris. patefacio, palàm facio, illustro, aditum facio, emergo, refero, diduco, divarico, resigno.
Ci.đ.D.96.a. In templo herculis valvæ clausę repagulis subito seipsæ aperuerunt. & .122.b.
Palpebræ aptissimæ & ad claudendas pupillas, & ad aperiendas. Ci.đ.N.54.b.
Quæ in diuturna obscuritate latuerunt sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Ci.p Clu.31.a.
Epistolam aperui, legi. Ci.At.74.a.
Aperire literas. Ci.At.7.b. & .122.a. & rursus At.276.a. & ibi. Resignatæ literæ.
Stella tum delitescens, tum rursum se aperiens. Ci.đ.N.36.b. & .36.a. Tum occultari, tum aperiri.
Aperiendum est igitur, quid sit voluptas, aliter enim explicare, quod quæritur non potest. Ci.đ Fin.68.a.
Verẽtur ne si quo casu evenerit, ut corporis partes quędam aperiantur, afficiantur non decore. Cic.Off.26.a.
Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum invasit. Ci.I.A.175.a.
Altera occulta quędam & quasi involuta aperiuntur, altera prompta & aperta indicantur. Ci.đ Fin.55.a.
Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eã benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Ci.Off.44.b.
Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. Cice. Ep.137.b. Tibi virtus tua reditum ad tuos aperuit. Ci. Ep.88.b. Nec in senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi. Ci.At.279.a.
Id quod postea aperietur. Ci.p.S.R.39.a.
Aperuerunt non fortes esse se amicos, si &c. Cic.Ante q̃ 294.a. Aperire fontes penitus absconditos. Ad Her.25.b. & .16.a. Si de clementia, qua in alios usi sumus, apiemus. Multis aptus cursus ad laudẽ. Ci.I.A.161.a.
Multo studiosius philosophię fontes aperiemus. Ci.Tus.146.b. Carneades vero multo uberius iisdem de rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam (hic enim mos patrius Academię adversãri semper omnibus in disputando) sed &c. Ci.đ Or.91.b.

Aperte. plane, non obscure, non dissimulãter, recte. X. circuitione, ex insidiis, tecte.
Ci.I.V.69.b. Aperte palàmq; dicere aliquid.
Planius & apertius dicam. Cic.p.Q.R.52.a.
Planè & aperte loqui. Ci.đ Fin.67.a.
Apertissime et planissime explicare quidpiam. Ci.I.V.140.b. Ponere aliquid apte falsum. Ci.đ Or.137.a.
Numeri non aperte sed dissimulanter conclusi. Cice.đ Cla.190.a. Non ex insidiis sed aperte ac palàm facere aliquid. Ci.Or.200.a.
Sed cum dolorem hic tulit paulo apertius. Ci.p Plan.266.a. Lætitiam apertissime tulimus omnes. Ci.At.227.b. Quæ verba aperte indicant posse rationem haberi etiam non præsentis. Ci.At.276.b.
Et tamen ab illo aperte, tecte, quicquid est datum, libenter accepi. Ci.At.9.a.

Apertus, a, um. patens manifestus, planus, ante oculos positus. X. obscurus, occultus, insidiosus.
Ci.đ.D.80.a. Assyrii cœlum ex omni parte patens atq; apertum intuentur. Cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Ci.I.C.104.a.
Multas simultates partim obscuras partim apertas suscepi. Ci.p Pom.17.b.
Atq; ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit. Ci.p Mur.136.a.
Nimo unq̃ apertior in iudicium adductus est. Cice.p Clu.27.a. Nihil potest esse tam apertum tamq; perspicuum. Ci.đ.N.26.b.
Apertus dolor. X. hebes dolor. Ci.At.120.a.
Apertum pectus, ut dicitur, videre & ostendere. Cic.đ Am.114.a. Qđ iam omnibus est apertum. Ci.Ep.3.b.
In aptũ referre aliquod opus. C.Parad.116.b. i. edere
Causa aperta & simplex. Ci.p Cecin.285.b.
Aperta & lucida narratio. Ci.đ In.48.b.
Statuerunt se nihil tam clausum neq; tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumq; esset. Ci.I.V.209.b.
Unum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resq; manifesta dat. Ci.p.S.R.34.b.
Dochmius iteratus numerum apertum & nimis insignẽ facit. Ci.Or.218.b.

Apex,cis.Ci.đ Sen.90.a. Apex senectutis est authoritas. Nec dubito quin ab Aquila Tarquino Apicem impositum putent.Ci.đ Leg.156.b.

Aphractum,cti,et Aphractus,cti.genus nauigij,quo Rhodij utebantur.Ci.At.74.b.Nauigauimus tardius propter Aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.

Aphractis cęterisq; longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.Ci.At.97.a.

Detraxit uiginti ipsos dies etiam Aphractus Rhodiorum.Ci.At.96.b.

Aphya,phyę.Ci.At.61.a.Perscribe ad me, quid primus dies,quid secũdus,quid Appius,q̃d illa populi Aphya, denuq; &c.aliàs Appuleia.

Apis,pis.Ci.Off.31.a.Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur ,sed cum congregabilia natura sint, fingunt fauos.

Cum liquescimus fluimusq; mollitia Apis aculeum sine clamore ferre non possumus.Ci.Tus.126.b.

Si examen apum ludis in scenam uenisset.Ci.đ Arusp. 249.b.& đ.D.95.b.

Apes,quorum opere efficitur aliquid ad hominũ usum atq; uitam.Ci.Off.35.a.

Apis,idis.Ci.đ.N.17.b.Apis ille sanctus ęgyptiorũ bos.

Apodyteriũ,ry.Ci.Q.Fr.318.a.In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promoui.

Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius.Ci.Q.Fr.319.a.

Apollinaris,re.Ci.At.34.a.

Apollo,inis.Ci.đ.N.39.b.Iam Apollinis nomen est grecum,quem solem esse uolunt.&.71.a.Apollinum antiquissimus.& ibi de Apollinibus multis.

Apollo Themistes,uel Tennites.Ci.I.V.218.a.

Hę sunt nationes,quę quondam Delphos usq; ad Apollinem Pythium atq; ad oraculum orbis terrę uexandũ profectę sunt.Ci.p Font.280.a.

Apollonia,nię.Ci.At.173.b.

Apolloniensis, se.Ci.p Flac.161.a.

Apollonius,ny.Ci.đ Or.91.a.95.b.

Apologus,gi.Cic.đ Or.133.b.Ad hoc genus ascribũtur etiam narrationes Apologorum.

Ab aliqua re iam parata incipere , quę uel apologum uel fabulam,uel aliquam contineat irrisionem . Cice.đ In.47.b.& ad Her.2.b.

Apophthegma,tis.Ci.Off.21.a.Multaq; multorum facete dicta ut ea,quę a sene Catone collecta sunt,quę uocantur ἀποφθέγματα.

Apoproegmenon,idest reiectum.X.proegmenon , idest, prępositum.Ci.đ Fin.93.a.

Apotheca,cę.taberna.Ci.In Vat.31.a.Cum omnium domos,apothecas,naueisq; furacissime scrutarere.

Apothecę totę hominibus nequissimis condonabantur.Ci.I.A.173.a.

Apparate.Ci.At.222.a.Cęsar edit & bibit opipare sanè & apparate.

Apparatio,onis.X.inapparatio.Ci.Off.44.b. Magnificentia & apparatio popularium munerum.

Genus est narrationis quod intercurrit nonnunq̃ aut fidei aut criminationis,aut alicuius apparationis uel laudationis causa.Ad Her.3.a.

Apparatus,a,um.Ci.p Sest.15.a.Qui ludos apparatissimos magnificentissimosq; fecit.&.I.A.159.b.

Quod nimium apparatis uerbis cõpositũ est . Ad Her. 3.a. Domus omnibus rebus instructa & apparata. Ci.đ In.54.a.

Vt non apparata oratio uideatur.Ad Her.2.a.

Apparatus,tus.apparatio,instrumentum,magnificentia. Ci.Of.6.a.Delectant etiam magnifici apparatus uitęq; cultus cum elegantia & copia.

Apparatus epularum a magnificentia recedẽs. Ci.Or. 204.b. Post autem Regio apparatu accepti &c.Ci. đ Som.126.b. Omitto festum diem argento,ueste,oĩ apparatu ornatuq; uisendo.Ci.In Vat.35.a.

Quid prandiorũ apparatus proferam?Ci.I.A.179.b.

Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. Ci.Ep.95.a. Precepta,quę maiorem habent apparatum.Ci.đ Cla.189.a.

Oĩs totius orbis designatio & apparatus.Ci.đ.N.6.a.

Dixit Q.Mutius more suo nullo apparatu pure & dilucide.Ci.đ Or.104.b.

Appareo,es.uideor,compareo,adsum,exto,existo, cõstat, eluceo,emineo,in conspectu relinqui,in conspectu esse, speciem offero, speciem prę me fero, speciem habeo,in conspectum me do.Ci.đ.D.121.a.Anguis ille,qui Syllę apparuit immolanti.

Cum equites Antonij apparuissent.Ci.Ep.162.a.

Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur,eo magis eminet & apparet.Ci.p.S.R.38.b.

Itaq; exaruerunt uix iã ut appareant.Ci.đ Cl.172.b.

Quid cęteri,quos apparere huic quęstioni uideo , nolunt?Ci.p Clu.48.b.

An uero in quibus subsellijs hęc ornamenta reip.uiderem,in his me apparere nollem?Ci.p Syl.167.b.

Nulla uspiam prędonum nauis apparuit. Cic.p Flac. 252.a. Quid rectum sit apparet, quid expediat incertum est.Ci.Ep.74.b.

Ita fit ut deus ille nusq̃ prorsus appareat.Ci.đ.N.9.b.

Aulus Porcina fuit,ut apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus.Ci.đ Cla.173.a.&.175.b.

Idq; apparet ex genere & granditate uerborum.

Aliquid manifesto deprẽhẽsum apparere.Ci.Or.204.b.

Illud odium omne repente apparuit.Ci.Ep.15.a.

Siue hoc Romę confictum est,ut apparet , siue missum domo est,ut dicitur.Ci.p Flac.154.a.

Hoc si quis quęrat unde habemus,apparet, quod a terra sumpsimus.Ci.đ.N.29.b.

De quo quid sentiam nihil attinet dicere , cũ appareat ipse,quid fecerim.Ci.Ep.52.b.

Tamen apparet atq; extat , utrum simus earum rerum rudes an didicerimus.Ci.đ Or.91.a.

Quid in Numa Pompilio?num quod eloquentię uestigium apparet?Ci.đ Or.88.a.

Tamen illud apparebit uerba rebus esse contraria.Ci. At.288.a. Equus in quo uehebar mecum unà demersus,rursus apparuit.Ci.đ.D.137.a.

Nihil apparet in eo ingenuum,nihil moderatum.Ci.I. A.189.a. Quoniam illud maiorum uigiliarũ opus in tuo nomine apparuit.Ci.Parad.116.b.

Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem uiuendi data esse appareant. Cic.ð Fin.95.a.

Apparitor, oris. *satelles, stipator, minister.* Ci.I.V.160.b. Mittit ad eum Venerios, *idest apparitores a prætore assignatos.*

Sit lictor non suæ sed tuæ lenitatis apparitor. Cice. Q.Fr.292.a. *Quis unq̃ apparitor tam humilis? tam abiectus?* Ci.I.A.176.b.

Apparo, as. *comparo, paro.* Ci.I.V.110.a. *Ornare & apparare conuiuium.*

Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineūte uere suscepit, media æstate confecit. Ci.p Pom.11.a.

Crimina quæ in Sestiū apparabātur. Ci.Q.Fr.309.a.

Facilius apparabitis ea quę necessitas flagitat. Ci.I.A.205.a. *Qui iter illud ad cædem faciendam apparasset.* Ci.p Mil.106.b.

Is ludos apparat magnificentissimos, sic inq̃ ut nemo sumptuosiores. Ci.Q.Fr.327.b.

Animus iudicis constituitur uel apparatur ad audiendū. Ad Her.1.b.& 7.b. *Nūquid apparārit. i. parauit.*

Appellatio, onis. *compellatio.* Ci.p.R.P.124.b. *Qua appellatione litiū? in qua posthumi mentio facta nulla est.*

Lenis appellatio litterarum. Ci.ð Cla.188.b.

Regum appellationes uenales erant. C.p Dom.239.a.

Videtur ne intercessisse apellatio Tribunorum? Cic.p Quint.12.a.

Appellator, oris. Ci.I.V.234.a. *Nihil ægrius factum multo labore meo quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.*

Appello, as. *nomino, nuncupo, usurpo, dico, perhibeo, uoco, inuoco, debitum peto, compello, alloquor, aliquem nomine affari.*

Ci.ð.N.70.b. *Hunc Ægyptij Thoyth appellant.*

Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosq; usurpare & appellare uidemus. Ci.ð Vn.101.b.

Seruos non numero distinguunt, sed appellant uno familię nomine. Ci.p Cec.295.b.& ibi. *De liberis quisquis est, procuratoris nomine appellatur.*

Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorū, nomenq; imperij, quo appellor. Ci.Ep.26.b.

O Spartace, quem.n. te potius appellem? Ci.I.A.251.a.

Appellare rem suo nomine. Ci.Ep.140.a.

Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neq; nomen appellant, neq; inter se numero commetiuntur. Ci ð Vn.200.b.

Ex maiore parte unaquæq; res appellari spectariq; debet. Ci.Tus.232.b.233.a.

Tuum appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandissime potest, quid tu inquit pœte? Ci.p Clu.32.b.

Tu ut me & appelles & interpelles, & colloquare & obloquare uelim. Ci.Q.Fr.312.b.

Salutare benigne, comiter appellare unūquenq;. Ci.I.A.246.b. *Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.* Ci.ð Leg.191.b.

Appellare milites blando sermone. Ci.Off.42.b.

Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. Ci.Anteq̃.195.a.

Cum ego illum crebro appellans collegam ei suum cōmendarem. Ci.ð Or.116.b.

Appellare nomen alicuius identidem. Ci.ð In.72.a.

Te autem M. Antoni absentem appello, non ne &c. Ci.I.A.158.b. *Te appello Oppianice, te T. Acti, aude te negare &c.* Ci.p Clu.31.a.

Te appello Cato, nō ne ꝓspicis? etc. Ci.p Mur.143.b.

C. Marcelle te appello, num? &c. Ci.I.V.195.b.

Appellare aliquem superbius. Ci.p Pom.5.b.

Appellare aliquem asperius. Ci.ꝯ Rul.78.b.

Appellare aliquem uerbo grauiore. Ci.I.V.178.a.

Vt cum tristem Galba uidit nomine appellauit. Cic.ð Or.105.a.& Acad.4.b. *Me aūt nomine appellabat.*

Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. C.At.77.a. *Qui rex ab senatu est appellatus.* Ci.At.77.a.

Ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum. Ci.Ep.23.b. *Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexeram.* Ci.Ep.3.a.

Is cum agere cœpisset, tertio quoq; uerbo orationis suæ me appellabat. Ci.Ep.61.a.

Quidam homines, & ijdem illi, quos sæpe nutu significationeq; appello. Ci.Ep.15.a.

Qui etiam me uultu appellat ac repetit eam &c. Ci.p Fla.166.b. *Cæsar nunq̃ nisi honorificentissime Pōpeium appellat.* Ci.Ep.84.a.

Tu mi Treboni, quo tolerabilius feramus igniculū desiderij tui, crebris nos literis appellato. Ci.Ep.255.a.

Quę si appellare audent impij, quo tandem studio colentur a bonis. Ci.ð Leg.164.a.*

Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Ci.p Flac.146.b.

Vos etiam imploro atq; appello sanctissimæ deæ. Ci.I.V.274.b. *Te nunc appello P. Scipio, meministi ne? &c.* Ci.p.S.R.31.a.

Sin &c. quid agendum est? qui Deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? Ci.p Quint.17.b.

Neminē unq̃, quo ea pecunia peruenisset causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset, in litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis etc. Ci.p.R.P.124.a. *Ab omni magistratu agitatus, quē præter te appellet habet neminem.* Ci.p Quint.18.a.

Ædes, quæ in lege non appellantur. Ci.p Cec.295.a.

Cauendum est ne ijsdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Ci.Off.18.a.

Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote. Ci.p Clu.21.a.

Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas. Ci.I.A.174.a. *De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam.* Ci.At,78.b.

A me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. Ci.ꝯ Rul.86.b. *Coccium uelim appelles, quod eīm dixerat, non facit.* Ci.At.189.b.

Cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, uerbum nullum facis, biennio iam confecto fere appellas. Ci.p Quint.7.a. *Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur, appellabis etiam Appiam.* Ci.Ep.266.b.

Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Ci.At.6.a.

Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorem appellat. Ci.At.5.a.

Videor

Videor enim iam te auſurus eſſe appellare, quoniã etc. Ci.đ Cla.166.b.

Poſſumus enim ut ſponſores appellemus, procuratores introducere. Ci.At.261.a.

Ad Tribunos q́đ appelles ualde probo. Ci.At.211.b.

Cuius procurator a prętore ad Tribunos appellare auſus ſit. Ci.ꝑ Quint.11.b.

Atq; adeo cum iam diſceſſio facta eſſet, prætor appellatur. Ci.I.V.233.b.& ibi. Quis igitur prętorem appellat? qui quęſtor iſtius fuerat Cæcilius.

Appellaſti Tribunos plebis, ne cauſam diceres. Cic.I.V.35.b. Appellaui populum, tribubus me ſubmiſi. Ci.ꝑ Plan.264.a.

Appellantur Tribuni, a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, tamen &c. Ci.ꝑ Quint.5.a.

Nam de ſono uocis & ſuauitate appellandarum litterarum, quoniam filium cognouiſti, noli expectare quid dicam. Ci.đ Cla.176.b.

Appello, lis. applico. Ci.I.V.25.b. Cum perſę mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent. &.242.b. Appellitur nauis Syracuſas. &.244.b. Nauis appulſa Veliam eſt. &.250.a. Quos in Siciliam appulſos eſſe nauigijs dicebat. &.224.a. Claſſe ad eum locum appulſa. &.265.b.

Cũ ad uillam noſtrã nauis appelleretur. Ci.At.210.a.

Timide tanq̃ ad aliquem libidinis ſcapulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. Ci.đ Or.122.b.

Nec tuas unq̃ rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos S.Titij afflictam nauem uideres. Ci.ꝑ Rab.91.b.

Viſus eſt ĩ ſomnis paſtor ad me appellere. C.đ.D.89.b

Appendicula, læ. Ci.ꝑ.R.P.223.b. Eſt enim hæc cauſa quo ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatę atq; damnatæ.

Appendix, cis. Cic. In Hort. Vidit enim quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus.

Appendo, dis. pendo, annecto. l. Appenſus.

Ci.I.V.222.b. L.Piſo aurifici palàm appendit aurum. Omnia ſua tibi conceſſit, adnumeraust appendit. Ci.ꝑ S.R.42.b. Tanti acerui nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ. Ci.I.A.178.b.

Non uerba me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquàm appendere. Ci.đ Opt.244.a.

Appenſus, a, um. Ci.Tuſ.240.a Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

Appetens, tis. auidus, cupidus. Ci.ꝑ Pom.5.a. Quoniam ſemper appetentes gloriæ pręter cęteras gentes atq; auidi laudis fuiſtis. Nihil eſt tam appetens ſimilium ſui nihil rapacius quàm natura. Ci.đ Am.105.b.

Gratus aîus non appetens, non auidus. Ci.đ Or.125.a.

Studioſiſſimus appetentiſſimusq; honeſtatis. Cice.Tuſ.187.b. Homo cupidus atq; appetẽs. Ci.ↄ Rul.70.a.

Appetentia, tię. Ci.Tuſ.212.b. Libido efficit effrenatam appetentiam.

Appetitio, onis. gręce ὁρμὴ. X. declinatio.

Ci.đ Fin.95.a. Appetitio animi, quæ græce ὁρμὴ dicitur. &.117.a. Appetitiones, quas gręci ὁρμὰς nominant, obedientes efficere rationi. Ci.Off.36.b.

Natura mundi habet motus uolũtarias, appetitionesq;, quas græci ὁρμὰς dicunt. Ci.đ.N.37.b.

Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta eſt appetitio quędam principatus. Ci.Off.3.b.

Appetitio & declinatio naturalis in animali. Ci.đ.N.66.a. Detractio & appetitio alieni. Ci.Off.59.a.

Ei Magi dixerunt, ex triplici appetitione ſolis XXX annos Cyrum regnaturum eſſe portendi. C.đ.D.90.a.

Appetitus, a, um. l. Appeto. Ci.ꝑ Quint.18.a. Quintius è fundo ornatiſſimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus, nihil alienum tamen uita ſuperiore commiſit.

Vita eius ſępe ferro ĩſidijsq; appetita. Ci.ꝑ Quĩ.23.a.

Appetitus, tus. appetitio, appetentia, impetus, ὁρμὴ.

Ci.đ.N.50.a. Natura dedit belluis & ſenſum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſcendos, altero ſecernerent peſtifera a ſalutaribus. Natura belluis dedit ſenſum & motum & cum quodã appetitu acceſſum ad res ſalutares. Ci.đ.N.31.b. et ibi. Ratio qua reguntur animi appetitus.

Duplex eſt uis animorum atq; naturę, una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ græce, quæ hominem huc & illuc rapit, altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumq; ſit, ita fit ut ratio pręſit, appetitus uero obtemperet. Ci.Off.20.b.

Motus animorum duplices ſunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Ci.Off.26.b.& ibi. Cogitatio in uero exquirẽdo maxime uerſatur, appetitus impellit ad agẽdũ. Pars animi, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet. Ci.đ.D.95.a.

Animalia, quæ habent ſuos motus & rerum appetitus. Ci.Off.35.a.&.21.b. Si quis eſt paulo erectior occultat & diſſimulat appetitum uoluptatis.

Appetitus rationi ſunt ſubiecti lege naturę. Ci.Off.20.b.& ibi. Efficiendum eſt ut appetitus rationi obediant. &.26.b. Appetitum rationi obedientem præbeamus. et 3.a. Commune animantium omnium eſt coniunctionis appetitus. &.21.a. Contrahere et ſedare oẽs appetitus.

Appeto, tis. requiro, expeto, aſciſco, apprehendere conor, X. declino, depello, aſpernor.

Ci.I.V.218.b. Non alienam mihi laudem appeto.

Nihil ſibi appetit pręcipue Pompeius. Cic.ↄ Rul.78.a.

In hac partitione ornatus non plus uictoria Marcelli populo rom. appetiuit, q̃ humanitas reſeruauit. Ci.I.V.228.a. Ea ſibi ille non colendi, ſed uiolandi cauſa appetierat. Ci.ꝑ Seſt.15.b.

Animalia moueri & ſentire & appetere poſſunt. Ci.đ N.52.a.&.66.a. Appetuntur, quæ ſecundum naturam ſunt, declinantur contraria.

Suas agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant. Ci.ꝑ.S.R.26.b.

Multum illi de præclariſſimis artibus ſibi appetierunt. Ci.đ Or.154.b. Non'ne arbitramini paucis annis fuiſſe conſulum nomen appetituros? Ci.ↄ Rul.25.a.

Cum utriq; ſeparatim locutus eſt, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atq; ut regredi q̃ progredi mallẽt. Ci.Off.7.b. Deinde requirũt atq; appetunt ad quas eiuſdem generis ſe applicent aĩantes. Cic.đ Am.111.a.

Genus illud Syllani regni iampridem appetitur, multis

qui unà sunt, cupientibus. Ci. At. 125. a.

Quid est, quod ad ius pontificium ciuile appetatis? Ci. d Leg. 150. b. *Qui ex Asia fugere dicebatur, Europam conatur appetere.* Ci. At. 273. b.

Hunc uel ipsi parietes affari atq; appetere uidentur. Ci. I. A. 267. a. *Graue si appetimus aliquid &c.* Cic. p Syl. 182. b. *Hoc non modo non recuso sed appeto etiam atq; deposco.* Ci. I. A. 190. a.

Is inimicitias non solum suscepit propter salutem meã, sed etiam appetiuit. Ci. d Ar. 245. a.

Omne animal simulatq; natum est, uoluptatem appetit, eaq; gaudet, ut summo bono, dolorem aspernatur, ut summum malum, & quantum potest a se repellit. Cic. d Fin. 54. b. 55. a. *Ego inimicitias potentium pro te appetiui.* Ci. p Mil. 222. a.

Puer lactens, mammam appetens. Ci. d. D. 126. a.

Is ter solem frustra appetiuit manibus, cum se conuoluens ille elaberetur. Ci. d. D. 90. a.

Mare terram appetens litoribus cludit. Ci. d. N. 46. a.

A quibus ille se lapidibus appetitum, & percussum esse dixit. Ci. p. Dom. 225. b.

Vitam meam inimicorum modestia non esse appetitã. Cic. p Plan. 274. b. *Filij uita infesta sæpe ferro atq; insidijs appetita.* Ci. p. S. R. 23. a.

Hic non fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus. Ci. I. P. 94. a.

Salutari, appeti, decedi, assurgi &c. Ci. d Sen. 90. a.

M. Manlius regnum appetisse est iudicatus. Cic. p. Do. 233. b. *Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.* Ci. p Dom. 233. a.

Sp. Melius in suspicionem incidit regni appetendi. Ci. p Mil. 215. a. *Appetere & occupare regnum.* Ci. d Sen. 89. a. *Qui propter suspicionem regni appetendi sunt necati.* Ci. I. A. 182. a. & ibi. *In regnum appetentem impetum fecerunt.*

Appingo, gis. Ci. At. 27. b. *Epistolam superiorem restitue nobis & appinge aliquid noui.*

Appius Claudius *cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, uiam muniuit.* Ci. p Cæl. 44. b.

Applausus, sus. Ci. d. D. 130. a. *Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo, ego &c.*

Applicatio, onis. adiunctio animi.

Ci. d Am. 101. a. *A natura mihi uidetur potius quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cũ quodam sensu amandi, q̃ cogitatione quãtũ illa etc.*

Ius applicationis. Ci. d Or. 99. b.

Applico, as. applicui & applicaui, confero, adiungo, appello. Ci. Off. 23. b. *Itaq; se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile applicant.*

Ad hanc potissimum philosophiam me applicaui. Cic. Acad. 16. b. *Voluptas non potest ad honestatem applicari.* Ci. d Fin. 72. b.

Qui ad scribendam historiam maxime se applicauerũt. Ci. d Or. 213. b. *Ante rem erit, quod in itinere se tã familiariter applicauerit.* Ci d In. 67. a.

Meq; ad Molonem applicaui. Ci. d Cla. 194. a.

Oppianicus se ad Staleni familiaritatẽ applicauit. Cic. p Clu. 31. b. & 27. a.

Sicilia se ad amicitiam fidẽq; populi rom. se applicuit. Ci. I. V. 109. a. *Applicare & adiungere se ad uirtutem.* Ci. d Am. 105. b.

Chrysippus mediũ se fieri uoluit, sed applicat se ad eos potius, qui &c. Ci. d Fat. 148. a.

Omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. Ci. Ep. 43. b. *Omne animal applicatum est ad se diligendum, & ad id quod in eo est optimum.* Cic. d Fin. 223. b. *Quam qui appetunt, applicant sese & propius admouent.* Ci. d Am. 102. a.

Deinde requirunt atq; appetunt, ad quas se applicent eiusdem generis animantes Ci. d Am. 222. a.

Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. Ci. I. A. 165. b.

Fortuna nihil cernit, quo sese applicet. Ad Her. 23. a.

Nautæ nauim ad eum applicauerunt. Ci. d In. 81. b.

Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. Ci. d Or. 99. b.

Occupatio uehemens ad aliquam rem magna cum uoluntate applicata. Ci. d In. 50. b.

Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur. Ci. Tus. 243. b.

Appono, nis. affingo. Ci. I. P. 95. a. *Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum.*

Reliquis epistolis tantũ faciam, ut notam apponam eã, quæ mihi tecum conuenit. Ci. Ep. 205. a.

Caupo alterius gladium propè appositum è uagina eduxit. Ci. d In. 63. b.

Omnes illæ columnæ machina apposita nulla impensa deiectæ. Ci. I. V. 105. a.

Nec signum tuum in epistola nec dies appositus est. Ci. Bru. 91. b. *Reticulumq; ad nares sibi apponebat plenum rosæ.* Ci. I. V. 241. a.

Non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. Ci. Off. 64. a.

Accusator apponitur ciuis rom. Ci. I. V. 91. a. & 113. b. *Verres calumniatores apponebat.*

Apponere sibi præuaricatorem. Ci. I. A. 165. a.

Apponere Mancupem in locatione. Ci. I. V. 104. b.

Argentum illi cęterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur. Ci. I. V. 211. a.

Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiã, ijs apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Ci. Tus. 246. a. & 226. a.

Is cœnam isti dabat, apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Ci. I. V. 212. a.

Quid te in uasis fictilibus appositurum putem? Ci. At. 87. a. *Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa.* Ci. At. 224. b. *Volo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quæ scribis, apponere.* Ci. Ep. 136. b.

Apporto, as. affero. Ci. I. V. 87. b. *P. Seruilius ornamenta hostium populo rom. apportauit.*

Apportare frumentum ad difficillima loca. Cic. I. V. 291. a. *Quæ non ab hostibus uictis capta & apportata sit.* Ci. I. V. 262. b.

Mercatura magna & copiosa multa undiq; apportans &c. Ci. Off. 30. b. *Senectus apportat secum multa uitia.* Ci. d Sen. 82. a. ex Cęcilio.

Appofite.apte,accommodate.Ci.d In.43.a.Dicere apposite ad perfuafionẽ.& ibi.Curare appofite ad fanãdũ.

Appofitio,onis.Ci.Parad.117.a.Sed hęc uideri poſſunt obſcuriora cum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur.

Appofitus,a,um.aptus,accõmodatus,ꝓpinquus,finitimus. Ci.d.D.97.a.Noctu lumine appoſito nutrix animaduertit puerum &c.

Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus possit & grādiores edere. Ci. ď Or. 120. b.
Fieri non poterat ut plusq̃ decem medimna ex iugere ararent. Ci. I. V. 171. a.

Arpinas, tis. Ci. ꝯ Rul. 88. a. Meus paternus fundus arpinas. & At. 149. b. In quo flexus est ad iter arpinas.

Arrepo, pis. Ci. I. V. 183. b. Arrepe ad amicitiā alicuius.

Arreptitius, a, um. Sal. In Ci. 170. b. ✱

Arrideo, es. X. derideo. Ci. At. 110. a. Inhibere illud tuū quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet.

Aut adhibiti deridentur, nam si arridentur esset id ipsum Atticorum. Ci. ď Opt. 243. b.
Tū ille arridēs inquit &c. Ci. ď. N. 5. b. & ď Or. 96. a.
Hic leniter arridens Scipio, quæso inquit &c. Cic. ď Som. 127. b. Cum arrisisset adolescens, utrunq; iussit interfici. Ci. Tus. 240. a.

Arripio, pis. apprehendo, per uim adduco.
Ci. I. P. 97. b. Macedones socios nostros in seruitutem adduxerunt, familias arripuerunt, pecus abegerunt.
Iunius ad quæstionem arreptus est. Ci. p Clu. 36. b.
Si quencūq; patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem nobis percontantibus respondisset. Cic. ď Or. 98. a. Est enim hęc non scripta sed nata lex, quā non didicimus, accepimus, legimus sed ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Ci. Or. 212. b. & pro Mil. 103. a. Arripere uerba de foro. Ci. ď Fin. 90. b.
Nisi forte hic sermone aliquo arrepto pro mādatis abusus est. Ci. At. 111. a.
Arripere maledictum ex triuio. Ci. p Mur. 126. b.
Libenter arripere facultatem lædendi, quæcūq; detur. Ci. p Flac. 150. a. Celeriter arripere, quod doceatur. Ci. p. Q. R. 50. a.
Hæc homo ingeniosissimus M. Cato authoribus eruditissimis inductus arripuit, neq; disputandi causa, ut magna pars, sed ita uiuendi. Ci. p Mur. 139. a.
Literas græcas senex didici, quas quidem sic auide arripui quasi diuturnam sitim explere cupiens. Ci. ď Sen. 82. a. Illud uero, quod uterq; uestrum fortasse arripiet ad reprehendendum mihi uel maxime probatur. Ci. ď. N. 52. b. Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla erat in mundo. Ci. ď. N. 65. a. Hinc pacis hostem causam arreptorum fuisse ad incendia, cædes, rapinas, nolo suspicemini nisi &c. Ci. p Dom. 215. b.
Tibi aliquid ex mea responsione arripere cupienti non respondebo ad singula. Ci. ď Fin. 93. a.
Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Ci. p Sest. 18. b. Itaq; mens alia uisa sic arripit, ut his statim utatur, aliqua sic recondit, ē quibus memoria oritur. Cic. Acad. 9. a.
Genus diuinandi naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate. Ci. ď. D. 113. b.
Arreptus est unus ex patricijs, cui &c. Ci. ď Ar. 154. a.
Quare error hominum non proborum, cum aliquid quod utile uisum est, arripuit, id continuo secernit ab honesto. Ci. Off. 59. a.
Argumentum simulatq; positum est arripitur. Ci. ď Or. 128. b. & 107. a. Vox & gestus subito sumi & alicunde arripi non potest.
Maximus dolor, qui simulatq; arripuit, interficit. Ci. ď Fin. 83. a. Sed ad properationem meam quiddā interest non te expectare, donec ad locum uenias, et statim causam illam totā & tempus arripere. Ci. Ep. 67. b.

Arrodo, dis. Ci. p Sest. 19. a. Vt illa ex uepreculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere.

Arrogans, tis. insolens. Cic. p Fonte. 281. a. Indutiomarus iste minax atq; insolens.
Quid enim est tam arrogans q̃ de religione pontifici

collegium datere conari? Ci. p Dom. 119. b.

Nec uereor ne hæc mea uestrorum beneficiorum prædicatio non grata potius q̃ arragans uideatur. Cice. d Ar. 247. a. b. Quarum si essent arrogantes nō possem ferre sententiam. Ci. I. A. 228. a.

Audite consulem iudices, nihil dicam arrogantius tantum dicam, totos dies ac noctes de rep. cogitantem. Ci. p Mur. 143. a.

Arroganter. Ci. At. 86. a. Ad me autem cantumaciter, arroganter, ἀκοινονοήτως solet scribere.

Ne cui rei temere atq; arroganter assentiamus. Cic. d In. 63. a. Si nemo impetrauit, arroganter peto. Ci. p Lig. 142. a. Id nan arroganter præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum. Ci. At. 275. a.

Nec hoc dictū arrogāter existimari uelim. Ci. Off. 1. a.

Arrogantia, tiæ. superbia, insolentia intolerantia, fastidium, contumacia. Ci. Q. Fr. 326. b. Et illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogantiam minuendam solū esse dictum, uerum etiam ut bona nastra narimus.

In superbiam & arragantiam adium concitatur. Ci. d In. 61. a. & 51. b. Ex arragantia odium, ex insolentia arrogantia oritur. Dic, ande, est tuæ cantumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersæ nox. Ci. p. Q. R. 52. a.

Dicerem perfectum, si ita existimarem, nec in ueritate crimen arrogantiæ extimescerem. Ci. Or. 209. a.

Vir grauis sine arrogantia, & sine segnitia uerecundus. Ci. d Cla. 192. a.

Sermo arrogantiæ plenus. Ci. p Mur. 136. a.

Quàm grauis & intolerabilis arragantia. Ci. p Clu. 40. a. Qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, subnixi ambulant. Ci. d Or. 106. b. & 99. a.

Quas ob res illa, quę græci inanis arragantię causa sibi assumpserunt, reliquimus. Ad Her. 1. a. & 2. a. Si nostrum officium sine arrogantia laudabimus.

Arrago, as. postulo, assumo, uendico, sumo, tribua, ascisco. X. deroga. Ci. d Cla. 192. a. Est enim faceti hominis cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. Neq; ego non passum, nan enim tantum mihi derogo, tametsi nihil arrogo, ut te cupiosius q̃ me putem posse dicere. Ci. p. S. R. 33. a.

Quoniam tu tibi id arrogas & concedi pastulas. Ci. p Quint. 10. a. Non uereor ne mihi aliquid uidear arrogasse, si de quæstura mea dixero. Ci. p Plā. 272. a. Mihi non sumo tantum iudices, neq; arroga, ut &c. Ci. p Plan. 259. a. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo. Ci. Ep. 46. a.

Tu cum id plenissimum temeritatis esse dicas, tantum tibi arrogas, ut exponas disciplinam sapientiæ &c. Cic. Acad. 28. b.

Ars, tis. artificium, ratio faciendi, facultas, pręcepta, uirtus, doctrina, scientia, studium, disciplina, uia, manus, apera. X. inertia.

Ci. d Or. 92. b. Ars est quæ cognitis penitusq; perspectis & in unum exitum spectantibus & nunq̃ fallentibus rebus continetur. & 111. a. Res mihi uidetur esse inquit facultate præclara, arte mediocris, ars enim earum rerum est quæ sciuntur, oratoris autem actia opinionibus non scientia continetur.

Ars est præceptia, quæ dat certam uiam rationemq; faciendi. Ad Her. 1. b. Artes efficiuntur ex cognitationibus comprehensionibusq; rerum. Ci. d Fin. 100. b.

Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid, quæ habent ardinem & quasdam errare in facienda nan patientes uias. Ci. d Cla. 189. a.

Ars ex multis animi pceptionibus canstat. Ci. Aca. 7. a.

Ars definitur ex rebus penitus perspectis planèq; cognitis atq; ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiaq; cōprehensis. Ci. d Or. 94. a.

Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. Cice. Or. 215. a. Artem a natura proficisci. Ci. d Or. 161. a.

Nullam dicere maximarum rerum esse artem, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum considerate laquentium. Ci. Off. 34. a.

Artis maxime praprium est creare & gignere. Cic. d N. 37. a. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt, & gubernatores falluntur. Ci. d. D. 85. b. Omnes artes in aliqua scientia uersantur. Cic. d Fin. 130. a. & 208. b. Ars est dux certior q̃ natura. & 57. b. Gubernatoris ars bene nauigādi rōnē habet.

Nihil est, quod ad artē redigi passit, nisi ille prius, qui illa tenet, quorum artem instituere uult, habet illam sciētiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. Ci. d Or. 100. b.

Hæc oīa artē & præcepta requirunt. Ci. d Or. 119. b. & 112. b. Non amnia, quæcunq; laquimur, mihi uidentur ad artem & ad præcepta esse reuocanda.

Vir illa humanitate pręditus, illis studijs artibus atque doctrina. Ci. p Cæl. 49. a.

Studia & artes, quæ sunt nobis græciæ monimentis disciplinisq; traditæ. Ci. Q. Fr. 295. b.

Artes, quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ cantinentur, geometria, musica, litterarum cagnitia, & poetarum. Ci. d Or. 154. b.

Artes ingenuæ. Ci. Ep. 48. a.

Erat tum Italia plena græcarum artium & disciplinarum, studiaq; hęc in latio calebantur, & hic Romę &c. Ci. p Arch. 186. a.

Si est aliqua disciplina uirtutis. Ci. Off. 34. a. i. ars.

Colere banas artes et calere disciplinam Stoicā. I. calo.

Homo mediocris & aut nulla aut humili aliqua arte præditus. Ci. p Arch. 187. b.

Habere scientiam magnarum artium. Ci. Ep. 97. b.

Opifices omnes in sordida arte uersantur. Ci. Off. 30. b.

Ars gubernandi, scientia imperatorum, ratia atq; prudentia reip. gerendæ. Ci. d. D. 85. b.

Recandita in arte & multiplici subtiliq; uersari. Cic. d Or. 85. b. & 145. a. Vna fingendi est ars, in qua &c. et ibi. Vna est ars ratioq; picturæ.

Ad inueniendum in dicenda hæc, tria sunt, acumen, deinde ratia quam licet (si uolumus) appellemus artem, tertium diligentia. Ci. d Or. 222. a. & ibi. Atq; hoc totum est siue artis siue animaduersionis siue consuetudinis, nosse regiones intra quas &c.

Omnibus artibus uolumus attributam esse eam, quæ cōmunis appellatur, prudentia, quam omnes, qui cuiq; ar-

tificio præsunt debent habere. Ci. d Fin. 123. b.

Hæc res, quę uocatur eloquentia, siue ars, siue studiū, siue exercitatio quædam, siue facultas a natura profecta. Ci. d In. 42. a.

Versus ille, qui uetat artem pudere proloqui, quam factites. Ci. Or. 210. b.

Facere argentariam, facere nauiculariam, facere præconium, facere Aruspicinam, exercere medicinam, facere mercaturam, facere topiariam, hæc & alia huiusmodi multa apud Ciceronem reperiuntur, quæ locis suis posita sunt, idest in suis uocabulis, & item hoc quod sequitur. M. Brutus accusationem factitauit. Ci. d Cla. 176. a. Tradere artem differendi. Ci. d Or. 123. a. & dare pcepta. Libenter mehercule artem desinerē. Ci. Ep. 95. b.

Artium aliud eiusmodi genus est, ut tantummodo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat. Ci. Acad. 7. a. & ibi. Artes quarum omne opus est in faciēdo & agendo & ibi. Quid enī est quod arte effici posset, nisi is qui artem tractabit multa perceperit?

Nam nisi illi ars extitisset illa, idem tumulus qui corpus obruerat, nomen etiam obruisset. Ci. p Arch. 190. a. b.

Animi quemadmodum affecti sint, uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs spectantur. Ci. Part. 233. a.

Aptissima sunt omnino arma senectutis artes exercitationesq; uirtutum. Ci. d Sen. 78. b.

Inanimata pleraq; sunt hominum effecta operis, quę nō haberemus, nisi manus & ars accederent, neq; enim ualetudines curatio neq; nauigatio neq; agricultura sine hominum opera ulla esse potuisset. Ci. Off. 35. a.

Leon quæsiuit ex eo, qua maxime arte consideret. Cic. Tus. 229. b. Nulla ars literis sine doctore & interprete percipi potest Ci. Ep. 104. b.

Artata. Ci. p. R. P. 129. a. *

Arteria, riæ. Ci. d. N. 30. b. Iam uero uenę & arterię micare non desinunt.

Aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habet adiunctum linguæ radicibus, paulo supra q̄ ad linguam stomachus annectitur, eaq; ad pulmones usq; pertinet, excipitq; animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemq; a pulmonibus respirat & reddit. Cic. d. N. 53. a. & 54. a. Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur, & spiritus per arterias.

Nam læduntur arterię, si antequā leni uoce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. Ad Her. 20. a. & ibi. Recreatur enim uox spiritu & arteriæ reticendo acquiescunt.

Articulatim. Ci. d Leg. 163. a. Quę fuse olim disputabātur ac libere ea nūc articulatim distincteq; dicūtur. Membraq; articulatim diuidit. Ci. d. N. 73. a.

Articulatus, a, um. Ci. At. 95. a. Valebis igitur & puellæ salutem articulatę dices.

Articulus, li. Ci. At. 4. a. Terentia magnos articulorū dolores habet. Ineunte uere in uitibus existit tanq̄ ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Cic. d Sen. 88. a. Verba, quæ quasi articuli connectunt mēbra orationis. Ci. d Or. 141. b. & 160. a. Oratio articulis membrisq; distincta.

Nęuus ī articulo pueri delectat Alcæū. Ci. d. N. 17. a.

Tum iste, qui hunc in summas angustias adductū putaret, ut eū suis cōditionibus in ipso articulo tpis astringeret, assem sese negat daturū, nisi prius &c. Ci. p Quīt. (3. b.

Oratio fluctuans & dissoluta, quæ sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Ad Her. 27. a.

Ad numerum articulus cadens. Ci. Or. 202. a.

Articulus dicitur, cum singula uerba interuallis distinguentur, cæsa oratione. Ad Her. 30. a.

Artifex, cis. opifex. Cice. p Mur. 130. a. Vt aiunt in græcis artificibus eos Aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt.

Atq; illi artifices corporis simulacbra ignotis nota faciebant. Ci. Ep. 68. b. i. Appelles & Lysippus.

Nimirum didici etiam artificum nomina. Ci. I. V. 200. b. i. eorum, qui statuas fecerant.

Consuetudo artifex suauitatis. Ci. Or. 212. b.

Græci dicēdi artifices & doctores. Ci. d Or. 87. a.

Theodectes politus scriptor atq; artifex. Ci. Or. 213. b

Scenicus artifex. Ci. p Arch. 187. b. i. Histrio. (89. a.

Artifex callidus cōparandarum uoluptatū. Ci. d Fin.

C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat, se &c. Q. de Pet. 212. a.

Artifex mundi. Ci. d Vn. 195. b. i. Deus.

Ne quid mihi eiusmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, uerebar. Ci. p Quint. 14. a.

Artificiose. Ci. d. N. 37. a. Quod in opibus nostrarū artium manus efficiat, id multo artificiosius naturā efficere.

Artificiosus, a, um. habēs artem. Ci. d. N. 37. a. Ipsius uero mūdi natura nō artificiosa solū sed planè artifex &c. Zeno, ita naturā definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem uia. Cic. d. N. 37. a. & ibi. Natura. i. ut dixi, ignis artifitiosus, magister artium reliquarum.

Artificiasum & diuinum opus. Ci. d. N. 54. a.

Mathematici de re artificiasa loquunt. Ci. d Fin. 67. a.

Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Ci. d. D. 95. b. & 103. a. & 113. b.

Artificiosa præsentio. X. naturalis diuinatio.

Artificiū, cij. ars, opus, opa. Ci. I. V. 214. a. Ci. Off. 30. a. Iam de artificijs & quæstibus qui liberales habēdi, qui sordidi sint, hoc ferè accepimus.

Atqui uide inquit in artificio & opa q̄ tenui & leui quanto plus adhibeat diligētię, q̄ &c. Ci. d Or. 95. b.

Obliuisci artificium. Ci. p. S. R. 26. a.

Componere artificium de iure ciuili. Ci. d Or. 116. a.

Natura maximo quasi artificia fabricata est primum animal omne, &c. Ci. Acad. 9. a.

Qui cuiq; artificio præsunt eam, quæ cōmunis appellatur prudentia, debent habere. Ci. d Fin. 123. b.

Ne opifices quidē tueri sua artificia possent, nisi &c. Ci. d Fin. 60. b.

Quo enim spectat illud? cum artificia tolli quereris a nobis? nisi ut opifices concitentur? Ci. Acad. 36. a.

Non iam satis est consilio pugnare, artificium quoddā excogitandum est. Ci. Ep. 135. a.

Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quàm hic in suo. Ci. p. S. R. 26. a. Vicinitas non fallax,

non erudita artificio simulationis. Ci.p Plan.163.b. Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificiū ex eloquentia natum. Ci.d Or.97.a.
Artificium dicendi. Ci.d Ora.92.b.
Reliqui libri τεχνολογίας habent. Ci. At.64.a.
Suspicio artificij imminuit oratoris authoritatē et orationis fidem. Ci.d Or.123.a.
Simulachrum singulari opera artificio perfectum. Ci. I.V.216.b. Hæc omnia antiquo opere et summo artificio facta. Ci.I.V.210.b. & summa arte.214.b.
Vt intelligatis hominem artificij cupidum non argenti fuisse. Ci.I.V.210.a. & 206.b. Hydria præclaro ope. & 223.a. Galeæ cælatæ opere Corinthio.
Artolaganus, ni. Ci.Ep.138.b. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.
Artus, tus. Ci.d Fin.84.a. Quos dij immortales ille, cum omnes artus ardere niderentur, cruciatus proferebat! Cum audiuisset eum granitèr esse ægrum, quod uehementer eius artus laborarent. Ci.Tus.188.a.
Cn. Octauius qui multis medicamentis erat propter dolorem artuum delibutus. Ci.d Cla.184.a.
Et tota mente, atq; omnibus artibus contremisco. Cic.d Or.91.a. Digitorum molles commissuræ & artus. Ci d.N.56.a.
Nerui atq; artus sapientiæ sunt non temere credere. Q. d Pet.211.a. Excita cum tremulis anus attulit artubu' lumen. Ci.d.D.88.b.
Aruspex, cis. extispex. Ci.d.N.12.b. Aruspices, augures, arioli, uates, conie ctores &c.
Persuaderi igitur cuiq̄ potest, ea quæ significari dicuntur extis, cognita esse ab Aruspicibus obseruatione diuturna? Ci.d.D.114.a.
Cum Aruspices ex tota Hetruria conuenissent, totius urbis ac imperij occasum appropinquare dixerunt. Ci. I.C.115.a.
Aruspicina, næ. Hetruscorum disciplina, ars extispicum. Cic.d.D.114.a. Vt ordiar ab Aruspicina, quam ego reip. causa, communisq; religionis causa colendā cēsea. Cum qui hodie Aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur. Ci.Ep.91.b.
De ortu Aruspicinę & de Tage. Ci.d.D.118.b.
Aruspicinus, a, um. Ci.d.D.95.b. Quad Hetruscorum declarant, & Aruspicini & fulgurales & rituales libri.
Aruum, ui. Ci. Or.212.b. Frugifera & ferta arua Asiæ.
Arx, cis. castellum, receptaculum.
Cic.d Or.134.a. Tarento amisso arcem tamen Liuius Salinator retinuit. Salinator amisso oppido fugerat in arcem. Ci.d Sen.79.a.
Qui cum oppido desperassent, munire arcem cœperūt. Ci.I.P.97.b. Nisi forte Athenæ tuę solæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Ci.d L.156.a.
Non enim tale est ut in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidię. Ci.Parad.116.b.
Munite communem arcem bonorū, obstruite perfugia improborum. Ci.p Syl.182.a.
Arcem urbis ab incendio liberaui. Ci.Antē.193.b.
Cui templum illud fuit arx eiuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. Ci.I.P.81.b.
Africa omnium prouinciarum arx. Ci.p Lig.140.b.
Hoc templum Iouis Opt. Max. atq; hæc urbis arx olim gentium. Ci.p Rul.64.a. & I.C.120.b.
In arce legis præsidia defensionis suæ constituere. Cic. p Clu.51.a.
As, assis. Ci.Off.45.b. M. Seius in caritate annonæ asse modium populo dedit.
Tum iste assem sese negat daturum. Ci.p Quin.3.b.
Dis HS CCCLIII dedisse, qui assem nullum dedit. Cic. p.Q.R.53.a. Fecit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit. Ci.p Cecin.288.a.
Testamento, quod Antistius Romę fecerat, hęres ex parte dimidia & tertia Capito est, in Sextante sunt hi, qui &c. Ci.Ep.227.a.
Ascendo, dis. scando. Ci.Ep.245.a. Expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad III Idus Octobris cum lucesceret in Amanum ascenderem.
Ascendere in castellum. Cic. At.13.a. Ascendere in concionem. Ci.d.Fin.80.a. Is ita locutus est ut non ad mortem trudi uerum in cœlum uideretur ascendere. Ci.Tus.163.b.
Quibus tanquam gradibus mihi uideor in cœlum ascēdisse. Ci.p Dom.228.a.
Gloria cuius gradibus homines uidentur in cœlū ascendere. Ci.p Mil.120.b.
Si quis cœlum ascendisset &c. Ci.d Am.112.b.
Nos ad nauiculas nostras ascendimus. Ci.Acad.37.a.
Ascendit in oppidum Archagathus. Ci.I.V.211.b.
Lex peregrinum uetat in murum ascendere. Ci.d Ora. 117.b. & 59.b. Sol sensim ascendens in diuersam partem. Crescere, ascendere, sua uirtute in altiorem locum peruenire. Ci.p S.R.32.a.
In altiorem locum ascendere. C.p Clu.40.b. & 49.b.
Altiorem gradum dignitatis assequi.
Eodem equo aduersam ascendit ripam. Cic.d.D.92.b.
Ex continuis honoribus familiæ maioremq; suorū unū ascendere gradum dignitatis conatus est. Cic.p Mur. a 37.a. Is ascendens gradibus magistratuum ad summam amplitudinem peruenit. Ci.d Cla.191.a.
Non solum ut ne affligantur, sed etiam ut ad altiorem gradum ascendant. Ci.Off.46.a.
Ornatus ille admirabilis propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Ci.Or.208.b.
Ascendere ad honores. Ci.d Cla.187.a.
Cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere. Ci.d Sen.83.b.
In summum locum ciuitatis ascendere. Ci.p Clu.49.b, Aut a minoribus ad maiora ascendimus. Ci.pt.130.b.
In omni uoce est quiddam medium, sed suum cuiq; uoci, hinc gradatim ascendere uocem utile & suaue est. Ci.d Or.164.a. Timea de consulatu, ne Cęsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, q̄ inde, si consul factus sit, descensurum. Ci.At.275.b. & 54.b. Tum subito ille in concionem ascendit.
Ascensus, sus. Cic.p Dom.224.a. Homines audaces ab eius templi aditu atq; ascensu repulisti.

Ipse

Ipſe in oppidum accedere noluit, qđ erat difficili aſcenſu atq; arduo. Ci. I. V. 111. b.
Atq; hic ei gradus ad rẽp. hic primus eſt aditus et aſcẽſus ad popularem iactationem. Ci. đ Ar. 253. b.
Ollisq; ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. Ci. đ Leg. 185. a.
Neq; is conſiſtens in loco, ſed inambulans atq; aſcenſu ingrediens arduo. Ci. đ Or. 108. a.
Aſcia, ſciæ. Ci. đ Leg. 181. a. Hoc plus inquit, ne facito rogum, aſcia ne polito.
Aſciſco, ſcis, iui, itũ. aſcribo, approbo, expeto, adiungo, aſſumo, attribuo, accerſo. X. reprobo, declino.
Ci. đ. N. 27. a. Hos augures ne ipſę quidem fabulæ aſciuiſſent, ſi res omnino repudiarent.
Aſciuerunt ſibi illud oppidum piratę. Cic. I. V. 104. b.
Alterum quod interpretatur fatidicorum effata incognita, cum ſenatus populusq; aſciuerit. Ci. đ. L. 173. b.
Bonos boni diligunt aſciſcuntq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos. Ci. đ Am. 105. b.
Neq; iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli ĩ me requirebant. Ci. ꝓ Dom. 232. b.
Eos expertes eſſe illius prudentię quam ſibi aſciſcerent. Ci. đ Or. 91. a.
Nihil unq̃ de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa. Ci. ꝓ. Dom. 231. a.
Is omnes ꝑditos ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuit. Ci. I. C. 106. a.
Aliquem non modo non ſegregandum, cum ſit ciuis, a numero ciuium, ſed etiam ſi nõ eſſet, aſciſcendum eſſe. Ci. ꝓ Arch. 186. a.
Innumerabiles aliæ leges ſunt latæ, quas latini noluerunt, aſciuerunt. Ci. ꝓ Cor. 59. a.
Sed tamen ego mihi ſororem uirginem aſciſco, tu ſororem tuam uirginem eſſe non ſiuiſti. Cic. ꝓ Dom. 231. b.
Me patronum unum aſciuerant. Ci. I. P. 85. a.
Omnes mutare ciuitatem poſſunt, modo aſciſcantur ab ea ciuitate. Ci. ꝓ Cor. 60. a.
Sacra iſta aſcita ex Phrygia fuerunt. Ci. đ Ar. 250. a.
Idcirco hanc conſuetudinem libenter aſciuimus. Cic. đ Cla. 183. b.
Id enim ut ſuauitate delectans ſic ab errore mentis tam q̃ ſaluture aliquid aſciſcitur, ſimiliq; inſcitia mors fugitur, uita expetitur. Ci. đ Leg. 161. b.
Qui tyranni nomen aſciuit ſibi. Ci. At. 186. a.
Is quæ clarorum uirorum eſſent non dubitabat aſciſcere. Ci. đ Cla. 189. b.
Minime uero probatur huic diſciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam aut iuſtitiam propter utilitates aſciſci aut probari. Ci. đ Fin. 105. a. & 128. a. Alij cenſent primũ aſcitum doloris uacuitatem, primum declinatum dolorem. & 53. a. Natura ipſa ut ait Epicurus aſciſcit & reprobat, ideſt uoluptatem & dolorem.
Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſis ſibi aſciuerunt amplius ſexaginta. Ci. Ep. 66. a.
Aſciuerunt aptum ſuis auribus optimum quoddam dictionis genus. Ci. Or. 199. a.
Aſcitus, a, um. Cic. I. V. 274. b. Sacra Cereris a gręcia aſcita & accepta.
Illa, quæ natura prima ſunt aſcita, natura diligimus. Ci. đ. N. 93. b.
Amitti ciuitatem romanam alia aſcita. Cor. Nep. in uita Attici. ibidem. Vt appareret in eo natiuum quendam leporem eſſe non aſcitum.
Aſclepiades Medicus & amicus L. Craſſi oratoris. Cic. đ Or. 90. a.
Aſcribo, bis. attribuo, adiungo, aſſigno, aſciſco.
Ci. đ. N. 78. a. Bonos exitus bonorum aſcribimus attribuimusq; ſine ulla ratione dijs immortalibus.
Gaudeo quod uulgo hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. Ci. At. 132. b. & Ep. 133. a.
Aſcribe ad iudicium tuum meam quoq; ſententiam. Ci. ꝓ. R. P. 121. b. Qui Thucydidem laudauit aſcribet ſuæ noſtram ſententiam. Ci. đ Opt. 114. a.
Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. Ci. Q. Fr. 192. a. Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes Apologorum. Ci. đ. Or. 133. b.
Tu uero aſcribe me talem in numerum. Ci. I. A. 167. a.
Vtinam ego tertius uobis amicus aſcriberer. Cic. Tuſ. 240. b. Tyrannus petiuit ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent. Ci. I. A. 161. a.
Archias Heracleæ aſcriptus eſt. Ci. ꝓ Arch. 187. a. & ibi. b. Prętertim cum in alijs ciuitatibus fuerit aſcriptus. & 186. b. Qui fœderatis ciuitatibus aſcripti eſſent.
In certam ſedem ciuitatis aſcribimur. Ci. đ Ar. 157. a.
His non eſt auſus nomen ſuum emptioni illi aſcribere. Ci. ꝓ Dom. 136. b.
Altera ſtatua ab equitibus rom. equo publico, qui item aſcribunt patrono. Ci. I. A. 207. b.
Quid ad Statium aſcripſerit neſcio. Ci. At. 90. a.
Aſcribere pœnam fœderatis. Ci. ꝓ Cor. 58. b.
Oſtenderunt ea ſe ſcripturos atq; laturos, quibus aſcriptis ſuſceptisq; beate uiuerent. Ci. đ Leg. 171. b.
At illud minime fuit auguris quod aſcripſit ob eam cauſam populum rom. calamitatem cepiſſe. Ci. đ. D. 86. a.
Aſcriptitius, a, um. Ci. đ. N. 67. a. Quoſdam quaſi nouos & aſcriptitios ciues in cœlum receptos fuiſſe.
Aſcriptor, oris. Ci. Poſtq̃. 210. a. Itaq; is fuit non modo ſalutis defenſor, uerum etiam aſcriptor dignitatis meę.
Cum eum in me reſtituendo authorem fuiſſe aſcriptoremq; uideatis. Ci. Poſtq̃. 206. a.
Ille nouitius ligur uenalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus. Cic. ꝓ Dom. 113. a.
Aſcriptus, a, um. Ci. ꝓ Arch. 187. a. Qui eum aſcriptum Heraclienſem dicunt.
Aſculanus, a, um. Ci. đ Cla. 179. b.
Aſellus, li. Ci. At. 13. a. Aſellus onuſtus auro.
Aſia, ſię. Ci. ꝓ Flac. 259. b. Aſia ueſtra conſtat ex Phrygia, Miſia, Caria, Lydia. & ibi. Aſię ora maritima. Pergamum, Smyrna, Trallis, Epheſus, Miletus, Cizicus, tota deniq; Aſia. Ci. ꝯ Rul. 74. a.
Cum Aſiam prouinciam conſulari imperio obtineres. Ci. ꝓ Fla. 162. a. Ipſe in Aſiam profectus ſum Tharſo Non. Ian. Ci. At. 81. a. & ibi de Aſia Att.
Aſiaticus, a, um. Ci. đ Cla. 195. b. Genera aſiaticę orationis duo ſunt &c.
Aſiaticæ pecuniæ. Ci. ꝓ Pom. 7. b.

Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate nec copia, sed parum pressi & nimis redundantes. Ci.d Cla.169.a. Inclinate ululantiq; uoce, asiatico more canere. Ci.Or.199.a.
De Asiaticis & Atticis. Ci.d Or.146.b.

Asinus, ni. Ci.d.N.58.a. Longum est mularum persequi utilitates & asinorum.
Quid nunc te asine literas doceam? non opus est uerbis sed fustibus. Ci.I.P.95.a.

Asotus. prodigus, effusus. Ci.d Fin.69.a. Atqui reperiemus Asotos ita non religiosos ut edant de patella.
Asoti mundi elegantes optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione. Ci.d Fin.69.b.
Posse asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. Ci.d.N.75.b.

Aspectabilis, le. Ci.d Vn.197.a. Corporeum & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natum est. & .196 b. Deus animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur effecit.

Aspecto, as. Ci.p Plan.280.b. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?

Aspectus, ctus. præsentia, conspectus.
Ci.d.N.54.b. Oculi aspectum, quo uolunt, facile contorquent. Referre aspectū aliquo. Ci.d Pro.77.a.
Omnes res, quæ sub aspectum ueniunt. Ci.d Or.141.b.
Quæ aspectu sentiuntur. Ci.Off.3.b.
Qua ex coniunctione cœlum ita actum est, ut sub aspectum & tactum cadat. Ci.d Vn.197.b.
Aut denique nunquid aliqua sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu &c. Ad Her.7.b.
Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus. Ci.d.N.58.a.
Antiani uera aspectus miserabilis. Ci.I.A.174.a.
Res cęcę et ab aspectus iudicio remotę. C.d ar.141.b.
Res ad aspectum pulchra. Ci.Or.219.b.
Hominum aspectum lucemq; uitare. Ci.p Syl.181.a.
Aspectus armatorum ad uim faciendam ualet, incursus & impetus non ualebit? Ci.p Cecin.293.b.
Qui sacra bonæ deæ aspectu uirili uiolauit. Ci.d Ar.241.b. Versatur ante oculos aspectus cethegi, & furor in nostra cæde bacchantis. Ci.I.C.110.b.
Alicuius aspectum pręsentiamq; uitare. Ci.I.C.100.b. & ibi. Carere me aspectu ciuium malo.
Cum acriter oculis deficientem solem intuerētur, ut aspectum omnino amitterent. Ci.Tus.163.b.
Illi orbes, qui aspectum nostrū definiūt. C.d.D.127.b.
Noli remp. multis claris uiris orbatam priuare etiam aspectu tuo. Ci.Ep.54.b.
Ex literis aliquid in aspectum lucemq; proferre. Ci.p Arch.188.a. In contentione per distributionem acri & defixo aspectu uti oportet. Ad Her.11.a.
Adducere copias in aspectum hostium. Ci.Ep.157.a.
Ve ea quę in re dispersa atq; infinita uiderentur esse, ratione & distributione sub uno aspectu ponerentur. Q.d Pet.205.a. Ex literis tuis hanc primo aspectu uoluptatem cepi, quod &c. Ci.At.101.b.
Quæ primo aspectu nos ceperunt. Ci.d Or.151.b.
Non assidens & attente audiens, sed uno aspectu et prateriens sępe iudicat. Ci.d Cla.182.b.
Eorum aspectu omnis cura consedit. Ci.d Cla.166.a.
Primo aspectu inanimū quiddam se putat uidere, post autem &c. Ci.d.N.44.a. (I.V.227.b.
Situs urbis communitus & præclarus ad aspectum. Ci.

Aspella, lis. Cic.Tus.180.a. Sed longe a leto numine aspellor Iouis.

Asper, a, um. durus, hñs aliquid asperitatis. X. lenis, leuis. Cic.d Fin.72.b. Sensus iudicat, dulce, amarum, lene, asperum, propè, longe &c.
In locis spectatur lenes an asperi, salubres an pestilentes. Ci.Part.133.a. Homo asper & durus oratione & moribus. Ci.d Fin.124.a.
Homo natura asper et oībus iniquus. Ci.p Plā.267.a.
Licinius asper, maledicus, genere toto paulo feruidior, atq; commotior. Ci.d Cla.176.a.
Accessit his tot, doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior ac durior. Ci.p Mur.138.b.
In periculis & asperis temporibus. Ci.p Cor.59.a.
Aspera, tristis & horrida oratio. Ci.Or.198.b.

Aspere. Ci.d Or.104.b. M.Cato apud populum romanum aspere & uehementer est locutus.
Marcellinus Pompeium nimis aspere tractat. Cic.Q.Fr.311.b. Asperius ꝗ tui patiantur mores de Dionysio scripsisti. Ci.At.151.b.
Acerbe & aspere accusare aliquem. Ci.Ep.5.b.
Maledicta in aliquem aspere & ferociter & libere dicta. Ci.p Plan.266.a.
Asperius inquit locutus est &c. immo fortasse liberius. Ci.p Plan.265.b.

Aspergo, gis. respergo. Ci.d.N.77.b. Hostiam immolare noluit, ne aram sanguine aspergeret.
Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis Ci.I.V.37.a. Ne qua ex tua summa indignitate, labes illius dignitati aspergatur. Ci.In Vat.31.a.
Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. Ci.Ep.84.a.
Qui istius facti non modo suspicione sed ne infamia quidem est aspersus. Ci.p Cæl.41.a.
Ebutio sextulam aspergit. Ci.p Cec.288.a. i. hæredem fecit ex sextula. Hunc tu uitæ splendorem maculis aspergis istis? Ci.p Plan.265.a.
Hæc aspersi, ut scires me tamen in stomacha solere ridere. Cic.Ep.17.b. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. Ci.d Or.131.a.
Huic generi orationis aspergentur etiam sales. Ci.Or.204.b. Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspersit molestiæ, quod &c. Ci.Q.Fr.312.b.
Atq; etiam ipse conditor totius negotij guttam aspergit huic Bulbo. Ci.p Clu.32.a.
Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati & seueritati asperseris. Ci.p Mur.140.a.
Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi uidebatis. Ci.p Cor.66.b.
Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. Ci.d.D.85.a. & ibi. Aspꝗiane fortuita.
Senatus consulta quasi fuligine aspersa. Ci.I A.177.b.
Quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

re possit. Ad Her. 39.b.

Asperitas, tis. salebra. Ci.d.N.45.b. Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines.

Asperitas uiarum. Ci.I.A.221.a.

In his uel asperitatibus reru͠ uel angustijs temporis obsequar studijs nostris. Ci.d Or.85.a.

Oratio in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Ci.d Or.128.a.

Aspernatio, onis. Ci.Tus.215.b. Perturbationes animi ex aspernatione rationis eueniunt.

Aspernor, aris. respuo, refuto, recuso, repudio, reijcio, fugio, abhorreo. Cic.p.R.P.129.b. Quam uirtutem non modo aspernari ac refutare, sed etiam complecti & augere debetis.

Seruus sermonem Fabricij non est aspernatus. Ci.p Cl. 27.a. Philosophiam hæc ciuitas nunquàm aspernata est. Ci.d Or.122.b.

Quas illorum querimonias nolite per Deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere. Ci.I.V. 226.b. Gustatus, quod ualde dulce est, aspernatur ac respuit. Ci.d Or.152.a.

Quanq̃ non aspernor Trebatij literas. Cic.At.113.b. Cicero seruitutem honorificam modo non aspernatur. Ci.At.288.a.et.243.b. Cassius frumentariam re͠ aspernabatur. Iocus au͠t illius de sua egestate ne sis aspernatus. Ci.Q.Fr.314.a.

Hanc proscriptionem nisi hoc, iudicio a uobis reijcitis & aspernamini, uidete per deos &c. Ci.p.S.R.44.a.

Is nunq̃ ausus esset equitum romanorum preces aspernari. Ci.p Sest.9.b. Cuius furorem deos immortales a suis aris aspernatos esse confido. Ci.p Clu.58.b.

Dicere aliquid quod omnium mentes aspernentur ac respuant. Ci.d Fat.149.b.

Nemo ciuis est, qui uos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus tui perhorrescat. Ci.I.P.89.a.

Præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Ci.Ep.18.a.&.54.b.&.67.b.

Quos cum tristiores uidisset XXX minas accepit, ne aspernari regis liberalitate͠ uideretur. Ci.Tus.246.a.

Appetere uoluptatem. X. aspernari dolorem. Ci.d Pi. 71.a. Vtrum aperte hominem asperner ac respuam, ἢ σκελίζω ἀπάτας. Ci.At.217.b.

Et tamen a philosopho, si afferat eloquentiam no͠ asperner, si non habeat non admodu͠ flagite͠. Cic.d Fi.52.a.

Aspersio, onis. respersio. Cic.d Leg.174.b. Nam illud uel aspersione aquæ uel dierum numero tollitur. & d D.85.a. Aspersione fortuita.

Aspicio, cis. conspicio, tueor, intueor, contueor, aspecto, in aliquem oculos conijcio, alicuius in uultu habitant oculi mei, obtutum in aliqua re figo.

Ci.d Or.98.a. Sic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aspexerim, uestigia ingressumque non uiderim. & ibi. Sed ea cum contemplari cuperem, uix aspiciendi potestas fuit.

Propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit. Ci.p S.R.28.a. Tanquàm ad aspiciendam lucem esse reuocatum. Ci.d Cla.165.b.

Hoc cernes, si modo aspexeris. Ci.d Or.154.a.

Illi inter se furtim nonnunq̃ aspiciebant. C.I.C.113.b.

Aspicite ipsum, contuemini os. Ci.p Syl.181.a.

Sed uecors repente sine uoce constitit, deinde respexit, & simul ad Cn. Lentulum Cos. aspexit, concidit in curiæ penè limine. Ci.d Ar.243.b.

Respexitque & equu͠ alacre͠ lætus aspexit. Ci.d.D.95.a.

Sacra, quę uiri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est. Ci.d Ar.245.b. At etiam aspicis me, & quidem ut uideris iratus. Ci.I.A.175.a.

Aspicere ad aliquem. Contueri ad cœlum.

Aspiratio, onis. Ci.d.D.97.a. Quæ omnia fiunt & ex cœli uarietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

Animantes autem aspiratione aeris sustinentur. Cic.d N.42.b. aliàs spiratione.

Vt eius cœli aspiratio grauis & pestilens futura sit. Ci.d.D.107.b. Maiores nusq̃ nisi in uocali aspiratione utebantur. Ci.Or.212.a.l.H.

Aspiro, as. peto, nitor, oculum adijcio, faueo.

Ci.I.V.57.b. Nemo ad alienam causam inuitis ijs, quorum negotium est, accedere aut aspirare debet.

Quid enim quisq̃ ad meam pecuniam me inuito aspirat? Ci.I.V.105.a.

Cum tu non modo ad eum Ciceronem, cui &c. nunqua͠ aspirasti, sed omnibus consilijs, quæ ad me opprimendum parabantur, interfuisti. Ci.I.P.81.a.

Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficillimis aspirauit. Ad Her.34.b.

Hæc in eculeum conijciuntur, quo non aspirat uita beata. Ci.Tus.130.b.

Occupaui inquis te fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses. Ci.Tus.233.b.

Subinuideo tibi, ultro te etiam accersitum ab eo, ad que͠ cæteri propter eius occupationem aspirare no͠ possunt. Ci.Ep.100.a.

Quando iste nisi februario mense aspirabit in curiam? Ci.I.V.124.b.

Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. Ci.d Cla.172.a.

Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam? Ci.p Syl. 177.a. Sed hæc ad eam laudem, quam quærimus, aspirare non possunt. Ci.Or.209.b.

Dixi Romæ domum fuisse, quo iste ne aspirarit quide͠. Ci.p Quint.17.a.

Si mihi ante occurratur, ne non modo intrare, uerum etia͠ aspicere aut aspirare possim. Ci.p Cecin.292.b.

Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant. Ci.d.N.53.b.

Aspis, dis. Ci.p.R.P.126.a. Demetrius aspide ad corpus admota uita est priuatus. & d.N.69.a.

Si scieris aspidem occulte latere uspiam, & uelle imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumento futura sit, improbe feceris nisi monueris, ne assideat. Ci.d Fin.77.a.

Asporto, as. Ci.Parad.117.a. Cæteri ita fugiebant, ut multa de suis rebus asportarent.

Is hoc signum auellendum asportandumque curauit. Ci. I.V.226.a.

Assequor,ris. coosequor,nancíscor.

Ci.ď.N.67.a.Ratione utimur ad eam rem,ut aptis obscura assequamur. Eosdem sumus booorum gradus, quos illi assecuti.Ci.ꝓ Plan.27.b.

Vestros deniꝗ bonores,quos eramus gradatim singulos assecuti.Ci.Postꝗ.199.a.

Assequi omnes magistratus sine repulsa.Ci.I.P.79.b.

Ve amicitia sit,per quã quisꝗ assequatur, quod quisꝗ desideret.Ci.ď Am.101.b.

Nemo illorum prudentiam non dicam assequi,sed quãta fuerit perspicere potest.Ci.ď Ar.247.b.

Itaꝗ omnia,quę ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur,per senatum consecuti sunt.Ci.Ep.8.a.b.&.81.a. Beneuolentiam tuam erga me imitor,merita non assequor.

Nunq̃ ego mortem potius quàm immortalitatem assecutos putaui.Ci.ꝓ Plan.278.b.

Q uem imitaris nunq̃ assequere.Ci.ď Leg.157.b.

Q uod neꝗ precibus unq̃ nec insidiando,nec speculando assequi potui.Ci.ď Or.96.a.

Ad te quid scribam,nescio,si eoim es Romæ,iam me assequi non potes,sin es in uia,cum eris me assecutus, corãm agemus.Ci.At.41.a.40.b.

Vt longitudo aut plenitudo barum, multitudinem alterius assequatur & exęquet.Ad Her.30.b.

Augescatꝗ & pubescat,maturitatéꝗ assequãtur.Ci.ď N.36.a.Nihil sequere,qď asseq nequeas.Ci.Off.22.b.

Senectus nos in cursu a tergo insequens, nec opinantes assecuta est.Ci.Tus.168.b.

Nõ assequor,ut scribã qď equo aĩo legas.C.At.186.b.

Coniectura uel suspicione assequi aliquid.Ci.At.227.b.et ď.D.111.a.

Assequor,καταλαμβάνω. Ci.I.V.145.a.Nihil horum inuestigari,nihil assequi poterit.

Hos uiros bonos appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt.Ci.ď Am.99.a.

Vt essent noo qui scriptum suum recitarent &c.sed qui cogitationem assequi possent.Ci.ď In.79.b.

Assero,ris. affirmo,uendico. Ci.Off.63.a.Q ui proscribunt uillam(ut ipsi asserunt)bene ædificatam.

Vt paulo ante cũ de cursoribus asserebamus. Ad Her.38.b. Cum in causa liberali,eum,qui asserebatur,cognatum suum esse diceret.Ci.ꝓ Fla.154.b.

Assertio,onis. Cic.Acad.47.a.Academici censent nihil oportere neꝗ profiteri,neꝗ affirmare quenq̃,neꝗ assertione approbare &c.

Asseruio,uis. Ci.Tus.187.a. Qui uolunt exclamare maius,toto corpore contentioni uocis asseruiunt.

Asseruo,as. adseruo. Ci.I.V.159.b.Tum iste imperat, dum res iudicaretur,hominem ut asseruarent, cum iudicatum sit,ad se adducant. Cum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur.Ci.ꝓ Arch.187.a.

Domi meę te asseruari rogasti.Ci.I.C.101.a.

Asseruari priuatis custodijs.Ci.I.V.151.b.

Assessio,onis. Ci.Ep.181.a. Oblitum ne me putas, qua celeritate ad me Tarento aduolaris?quæ tua fuerit assessio,oratio,coofirmatio &c.

Assessor,oris. quasi secundarius iudex,qui iuris dicendi causa principi iudici assidet.

Ci.ď.D.100.a.Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. Sedere proprie dicuntur iudices cum ius dicunt,unde assessores.Ci.ꝓ Clu.39.a.

Asseueranter. Ci.At.147.a. Q.Cicero ualde asseueranter cum eo locutus est.

Hæc Antiochus ferè,& Alexandriæ tum,& multis annis post,multo ẽt asseuerãtius in Syria.Ci.Acad.16.a.

Asseueratio,onis. Ci.At.212.a.Omni asseueratione tibi affirmo,quod mihi credas uelim, mihi maiori offensioni esse q̃ delectationi possessiunculas meas.

Asseuero,as. affirmo. Ci.ď.N.44.b.Isti quemadmodũ asseuerant ex corpusculis mundum esse perfectum?

Nemo ulla de re põt cõtendere,neꝗ asseuerare,sine aliqua eius rei &c.certa & propria nota.Ci.Acad.10.a.

Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Ci.I.V.121.a. Magni interest coram uidere quem admodum aduersarius de quaꝗ re asseueret. Ci.ď Cl.183.b. Is pulchre asseuerat,se &c.Ci.ꝓ Clu.32.b.

Vtrum asseueratur in hoc an tentatur?Cic.I.V.113.b.

Bella ironia si iocaremur, sin asseueramus,uide etc.Ci.ď Cla.192.b. Hoc meum iudicium de quo hoc libro tantopere asseueraui.Ci.Or.220.b.

Asseuerare aliquid firmissime.Ci.At.167.b.

Idꝗ se facturum asseuerauit.Ci.I.A.175.b.

Assideo,des. assisto. Ci.I.V.125.b.Sthenius est, is qui nobis assidet,Thermitanus.&.231.a. Nos rogatu magistratus assedimus.

Cum Co.Pompeius P.Lentulo frequens assideret.Ci.I.P.96.b. Mihiꝗ ut assedit,dixit &c.Ci.At.8.b.

Assident, subducunt ad nummũ,conuenit.Ci.At.83.a.

Consulares simulatꝗ assedisti partem istam subselliorũ uacuam reliquerunt.Ci.I.C.100.b.

Tum in bibliotheca,quę in Lycęo est,assedimus. Cic.ď D.110.a. In Tiburti forte assedimus ego & M. Filius.Ci.ď Or.129.b.& ꝓ Clu.47.a.

Perorauit aliqñ,assedit, surrexi ego. Ci.ꝓ.S.R.28.a. Curio cum cœpisset,respondere, subito assedit.Ci.Or.208.b. Cum lacrymans in carcere mater noctes diesꝗ assideret.Ci.I.V.258.b.

Irrisi semper eorum hominum impudentiam,qui cum in schola assedissent,ex magna hominum frequentia dicere iuberent,si quis &c.Ci.ď Or.93.b.

Macedones huius repentino periculo commoti huic assident.Ci.ꝓ Plan.164.b.i.assistunt.

Itaꝗ intelligens dicendi existimator,non assidens & attente audiens,sed uno aspectu & prætериens de oratore sæpe iudicat.Ci.ď Cla.182.b.

Si scieris imprudentem super aspidem assidere uelle,improbe feceris nisi monueris.Ci.ď Fin.77.a.

Assido,dis. consido. Ci.Acad.41.b.Et simul assidamus inquam si uidetur.& ibi paulo infra.Quæ cum sunt dicta in conspectu consedimus omnes.

Assidue. continenter,uſꝗ,assiduum,totos dies, quotidie, omni tempore,dies atꝗ noctes,diem & noctem, nullo puncto temporis intermisso.

Cic.ď Cla.194.b. Assiduissime mecum fuit Dionysius magnes.

assuefecerat, cum cæteris, tum ipsi mihi displiceo.
Arma, quæ tractare cœperã & quibus me assuefecerã. Ci.đ Cla.165.b. *Cæsar cæteras nationes imperio* Rom. *parere assuefecit.* Ci.đ Pro.75.b.

Assuefio, fis. Ci.đ Or.146.a. *Quorũ sermõe assuefacti, qui erũt, ne cupiẽtes quidem poterũt nõ latine loqui.* *Curionis patrio instituto puro sermone assuefacta domus.* Ci.đ Cla.184. *Aliquis scelerum exercitatione assuefactus.* Ci.I.C.106a.

Assuesco, scis. consuetudinẽ exercitationemq; capio. Cice. Acad.15.a. *Sic tu internosces, si assueueris.*
Vt fremitũ assuesceret uoce uincere. Ci.đ Fin.125.a. *Sed assiduitate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi.* Ci.đ.N.45.a.
Ego seruo & seruabo, (sic.n. assueui) Platonis uerecundiam. Ci.Ep.141.a.

Assuetus, a, um. suetus, assuefactus. Ci. ꝓ Plan.263.b. *Vicinitas non assueta mendacijs.* *Homines labore assiduo & quotidiano assueti.* Ci.đ Or.148.a.

Assum, ades. assideo, præsto sum. Ci.ꝓ Quint.1.b. *Certe, aut apud te & eos, qui tibi assunt, ueritas ualebit, aut &c.* &.17. *Qui tibi in consilio sunt.*
Tum Næuius amicos corrogat, ut ad tabulam sextiã sibi assint, hora secunda postridie. Ci.ꝓ Quint.4.b.

Assum, si. Ci.Ep.138.b. *Ita usq; ad assum uitellinum opera perducitur, alias uitulinum.*

Assumo, mis. accipio, arrogo. Ci.đ Or.99.a. *Neq; illũ in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicẽdi copiã assumpsisset.* *Equidem aliquantum iam etiã noctis assumo.* Ci.Ep.197.a. *Argumenta aut ex sua sumi ui, aut assumi foris.* Ci.đ Or.123.b.
Alij loci in eo ipso de quo agitur hærent, alij assumunt extrinsecus. Ci.Top.221.b. *Si quis in aliqua arte excellẽs aliã quoq; artẽ sibi assumpserit.* Ci.đ Or.103.b. *Genus autẽ hoc orationis neq; totũ assumendum est ad causas forenses neq; oĩno repudiandũ.* Ci.Or.217.b. *Aliud inuidos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem.* Ci.At.34.b.
Cum nihil impedit, quo minus &c. oĩs uoluptas assumenda est, oĩs dolor depellendus. Ci.đ Fin.55.b.
Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Ci.ꝓ Mur.131.b. *Illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.* Ci.Off.30.b.
Quod alteri detrahat, sibi assumat. Ci.Off.56.b.
Dico illud quod in his causis non authoritati assumo, sed pudori meo. Ci.ꝓ Syl.183.b. *Orator tractationem orationis sibi assumet.* Ci.đ Or.29.b.
Vt eorũ reprehensionem uos uestræ prudẽtiæ assumere meæ modestiæ remittere dẽatis. Ci.ꝓ Plan.271.a. *Sacra cereris assumpta de græcia.* Ci. ꝓ Cor.66.a.i. *accepta.i. ascitus.* *Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare.* Ci.Off.1.b.
Neq; uero ego mihi postea quicq̃ assumpsi neq; hodie assumo, qđ quẽq̃ maleuolẽtissimũ iure possit offẽdere. Ci.Ep.14.a. *Ego uero mihi nil assumo, sed &c.* Ci.ꝓ Syl.183.b. *Sed cum his sumpsit, quod uoluit, id tamen assumit, quod concedi non potest.* Ci.đ.D.130.a. & .b. *Deinde assumunt, sunt autem Dij &c.*
Assumit autem Chrysippus hoc modo, sunt autem Dij &c. Ci.đ.D.131.a.

Assumptio, onis. Ci.đ.D.131.a. *Sed demus tibi istas duas sumptiones, &c. assumptio tamen, quã πρόσληψιν græci uocant, non dabitur.*
Assumptio est per quã id qđ ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Ci.đ In.55.a.

Assumptiuus, a, um. Ci.đ In.70.b. *Iuridicialis partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, alteram assumptiuam nominamus.* &.71.a. *De assumptiua &c.*

Assurgo, gis. Ci. đ In.52.b. *Vt maioribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur.*
Nemo tibi ĩ curiã uenieñti ãplius assurrexit. ci.I.P.85.a. & đ Sen.90.a. *Salutari, appeti, dẽcedi, assurgi. &c.*

Assus, a, um. Ci.At.188.a. *Pro isto asso sole, a te nitidum solem unctumq; repetemus.*

Assyrij, orum. Ci.de.D.80.a.

Ast. Ci.At.13.b. *Tu crebras a nobis literas expecta, ast plures ipse mittito.* *Ast si qñ &c.* Ci. đ.185.b.bis. *Hoc tu indaga ut soles, ast hoc magis &c.* Ci.At.94.b.

Asteria, riæ. soror Latonæ. Ci.de.N.68.a.

Asto, as. Ci.I.C.118.b. *Neq; ille, qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.*
Nõ ẽ astãtibus oĩbus necesse dicere. Ci.ꝓ Mar.136.a.
Astante & audiente Italia tota. Ci.postq̃.210.a.
Maxima frequẽtia ciuium astante. Ci.đ Ae.246.a.

Astrictus, a, um. Ci.Or.218.b. *Nec tñ hæc ita sunt arcta & astricta, ut ea, cum uelimus, laxare nequeamus.*
Nam cæteri ante tenentur astricti, quàm quid esset optimum iudicare potuerunt. Ci.Acad.3.a.
Homines astricti tanto scelere. Ci.ꝓ Syl.182.b.
Quis nõ eos pari scelere astrictos arbitretur? Ci.I.P.200.a. *Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est.* Ci.de Cla.194.a. &.196.a. *Verborum astricta comprehensio.* *Non adiutor huic ueni, sed auditor & quidem æquus, libero iudicio, nulla eiusmodi astrictus necessitate, ut mihi uelim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia.* Ci.đ.N.5.b.
Poeta numeris astrictior, uerborum autem licentia liberior. Ci.de Or.90.&.b.159.a.
Numerus astrictus. X. *numerus solutus.*
Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. Ci.de Or.107.b.

Astringo, gis. alligo, obligo, contraho. Ci. At.159.a. *Quicquid ego astrinxi, ille relaxat.*
Aluus tum astringitur tum relaxatur. Ci.đ.N.53.b.
Tantum abest, ut ex eo, quo astricti sumus laxari aliquid uelim, ut &c. Ci.At.89.b. *Vinculorũ id est aptissimum, quod ex se atq; de ijs, quæ astringit quàm maxime unum efficit.* Ci.de Vn.107.a. *Quorũ mẽs erat oppressa ꝓmio, lingua astricta mercede.* Ci.I.P.86.a.
Voluptates, quibus maxĩe astricti sunt. Ci.pad.116.b.
Quod per se negligeret eas leges, quibus ẽ astrictus. Ci.At.192.b. *A quo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus.* Ci.de Cla.168.a.
Sed tñ una æstas uel ꝓmijs uel armis, uel legibus, pt totã Galliã sempiternis uinculis astrĩgere. Ci.đ Pro.76.a

Et huius tanti officij seruitutem astringam testimonio sempiterno.Ci.p Plan.275.a.
Hæc arctius astringi rõ non potest.Ci.d Fat.146.b.
Stoici,qui breuiter astringere argumẽta solẽt.Ci.Tus. 193.a. Tribus modis astringi sacris hæreditatem. Ci.de.L.100.a.& 179.b. Quærũt enim qui astringant sacris. Astringi scelere.Ci.p Sest.24.b.
Is magno scelere se astringeret. Ci.I.A.193.a.
Astringere homines beneficijs. Ci.Off.47.b.
Astringere orationem numeris.Ci.d Or.159.a.
Quis est hic,qui ad statuam astrictus est?Ci.I.V.
Aliquem suis conditionibus in ipso articulo temporis astringere.Ci.p.Q.3.b.

Astrologia,giæ.Ci.d.D.80.a.Chaldæi diuturna obseruatione siderum sciam putant effecisse, ut pdici posset, quid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus esset.
Eudoxus in Astrologia facile princeps scribit Chaldæis in prædictione & notatione cuiusq; uitæ ex natali die minime esse credendum. Ci d.D.116.b.
Constat inter doctos hominem ignarum Astrologiæ ornatissimis atq; optimis uersibus aratum de cœlo stellisq; scripsisse.Ci.de Or.90.b.
Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cœli atq; terræ Gallũ familiarem patris tui Scipio. Ci.d Sen.07.a.& ibi.Quam delectabatur cum defectiones solis & lunæ multo nobis ante prædiceret.Ci.d Sen.07.a.
In Astrologia G.Sulpitium audiuimus. Ci.Off.4.b.
Pro Astrologia diuinante.Ci.d.N.49.b.De stella Saturni,& Martis & Iouis.

Astrologus,gi.Chaldæus,interpres astrorũ.Ci.d.D.99.a.Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt.
Quid Astrologus?cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit? Saturni Martis'ue contraria?Ci.d.D.98.a.
Iste nouus Astrologus,qui non tam cœli rationẽ quàm cœlati argenti ducit. Ci.I.V.134.b.
Solis defectiones itemq; lunæ prædicuntur in multos annos ab ijs, qui siderum cursus & motus numeris persequuntur.Ci.d.D.111.b.et.112.a.Iidem uident, quo in signo quæq; errantium stellarum,quoq; tempore futuro sit,qui exortus quoq; die alicuius signi aut qui occasus futurus sit.Astrologorũ pdictiões.Ci.d.D.82.b.
Astrologorum prædicta.Ci.de.D.126.a.
Describere uerbũ est astrologorũ pcipuũ.l. Describo.

Astrum,stri.stella.Ci d.D.99.a.Chaldæi in Syria cognitione astrorũ antecellũt. Homines tantũmodo annum solis,idest unius astri reditũ metiũt. Ci.d Som.130.a.
Et astra suspeximus,tũ ea, quæ sunt infixa certis locis, tũ illa nõ re sed uocabulo errantia. Ci.Tus.171.
Hæc igitur ob causas nata astra sunt. Ci.d Vn.102.a.
Naturæ initiũ ueris ab aliquo astro. Ci.I.V.141.a.
Ex astris cadere. Ci.At.36.a. (del

Asturco,onis. ad Her.39 b.Aut asturcam locum añ astiũ

Astus,stus.astutia.Ci.Off.65.b.Quorsum hæc?ut intelligas non placuisse maioribus nostris astus,alias astutos.

Astute,callide.Ci.Q.Fr.399.b.Nihil nec temere dicere, nec astute reticere debeo.
Astute nihil sum acturus.Ci.At.159.a.

Astutia,tiæ.Ci.p Clu.56.b.Quod si aut confidens astutia,aut callida esset audacia,uix ullo obsisti mõ posset. Quibus abest ad pcauendũ intelligẽdi astutia. Ci. de Fin.132.a. Sed aliter leges,aliter philosophi tollũt astutias.Ci.Off.65.b.

Astutus,a,um.callidus,uafer,ueterator,ueteratorius,malitiosus.Ci.Off.63.a.Homo uersutus, obscurus,astutus, fallax,malitiosus,callidus,ueterator,uafer.X. apertus, simplex &c. Nihil atrox,nihil mirabile,nihil astutum &c.Ci.Or.202.b. Qd̃ siquis me astutiorẽ fingit, quid potest esse in callidius quàm &c. Ci.Ep.38.a.
Aliquid contra morem consuetudinemq; ciuilem facere. Ci. d Off. 30. a. Ciuile bellum, quod ex ciuium dissensione oritur. Ci. At. 110. a.

Domestica externaq; bella. Ci. 3 Rul. 24. a.

Ciuilis ac publica lex. Ci. p Cecin. 299. a.

Ciuilis actio & priuatum ius. Ci. I. V. 57. b.

Ius ciuile. Ci. d Or. 101. a. & I. A. 210. b. Pax ciuilis.

Ciuiliter. Ci. Off. 8. b. Vt cum ciuiliter contendimus.

Ciuis, uis. municeps, popularis. Ci. p. R. P. 129. a. Eques rom. ex hac urbe, ciuis huius reip.

Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere, quam legem tulerunt sapientissimi consules Crassus & Scæuola. Ci. Off 61. a.

Cum sese non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi agnouerit. Ci. d Leg. 168. b.

Facinorosorum armis meos ciues meis consilijs periculisq; seruatos pro me obijci nolui. Ci. p Mil. 108. b.

Vt sine opera, studio, labore meo doctiores ciues mei. Ci. d Fin. 51. a. Valeant inquit Milo, ualeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes. Ci. p Mil. 119. b.

Nunq̃ in hac urbe, hi qui a rep. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. Ci. I. C. 103 a.

Ciuis amantissimus reip. Ci. p Fla. 147. b.

Calliphana ciuis Romana. Ci. p Cor. 66. b.

Ciuis. X. peregrinus. Ci. I. V. 217. b.

Ciuitas, tis. ciuium multitudo unū in loco congregata. Ci. p Sest. 22. b. Conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.

Concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Ci. d Som. 127. b.

Ego tibi prætor esse non uideor, quia sapiens non sum, nec hæc urbs, nec in ea ciuitas. Ci. Acad. 34. b. & ibi. Et Roma urbs & eam ciuitas incolit.

Homines in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi. Cic. p Mur. 135. b. Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, memini, & in qua urbe ītelligo. Ci. p Syl. 172. a.

Instituere ciuitates, scribere leges. Ci. d Or. 92. a.

An honestior est ciuitas Pergamena q̃ Smyrnæ. Cic. p Fla. 161. b. Duarum ciuitatum ciuis noster esse iure ciuili nemo potest. Ci. p Cor. 60. a.

Cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit, tum amittitur hæc ciuitas deniq;, cum is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Cic. p Cecin. 304. b. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. Ci. d Leg. 170. a.

Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si qui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent, si tū cū lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si LX diebus apud prætorem essent professi. Ci. p Arch. 186. b. & ibi. Heraclea, quæ esset ciuitas æquissimo iure.

Nemo ciuis Romanus aut ciuitatem aut libertatem potest amittere, nisi ipse author sit factus. C. p Do. 228. b. & 229. a. Nemo ciuitatem populi iussu unq̃ amittet inuitus. Seruos bene de rep. meritos persæpe libertate, idest ciuitate publice donari uidimus. Ci. p Cor. 59. b. et. 55. b. Is furatus esse ciuitatem, genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. & 61. a. Defendo nullam esse ex omni regno terrarum, ex qua nobis interdictum sit, ut ne adsciscere ciuem aut ciuitate donare possimus. & ibi. Ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne' ue in ciuitate maneat inuitus. Ergo illum maiores nostri in ciuitatem receperunt. Ci. p Arch. 190. a.

Cato in ciuitatem Romanam susceptus est. Ci. d L. 179. a. & ibi. Patria est & illa in qua nati, & illa, qua excepti sumus. Donare aliquē ciuitate. Ci. d Cl. 171. b.

Amittere ciuitatem. Ci. d Or. 100. a.

Perdere ciuitatem. Ci. p Cor. 60. b.

Dicare se in aliquam ciuitatem. l. Dico, as.

Largiri ciuitatem alicui. Ci. p Arch. 187. b. & ibi. Impartiri ciuitatem cuipiam.

De iure ciuitatis & libertatis, deq; amittenda ciuitate & libertate. Ci. p Cecin. 303. b. & 304. a. & 304. b. & p Dom. 228. b.

Clades, dis. Ci. d N. 27. b. Qui risus classe deuicta, magnam populo Rom. cladem attulit.

Ignorare mihi uideris hæc quanta sit clades. Cic. At. 118. b. Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Ci. d Cla. 196. b.

Clam. furtim, obscure, ex occulto, occulte, cuniculis, in occulto stare. X. palam.

Ci. At. 238. a. Ibi bene ualentem uidi Pyliam, quinetiā paulo clamys eam uidi, uenerat enim funus.

Timens ne facinora eius clā nos essent. Ci. i Sal. 274. b.

Qui propter auaritiam clam depositum non reddit, qd est iniustitiæ.Ci.Tus.194.a.

Vt in rebus ab intimis Pompei clàm exulceratis, deinde palàm o consularibus exogitatis,ita uersamur. Cic. Ep.2.b. Multa palam domum suam auferebat,plura clam de medio remouebat.Ci.p.S.R.22.a.

Nec ui,nec clã,nec precario possidere. Ci.p Cec.102.b.

Clandestinis consilijs oppugnare aliquẽ.Ci.Or.219.a.

Clamator,oris. Ci.d Or.150.a.Clamatores odiosi ac molesti.&c.136.a.aliàs declamator.& d Cla.181.a.

Clamito,as. Ci.p.Q R.40.a.Supercilia illa olere malitiam & clamitare calliditatem uidẽtur.i.præ se ferre. Quidam caricas cauno aduectas uendens cauneas clamitabat.Ci.d.D.225.a.

Clamo,as. uociferor,clamorem edo,persono, clamorem facio,uoce contendo,clamorem profundo.

Ci.p Mur.143.a.Ego quod facio,me omnium uestrum causa facere clamo atq; testor.

Tum ipsum clamat uirtus beatiorem fuisse q̃ Thorium. Ci.d Fin.78.a. Rex deos homines q; contestans clamare cœpit &c.Ci.I.V.225.a.

Sed clamaui tamen,admiratus q; sum,quod &c.Ci.At. 97.a. Dico igitur & q̃ possum maxima uoce dico. Ci.p Dom.232.a. Cum,ut dico,hoc de pecunia clamaret,in uincula coniectus est.Ci.I.V.239.a.

Quantum potero uoce contendam,ut hoc populus rom. exaudiat.Ci.p Lig.130.a.

Cum & de suo & de uxoris interitu clamaret. Cic.p Clu.24.a. Clamat Epicurus non posse &c.Ci.d Fi. 61.a. Clamabat porro Quintius, se nolle &c.Ci.p Quint.5.a.

Clamor,oris. Cic.d Ora. 97.a. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. Bubulcus clamorem maiorem cum admiratione edidit. Ci.d.D.129.a.

Clamor concursus q; fit.Ci.At.10.b.

Psephismata non sententijs neq; authoritatibus declarata nec iureiurando astricta, sed porrigenda manu profundendo q; clamore multitudinis concitatæ.Ci.p Fla. 149.a. Acutissimus clamor.Ci.d Or.164.a.

Clamosus,a,um. Ad Her.20.b.Continuatio est oratio nis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Clandestinus,a,um. Ci.Or.219.a.Cur clandestinis cõsilijs nos oppugnant Exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus.Ci.p Syl.173.a.

Cum hostibus clandestina colloquia.Ci.d Sen.85.a.

Clangor,oris. Ci.d.D.121.b.Nona super tremulo genitrix clangore uolabat. Iouis satelles &c. clangorem fundit uastum.Ci.Tus.180.a.

Clare. manifeste,plane,aperte,dilucide,luculenter.

Ci.Ep.123.a. Et quo propius eo contentio accedit, eo clarius id periculum apparet.

Cum aperte loquantur,& iã clare gemãt.Ci.At.35.a.

Clareo,es.ensitto. Ci.Off.17.b.Ergo postq; magis q; uiri nunc gloria claret.ex Enn.& d Sen.79.a.

Non poterit nobis nota clarere figura.Ci.In Arat.et in eodem opere.Simili quia forma littera claret.

Clarisonus,a,um. Cic.In Arat.Hunc o clarisonis auris aquilonis ad Austrum &c.

Claritas,tis. splendor,amplitudo, splendor nominis, altitudo fortunæ & gloriæ.

Ci.Off.14.b.Horum sententia ad claritatem amplitudinem q; aptior est. Miror Deos immortales Histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano.Cic.de.D.121.a.

Quæ q̃q; ex multis pro tuo claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam.Ci.Ep.228.b.

Claro,as. Ci.d.D.84.b. Iupiter excelsa clarabat sceptra corona.

Clarus,a,um. planus,apertus,perspicuus,expressus, dilucidus,explicatus,illustris,euidens,peruulgatus, non obscurus,in promptu,qui nunquàm in clarissima luce uersatur,nobilis,insignis.

Ci.d Som.127.a.Ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum,illustri & claro quodã loco. Claro uoce,ut omnes audire possint dicere aliquid.Ci. p Clu.45.b. Clara uoce imperare aliquid alicui. Ci.p Cecin.209.a. Clara res est toto orbe celeberrima atq; notissima.Ci.I.V.160.b.

Ego quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo.Cic.p.S.R.46.a.

Plurimis nostris exemplis usus es, & ijs quidem claris & illustribus.Ci.d.D.210.a.

Demetrius ex doctrina nobilis & clarus. Cic.p.R.P. 126.a. Vir glorio clarus,authoritate grauis. Ci.d Or.122.b. Virtutem alicuius posteris fore claram et insignem.Ci.d Am.115.b.

Clarus & honoratus uir.Ci.d Sen.81.b.

Clarus & præpotens uir.Ci.p.R.P.129.b.

Amplissimus & clarissimus uir.Ci.d Or.101.b.

Clarissimus uir Ci.At.236.b.i.Cæsar.

Tres nobilissimi & clarissimi philosophi.Ci.d Or.122 b.&c.123.a. Hæc profecto uides quanto expressiora quanto q; illustriora futura sint, cum aliquantum ex prouincia laudis accesserit.Ci.Ep.2.a.

Classicula,læ. Ci.At.252.a.Cossius cum classicula sua uenerat.

Classis,sis. naues,ordo. Ci.I.V.262.b. Naues, quibus præfuerat,Cleomeni tradidit,classi populi romani Cleomenem præesse iubet.

Hac classe M. Crassus ab Eno in Asiam, bis nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. Ci.p Fla. 152.b. Qui maximas ædificasset ornasset q; classes. Cic.pro Pom.5.a.

Duellius,qui pœnos classe deuicit.Ci.Or.222.a.

Vt eum classes habere prohiberet.Ci.I.A.221.b.

Tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus,ætatibus &c.Ci.p Fla.149.a.

Prima classis uocatur,renuntiatur, deinde ut assolet,suffragia.Ci.I.A.176.a. Cleantes, qui qu ãsi maiorum est gentium Stoicus.Ci.Acad.32.a.

Pecunia ciuitatis ordines partiunto.Ci.d Leg.185.a.

Qui mihi cum illo collati quintæ classis uidentur.Cic. Acad.18.b.

Claua,uæ. Ci.I.V.222.a. Qui primo cum obsistere ac defendere conarentur,male mulctati clauis ac fusti-

bus repelluntur. Habeant igitur alij sibi clauam & pilam. Ci.ď Sen.89.a.

Claudicatio,onis. Ci.ď.N.17.b. In quo stante atq; ue stito apparet claudicatio non deformis. et ď Or.132.a.

Claudico,as. Ci.ď Or.231.b. Spurius Caruilius grauiter claudicans ex uulnere, ob rēp. accepto. & ibi. Nū claudicat? at hic clodicat.

Sic uulgus, si quid in oratione claudicat, sentit. Ci.de Or.161.a. Nec uos exitum reperietis, resq; tota uacillat ac claudicat. Ci.ď.N.22.b.

In quacunq; enim una planè claudicaret, orator esse non posset. Ci.ď Cla.284.a.

Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint non cum sententia pariter excurrere. Ci.Or.213.b.

Vt constare in uitę perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. Ci.Off.24.a.

Actio paulum cum uitio uocis, tum etiam ineptijs claudicabat. Ci.ď Cla.185.a.

Qui uerentur ne si amicitiam propter nostram uoluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur. Ci.ď Fin.63.a.

Item beatam uitam etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum. Ci.Tus.232.b.

Claudo,dis. obstruo, oppilo, obthuro, intercludo.

Ci.p Fla.159.a. Cum L.Flacco portus tota Asia claudebat, Cappadocem autem illum recipiebat.

Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. Cl.p Dom.224.a. Forum sepietur, omnes claudentur aditus. Ci.I.A.157.b. Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, me īsinuabo. Ci.Ep.57.b.

Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit. Ci.Off.44.a.

Palpebræ aptissimæ factę & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas. Ci.ď.N.54.b.

Cæsar claudere mihi uidetur maritimos exitus. Ci.At.151.a. Tuas res ignoramus, tanq̃ clausa sit Asia. Ci.Ep.107.a. & Tus.239.b. Claudere fores cubiculi.

Claudere sententias numeris. Ci.Or.219.b.

Adhuc clausum mare scio fuisse. Ci.Q.Fr.312.a.

Comprehensio orationis clausa & terminata esse debet. Ci.Or.216.b.

Claudus,di. Ci.ď.N.17.b. Claudum igitur habebimus deum, idest Vulcanum. Iste Claudus, quomodo aiūt, pilam tenere. Ci.I.P.94.b.

Clauiculus,li. Ci.ď.N.50.a. Vites clauiculis adminicula tanq̃ manibus apprehendunt.

Vitis clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur. Ci.ď Sen.80.a.

Clauis,uis. Ci.p Dom.218.a. Scilicet tu Sex. Clodio omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

Claustrum, stri. Ci.I.V.253.a. Claustra urbis hostibus non committenda sunt.

Effringi multorū fores, reuelli claustra. Ci.I.V.211.b.

Horreū belli sub signo & claustris positum. Ci.ꝯ Rul.64.b. & 83.b. Corinthus erat posita in angustijs græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria penè contingeret.

Cum ego claustra ista nobilitatis refregissem. Cic.pro Mur.127.b. Omnes urbes maritimas claustris imperij nostri contineri. Ci.p Fla.152.a.

Clausula,læ. extrema cuiusq; rei pars clausula dici potest, præsertimq; membri in oratione & uersus, uerborum conclusio, exitus.

Ci.At.92.b. Clausula est difficilis in tradenda prouincia, sed hæc deus aliquis gubernabit.

Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumētum relictum est, utar ea clausula, qua soleo, teq; ad studium summæ laudis cohortabor. Ci.Ep.19.b.

Clausula edicti. Ci.I.V.154.b.

Veniamus aliquando ad clausulam, legatos uenire non credo. Ci.I.A.257.a. Addidisti clausulam, tota Taracina &c. Ci.ď Ora.132.a.

Pedem in clausula non solum extremum pedem, sed & proximum superiorem, sæpe etiam tertium intelligere debemus. Ci.Or.218.a.

Clausulas & interpunctta uerborum animę interclusio & angustię spiritus attulerunt. Ci.ď Or.159.b.

Clausulæ in orationibus interpunctę. Ci.ď Or.159.a.

Clausula numerose & iucunde cadens. Ci.Or.210.a.

Mimi ergo est etiam exitus non fabulę, in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus. Ci.p Cæl.51.b. Verborum quasi structura & quædam ad numerum conclusio nulla erat. Ci.ď Cla.167.b. & ibi. Sententia aptis constricta uerbis cadit plerunq; numerose. & ibi. Spiritu quasi necessitate aliqua uerborum comprehensio terminatur.

Clausus,a,um. reconditus, sub signo & claustris positus, X. patens, apertus, promptus, expositus.

Ci.p Quint.27.b. Quintius fatetur se non ornare magnifice conuiuium, non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atq; adeo expositam cupiditati & uoluptatibus. Nemo dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa nō potuerit sua consilia de Verre. Ci.I.V.261.a. & 243.b. Nullius domus clausa contra tuam cupiditatem potest esse. & 209.b. Statuerunt se nihil tam clausum neq; tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati aptissimū, prōptissimūq; esset. Atq; adhuc clausum mare scio fuisse. Cic.Q.Fr.312.a.

Clauus,ui. gubernaculum, cuneolus.

Ci.ď Sen.80.b. Ille autem clauum tenens sedet in puppi quietus &c. Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reip. tractare. Ci.p Quin.7.a.

Bn̄ficiū (ut dicit) trabali clauo figere. Ci.I.V.246.b.

Cleantes,tis. Ci.Acad.32.a. Cleantes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat.

Clemens,tis. lenis, mitis, mansuetus, misericors, humanus, liberalis. Ci.ď Fin.66.b. Et si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci.

Si clementes esse uoluerimus, nunq̃ deerunt bella ciuilia. Ci.At.274.a. & 106.a. Nec in cæde principū clementior hic erit quàm Sylla.

Clemens ab innocentia. Ci.p.S.R.32.b.

Clemens & misericors index. Ci.p Plan.265.b.

Clemens castigatio. Ci.Off.27.b.

Clementer. mansuete. X. dissolute.
Ci.I.V.239.a. Quod est factum clementer, dissolute factum criminari.
Clementer audire.Ci.Ante.197.a.
Clementia,tiæ. lenitas,benignitas,animi lenitas,humanitas,misericordia,moderatio animaduertendi,placabilitas,mansuetudo,bonitas.
Ci.d In.81.b.Clementia est per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.
Cæsarem non uoluntate aut natura non fuisse crudelē, sed qđ putaret populare esse clementiā. Ci.At.157.b. & .236.b.Clementiā Cæsari malo fuisse,qua si usus nō fuisset,nihil ei tale accidere potuisset.
Cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Ci.I.A.182.b. Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis.Ci.Q.Fr.294.b.
Clementia,lenitas,moderatio animaduertendi.Ci.Par.236.b.& At.234.b.
Clepo,pis. Ci.d Leg.174.a.Sacrum sacro'ue commēdatum qui clepserit,rapseritq; patricida esto.
Agnum Thyestes clepere ausus est.Ci.d.N.73.b.
Ignem Prometheus clepsit dolo &c.Ci.Tus.179.b.
Clepsydra,dræ. Ci.d Or.155.a. Non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.
Cliens,tis.qui in fide alicuius est. Ci.p S.R.34.b.Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris.
Quos clientes nemo habere uelit,non modo esse illarū cliens.Ci.I.A.180.b.
Clientela,læ. Ci.At.227.a.Scis q̄ diligam Siculos,& quām illam clientelam honestam iudicem.
Ianus Medius in L.Antonij clientela fit.Ci.I.A.208.a.
Conabaris clientelam tam illustrem tam splendidāq; prouinciæ ad te traducere.Ci.I.V.221.a.
Quare si te fautore usus erit,amplissime clientelas acceptas a maioribus confirmare poterit.Ci.Ep.227.a.
Pro hospitiis clientelisq; p̄uincialibus. Ci.I.C.123.b.
Esse in fide & clientela alicuius.Ci.p S.R.34.a.et.36.a.Conferre se in fidem & clientelam alicuius.
Clitella,læ. Ci.apud Quin.97.a.Ego quia albanas habeo columnas clitellis eas apportaui.
Clitellæ boui sunt impositæ,non est nostrum onus,sed feremus.Ci.At.76.a.prouerbium.
Clitellarius mulus.Ci.Top.223.b.
Cliuus,ui. collis. Ci.At.22.b.Cliuus capitolinus. & p Rab.97.a.& Postq̄.206.b.
Cloaca,cæ. Ci.p Cecin.191.b.Pretor qui de fossis & de cloacis interdicit. & p Sest.20.a.
Arcem facere ex cloaca.Ci.p Plan.279.b.
Cludo,dis.claudo. Ci.d.N.46.a.Mart terram litoribus cludit.
Clypeus,pei.scutum. Ci.d.Clypeos Lanuuij a muribus esse derosos. Epaminundas quæsiuit saluus ne esset clypeus,cum saluum esse &c.Ci.d Fin.85.a.
Coaceruatio,onis. Ci.Part.241.a.Frequentatione argumentorum & coaceruatione uniuersa motus animorum incitare.
Coaceruo,as.Ci.Part.233.a.Singula per se exigua sunt, mutuum tamen cum sunt coaceruata proficiunt.
Pecuniæ coguntur & coaceruantur.Ci.p̄ Rul.80.b.
Tantum quantum coaceruari una in domo potuit. Ci.p S.R.40.b. Videtis constitutam & coaceruatam pecuniam.Ci.p̄ Rul.63.a.
Et ne forte hominem existimetis hanc tantam uim emblematum sine causa coaceruare uoluisse,uidete etc.Ci.I.V.212.a.
Coacesco,scis. Ci.d Sen.91.a.Vt non omne uinum, sic non omnis ętas uetustate coacescit.
Coactio,onis. Ci.d Ar.257.a. Veruntamen nocturnis uigilijs & coactione hominum institium illud conceptū ac meditatum est.
Coactor,oris. Ci.p R.P.227.b.Non intelligo hoc quale sit,utrum accessionem pecuniæ,ut nostri coactores facere solent,centesima,an decessionem de summa fecerit.
Coactus,a,um.expressus. Ci.p Dom.231.b. Nunquā de me nisi coactus ac necessario dico.
Ergo hoc auspicium diuini quicquàm habere potest,qđ tam sit coactum & expressum.Ci.d.D.123.b.
Coactus.ctus. Ci.At.287.a.Quoniam efflagitas,coactu tuo scribam.
Coædificatus,a,um. Ci.Part.233.b. Loci coædificati, X.loci uasti.
Coæquo,as. Ci.I.V.168.a. Sic ad libidines tuas omnia coæquasti.
Coæuus,a,um. æqualis,cum aliquo ætate coniunctus.
Ci.In Vat.35.b. Nunquàm puer aut adolescens inter coæuos fuerat?
Cogitatio,onis. Ci.d.N.54.a. Anima calescit primū ab ipso spiritu,deinde cogitatione pulmonum.
Coagmentatio,onis. Ci.d Vn.197.b.Omnis coagmentatio corporis uel calore uel frigore,uel aliqua impulsione uehementi labefactatur.
Copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturę.Ci.d.N.49.b.et.6.a.
Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.
Coagmentatus,a,um.compactus, cōpositus.i.coagmento.
Quoniam nihil sit animis admixtum,nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.
Ci.Tus.163.a.
Coagmento,as. compono,coniungo,construo.
Ci.d Sen.92.a.Opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit,natura dissoluit.
Docebo ne coagmentari quidem posse pacem. Ci.I.A.212.a. Verba enim uerbis quasi coagmentare negligat.Ci.Or.204.a.
Verba compone & quasi coagmenta. Ci.d Cl.170.a.
Collocationis est componere & struere uerba sic ut ne asper eorum concursus ne'ue hiulcus sit, sed quadam modo coagmentatus & leuis.Ci.d Or.158.b.
Quid enim aut in natura,qua nihil est aptius nihil descriptius,aut in operibus manu factis, tam compositum, tamq; compactum & coagmentatum inueniri potest.
Ci.d Fin.108.b.
Coamicus. Ci.d Am.114.b.Hodie me ante omneis coamicos stultos senes,uersaris atq; luseris lautissime.
Coangusto,as.coarcto. Ci.d.L.190.b.Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coangustari etiam potest.

tus est huius totius mundi atq; naturæ, cœlum ut rotundum, terraq; ut media sit.

Cœlum hoc in quo nubes imbres uentiq; coguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ. Ci. Tus. 157. a. *Inde ad ipsum extremum & ultimum mundi est.* Ci. de D. 127. b.

Summus ille cœli stelliferi cursus. Ci. de Som. 129. a.

Cum cœlum discessisse uisum est, atq; in eo animaduersi globi. Ci. de D. 100. a. & ibi. b. *Cœlum discessisse.*

Cœlum ex omni parte patens atq; apertum intueri. Ci. de D. 80. b. *Stellæ errantes, quæ uersantur retro contrario motu atq; cœlum.* Ci. de Som. 128. b.

Quanquam multa manus ad cœli cærula templa, tendebam lachrymans. Ci. de D. 89. a.

Quem non modo foro sed cœlo hoc ac spiritu censoriæ leges carere noluerunt. Ci. p Rab. 93. a.

Potest'ne tibi huius uitæ hæc lux, Catilina, aut huius spiritus cœli esse iucundus? Ci. I. C. 200. a.

Cuius cœli aspiratio grauis ac pestilens est. Cic. de D. 107. b. & 99. b. *Apud Hetruscos propter aeris crassitudinem de cœlo multa fiunt.*

Vectigal cœlo ac loco clamitosum. Ci. 3 Rul. 81. a.

Cœlum crassum. X. cœlum tenue. Ci. de Fat. 141. a.

Cœli temperatio. i. aeris. Ci. de N. 28. b.

Natura loci ac cœli Syracusarum. Ci. I. V. 240. b.

Ducere etiam de cœlo. Ci. Or. 206. b. & p S. R. 30. a.

Cœli grauitas. Ci. At. 183. b. & ibi. a. *Grauitas loci.*

Summanus de cœlo ictus. Ci. de D. 83. b.

L. Fusius cuicumq; particulæ cœli officeretur, immutata lumina putabat. Ci. de Or. 99. b.

Pompeium omnes sicut aliquem nõ ex hac urbe missum sed de cœlo lapsum intuentur. Ci. p Pom. 11. b.

E cœlo diuinum hominem esse i prouinciam delapsum. Ci. Q. Fr. 291. a. *Salaminij nos in cœlum decretis suis sustulerunt.* Ci. At. 91. b.

Cæsar in cœlum fertur. Ci. I. A. 192. b.

Si uero ea, quæ de me pacta sunt, non seruantur, in cœlo sum. Ci. At. 28. b. & 35. a. *Bibulus hominum admiratione ac beneuolentia in cœlo est.* & 34. a.

Omnia illa, quæ tuis literis in cœlum ferebas è uinitera fuerunt. Ci. At. 99. a.

Collegam de cœlo detraxisti. Ci. I. A. 180. b.

Seruare de cœlo. Ci. At. 31. b. & p Dom. 221. a.

Milo proscripsit se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum. Ci. At. 56. b.

Qđ eo die scires de cœlo esse seruatũ. Ci. In Vat. 32. a.

Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat, cœli palatum (ut ait Ennius) non suspexit. Ci. de N. 35. b.

Attingere cœlum digito. Ci. At. 22. b.

Vetus opinio exectum esse Cœlũ a filio Saturno. Cic. de N. 38. a. & 63. a. *Æther & dies parentes Cœli.*

Coemo, mis. *coemptionem facio.* Ci. I. V. 231. a. *Non modo non uendebant, sed etiam coemebant.*

Sylla omnia bona coemit. Ci. Ep. 254. b. & 105. b.

Coemptio, onis. Ci. p Mur. 130. a. *Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorũ causa reperti sunt.* & ibi. *Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari.*

In manu inquit conuenerat, sed quæro, usu? coemptione? Ci. p Fla. 161. a. *Mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam defendere.* Ci. de Or. 105. b.

Cœna, næ. Ci. Q. Fr. 321. a. *Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam cum Pomponia foris cœnaret.*

Est enim dictum ab illis, fere qui dicerent, uxores suas redeũtes a cœna attrectatas eẽ a Cęlio. Ci. p Cęl. 41. b

Non illum redeuntem a cœna uidetis? Ci. p S. R. 35. a.

Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? Cic. I. V. 86. a. *Puerum uocauit, credo cui cœnam imperaret.* Ci. p S. R. 18. a. *Cum te uomere post cœnam uelle dixisses.* Ci. p Deio. 147. b.

Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant, quod erit magnificum sit & lautum. Ci. Ep. 136. b.

Vocare aliquem ad cœnam. Ci. At. 94. a.

Dare cœnam alicui. Ci. Ep. 139. a. & I. V. 211. a.

Παρεῖναι δὲ καὶ ἄριστον ἢ δεῖπνον. Plut. 248. a.

Δεῖπνον ἀφελεῖ, καὶ ἄριστον ἄνευ. Plut. 148. b.

Cœnaculum, li. *triclinium, conclaue.*

Ci. 3 Rul. 85. b. *Roma cœnaculis sublata atq; suspensa.*

Cœnito, as. Ci. Ep. 102. b. *Ego si foris cœnitarem, Cnæ Octauio familiari tuo non defuissem.*

Cœno, as. Ci. de In. 63. b. *Qui cum in quandam cauponam diuertissent, simul cœnare & in eodem loco somnum capere uoluerunt, cœnati discubuerunt ibidem.*

Qui ut cœnati quiescerent, uisum esse ei, qui &c. Cic. de D. 91. b. *Cœnantibus nobis & noctu quidem Statius a te epistolam breuem tulit.*

Cum Cæsar secundis saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset, uilla ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cęsar eẽt, uacaret. C. At. 221. b.

Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. Ci. Ep. 3. b. & At. 250. a. *Apud Pompeium in eius nuptijs eram cœnaturus.* Ci. Q. Fr. 309. a.

At eodem te cum cœnauisses, rediturum dixeras. Ci. p Deio. 147. a. *Quis unquã in funere familiari cœnauit cum toga pulla.* Ci. In Vat. 35. a.

Manus laua inquit & cœna. Ci. de Or. 131. b.

Cœnare foris. Ci. Q. Fr. 321. a.

Cœnula, læ. Ci. Ep. 141. b. *Vereor ne obliuiscare cœnulas facere.*

Cœnum, ni. Ci. p Dom. 211. a. *O cœnum, o portẽtum.*

Stoici dicunt omnes stultos insanire ut male olere omne cœnum. Ci. Tus. 210. b.

Habeo, quẽ opponã labi illi atq; cœno. Cic. p Sest. 7. a.

Pompeius oblitus cœno. Ci. At. 36. a.

Coeo, is. *coniungor, congregor, coitionem facio, consto, conuenio, congredior.*

Ci. At. 15. b. *Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cũ hoc se putat posse coniungi.*

Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquã coisses aut nunquã diremisses. Ci. I. A. 165. a.

Cum hoc coire ausus est? Ci. Post. 107. b.

Coire societatem uoluntariam cum aliquo. Ci. p Quin. 14. a. & p S. R. 21. b. *Pinna cum Squilla societatem coit comparandi cibi.* Ci. de N. 50. b.

Coire societatem præmij uel sceleris cum aliquo. Cic. p S. R. 34. b.

Coire societatē cū aliquo de aliqua re.Ci.p.S.R.32.b
Conflare societatem.l.societas.
Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. Ci.At. 103.a. Collegia me diusfidius Tribunorum plebis tota reperientur &c.quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis.Ci.p Dom.222.b.
Dixi habito statim de eo,qui coisset, quo quis condemnaretur,illum esse liberum.Ci.p Clu.48.
Qui eorum coit,coierit,conuenit,conuenerit &c. Ci.p Clu.49.a.
Cœpi,sti. instituo, suscipio. Ci.p.R.P.123.b.Vt magis pœniteret cœpisse q̄ liceret desistere.
Gaietā si quando abūdare cœpero ornabo.Ci.At.3.a.
Qua in urbe primum literis oratio est cœpta mandari. Cice.de Cla.167.a.
Si latro rursus ī Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.Ci.Ep.153.a.
Ipse me Cæsar ad pacem hortatur, sed antiquiores literæ q̄ ruere cœpit.Ci.At.115.b.
Nunc de rep.consuli cœpti sumus.Ci.I.C.109.a.
Neq; se ante causas amicorum tractare cœpisse,q̄ ius ciuile didicisset.Ci.đ Or.99.a.
Ne' ne inde nauis incohandæ cœpisset exordium.Cic. đ Fat.147.b.
Perge ut instituisti.Ci.đ Or.119.b.i.cœpisti.
Cœpto,as.Ci.In Arat.
Cœptus,a,um. institutus,susceptus. Ci.đ Or.98.b.Ante petitam esse pecuniam q̄ esset cœpta deberi.
Cœptus,tus.incœptum. Ci.đ Fin.115.b.Atq; ipsa institutio hominis si loqueretur,hæc diceret,primos suos quasi cœptus appetendi fuisse ut se conseruaret in ea natura in qua ortus esset.
Coerceo,ces. contineo,comprimo,reprimo,domo. Ci.đ.N.37.a.Mundus omnia complexu suo coercet et continet. Restat ultimus & omnia cingens & coercens cœli complexus.Ci.đ.N.46.a.
Fluuiū extra ripas diffluētē coercere.Ci. đ Cl.194.b.
Appius turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret.Ci.At.81.b.&.286.b.Ego uero is sum qui non modo non supplicem,sed etiam coerceam postulantes,ut sibi supplicetur.
Iis,qui ui oppressos coercent, sit sanè adhibenda sæuitia.Ci.Off.37.b. Qui autem moderatius id uolūt fieri,difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri reprimiq; non potest.Ci. đ Fin.49.b. Hoc præcipitur ut ratio coerceat temeritatem.Cic.Tus.125.b. A progressu coercuit,a reditu refrenauit.Ci.I.A.231.a.
Cū enim fertur quasi torrens oratio, q̄uis multa cuiusq; modi rapiat,nihil tamen teneas,nihil apprehēdas,nusq̄ orationem rapidam coerceas.Ci.đ Fin.64.b.
Pudicitia non infamiæ metu coercetur, sed sanctitate sua se tuetur.Ci.đ Fin.80.a.
Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiam coheretur.Ci.Acad.17.a.
Coercere aliquem ablatis pignoribus.Ci.đ Or.143.a.
Resecare libidinem,coercere iuuentutem.Ci.At.16.a.
Eos morte,exilio,uinculis,dāno coercent.Ci.Off.56.b.
Coercere improbitatem.Ci.I.V.195.a.
Coercere cupiditates.Ci.đ Or.101.a.
Coercere aquam.Ci.Top.224.a.i.arcere.
Cœruleus,a,um. Ci.đ.N.17.b.Cæsios oculos Mineruæ,cœruleos esse Neptuni.
Cœrulea Pistrix.Ci.In Arat.
Cœtus,tus.concilium. Ci.đ Sen.94.b.Cum in illud animorum concilium cœtumq; proficiscar.
Opiniones,quæ in senatu,quæ apud populū, quæ in oī cœtu concilioq; sint proferendæ.Ci.đ Fi.8.a.
Concilia & cœtus hominū iure sociati.Ci.đ Sō.127.b.
Ea pars,quo tanq̄ in unam uoraginem cœtus omniū uitiorum excesserat.Ci.In Sal.274.b.
Oēsq; Dij,q solēnes cœtus ludorū initis.Ci.I.V.274.a.
Dicendo tenere hominum cœtus.Ci.đ Or.87.b.et.130 a.In hoc tali cœtu & tam accurato sermone.
Valde autem est absurdum ei concionem aut senatum aut ullum cœtum hoīum committere,cui &c. Ci.đ Or. 149.a. Cœtus matronarum.Ci.đ Fin.66.a.b.
Cœtus nefarij.Ci.I.C.98.b.
Dimittere cœtum.Ci.I.C.99.a.cœtu nostro dimisso.
Cogitate. Ci.p Arch.189.a.Accurate cogitateq; scribere aliquid.
Cogitatio,onis. mens,mentis sensus,mentis agitatio,animus,motus animi, sensus,intimus sensus, reconditus sensus,meditatio,cōmētatio,[illegible],intimus sermo,cura. Ci.At.159.a.Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis. Obsecro te Cicero suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ uirtutis, ut &c. Cic. At.133.a. &.147.b. Quamobrem a te peto,ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. In ea cogitatione curaq; uersor,ut odorer &c.Ci.đ Or.125.b.
Hæc me species cogitatioq; perturbat.Ci.At.236.b.
Attende enim paulisper & cogitationem sobrij ad punctum temporis suscipe.Ci.I.A.166.a.
Num illi cogitationem ullam habuisse uidentur aut animi ad auaritiam? aut &c.Ci.Parad.117.b.
Qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamq; contemptam.Ci.đ Am.102.a.
Cōplexus sum cogitatione te absentē.Ci.Ep.43.b.
Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit.Ci.đ Or.144.a. & ibi.Cum eum in cogitatione defixum esse sensisset.
De his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis.Cic. At,141.a.&.235.b.Quæris ut suscipiam cogitationē, quidnam istis agendum putem.&.147.b.Spe tamē deducebar ad eam cogitationem,ut arbitrarer &c.
Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes.Ci.ꝯ Rul.67.a.66.b.
Cicero tuus nunq̄ uidetur dimittere cogitationem, cuius sit filius.Ci.Bru.90.D.
Subitam orationem commentatio et cogitatio facile uincit.Ci.đ Or.97.a. Qui motus cogitationis celeriter agitatus,per seipse delectat.Ci.Or.209.a.
Peterem ueniam ex intimis uestris cogitationibus et ex humanitate communi.Ci.p Syl.179.b.
Quapropter a natura mihi uidetur potius q̄ ab indi-

gentia

gentia orta amicitia, applicatione magis animi cũ quodam sensu amandi, ꝙ cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Ci. de Am. 101. a.

Multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. Ci. de Or. 103. b. & 120. b. *Neq; quoties uerbum aliquod est scribendum nobis toties eius uerbi literæ sunt cogitatione perquirendæ.*

Mens nostra quid uis cogitatione potest depingere. Ci. de. N. 9. b.

Cogitatio quamuis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Ad Her. 21. a.

Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutos ut non probes, Antonios probes? Ci.

Sic enim dicebas speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, nec eandem ad numerum permanere, eamq; esse eius uisionem ut similitudine & transitione cernatur, neq; deficiat unquàm ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoq; fieri ut in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam & sempiternam putet. Ci. de. N. 21. a.

Fingite animis, libere enim sunt cogitationes nostræ, et quæ uolunt sic intuent, ut ea cernimus, quę uidemus, fingite igit cogitatione imaginẽ &c. Ci. ꝑ Mil. 116. b.

Vidi simul cum populo Rom. forum adornatum ad speciem magnifico ornatu ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. Ci. I. V. 87. b.

Cogitatio in uero exquirendo maxime uersat. Ci. Off. 26. b. & 53. a. *Nos tantum roboris non habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur.* & 5. a. *Oĩs autem cogitatio motusq; animi aut in studijs scientię cognitionisq; uersabitur, aut &c.*

Quidam nequeunt qualis animus sit uacans corpore intelligere et cogitatione comprehẽdere. Ci. Tus. 158. a.

Sed uestrum est iudices omnia quę dici possunt, in hominum leuitatem etc. etiam si a me minus dicuntur, uestris aĩs et cogitatione cõprehẽdere. Ci. ꝑ Fla. 160. a.

Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ęgrotatione seiungere. Ci. Tus. 215. a. et. 186. b. *Sermoq; intimus, cum ipse secum, atque turpe quicquã.*

Omnia, quę nobismet ipsis cogitatione fingere possumus. Ci. de. N. 69. b.

Vt ea dclarẽt, quę cogitatiõe dpĩgimus. Ci. Acu. 13. a.

Quoties in eam cogitationem necesse est ut tu ueneris, et nos sæpe incidimus. Ci. Ep. 50. a.

Quod ne in cogitationem quidem cadit. Ci. d. N. 6. a.

Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset. Ci. At. 101. a.

Quocũq; te aio et cogitatõe cõuerteris. C. d Or. 85. b.

Audite literas et uestram memoriam ad timoris pręteriti cogitationem excitate. Ci. ꝑ Sest. 5. a.

Cogitatum, ti. Ci. ꝯ Rul. 61. a. *Hęc non cogitata sapientum sed optata furiosorum uidentur.*

Cogitata mentis pręclare eloqui. Ci. de Cla. 188. a.

Cogitatus, a, um. meditatus. Ci. I. A. 176. a. *Attuleras domo meditatum et cogitatum scelus.*

In posterum inquit diem distulit, ut cum in castellũ Luceium uentum esset, ibi cogitata perficeret. Ci. ꝑ Deio. 147. b.

Cogito, as. meditor, commentor, contemplor, mente contrecto, mente complector, cogitatione complector, animo agito, mente, agito mecum quęro, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitationem alicuius rei habeo, omnem meam curam defigo in aliqua re, animo et cogitatione comprehendo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemq; in reip. salute configo, memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoq; lustro, ante oculos meos propono, speciẽ alicuius rei cogitatione ꝑcipio, is cœpit in eiusmodi mente et cogitatiane uersari, nihil eẽ etc. cognitionẽ alicuius rei capio, uersant in aĩo meo multæ et graues cogitationes, cogitationẽ suscipio, ad omnem malitiam et fraudẽ uersare mentem suam hæc cogitans cœpit demũ ne etc. Ci. d Or. 104. a. *Sagaciter ꝑuestigare quod sui ciues, ijq; qui audiunt, cogitent, sentiant, opinẽtur, expectent.*

Hæc ego repeto & dies & noctes cogito. Ci. ꝑ Deio. 151. a. *Nihil in his locis nisi montes & saxa cogitabam.* Ci. de. L. 169. a.

Vos sæpius eandem rem animis agitare & diutius uno de teste cogitare potestis? Ci. ꝑ Font. 170. b.

Vos tamen id potestis cum animis uestris cogitare. Ci. ꝯ Rul. 78. b.

Nam illo loco libenter soleo uti, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo, aut lego. Ci. d. L. 169. a.

Nulla species cogitari potest nisi pulsu imaginũ. Ci. de D. 136. b. *Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit.* Ci. ꝑ Mil. 112. a.

Ad hæc igit cogita uel potius excogita. Ci. At. 139. a.

Et quicquid de sua re cogitarit in medium proferat. Ci. de Or. 118. a.

Longius quàm uitæ termini postulant, spe atq; animo de se & gloria sua cogitare. Ci. ꝑ Rab. 96. b.

Is uisus est mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. Ci. Ep. 6. b.

Sed eos hoc moneo desinant furere, & proscriptiones & dictaturas cogitare. Ci. I. C. 108. a.

De hortis toto pectore cogitemus. Ci. At. 207. b.

Ad ferendum dolorem placide & sedate, plurimũ proficit, toto pectore, ut dicitur, cogitare, quàm id honestum sit. Ci. Tus. 187. b.

Cœpi egomet mecum sic cogitare, Hem nos homunculi &c. Ci. Ep. 50. a.

Docto & erudito hoĩ uiuere ẽ cogitare. Ci. Tus. 349. b. *Si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius cũ tuo iter mihi aduolabit ad pectus.* Ci. Ep. 153. a.

Sed mehercule si humaniter & sapiẽter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profecto ꝑhebis. Ci. At. 218. b. *Nihil enim agens ne cogitari quidem potest, quale sit.* Ci. Acad. 10. b.

Ludi Antij futuri sunt pridie Non. eos Tullia spectare uult, inde cogito in Tusculanum. Ci. At. 17. a.

Quæris ut suscipiam cogitationem, quidnam tibi agẽdum putem. consilia temporum sunt. Ci. At. 235. b.

Mihi est in animo proficisci XI. Calẽ. Ci. At. 106. b. & 134. b. *M. Lepidus cras cogitat. i. discedere.*

Cognatio, onis. agnatio. Ci. I. V. 116. b. *Segestani cogna*

tione se cum populo Romano coniūctos esse arbitrantur. Deorum cognationem libenter agnoscerem. Ci.de N. 19.a. L.Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus.Ci.de Fin.114.a.

Cognatione,quibus maioribus, quibus consanguineis. Ci.de In.50.a.

An potest cognatio ulla propior esse quàm patriae. Ci.I.A.195.b.

Quae cognatio studiorum & artium non minus est cō iuncta quàm illa naturae.Ci.I.V.119.a.

Haec uero qua cum somnijs naturali cognatione iungū tur.Ci.de D.137.b.

Cognationes,affinitates,&c.Ci.de Or.118.a.

Et tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras,cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs,post uicinitatibus cum ciuibus. Cic. de Fin.140.b.

Cincius nunquam sibi cognationem cum praedijs eē exi stimauit suis.Ci.p Syl.178.b.

Pro cognatione quae mihi tecum est. Ci.At.201.b.

Animus,qui deorū cognatione teneat. Ci.de D.94.a.

Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo.Ci.Or.125.a.

Cum rerum autem natura quam cognationem habent Ci.de.D.115.b.

Cognatio materna transalpini generis. Cic.post quā 207.b.

Distantium rerum cognatio naturalis.Ci.de.D.115.b. & ibi.Cognatio naturae & quasi concentus atq; consen sus,quam συμπάθειαν graeci appellant.

Naturam quasi cognatione continuatam conspirare. Ci.de.N.65.a.

Propinqua cognatio.Ci.p Lig.138.a.

Tulit hoc commune dedecus iam familiae, cognationis, nominis,grauiter filius.Ci.p Clu.10.b.

Cognatus,a,um.sanguine coniunctus, habens cognatio nem cum aliquo, qui alicuius cognatione tenetur, affi nis.Ci.post q̄.199.a.Pro reditu P.Pōpilij multi cogna ti & affines deprecati sunt.

Propīqui cognatiq; optie cōuenientes. Ci.p.S.R.34.b.

Nihil est tam cognatum mentibus nostris quàm nume ri atq; uoces.Ci.de Or.161.a.

Amici cognatiq; illius.Ci.p Cecin.287.b.

Incidissemus etiam in illos,in eis in cognatum tuum. Ci.At.113.b.

Formam autem & maxime sibi cognatam & decoram dedit.Ci.de Vn.198.a.

Cognitio,onis.agnitio,intelligentia,inspectio, cura,pru dentia,notio,iudicium,scientia,indicatio.Ci.Top.226. b.Causarum cognitio cognitionem euentorum facit.

Nam quae corporis sunt ea cognitionem habent facilio rem.Ci.de Fin.132.b.

Vt homines deorum cognitionem coelum intuentes ca pere possent.Ci.de.N.54.a.

Cognitionem iuris magnam ac difficilē esse. Ci.de Or. 100.a.et ibi.Nullius mihi artis facilior cognitio uidet. Nam aut cognitio rei scientiaq; perquiritur, aut &c. Ci.de Or.153.a.

Natura hominis,in qua sit mirabilis quaedam uis ratio nis & cognitionis & scientiae.Ci.de Fin.132.b.

Vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem ue ritatis an innocentiae labem aliquam aut ruinā fore pu tatis?Ci.p Flac.151.a.

Quae lex earum rerum, quas Caesar egisset, magnam consulibus cognitionem dedit. Ci. At.263.b.& ibi. Coss.quorum & lege & S.C.cognitio et indiciū fuit

Nam ipse quidem res in perfacili cognitione uersan tur.Ci.Or.208.a.

Cognitio rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene beateq; uiuendum necessaria est.Ci.Off.3.b.

Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & poenam sine prouocatione &c. Ci.5 Rul.72.b.

Ipse enim leges te e cognitione sua iudicio publico re pulerunt.Ci.p Cor.61.a.

Cognitio contemplatioq; naturae,&c.Ci.Off.31.a.

Cū dies cognitionis eēt.i.iudicationis.Ci.de Cl.172.a.

Quae contuens animus accipit ob his cognitionem deo rum. Ci.de.N.57.a.

Cognitor,oris.qui cognoscit, qui alium in iure defendit, procurator.Ci.p.Q.R.51.a.Tu.Q.Roscium pro ope re & labore quod cognitor fuisset, quod uadimonia obisset,rogasti ut &c.

Nemo alteri petit,nisi qui cognitor est factus. Ci.p Q.R.51.a.&.50.a.In hanc rem me cognitorem dedi sti.&.54.a.Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. & ibi.Quoniam tuus cognitor non est factus.

Cum in me cognitorem harum omnium rerum illo flā ma conijcie bant. Ci.de Ar.254.b.i.qui cognoscebant.

Homines tenues ademit ad ea loca, quae nunquam an tea uiderūt,ubi neq; noti esse ijs,quo uenerunt, neq; sem per cum cognitoribus esse possunt. Ci.I.V.170.a.& ibi.Cognitorem locupletem dare.

Ciuem Romanum,qui cognitores homines honestos da ret sublatum esse in crucem.Ci.I.V.78.b.

Videte porrò aliam dementiam, cognitorem ascribit Sthenio,quem:cognatum aut propinquum non &c. Ci.I.V.129.b.&.130.a. Sthenius inuenire neminem Siculum potuit,qui pro se cognitor fieret. & ibi. Cedò cui Siculo,cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor unquàm factus fuit & ibi. At credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit, eligere è ciuium Rom. numero, quem cognitorem daret.

Maior annis LX.& cui morbus causa est, cognitorem det.Ad Her.10.a.

Qui per se litigat.X.Qui cognitorem dat.

Cognitus,a,um.spectatus,perceptus, comprehensus, com pertus,perspectus,indicatus. Ci.p Mur.129.b. Veriti sunt ne dierum ratione peruulgata & cognita sine sua opera lege posset agi.

Incognita pro cognitis habere.Ci.Off.4.a.

Re perspecta & cognita.Ci.Ep.6.a.

Satis mihi uidebar habere cognitum Scaeuolam ex ijs rebus,quas &c.Ci.de Cla.177.b.

Homo uirtute cognita & spectata fide amplissimus. Ci.p Cecin.301.a.

Artem cognitis penitusq; perspectis rebus contineri. Ci.de

Ci.de Or.92.b.

*Hamo in utraque fortuna cognitus, multis signis & uirtutis & humanitatis.*Ci .p Cecin.301.a.

Cladij animum perspectum habeo, cognitum, indicatũ. Ci.Bru.91.D.

*Res penitus perspectæ planéque cognita.*Ci.d Or.94.a.

Ex me illud est, quod te nolim habere cognitũ. Ci.Br.

An uero quisquam potest probare quod perceptum, quod comprehensum, quod cognitum non habet? Cice. de Fin.142.b.

*Vt aliquando de rebus ab isto cognitis indicatisque et de indicijs datis dicere desistamus.*Ci.I.V.232.a.

Cognomen,nis.cognomentum.Ci.d Am.96.b. *Cato qua si cognomen iam habebat in senectute sapientis.*

*T.Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit.*Ci.Off.75.a.

Neque Torquatus, qui hoc primus cognomen inuenerit. Ci.de Fin.53.b.

*Duo isti Roscij, quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest magnus nocatur.*Ci.p.S.R.21.a.

*P.Crassus cum cognomine diues, tũ copijs.*Ci.Of.45.a.

*Noster amicus magnus, cuius cognomen una cum Crassi diuitis cognomine consenescit.*Ci.At.30.a.

*Quid tu inquit parete (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus aliorum delegerat, ne si se ligurem fecisset, nationis magis suæ q̃ generis uti cognomine uideretur)*Ci.p Clu.32.b.

Quã laudem ille Africæ oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Ci.p Mur.131.b.

*Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hæreditarium.*Ci.de Som.127.a.

Bombalio, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex Ignominia traxerit. Ci.I.A. 186.b.& 207.b. *Hinc enim puto Trebellium sumpsisse cognomen.*

*Nomen autem cum dicimus cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet.*Ci.de In.65.a.

Cognomen, quod pro certo nomine collocamus. Ad Heren.34.a.

Cognomentum,ti.cognomen.Ci.p Mil.110.b.C.Cassinius cognomento Scbala.

Vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur. Ci.de Fin.67.a.

*Demetrius, q phalereus nocitatus ẽ.*Ci.p.R.P.116.a.

Cognominatus,a,um. Ci.Part.234.b. *Verba ponenda sunt quæ uim habeant illustrãdi nec ab usu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata &c.*

Cognoscens,tis.Ad Her.29.b.*Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, cum commodum & sui cognoscentem uidere in potestate quis speret?*

Cognosco,scis.nosco,agnosco,pcipio,attẽdo,disco, exaudio, aduerto, cognitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notum est, perspectum mihi est, cerno, rationem habeo, notitiam alicuius rei habeo, cognitionem capio. Ci.de Or.104.a. *Nihil certum sciri, nihil planè cognosci, ac percipi posse.*& 102.a. *Studium cognoscendæ percipiendæque uirtutis.* & 96.b. *Etiam illa cognoram & acceperam, conciliandos esse &c.*

Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces. Ci.Ep.8.b.

Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. Ci.At. 82.b. *Quæ hic agantur, quæque acta sint, ea te ex literis multorum & nuntijs cognoscere arbitror.* Ci.Ep. 5.a.& 48.b. *De Marcelli salute paulo ante quàm tu cognouimus.* & 161.b. *De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognoscere ex litteris tuorum.*

*De me Imperatore scribis te ex Philotimi litteris cognouisse.*Ci.At.86.b.

*Adsint, animaduertant, cognoscant.*Ci.d.N.4.b.

Quem tu cum Ephebum Tenui cognosses, quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse uoluisti. Cice.p Flac.157.a.

Vt cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscãt Ci.Ep.69.a.

*Id adeo non tam ex re quàm ex istius decretis cognosco.*Ci.I.V.237.a.

Bene enim tibi cognitus sum. Ci.At.152.a.

*Facillime autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes uiros bene consulentes reip. contulerunt.*Ci.Off.42.b.

Τοῦ δὲ γνῶθι σεαυτὸν non solum ad arrogantiam minuendã esse dictũ, sed etiam, ut bona nostra norimus. Cice.Q. Fr.326.b.

*Idque, quoniam Philotimum habes perfice & cognosce rationem.*Ci.At.70.b.

Consulibus & lege et S.C. permissum erat ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent iudicarent.

Causam Verres cognoscebat, Verres indicabat. Ci.I. V.113.b.

Aratus adhibuit sibi in cõcilium quindecim principes, cum quibus causas cognosceret. Ci.Off.50.b.

*Vt consules cognoscant, qui ager calanus sit, qui contra etc.*Ci.I.A.204.b.

Hoc primum præcipiemus, quascunque causas erit acturus, ut eas diligenter penitusque cognoscat. Cice.de Or. 117.b.

*Vt cõsules rationem agri habeant, qui sine iniuria priuatorum diuidi possit.*Ci.I.A.205.a.

*P.Crassus domi ius ciuile cognouit.*Ci. de Cla. 137. b.a.i.didicit.

Rerum omnium naturam penitus perspicere. Cice.de Or.103.b.

Cogo,gis.unum facio, una adhibeo, una affero, necessitatẽ affero, exprimo, coacerno, congrego, compello, conuoca, conduco, concludo.Ci.Off.62.b.*Diagenes, contra, num te emere coegit? qui ne hortatus quidem est?* *Vim hoc quidem est afferre, quid enim refert qua me ratione cogatis? cogitis certe.* Ci.d Am.101.a.

Quorum utrum minus uelim non facile possum existimare, sed si res coget, est quiddã tertium. Ci.Ep.5.a.

Plato hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere. Ci.d L.172.a.et.171. a.*Mens omnia ratione aut cogentis aut uetãtis dei.*

Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. Ci.p Do. 240.b. Cum frumentum imperarem, cum stipendiũ cogerẽ. Ci.I.V.90.b.et.111.a. Iste nauem maximam, Messanæ publice coactis operis ædificauit.

Quid erat causæ cur in Senatum heri tam acerbe cogeret? Ci.I.A.355.a.

Etiam si hominum studia deficiant, Dij ipsi, &c. cogẽt ab his uirtutibus uitia superari. Ci.I.C.110.a.

Vt equites Scoptio ad pecuniam cogẽdõ darẽ. Ci At. 91.b. Vi & necessario sumus in portum coacti. Ci. de In.74.b.

Qui me ex constituto spatio in semihoræ curriculum coegisti. Ci.p Rob.91.b.

Crassus pollicitus est se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum & ad artem facile redacturum. Ci.ď Or.121.b. &.100.b. Interea dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, licet &c.

Itaq; non amplius XIIII. cohortes Nuceriam coegi. Ci.At.130.b.

Coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati. Ci.p Cecin.296.a.

Quæ si copiæ in unum locum coactæ fuerint, hærebis. Ci.At.130.b.&.129.b. Vt reliquæ copiæ omnes Brũdusium cogerentur.

Neminem coegeris, ipsi conuenerint sua sponte. Ci.p Cecin.296.a.&.291.a. Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere, armare, instruere. &.190.a. Cogere homines armatos.

Nec duces simus nec agmen cogamus. Ci.At.243.a.

Sed omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisq; cõmodissime percipere uidebatur, excerpsimus. Ci.ď In.61.b. & ibi. Tum Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locum conduxerunt.

Recordare cætero, quàm cito Senatum coegerim. Ci. Ep.60.a.

Cato in ipsa curia solebat legere, dum Senatus cogeretur. Ci.de Fin.91.a.b.

Marcellus, me rogauit, ut cogerem medicos, coegi, & è uestigio eo sum profectus. Ci.Ep.56.a.

Ait enim dum Gabinio pecuniam Posthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse. Ci.p R.P.127.b.

Cogere pecuniã a ciuitatibus. Ci.I.V.286.b.&.187.a. Cogere stipem. Ci.de.L.174.a.

Aer extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. Ci.de.N.46.a.

Multa sunt ex quibus effici cogiq; possit, nihil esse &c. Ci.de.N.66.a.i.concludi, et conuinci.

Ex quibus id quod uolumus efficitur et cogitur. Ci.de L.176.a.

Hic complexio est infirma, aliud enim quàm cogebatur illatum est. Ci.de In.58.b.

Hoc cogere uolebat, falsas literas esse. Ci.Bru.91.b.

Coërcitius, rij. Ci.de.L.186.a. At si quid erit quod extra magistratus coërcitio æsuffit, qui coërcet populus creato, eiq; ius coërcendi dato. In cod. Germ.

Coërcentio, tiæ. Ci.de.N.57. Hæc omnia ad mundi coërcentiam pertinent.

Cohæreo, res. cohæresco. Ci.Or.210.b. Vt inter se quàm aptissime cohæreant extrema cum primis.

Res si minus ueræ, tamen aptæ inter se et cohærentes. Ci.de.N.60.a.

Neq; enim materia cohærere potuisset, si nulla ui contineretur. Ci.Acad.43.b.

Omnis natura cohærens et continuata cum suis partibus. Ci.Acad.44.a.b.

Mundus ita apte cohæret, ut dissolui nullo modo possit. Ci.de Vn.197.b.

Namq; alia quibus cohærent homines è mortali genere sumpserunt. Ci.de.L.160.b.

Qui primum hæc naturæ cohærentia opinione distraxisset. Ci.Off.54.b.

Membrum cohærens cum omni corpore. Cice.de Or. 138.b.

Cohærere cum aliquo. Cice.de In. 46.b.et.58.a. Ad Her.3.a.

Quicquid antecedit quanq; rem, id cohæret cum re necessario, quicquid repugnat, id eiusmodi est, ut cohærere nunquam possit. Ci.Top.225.a.

Sermo familiaris non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur. Ci.p Cecin.295.a.

Hęc ratio pecuniarum etc. implicita est cum illis Asiaticis et cohęret. Ci.p Pom.7.a.

Etenim hęc uix innixo in omnium uestrum humeris cohęrebunt. Ci.de Ar.258.a.

In quo non modo crimen non hærebat, sed uix diserti adolescentis cohærebat oratio. Ci.p Cæl.40.b.

Illud dico, ea quæ dicat, præclare inter se cohærere.

Is sese quotidianis commentationibus exercebat. Ci.de Or.187.b.& 119.a.Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. In exercitationibus commentationibusque multum operæ ponere.Ci.de Cla.174.a.
Subitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ ac meditatæ commentationes multi sudoris sunt. Ci.de Or.107.b. Tota enim philosophorum uita, ut ait idē commentatio mortis est.Ci.Tus.164.a.
De exercitatione et cõsuetudine et cõmentatione dixi, apage sis, nūc de ratione uideamus.Ci.Tus.184.a. & 183.b.Tantū exercitatio, meditatio, consuetudo ualet.
Commentitius, a, ū. fictus.Ci.p.S.R.25.a.Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat.
Commentitiæ futilesque sententiæ.Ci.de N.5.b.et.40.a.
Commentitij & ficti Dei.
Ficta & commentitia fabula.Ci.Off.59.a.
Nomina partim noua & commentitia, partim idem significantia.Ci.de Fin.146.a.
Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit.Ci.de N.7.b. & .22.a. Omnem talem conformationem animi philosophi motum inanem uocant.
Commentor, aris. meditor, cogito, cõsidero, mecū meditor. Cic.At.58.b. Veruntamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem.
Iā accedunt consules multos iam menses de populi rom. libertate commentati atque meditati.Ci.I.A.190.b.
Sin autem aliquid sperare uolueras, cogitaras id, quod illa trophæa plena dedecoris & risus te commentatum esse declarant.Ci.I.P.100.b.
Si me occupationibus relaxaro (nam ut planè exoluam non postulo, & ipsum quidem multos annos nihil aliud commentor) docebo &c.Ci.Ep.95.b.
Nam qui hæc audita a docto meminissem uiro, futuras mecum commentabar miserias.Ci.Tus.196.b.
Hortensius tanta memoria fuit ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem redderet. Cic.de Cla.193.a. Magi congregantur in Fano commentandi causa atque inter se colloquendi.Ci.de D.99.a.
Cum in hortos D.Bruti commentandi causa (ut assolet) uenissemus.Ci.de Am.96.b.
Ad quem paratus uenerat, cum in uilla Metelli complures dies commentatus esset.Ci.Ep.184.a.& ibi. Quæ autem in lustris & in uino commentatio potuit esse?
Animaduertuntque ea, quæ domi fiunt, curiosius, incipiuntque commentari aliquid & discere. Ci.de Fin.135.a.
Vt ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.Ci.Ep.52.a.
Magister hic somnium summa iam senectute est, & quotidie commentatur.Ci.de Or.150.b.
Quorum alter commentatus est Minos, alter egit tragœdiam.Ci.I.A.133.a.
Quæ nihil iste uisus est ex alia oratione declamare, quō in alium reum commentaretur.Ci.p.Q.R.32.a.
Sīc eas meas commentari non desino.Ci.At.142.b.
Commentor declamitans cum aliquo quotidie. Cic.de Cla.194.b.& .172.a.Vsque illum commentatum in quadam testudine cum seruis literatis fuisse.

In considerando componendaque causa.Ci.de Cl.171.a.
Isque diu & multis lucubrationibus commentata oratione uide ut probare possit, te non peccasse.Ci.Ep.166.b.
Commentum, ti. Ci.de N.26.b.Opinionum enim commenta delet dies.
Idem sua & commenta & scripta & nullo referente oīa aduersariorum dicta meminerat.Ci.de Cla.193.a.
Commeo, as. Ci.At.124.a. Crebro enim illius literæ ab alijs ad nos commeant.
Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant.Ci.p Pom.14.b.
Nauis, quæ ad ea furta, quæ reliquisses commearet.Cic. I.V.245.a. Cum eadem uicissim retro commeāt.Ci. de N.65.b.& .35.b.Sol ab ortu ad occasum cõmeans. Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem.Ci.de N.7.b.
Cuius in hortos iure suo libidines omnium commearēt. Ci.p Cæl.45.b.
Commercium, cij. Ci.de Sen.85.b.Voluptas nullum habet cum uirtute commercium.
Mihi cõmercij ullius rei cū illo non est.Ci.I.V.231.a. & .168.a.Is agrum in Segestano (nam commercium in eo agro nemini est) conductum habebat. & .233.b.Et locum illum Senatorium illam uendidit, cui ne commercium quidem esse oportebat.
(Si sit commercio locus) Ci.ad Bru.285.b.
Commereo, res. mereor. Ci.de Or.105.a. Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime diceret.
Commetior, ris. Ci.de In.51.a. Sæpe oportet commetiri cum tempore negotium.
Nec siderum ambitus inter se commetiuntur. Cic. de Vn.200.b.
Commigro, as. Ci.Q.Fr.309.a.Domus tibi conducta est, sed breui in tuam commigrabis.
Commilito, onis. Ci.p Deio.149.a.Hic adolescēs, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.
Comminatio, onis. Ci.de Or.162.a. Orationis autem ipsius tanquam armorum est uel ad usum cõminatio et quasi petitio, uel ad uenustatem ipsa petitio.
Comminiscor, ris. commentus sum, fingo.
Ci.de Fat.141. Quædam etiam Possidonius comminisci uidetur. Epicurus monogrammos Deos commentus est.Ci.de N.37.b.
Nec me hoc, uel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes.Ci.At.86.a.
Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. Ci. de Fin.116.a.
Confingere & comminisci aliquid. Ad Her.8.a.
Comminuo, is. Ci.I.V.212.b.Is nescio quo pacto dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat fractus est & comminutus. Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant.Ci.I.P.99.b.
Nullum officium tam sanctum est, quod non auaritia cō minuere atque uiolare soleat.Ci.p Quin.4.b.
Viriatus, quem C.Lælius prætor fregit & comminuit. Ci.Off.41.a.
Re familiari comminuti sumus.Ci.At.57.a.

Non puto Cn.nostrum cõmissurum, ut Domitium relinquat. C.At.128.a.et.124.b. Non placuit nobis cõmittere ut temeritas nostra reip.noceret.et.10.b. Id autem ut accideret, commissum est Hortensij consilio. et.69.b. Non cõmittam ut tibi, cum possim prodesse, nõ prosim. et.213. Ne cõmittas ut frustra properasse uidearis.

Præsertim cum id cõmiserit, ut ille alter annus etiã tertium posset adducere. Ci.Q.Fr.290.a.

Cõmissum nihil est, quare ad istam rationem perueniretur. Ci.p Q uint.11.a.

Non committam, ut si desugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Ci.de Or.130.a.

Sed ut rationem in eo, quo die prælium Pansa cõmisit, eodem a Gadibus naues profectæ sunt. Ci.Ep.165.b.

Pugna, quæ cum rege commissa est et summa contentione pugnata. Ci.p Mur.132.a.

Tum interuentu Pontini pugna, quæ erat commissa sedatur. Ci.I.C.212.a.

Longo interuallo iudicium hoc inter Sicarios primum committitur. Ci.p.S.R.20.a.

Ad VIII. Calendarum Nouembris, quo die ludi committebantur. Ci.Q.Fr.325.a.

Nihil commissum contra legem esse defendo. Cice.p Mur.125.a.

Sed cum ex eo, quia quasi cõmitteret cõtra legem, quo quis iudicio circũueniret, sæpe ipse in iudiciũ uocaret, orationes alijs destitit scribere. Ci.d Cla.168.b.

Is condemnatus est quod contra legem commisisset. Ci.p Clu.36.b.

Censoribus, si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ. Ci I.V.136.b.

Qui simili impulsu aliquid cõmiserint. Ci.d In.64.b. & ibi. Cũ impulsione aliquem cõmisisse quid dicet.

Quæ tu sine Verre commisisti Verri criminis daturus sum. Ci.I.V.60.a.

Nihil timent, qui nihil cõmiserunt. Ci.p Mil.113.a.

Sed qm accidit, si quid a me prætermissum fuerit, cõmissum facinus et admissũ dedecus cõfitebor. Ci.Ep.40.b.

Committere magnum scelus. Ci.p Syl.162.a.

Edere scelus in aliquem. Ci.p Sest.16.a.

Committere maleficium. Ci.p.S.R.28.b.

Verres multa in Deos nefarie cõmisit. Ci.I.V.77.a. & .84.a. Ea natura quæ tantum facinus commisit.

Multis rebus nefarijs ante commissis. Ci.I.A.205.b.

Is ne iegens quidem unquam sensit quantum flagitij, cõmisisset. Ci.de Cla.184.b.

Is nihil alienũ uita supiore cõmisit. Ci. p Q uin.18.b.

Faciemus ut palæstritæ petant hæreditatem, quod eam palæstræ cõmissam esse dicãt. Ci.I.V.116.a. & .81.b.

Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illã hæreditatem Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent. & .154.a.

Pœnam octupli cõmissam persequi. Hoc uulgo cadere in pœnam dicitur.

Nihilominus enim potest, ut illam mulctam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandã. Ci.p Cl.39.a.

Hãc ego deuotionem capitis mei, cum ero ĩ sedes meas restitutus, tum demum conuictum esse & commissam putabo. C.p Dom.141.b. & .198.a. postquam.

Sacrum commissum quod expiari nõ poterit impie cõmissum esto, quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto. Ci.d.L.173.b. & ibi. Idq; ne committi possit, ad eam rationem cursus annuos finiunto.

Commode, bene, recte. commodum. Ci.p.S.R.20.a. Non satis commode dicere possum, nam commoditati ingenium est impedimento.

Multa ab aliquo breuiter & cõmode dicta. Ci.d Am.95.b. Has res commodissime Xenophon persecutus est. Ci.Off.51.b.

Aliquid non tantum parum commode, sed etiam turpiter & flagitiose dictum. Ci.d Or.104.b. & .105.a.

Oratio commode scripta.

Q uod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. Ci.At.175.a.

Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode posset. Ci.p.S.R.24.a.

Commode autem quicunq; dixit, pecuniam qui habet &c. Ci.Off.47.b.

Commodius fecissent. Ci.ꝯ Rul.87.b.l.melius.

Exercitus is, cui præpositus est sapiens Imperator, omnibus partibus cõmodius regitur q̃ is qui stultitia alicuius administratur. Ci.de In.64.b.

Sane commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarũ. Ci.At.111.b. & .156.a. Feceris igit cõmode, mihiq; gratũ, si me d his rebus feceris certiorẽ. & .255.a. Magis commode quàm strenue nauigaui.

Et ille, cui mandaui, satis scite & commode tempus ad te cepit adeundi. Ci.Ep.175.a.

Sed toto hoc de genere commodius a quibusdam &c. disputatur, quàm &c. Ci.Off.52.a.

Emerseram cõmode ex Antio in Appiã ad treis tabernas, cũ ĩ me incurrit Roma ueniẽs Curio meus. Ci.At.29.b. Cõmode cum Apronius è palæstra redijsset, statuitur Lollius in illo conuiuio. Ci.I.V.160.b.

Cõmoditas, tis. opportunitas. Ci.d In.66.b. In occasione commoditas ad faciendum idonea.

Neq; satis commode dicere possum nam commoditati ingenium est impedimento. Ci.p.S.R.20.a.

Q ui ex bestijs fructus, aut quæ commoditas pcipi posset? nisi &c. Ci.Off.35.b.

Amicitia plurimas & maximas commoditates cõtinet. Ci.de Am.102.a.

Non parum habet in se fructus copia dicendi & cõmoditas orationis. Ad Her.1.a.

Ad uitæ cõmoditatem iucunditatemq; ad facultates rerũ atq; copias, conducat id nec ne &c. Ci.Of.2.b.3.a.

Omnes meos dolos, fallacias, præstigias, præstrinxit cõmoditas patris. Ci.de.N.74.b. & .77.b. Externæ commoditates, uineta, segetesq; &c. i. bona fortunæ q̃ uocãt.

Commodo, as. accommodo, utendum do. l. occupo. Ci.de Or.127.b. Inuidetur enim cõmodis hominum ipsorum studijs autem eorum cæteris commodandi fauetur.

Nec enim si tuam ob causam cuiq̃ cõmodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio. Ci.d Fin.89.a.

Quod scribis ad me d drachmis.ccclij. nihil est, quod in isto genere cuiq̃ possim commodare. Ci.Ep.28.b.

Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribua

tur cuiq̀. Ci. Off. 11. a.

At publice commodasti tritici modium LX. millia. Ci. I. V. 204. a.

Mulier, quę se aurũ Cælio cõmodasse dicit. Ci. p Cęl. 43. b. & ibi. Aurũ sumptũ a muliere, & 49. b. Aurum reddere. Ait se ædes cuidã ad nuptias cõmodasse. Ad Her. 40. a.

Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare. Ci. I. V. 204. a.

Quæ Successori cõmodare potest is, qui prouinciã tradit. Ci. Ep. 31. b. & 222. a. Quibus tu, quecunq̀ cõmodaueris, erunt mihi gratissima. & 223. A te peto, quãdo apud gratos homines beneficium ponis, ut eò libentius his cõmodes, operãq̀ des, quoad fides tua patiet, ut socrus adolescentis rea ne fiat. & 218. b. Quãobrẽ peto a te maiorem in modum ut his omnibus in rebus, quantũ tua dignitas fidesq̀ patiet cõmodes. et. 223. b. Primũ ut oĩbus in rebus ei te cõmodes, quoad fides tua patiet. & 219. a. Peto igit abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis ei commodes. & 207. a. Cupio ei societati, quibuscunq̀ rebus possim commodare. & 211. a. Quicquid ei cõmodaueris erit mihi maiorem in modum gratum.

Hæc a uirtute donata, cætera a fortuna cõmodata esse uidentur. Ci. p Mar. 134. a.

Commodare alicui. Ci. At. 31. b.

Commodum, uix, tantum, commode. Ci. At. 160. b. Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuisset. & 206. a. Commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit. & 214. b. Cõmodum ad te miserã Demeã, cum ad me Eros uenit.

Commodum, di. utilitas, bonum, ratio. Ci. d Or. 139. b.

Qui utilitatem defendet enumerabit commoda pacis, apum &c. & ibi. Incommoda contrariorum.

Dimicare de honore gloria cęterisq̀ commodis. Cice. Off. 17. a.

Præterea cõmoda & incõmoda considerant ab natura data aĩo aut corpi. Ci. d In. 50. a. & ad Her. 10. b.

Salutem reip. meis commodis & rationibus prætuli. Ci. p Pom. 17. b.

Est eius, qui alijs præsit, eorum quibus præsit, cõmodis utilitatiq̀ seruire. Ci. Q. Fr. 294. b.

Si amicitiam ad fructum nostrum referemus non ad illius commoda, quem diligimus. Ci. d. N. 25. a.

Incommoda uitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Ci. de. N.

Quibus contra ualetudinis commodum laborandum est. Ci. p Mur. 135. a.

Cum commodum aliquod maioris adipiscendi commodi causa præteritur. Ci. de In. 64. a. & ibi. Retinendi, augendi, adipiscendiue commodi causa.

Velim aliquando, cum erit tuum commodum Lentulũ puerum uisas. Ci. At. 196. b.

Vt ostenderet etiam philosophum, si ei commodum eẽt, pecuniam facere posse. Ci. de. D. 103. a.

Nihil quod ad commodum meum attinet sine maximo tuo commodo & maxima tua facultate mi frater cogitaris. Ci. Q. Fr. 328. b.

Id si tibi erit commodum cures uelim. Ci. At. 220. b. & 57. b. Sed hæc, si tibi commodum est.

Neq̀ solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. Ci. postq̃. 206. b.

Quare si tibi est commodum, a de illa, quæ cœperas. Ci. de Cla. 166. b.

Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo uacuosq̀ dies habuissemus. Ci. I. V. 76. a.

Tu quod commodo tuo fiat, quamprimum uelim uenias. Ci. Ep. 47. a.

Ipse quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere. Ci. At. 231. b. & 220. b. Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse, cum diceres, te in Tusculanum esse uenturũ, quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commodo. & 207. a. Pisonem si poteris conuenias, uides quàm maturum sit, sed tamen quod tuo cõmodo fiat. & 276. a. Si minus id commodo reip. facere posses, ut in ijsdem locis exercitum contineres. & 3. a. Nunc uero sentio, qđ tuo cõmodo facere poteris, uenias ad id tp̃s, qđ scribis. Ego uero expectabo ea quæ polliceris, neq̀ exigam, nisi commodo tuo. Ci. de Cla. 166. a. & ibi. Quod ipse, cui debes, incommodo exacturum negat.

Cõmodus, a, um. oportunus. Ci. At. 217. a. Nihil fieri potest nec commodius nec aptius quàm ut scribis.

Vt filijs bona patria eriperes, & cui tibi commodum esset condonares. Ci. I. V. 99. a.

Literæ, quas ego accepi satis commodas de Britannicis rebus. Ci. Q. Fr. 322. a.

Ex literis tuis ea, quæ in agro piceno gesta erant, cognoui commodiora esse multo quàm ut erat nobis nunciatum. Ci. At. 126. a.

Potuisti ad tuum ius faciliore ac commodiore uia peruenire. Ci. p Cecin. 286. b.

Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad oẽm rõnẽ hũanitatis. Ci. p Mur. 239. b.

In hoc genere multo te esse iam commodiorem mitioremq̀ nuntiant. Ci. Q. Fr. 297. b.

Qui antea commodis fuerunt moribus, eos prosperis rebus immutari. Ci. d Am. 106. b.

Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentẽ uidere in potestate quis speret. Ad He. 29. b.

Si commodius anni tempus esset, uel infero mari liceret uti. Ci. At. 136. b.

Cõmolior, iris. Ci. de. N. 74. b. Neq̀ dolum ad eum neq̀ machinam commoliar.

Commonefacio, cis. Ci. Ep. 61. b. De rationibus prouincię, quid uellẽ fieri, ut is nos doceret & cõmonefaceret. Sed tamen Cereliæ procuratores scripserunt te ꝓpter magnitudinem prouinciæ & multitudinem negotiorũ etiã atq̀ etiam esse cõmonefaciendum. Ci. Ep. 229. b.

Irrisio quæ commonefaceret istius turpẽ calamitosamq̀ præturam. Ci. I. V. 233. b.

Videlicet ut nos cõmonefacias, quàm conuersa sit resp. Sal. in Cic. 270. b.

Cum ipse te ueteris amicitiæ commonefaceret, commotus est Ad Her. 31. b.

Commonefio, fis. Ci. I. V. 258. b. Nemo est quin tui sceleris ex

ris ex illa oratione commonefiat.
Commoneo,es.admoneo.Ci.At.1 38.b.Attentum cōmonent græci,ut principio faciamus iudicem.
Hoc me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat.Ci.I.V.113.a.
Vt commoneri nos satis sit,nihil attineat doceri. Cic. de Fin.99.a.
Commonere aliquem de aliqua re.Cic. Part.1 38.b.et I.V.107.b.et.158.a.
Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Ad Her.34.b.
Commonitio,onis. Q.dePet.113.a. commonitionibus, alias commotionibus.
Commonstro,as.Ci.de Or.102.a.Sed ut commonstrarē tātū uiā,et ut fieri solet,digitum ad fontes intenderem.
Et illi sedes et tanq̄ domicilia omnium argumentorum commonstret.Ci.de Or.113.b.
Cōmonstrauit p leges fatales.Ci.de Vn.101.a.
Commoratio,onis.Ci.Ep.91 b. Nam et uilla et amœnitas illa commorationis est non diuersorij.
Nam et commoratio una in re per multum mouet,et illustris explanatio.Ci.de Or.161.b.
Multos dies hanc epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum.Ci.Q.Fr.321.b.
Versari sæpe multis modis eandem et unam rem, et hærere in eadē cōmorariq; sententia.Ci.Or.109.b.
Commoror,oris.maneo,consisto,subsisto,nundinor.
Ci.At.141.b.Assentio tibi,ut in Formiano potissimum commorer.
Nostro negotio,quoniā Romæ commoraris amabo te explica.Ci.At.74.b.et.75.a.Quoniā Romæ manes.
Triduum Ephesi commoratus sum.Ci.Ep.33.b.
Complures sum ibi dies commoratus. Ci.de Or.91.b. i.Athenis.
Prædones unam illam solam noctem ad Pelorū commorati ad Syracusas accedere incipiunt Ci.I.V.155.a.
Commoraturū me nusq̄ sanè arbitror. Ci.Ep.18.a.et 91.b.Ego me Asturę diutius arbitror commoraturū.
Vt illi beatissimi esse uideantur apud quos ille diutissime commoratur.Ci.p Pom.6.a.
Commorandi enim natura diuersorium nobis non habitandi dedit.Ci.de Sen.94.b.
Deinde Romæ dies ferè XXX Quintius commoratur.Ci.p Quint.4.a.
Quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari. Ci.Ep.86.b.& 33.a.b.Prope Colen.Sextiles puto me Laodiceæ fore,ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur,commorabor. & 144.a.Cum ad Cybistro propter rationem belli quinq; dies essem commoratus.& 157. b.Nos apud Alyziam unum diem commorati sumus. & 113.a.Audio ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cybire commorari.& 119.b.Diutius ibi commorabimur.& 169.b.Lupus familiaris noster, cum ad te uenisset,cumq; Romæ quosdam dies commoraretur, ego eram in ijs locis,in quibus & c.
Si Cæsar circū isthæc loca commorabit̄.Ci.At.130.b.
Cum is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur.Ci.p Clu.15.a.
Ipsa mihi ueritas manum iniecit,& paulisper consistere & commorari coegit Ci.p.Q.R.53.a.
Tardare & commorari te melius est. Ci.Bru.188.b.
Quoniam ille hic consistit paulisper,mihi quoq; necesse erit paulum commorari.Ci.p.Q.R.49.a.
Milo paulisper,dum se uxor comparat, commoratus ē. Ci.p Mil.106.b.
Illud fieri nō potest,me diutius q̄ firma spes postulabit, in tam misera uita commorari.Ci.Q.Fr.304.b.
Consilium tuum uel casus potius,diutius in armis ciuilibus commorandi semper mihi magno dolori fuit.Cic. Ep 87.a.
Non possum præ fletu diutius in hoc loco commorari. Ci.At.175.a.
Cōmorari diutius in aliqua re.Ci.de In.54.b.
Versare sæpe multis modis eandem & unā rem & hærere in eadem commorariq; sententia. Ci.Or.109.b.
Id amplector,exorno,exaggero,ibi commoror,ibi habito,ibi hæreo. Ci.de Or.135.b.
Commotiuncula,læ.Ci.At.189.a.Atticæ hilaritatem libenter audio.commotiunculis συμπάσχω.
Commotus,a,um.Ci.de Cla.176.a. Licinius genere toto feruidior atq; commotior.
Non potest esse uehemens actio,nisi sit animus ipse commotior.Ci.de D.97.b.
Commoueo,ues,moueo,perturbo,excito,concito, cōmuto. Ci.p Reb.93.b.Nihil me clamor iste commouet,nihil perturbat.
Equidem sum magna animi perturbatione commotus. Ci.At.87.a.
Quid tibi nunc quicq̄ obijciam?si probus es,non meruisti,sin improbus non cōmoueris.Ad Her.36.b.
Qui aut libidine aliqua aut metu cōmoti sūt.Ci. ď Of. 20.b. In commouendis iudicibus,ijs ipsis sensibus,ad quos illos adducere uolo,permoueor. Ci. de Or.125. b.& 128.b.Commouere iudicem.
Miserijs alicuius cōmoueri.Ci.Q.Fr.325.b.
Nunc eiusdem miserijs ac periculis commouetur. Ci.p Font.283.b.
Non prius sum conatus misericordiam alijs commouere q̄ misericordia sum ipse captus.Ci.ď Or.126.b.
Omnis suspicio in eos seruos,qui non comparebant,commouebatur.Ci.p Clu.55.b.
Commouere indignationem & concitare odium.Cic. de In.61.a.
Duæ res sunt,quæ possunt hominem ad turpe compendium commouere,inopia & auaritia.Ad Her.36.b.
Crebras expectationes nobis tui cōmoues. Ci.At.1.b.
Vehementer amor multitudinis cōmouetur, ipsa fama & opinione liberalitatis. Ci.Off.39.b.
Præclare enim se res habeat,si hæc accendi aut commoueri arte possint.Ci.de Or.94.a.
Tamen nimio longinquitate locorum ac desiderio suorum commouebatur.Ci.p Pom.8.b.
Hæc porticus & tot locis sessiones græcorum disputationum memoriam nobis commouent. Ci.ď Or.110.a.
Multorum non modo discendi sed etiam scribendi studia commoui.Ci.de.N.3.b.

Sed magnum & acerbum dolorem commouent. Cice. I.V.210.a.

Domo eius omnia abstulit, quæ paulo magis animum cuiuspiã aut oculos possent cõmouere. Ci.I.V.125.a. & 239.b. Vt nemini minus expediret ullum in Sicilia tumultum aut bellum commoueri

Non commoui me adhuc Thessalonica. Ci.At.45.a.

Tu cura ut ualeas et te istinc ne cõmotus. Ci.Ep.93.a.

Nunc quacunq; nos commouimus, ad Cæsaris castra uocamur. Ci.At.232.a.

Nec satis commoueor animo ad ea quæuis cauenda. Ci.p Font.283.b.

Tum a suis similibus inuidiam in me aliquam commoueri putat. Ci.I.A.187.a.

Communicatio, onis. Ci.p Cor.01.a. Nunquam a maioribus nostris intermissa est largitio & communicatio ciuitatis.

Nihil est quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominum & quasi quædam societas & communicatio utilitatum. Ci.d Fin.140.b.

Communicatio, quæ est quasi cũ ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. Ci.de Or.162.a.

Quin mihi nunc te absente sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maxime deest. Ci. At.15.a.

Communico, as. confero, credo, partior, impartio, refero, cum aliquo sermones aut consilia confero, participo. Ci.At.16.a. Nihil mihi nunc scito tam deesse quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem.

Multa præterea metuo, quæ cum Milone nostro communicaui. Ci.Ep.93.a.

Quod ad te scripseram ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit, te cum eo locutum. Ci. At.183.b.

Cum de societate inter se multa communicarent Ci.p Quint.3.a.

Pompeius sępe mecum de te communicat. Ci. Ep.6.b. & ibi. Re cum illo sępe communicata.

Et hoc tempore uelle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusq; nostrum communicare. Ci.Ep.45.b.

Multa pręterea, quę temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, cõmunicata sunt. Ci.Ep.181.a. & 251.b. Tũ ut quibus de rebus uellemus, tu tuis ego meis inter nos communicaremus.

Sin ei dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. Ci.de Or.90.b.

At si collegium pontificum adhibendum non uidebatur, nemó ne horum tibi idoneus uisus est, ut cum eo dedicationem communicares. Ci.p Dom.140.a.

Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tuĩ, quę non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. Ci.Ep.72.b.

Quod ego periculum non extimesco, modo facti uestri gloriam cum mea laude cõmunicem. Ci.Ep.183.b.

Cum mecum inimicitias communicasti. Ci.Ep.255.b.

Neq; ego hoc partiendæ inuidiæ sed communicandæ laudis causa loquor. Ci.p Syl.168.b.

Desinant causam suam cum Chrysogono communicare. Ci.p.S.R.42.a.

Ego prouinciam cum Antonio cõicaui. Ci.I.P.80.b.

Num tibi illius uictoriæ gloriam cum illo communicãdam putas? Ci.I.V.236.b.

Cum omnis potestas deorum immortalium aut translata sit ad uos aut cõicata uobiscum. Ci.p Mur.142 a.

Amicitia res aduersas partiens communicansq; leuiores facit. Ci. de Am. 200.a. & 109.b. Vt si quam præstantiam uirtutis consecuti sunt, impartiant eam suis cõmunicentq; cũ proximis. & 100.b. In periculis aut adeundis aut communicandis.

Sequitur igitur ad participandum alium alio cõmunicandumq; iustos natura esse factos. Ci.d.L.162.a.

Socij putandi sunt quos inter res communicata est. Ci. I.V.158.a.

Eo tempore iudicia cum equestri ordine communicata sunt. Ci.p Cin.44.b.

Præmia uirtutis non oportere aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Ci.de In.76.b.

Communio, onis. cõmunitas. Ci.d.L.160.b. Inter quos est communio legis inter eos communio iuris est.

Ego fortunas meas in communionem temporum tuorũ contuli. Ci.p Mil.121.a.

Si dicent ea de quibus different, se dilucide perspicere, nec ulla cõmunione uisorum impediri. Ci. Acad.12.a.

Philosophia homines inter se primo domicilijs, deinde coniugijs. tum litterarum & uocum cõmunione iunxit. Ci.Tus.229.a.

Genus est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Ci.de Or.100.b.

Multum ualet communio sanguinis. Ci.p.S.R.28.b.

Si manere in pristina communione uoluissent. Cice.de Or.149.b.

Communio, unis. Ci.I.V.227.b. Situs urbis communitus & præclarus ad aspectum.

Sanctissimis testimonijs causa Roscij communita est. Ci. p.Q.R.52.a.

Quid refert habere fundum &c. si parum sit communitum iure? Ci.p Cecin.299.a.

Rexq; sine tumultu, sine armis, omni authoritate aulæ cõmunita regnũ cũ dignitate obtineret. Ci.Ep.244.b.

Communis, ne, coniunctus, uulgaris, contritus, de medio sumptus, late patens. X. singularis, proprius, pręcipuus. Ci.I.V.79.b. Quam iste laudem communem ait sibi esse mecum.

Dolor meus, quem uos communem semper uobis mecũ esse duxistis. Ci.de Pro.69.b.

Hæc locupletibus fere cum plebe communia sunt. Cic. de.L.182.a.

Hoc est mihi commune cum cæteris. Ci.At.170.b.

Labor in hoc defendendo pręcipue meus est, studium uero conseruãdi hominis commune mihi uobiscum esse debet. Ci.p Rab.91.a.

Is seruus fuit ei cũ Roscio communis. Ci.p.Q.R.49.b.

Qui mons mihi cũ Bibulo communis est. Ci.Ep.23.b.

Seruum gratis factum esse communem cum alio, qui pretio proprius fuisset. Ci.ꝑ.Q R.49.b.

Quod mihi consuli præcipuum fuit pręter alios, id iam priuato cum cæteris est commune. Ci.ꝑ Syl.168.a.

Quo cũ mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit quo cum domus fuit & militia cõis. Ci.đ Am.98.b.

Scelera, quę tibi cum eo coniuncta atq; communia sunt. Ci.ꝑ Sest.9.a. Paries qui cum eo mihi fuerat communis. Ci.ꝑ Cæl.50.a.

Quod illud est crimen senectutis, cum illud uideatis cũ adolescentia esse commune? Ci. Off.91.a.

Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs, quos dixi otiosos, alteri &c. Ci. Off.14.b.

Hoc quod hæc ars profitetur, cum alia arte commune est. Ci.đ Or.112.a. Propinqui, quibus cõmunis plerunq; fortuna est. Ci. Off.12.a.

Quid est tam commune q̃ spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ci. Or.206.b.

Alia porrò propria Dolobellę, quæ nisi collega absuisset creda eis fuisse futura cõmunia. Ci.I.A.153.b.

Omni ętati mortem esse cõmunem. Ci.đ Sen.91.a.

Supplicium legis & iudicij commune est probis & improbis. Ci.I.P.101.a.

Sub posteaq̃ literas communes cum oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi. Ci. Ep.141.b.

At id quidem non proprium senectutis est uitium, sed cõmune ualetudinis. Ci.đ Sen.84.a.

Quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum. Ci.ꝑ Cor.60.a.

Hoc studium non erat commune græcię, sed proprium Athenarum. Cic.đ Cla.168.b.

Atq; hęc ita iustitiæ propria sunt ut sint uirtutum reliquarum communia. Ci.đ Fin.140.b.

Vniuersus hic mundus una ciuitas cõmunis deorũ atq; hominum existimanda est. Ci.đ Leg.160.b.

Ista omniũ communia & contrita præcepta didici. Ci.đ Or.96.a. Omnia autem communia hominum uidentur ea, quæ &c. Ci. Off.11.b.

Commune est quod accidit omnibus eodem ferè tempore, ut messis, uindemia &c. Ci.đ In.51.a. & ibi. Publicum, commune & singulare.

Loca communia. Ci.I.V.131.a.i. publica. & .138.a. Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt.

Ex nostra quoq; non nihil in cõe contulimus. Cic.đ In.63.a. Conferre aliquid in commune. Cic.ꝑ Quint.2.b. idest in societatem.

Iste commune Milyadum uexauit. Ci.I.V.95.b. & 96.a. A communi Milyadum.

Statuæ inauratæ a cõmuni Sicilia datę. Ci.I.V.131.b. & .143.a. Statuæ a cõmuni Sicilia.

Contra communem opinionem ratione pugnare, ex cõmuni quadam hoium opinione dicere Cic.đ Or.92.b.

Cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Cic. Off.40.a.

Cõmunis fama atq; sermo. Ci.I.V.111.a.

Ea sunt in cõmunibus infixa sensibus. Cic.đ Or.161.a. & .153.a. Quod in cõmuni mente quasi impressum sit.

Inclusum supplicium, atq; a libero spiritu & communi luce seclusum. Ci.I.V.140.a.

Quæ sunt in usu uitaq; cõmuni. Ci.đ Am.99.a.

Sed hæc quidem uita iã cõis explosit. Ci.đ.D.126.b.

Communi luce priuari. Ci.ꝑ Quint.13.b.

Sed loquor de ijs, de quibus memoriã accepimus, quos nouit uita cõmunis. Ci.đ Am.103.b.

In cõmuni uita & uulgari hominum consuetudine non esse hebetem nec rudem. Ci.đ Or.106.b.

Iam uirtutem ex consuetudine uitæ, sermonisq; nostri interpretemur. Ci.đ Am.99.b.

In cõmuni uitæ consuetudine. Ci.đ Or.103.b. & .101.b. In sermonibus quotidianis.i. cõmunibus.

Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, pręterea &c. Ci.Q.Fr.295.b.

Cõmunes humanitatis iure &c. Ci.ꝑ Flac.151.a.

Hęc uiri boni faciunt & hominum existimationis & cõmunis humanitatis causa. Ci.ꝑ Quin.9.a.

Homo non hebes neq; inexercitatus, neq; cõmuniũ literarũ & politioris humanitatis expers. Ci.đ Or.115.a.

Definire aliquid ad cõmune iudicium & ad popularẽ intelligentiam accommodate. Ci. Or.107.b.

Hac cõi itelligẽtia cõtẽti eẽ possumus. C.đ Or.106.b.

In communi atq; eodem quo cæteri iure uersari uolo. Ci.ꝯ Rul.78.a. Graues casus cõmunium temporũ. Ci.đ Or.25.a. & ibi. Fluctus a cõmuni peste depulsi.

Hoc ualeret inq̃ in cõmuni consensu omnium & dulcissima cõmendatione naturæ. Ci.ꝑ Plan.265.b.

Quem animum antea tantummodo cõmuni officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstiti. Cic. Ep.10.b.

Vt utilitas tua communis utilitas sit, uicissimq; cõmunis utilitas tua sit. Ci. Off.62.a.b.

Tempus agendi fuit magis mihi proprium quàm cæteris, doloris uero & timoris & periculi fuit illa causa communis. Cic.ꝑ Syl.168.b.

Vt in grȩcorum prouerbio, amicorum omnia esse communia. Ci. Off.11.b. De communibus & peruagatis rebus loqui. Ci.đ Or.98.b. & .128.a. Vitium cõmune & peruagatum. In omni arte, cuius usus cõmunis uulgarisq; sit. Ci.đ Fin.90.b.

Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles, abhorrent enim a communibus præceptis. Ci. Ep.16.b.

Idem cum in cõibus suggestis consistere non auderet, concionari ex alta turri solebat. Ci. Tus.139.b.

Quare non debes aut propriam fortunam aut pręcipuã postulare, aut cõmunem recusare. Ci. Ep.19.a.

Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem, ut &c. Ci.đ In.60.b.

Te rogo ut ad conuictum nostrum redeas & ad cõsuetudinem uel nostram communem uel tuam solius & propriam. Cic. Ep 70.b. Inter quos ratio, inter easdem recta ratio cõis est. Ci.đ.L.160.b. & ibi. Quibus aũt hæc sunt inter eos cõmunia & eiusdem ciuitatis sunt.

Vt cõmune officium censurę cõmuni animo & uoluntate, defenderent. Ci.đ Pro.73.a.

Prætores & Trib. Pl. rẽ nũmariã de cõi sententia constituerunt. Ci. Off 67.b. Simplicẽ prȩterea & cõmunẽ & consentientẽ amicũ eligi par est. Ci.đ Am.108.b.

Communitas,tis. communio, societas,ius,iustitia.
Ci.d Am.107.b.Tum sit inter eos omnium rerum sine ulla exceptiane communitas.
Cum deis quid potest nobis esse iuris,cum homini nulla cum eis sit communitas.Ci.d.N.24.a.
In eo autem si erit communitas cum falso,nullum erit iudicium.Ci.Acad.10.a.
Quæ nobis potest cũ hoc gladiatore canditionis,æquitatis legatianis esse cammunitas?Ci.I.A.206.a.
Ea ratio,qua societas hominum inter ipsos & uitæ quasi communitas continetur.Ci.
Alterum si sequare multa ruunt & maxime societas cũ hominum genere.Ci.Acad.35.b.
Nec id ad uoluptatem refero, sed ad communitatem uitæ atq; uictus.Ci.Ep.141.b.
Quemadmodum membris utimur priusq̃ didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem cõmunitatem caniuncti & consociati sumus.Ci.d Fin.104.a.& ibi.Præclare Chrysippus,cætera nata esse hominum causa & deorum,eos autem communitatis & societatis suæ.
Cogitatio in seipsa uertitur,eloquentia uero complectitur eas,quibus cum cõitate iuncti sumus.Cic.Off.31.b.
Homines natos esse ad congregatianem hominum et ad societatem communitatemq; generis humani.Ci.d Fin.107.a. Communitas & societas uitæ.Cic.Off.10.a.
Cansociatio hominum atq; cõitas. Ci.Off.32.a.& ibi.
Communitas coniunctioq; humana.
Omnis honestas manat a partibus quatuor, quarũ una sit cognitianis,altera communitatis,tertia magnanimitatis,quarta moderationis.Ci.Off.31.a. & ibi. Placet igitur aptiora esse naturæ,quę ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducuntur.
Vnum adde uerbum,iure,iam a communitate res disiuncta uidebitur.Ci.Top.113.a.

Communiter. promiscue, de communi sententia. X.propriæ,separatim. Ci.d Fin.107.a.Nos ita esse natos, ut communiter ad uirtutes apti simus.
Cum communiter quędam de omnibus pręcipi possint, separatum quoq; aliæ sunt cuiusq; generis et diuersę pręceptianes.Ci.d In.63.b.
Admirantur communiter illi quidem omnia,quæ &c.separatim autem si &c.Ci.Off.40.a.
Aurium iudicium promiscue & communiter omnibus a natura datum.Ci.p Font.178.b.
Et nos aliquando,aut obiurgare aut communiter consolari desine.Ci.At.47.a.
Deinde utra lex de genere omni,utra de parte quadã, utra communiter in plures,utra in aliquam certam rem scripta uideatur.Ci.d In.80.b.
Alia epistola cõmuniter cõmendaui tibi legatos Arpinatum,hac separatim Q.Suffidium.Ci.Ep.209.a.
Sic dissimillimis bestiolis cõiter cibus quęrit.Cic.d.N.50.b. Literæ,quas cõiter cũ alijs scripsisti,& quas nomine tuo.Ci.At.171.b.&.276.b.Cum eum uidero, communiter constituemus,de reditu eius.
Atq; hæc omnia cõmuniter cũ collega. Ci.I.A.153.b.
Possidere aliquid cõiter cũ aliquo.Ci.p.S.R.36.a.

Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet.Ci.p Mur.126.b.
Conscripserunt cõmuniter edictum cum pœna. Ci.Off.68.a.i.de communi sententia.& ibi.Edictum quod cõmuniter compositum fuerat, solus edixit.
Sæpiusq; ista loquemur inter nos agemusq; communiter.Ci.d Fin.91.b.

Commurmurar,aris. Cic.I.P.93.a. Scriba præscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus est.

Commutabilis,le. Ci.p Mil.114.b.Vide q̃ sit uaria uitæ cõmutabilisq; ratio. Assentatoris animus, uarius, commutabilis,multiplex Ci.d Am.113.b.
Si omnis cera commutabilis esset,nihil esset cereũ quod commutari non posset.Ci.d.N.65.b.

Cammutatio,onis. conuersio,uicissitudo.
Cic.Octa.330.b. O miseram & in breui tam celerem reip.commutationem.
Annuę commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt.Ci.d In.54.a.
Cũ tẽporum anni tẽpestatumq; cœli conuersiones cõmutationesq; tantę fiũt accessu & recessu stellarũ.Ci.d.D.127.a. Quod afferret Q.Fratri meo commutationẽ tantum ualuntatis.Ci.At.14.a.
Morum cõmutationem factam esse.Ci.d Am.110.b.
Ita fit ut commutatio ex uero in falsum fieri non possit. Ci.d Fat.143.b.

Cammuto,as. muto,conuerto,interuerto,contrariũ facio, commutatio morum fit,commutationem affero.
Ci.Off.7.a.Sed incidunt sæpe tempora,cum ea, quæ uidentur digna esse iusto homine, commutantur, fiuntq; contraria. Fures earum rerum,quas ceperunt, signa commutant.Ci.d Fin.142.a.b.
Quæ si sit semel iudicata, neq; alio commutari iudicio, neq; ulla potestate corrigi potest.Ci.d In.61.a.
Quæ non ad delendam remp.pertinerent, sed ad cõmutandam.Ci.I.C.116.a. Quibus etiã qui assentiũtur, nihil cõmutantur aĩa,& ijdẽ abeũt q̃ uenerãt. Ci.d Fi.107.b. Ad aĩos cõmutãdos et oĩ ratione flectendos. Ci.d Or.128.a.et Ep.33.a.Tua rõ postea ẽ cõmutata.
Commutare & uultũ & sermonẽ ad sensum & uoluntatẽ alterius.Q.d Pet.211.b. Quintus pręceptis meis commutatus est totus.Ci.At.254.a.
Si oĩs cera cõmutabilis esset,nihil esset cereũ qđ cõmutari non posset.Cic.d.N.65.b. Quare prouidete ne reip.status commutetur. Ci.d Ar.258.a. Hęc cõmutari ex ueris in falsa non possunt.Ci.d Fat.143.b.
Cuius & uultus & sermo ad aliorum sensum & uoluntatem commutandus est.Ci.Postq̃.211.a.
Vt cũ patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret.Cic.pro Sest.11.a.
Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit.Ci.p Clu.44.a.
Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.Ad Her.11.b. Possessionis inuidiam pecunia commutare.Ci.ꝯ Rul.63.b.
Proprium proprio commutare.Ci.d Or.158.a.
Mortem cum uita commutare.Ci.Ep.50.a.

Quis unq̃ conatus est oĩo iuro & consuetudinem oĩum cõmutare cũ uituperatione sine quæstu? Ci.I.V.158.a. Regulus de captiuis commutandis Romam missus est. Ci.Off.9.a.

Comœdia, diæ. fabula, scena.
Ci.Off.21.a. Quo genere iocandi eleganti, urbano, ingenioso, faceto, Plautus noster & antiqua comœdia referta est. Athenienses Hyperboli ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Ci.d Cla.185.a.
Locutio comicorum poetarũ, apud quos nisi quod uersiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Ci.Or.203.a.

Comœdus, di. actor comœdiarum.
Ci.Or.206.b. Comœdum in Tragœdijs, Tragœdum in comœdijs placere uidimus.

Compactio, onis. Cic.d Fin.132.a. Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus ualida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione & quadã compactione membrorum.

Cõpactus, a, um. coagmentatus. Ci.d Fin.105.b. Quid enim in operibus manu factis tam compositum, tamq; cõpactum & coagmentatum inueniri potest?
Quippe qui, ex eodem uinctus alteraq; natura, adiuncta materia temperatione trium partiũ proportione cõpacta se ipse conuersat &c. Ci.d Vn.199.b.

Compages, gis. Ci.d Sen.93.a. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis &c.

Compar, ris. exornatio Rhetoricæ. Ad Her.30.a. Cõpar appellatur, quod habet in se membra orationis quæ constant ex pari ferè numero syllabarum.

Comparabilis, le. quod habet comparationem.
Ci.d In.52.b. Comparabile est, quod in rebus diuersis similẽ aliquam rationẽ continet. & .57.a. X. dissimile. Simile ex specie comparabili indicatur. Cic.d In.51.b.

Comparate. Ci.Top.228.a. Cum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur aut cõparate.

Comparatio, onis. collatio, contentio, similitudo, apparatus, compensatio. Ci.Off.12.a. Si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit, officij, principes sunt patria & parentes, proximi &c. deinceps &c. & .30.b. Eorum autem ipsorũ quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio & comparatio, de duobus honestis utrum honestius. & .52.a. Vtilitatum comparatio fieri solet. & .3.a. Primum igitur de honesto, tum de utili, post de cõparatione eorũ disserendum. Et illa orationis suæ cum scriptis alienis cõparatio. Ci.d Or.107.b. Et si præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem, animus autem humanus, cum alio nullo nisi cum ipso deo comparari potest. Cic. Tus.235.b. Cum solis & lunæ & quinq; errantiũ ad eandem inter se comparationem est facta conuersio. Ci.d.N.36.a. Cum autem ipsum audires sine comparatione eon modo contentus esses sed melius nõ quæreres. Ci.d Cla.176.b. & .189.a. Quæ qui sine cõparatione alcuius spectaret, satis magna diceret.
Sed ea magis ex aliorum contentione q̃ ipsa per sese cognosci atq; intelligi possunt. Ci.p Pom.11.a.
Ex literis tuis cœpi fructum duplicẽ, mihiq; in cõparatione difficilem ad iudicandũ, amorem'ne ergà me tuũ, an animum in remp. pluris æstimandum putarem. Cic. Ep.146.a. Collatio est oratio rem cum re ex similitudine conferens. Ci.d In.52.b.
Parium comparatio nec elationem habet nec submissionem. Ci.Top.227.a.
Mithridates omne reliquum tempus non ad obliuionẽ ueteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Cic. p Pom.5.a. Nihil de mea comparatione diminuo. Ci.Q.Fr.303.a.i. de meo apparatu & cautione.
Has uias ille tenens & paratus ad causas ueniens, uerborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaq; dicẽdi iam in patronorum numerum peruenerat. Ci.d Cl.129.a. Comparatio criminis est cum aliud aliquid factum rectum aut utile contenditur. Cic. de In.45.b. idest compensatio.
Totius deniq; huius criminis comparatio ab illo & inuenta & adornata est. Ci.p Clu.58.a.

Comparatiuus, a, um. Ci.d In.71.b. Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere tanq̃ causam deliberatiuam.

Compareo, res. appareo. Ci. Antẽq.194.b. Illa conspiratio conflata ita restincta est ut nulla scintilla compareat incendij. In Thucydide orbem orationis desidero, ornamenta comparent. Ci.Or.220.a.
Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ uix iam comparet in hac turba nouorum uoluminum. Ci.d Cla.175.b.
Omnis suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. Ci.p Clu.55.b.
Pompeium non comparere, nec in balearibus oĩno fuisse. Ci. At.186.a.
Quæ ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata compareant. Ci.p Syl.181.a.
Comparere in illa multitudine bonorũ. Ci.p Ro.95.a.
Cum ille dixisset signa & dona comparere omnia. Ci. I.V.103.a. & .266.a. Quærite nunc uestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant.

Comparo, as. paro, acquiro, facio, emo, pertendo, confero, compono, contendo, comparationem facio, contentionem facio, constituo, conficio, conflo.
Ci.d.N.63.a. Sed eas rationes tu ita refellis, ut cum me interrogaturus esse uiderere, & ego me ad respondendum compararem, repente auertas orationem, nec des respondendi locum. Milo paulisper, dum se uxor, ut fit cõparat, cõmoratus est. Ci.p Mil.106.b.
Hunc homini alienissimo a ciuitatibus laudationẽ per eum comparare. Ci.I.V.234.a.
Quare primum sylua rerum ac sententiarum comparãda est. Ci.d Ora.151.b.
Quo minus ingenio possim, subsidio mihi diligentiã comparaui. Ci.p Quint.1.a.
Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparaui. Ci.d Or.101.b.
Primum temporibus hybernis ad magnitudinem frigorũ præclarũ sibi hoc remediũ cõparat. Ci.I.V.240.b. & .89.a. Magnifice conuiuium comparat.
Reliquas partes diei tu consumebas ijs delectationibus

quas tibi ipsi ad arbitriũ tuum cõparas.Ci.Ep.94.b.

Omnium rerum,quas ad beate uiuendum sapientia cõparauit,nihil est maius amicitia Ci.đ Fin.62.b.

Instituere,comparare,perficere aliquam rem.Ci.p Do.219.a. Pompeius se comparat, homines ex agris accersit.Ci.Q.Fr.308.b.

Comparare insidias alicui per aliquẽ.Ci.p Clu.27.a.

Nunq̃ huc uenissent,nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.Ci.At.32.b.

Tumultus C.Gracchi tumultus domesticos comparauit. Ad Her.33.a. Paulisper ut fit,dum se uxor cõparat, commoratus est.Ci.p Mil.106.b.

Sed te illud moneo,ut te ante compares,& quotidie meditere &c.Ci.Q.Fr.297.b.

Qui me ex comparato & constituto spatio in semihorę curriculum coegisti.Ci.p Rab.91.b.

Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus cõparandis.Ci.đ Fin.88.a.

Huic industria uirtutem cõparauit.Ad Her.30.b.

Nam cui uiro ex se ipso apta sunt omnia quæ ad beate uiuendum ferunt &c.huic optime uiuendi ratio comparata est.Ci.Tus.235.a.

Qui ludos HS CCC comparat.Ci.Q.Fr.328.a.

Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos.Ci Or.219.a. Quæ quidem non minore labore tueor q̃ comparo.Ci.I.C.123.b.

Studiose cõparare supellectilem.Ci.I.V.225.b.

Neq; solum diligens fuit,ut accusatorem filio suo cõpararet,sed etiam &c.Ci.p Clu.58.a.

Idcirco amicitiæ comparantur ut commune cõmodum mutuis officijs gubernetur.Ci.p.S.R.37.a.

Cõparare laudem bonis artibus.Ci.Ep.19.b.

Comparare gloriam ex rebus bellicis.Ci.Off.42.a.

Fecit societatem earum rerum,quæ in Gallia comparabantur.Ci.p Quint.2.b.

Maleficium,de quo iudicium comparatum sit. Ci.đ In.69.a.idest constitutum.

Idcirco illa sortitio comparata est,ne &c. Ci.pro Clu.44.a.idest constituta. Bene maiores nostri hoc comparauerunt,ut neminem regem,quem armis cepissent,uita priuarent.Ad Her.29.a.

More maiorũ comparatum est,ut &c.Ci.p.S.R.35.b.

Præclare legibus comparatũ est,ut &c.Ci.At.280.b.

Itaq; maiores nostri raro id accidere uoluerunt,prætores,ut considerate fieret,cõparauerunt.Ci.p Quĩ.9.a.

Ius a maioribus nostris ita cõparatũ est,ut ciuis rom. libertatem nemo amittat inuitus.Ci.p Do.228.b.

Iam hoc quoq; propè iniquissime comparatũ est, quod &c.Ci.p Clu.29.a.

Si ita natura paratum esset,ut ea dormientes agerent, quæ somniarent &c.Ci.đ.D.133.b.

O mira præclara,atq; diuinitus iam a principio romani nominis a maioribus nostris ratio comparata,ne quis &c. Cice.pro Clu.61.a. Ita ratio comparata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. Ci.đ Am.115.a. Genus ἐπιδεικτικὸν quod quasi ad inspiciendũ delectationis causa comparatum est.Ci.Or.200.a.

Ea natura rerum est,ut qui &c.Ci.I.A.204.a.

Cum sit hoc generi hominum prope a natura datum,ut &c.Cic.pro.R.P.122.b.

Id genus quod est ad delectationem comparatum.Cic.Or.217.a. Ita rerum natura tulit, ut quodam tempore &c.Ci.p Sest.22.a. Natura affert,ut eis fauteamus,qui &c.Ci.p Mur.124.b.

Natura fert,ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera acute sonent.Ci.đ Som.129.a.

Sic uita hominum est,ut &c.Ci.p.S.R.32.b.

Eodem modo de utraq; re traditum nobis est. Cic.pro Cecin.303.b. Quæso pontifices & hominem cum homine,& tempus cum tempore,& rem cum re comparate.Ci.p Dom.239.b.

Cum meum factum cum tuo comparo, & si &c. tamen multo magis meo delector q̃ tuo.Ci.Ep.33.b.

Nemo Gallus cum ciue romano cõparandus est. Cic.p Font.280.a. Si cum Esernino Samnite Pacidianus cõparatus uideretur.Ci.Q.Fr.324.a.

Cũ illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, cæteris uero rebus nullo modo es comparandus.Cic.I.A.182.b. Gesta romanorum nulla cum gente sunt cõferenda.Ci.Tus.148.b.

Sed hi nec cõparantur Catoni.Ci.đ Ami.97.a.

Equi fortis senectuti cõparat suam.Ci.đ Sen.80.a.

In hoc ipso numero si diligenter & ex nostrorũ & grę corum copia cõparare uoles,multo pauciores oratores q̃ poetæ boni reperientur.Ci.đ Or.85.b.

Et nisi coràm erit comparatus ille fortior,per se hic,quẽ dico,probabitur.Ci.Or.205.b.&.209.b.Compare similitudines,uti exemplis &c.

Homo per rationem consequentia cernit, similitudines comparat &c.Ci.Off.3.a.

Conferre pugnantia & comparare contraria.Ci.Ora.200.a.b. Maiora & minora & paria comparabimus sic &c. Ci.đ Or.124.a.

Quæ si longior fuerit oratio cum magnitudine utilitatis cõparetur.Ci.Off.36.b.i.quasi cõpensetur.

Compasco, scis. Ci.Top.221.b.Si cõpascuus ager est, ius est compascere.

Compascuus,a,um.Ci.Top.l.Compasco.

Compellatio,onis.appellatio. Ci.I.A.186.b.Idem Q. Ciceronem compellat edicto,nec sentit amens cõmendationem esse compellationem suam.

Nec uero postea destiti labefactare eum, qui &c. itaq; quotidianas compellationes meas non tulit, seq; in urbem recepit inuitus.Ci.Ep.198.b.

Exclamatio est quę conficit significationem doloris aut indignationis alicuius,per hominis aut urbis aut loci aut rei cuiuspiam compellationem,hoc modo,te nunc alloquor Africane,cuius &c.Ad Her.28.b.

Compello,as. appello,nomino,alloquor.

Ci.At.23.b.Nigidius minatur in concione se iudicem, qui non affuerit,compellaturum.

Cum hoc compello,prætereo illius ex grege latrocinij neminem.Ci.I.A.248.a.

Compellarat hospitem præsens,computarat &c.Cic.I.A.178.a.

Idem Q. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens cõmendationem esse cõpellationem suõ. Ci. I. A 186. b. Quibus cum parum procederet ut ullo lege mihi poneret accusatorem, compellari eo lege me uoluerunt, qua &c. Ci. Ep. 122. a. ※.

Mimus quidam Actium poetam compellauit in scena, cũ eo Actius iniuriarum agit, hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agẽda. Ad Her. 5. a. Neq; solũ id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. Ci. Postq̃. 206. b.

Nec enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturũ, ut uicissim tuos compellarem. Ci. In Sal. 273. a.

Nominatim alij compellebantur, alij citabantur, alij relegabantur. Ci. Postq̃. 211. a.

Exin compellare pater me uoce uidetur, his uerbis. Cic. d̃. D. 89. a. Quare da te in sermonem, & perfice, & confice, excita, compella, loquere. Ci. At. 222. a.

Compello, lis. Ci. p Mar. 133. a. Omnes, qui ad illa arma fato nescio quo sumus compulsi.

Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. Ci. I. P. 82. b. Cæsar cæteras nationes contriuit, compulit, domuit &c. Ci. d̃ Pro. 75. b.

Cum uero in hunc sensum & alliciar beneficijs hoĩum & compellar iniurijs, facile patior &c. Ci. Ep. 16. a.

Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? Ci. Acad. 28. a.

Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulit in unum locum & congregauit. Ci. d̃ In. 42. a.

Omni totius prouinciæ pecore compulso pellium nomine. Ci. I. P. 92. b.

Compendiarius, a, um. Ci. Off. 42. b. Socrates hanc uiã ad gloriam proximã & quasi compendiariam esse dicebat, si quis id ageret ut qualis haberi uellet talis esset.

Compendium, dij. quæstus, utilitas.

Ci. Off. 64. b. Is omnino se negat facturum compendij sui causa quod non liceat.

Si quando me uis peierare, ut paululum tu compendij facias, paratum fore scito. Ci. p Q. R. 53. a.

In uberrima re turpe compendium effugit. Cic. p Flac. 147. b. Ciues qui merces suppeditant cum quæstu compendioq;. Ci. I. V. 110. a. & 171. b. In quæstu sunt compendioq; uersati.

Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia & auaritia. Ad Her. 36. b. & 21. b. Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.

Compensatio, onis. comparatio. Ci. d̃. N. Incommoda uitę sapientes cõmodorum compẽsatione leniunt. Hac utitur compensatione sapiens, ut uoluptatem fugiat si ea maiorẽ dolorem effectura sit, & dolorem suscipiat maiorem efficientem uoluptatem. Ci. Tus. 246. a.

Fortitudo est contemptio laboris & periculi cum ratione utilitatis & cõpensatione cõmodorũ. Ad Her. 32. a.

Compenso, as. comparo, exæquo, assequor.

Ci. Off. 47. b. Certisq; operis & officijs erit, quod uiolatum est, compensandum.

Vestra in me attente audiẽdo benignitas prouexit orationem meam, sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ &c. Ci. p Dom. 219. b.

Ii tamen hoc uitium compensant uel facultate uel copia. Ci. Or. 220. a. Vix ullo otio compensandam hanc reip. turpitudinem. Ci. At. 114. a.

Summi labores nostri magna compensati gloria mitigãtur. Cic. de Ora. 144. a.

Massilienses Gallicorum bellorũ pericula populi rom. copijs remissisq; compensarunt. Ci. p Fon. 276. b.

Dãna in stipendijs ob isto dissoluta & compensata ætatis fructu. Ci. I. V. 242. b.

Atq; hæc omnia honoris cõmodis cõpensantur. Cic. pro Clu. 49. b. Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat. Ci. Or. 218. a.

Sed sit offensus, non' ne cõpẽsabit cum uno uersiculo tot mea uolumina laudum suorum? Ci. I. P. 95. b.

Compensabatur tamen cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam &c. Ci. d̃ Fin. 85. a. & ibi. Compensabatur cum summis doloribus lætitia.

Et cum maximis curis & laboribus cõpensare eam, quã ex discendo capiant uoluptatem. Ci. d̃ Fin. 136. b.

Neq; ulla re alia, quæ a uobis consequuntur, nisi opera sua cõpensari putant posse. Ci. p Mur. 141. a. i. quasi remunerari. Si facta compensanda sunt, conferamus æquitatem. Ci. Anteq̃. 194. b. i. comparanda.

Catonis est dictum, pedibus cõpensari pecuniam. Cic. p Fla. 161. a. Quod negotio diminutum fuerit exæquabimus industria. Ad Her. 6. a.

Comperendinatus, tus. Ci. d̃ Cla. 172. a. Galbam autẽ uerecunde & dubitanter causam recepisse, unum, quasi comperendinatus, medium diem fuisse, quẽ totum ille in considerando causa componendaq; posuit.

Adimo enim cõperendinatum, his ut causa dicatur. Ci. I. V. 81. a.

Comperendino, as. amplius pronuntio, amplio, profero. Ci. I. V. 72. b. Tua ratio est ut secũdum binos ludos mihi respondere incipias, meo ut ante primos ludos comperendinem. & 80. a. Nemo Verrem cõperendinatum sed damnatum iudicabat. & 81. a. Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus, antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronuntiari. & 207. a. Posteaquàm Verres est comperendinatus.

Comperio, ris. certum reperio, deprehendo, comprehendo, compertum habeo.

Ci. d̃ Cla. 190. b. Cum indicio mortis suæ se cõperisse manifesto, & manu tenere diceret.

C. Fimbria diem Scæuolæ dixit, posteaq̃ cõperit eum posse uiuere. Ci. p S. R. 24. a. 23. b.

Vt comperi remotas esse litteras societatis, habui rationem annorum. Ci. I. V. 145. b.

Scripsit se id certis authoribus cõperisse. Ci. At. 225. a. Quod ego ex multis audiui & cõperi. Ci. p Cl. 58. a. Ex multis audiui, nam cõperisse me non audeo dicere. Ci. Ep. 62. a. Et inquireret, qui tibi constaras, cũ idẽ negares quicquã certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Ci. Acad. 16. b.

Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti. Ci. p Clu. 44. b. 45. a. Hæc ego omnia uix dum iam cœtu uestro dimisso comperi. Ci. I. C. 99. a.

Facinus manifesto compertum atque deprehensum.Cic.p Clu.26.a.
Nihil de hoc comperi.Ci.p Syl.104.a.
Compertus,a,um. Sal.In Cic.271.a.Denique de eo tibi compertum erat.
Aut illud afferent,aliquid esse quod de ijs duobus habuerint compertum &c.Ci.p Clu.44.a.
Compes,dis. solea lignea. Ci.At.120.b.Age iā,has compedes,fasces inquam hos laureatos, hæc ex Italia ferre quàm molestum est!
Cum esset unà Glaucia, etiam ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus.Ci.p Rab.94.b.
Qui in compedibus corporis fuerūt, etiā cū soluti sunt, tardius ingrediuntur.Ci.Tus.164.a.
Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt.Ci.d In.81.a.
Compesco,scis. Q.d Pet.213.a. Nec tamen in petendo resp.cōpescenda est,aliàs capessenda.
Competenter. Ci.d Fin.84.b. Huic Epicurus competenter.aliàs comparet se.
Competitor,oris. Ci.Off.8.b.Vt cum ciuiliter contendimus,aliter si est inimicus,aliter si est cōpetitor,cū altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero &c.
Non competitor a quo es uictus, sed populus a quo es præteritus in culpa est.Ci.p Plan.260.b.
Petere ædilitatem cum multis hominibus nobilissimis.Ci.p Clu.31.b. Competitores,qui certi esse uidebantur Galba & Antonius.Ci.At.1.a.& ibi.Catilina certus erit competitor.
Competitrix,cis. Ci.p Mur.133.b.Nam & nos habuimus scenam competitricem.
Compilatio,onis. Ci.Ep.22.a.Quid?tu me hoc tibi mandasse existimas,ut mihi uadimonia dilata et Chresti cōpilationem mitteres?
Compilo,as.furor. Ci.I.V.83.a.Verres apertissime prouinciam compilauit.&c.212.a.Vno imperio hostiatum totum oppidum compilauit.
Alij omnia,quæ possunt,fana cōpilant.Ci.d N.18.b.
Qui ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilauit.Ci.p Mur.129 b.
Ærarium exhaurire,remp.cōpilare.Ci.I.V.29.b.
Malo cōpilari q̄ uenire.Ci.d Or.133.b.
Compingo,gis. Ci.d Or.89.a.Oratorem in iudicia et in conciunculas tanquā in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam.
Pompeius urbem reliquerat,picenum amiserat culpa, in Apuliā se cōpegerat,ibat in Græciā.Ci.At.123.b.
Compita,torum. Ci.ꝯ Rul.62. In triuijs aut in compitis auctionari.
Compitalia,orum. Ci.I.P.81.b.Cum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidissent.
Compitalitius,a,ū. ut ludi cōpitalitij.Ci.I.P.81.b.
Complano,as. Ci.p Do.233.a. Sp.Melij regnum appetentis domus est complanata.
Complaudo,dis. Ci.d Am.100.b.In Cod.Germ.
Complector,ris. contineo,circunscribo,arceo,complexu teneo,meo sinu complexuque recipio, in collū inuado,afficio,comprehendo,circunscribo.
Ci.d Or.106.b.Pater complexus esset filium,flensque cū centumuiris commendasset.
Cōplecti & osculari aliquem.Ci.At.254.a.
Soror fratrem complexa tenet.Ci.p Font.283.b.
Arcte complecti aliquem.Ci.d D.101.b.
Vidi in quiete,te repente lætum extitisse, nosque inter nos esse complexos.Ci.d D.92.b.
Hic me cōplexus est,conspersitque lachrymis.Ci.p Plan.280.a. Cum Oppius me hortaretur, ut adolescentē, totamque causam manumque Veteranorum cōplecterer,dixi me id nullo modo facere posse.Ci.At.261.a.
Rogo te ut hunc adolescentem humanitate tua cōprehendas.Ci.Ep.210.a.i.complectaris.
Frater eius mecum est multum,quare ut instituisti cōplectere adolescentem.Ci.Q.Fr.321.b.
De ipso Tito Annio,tantum tibi polliceor,te maiores beneuolentiæ erga te,si complecti hominē uolueris, habiturum esse neminem.Ci.Ep.20.b.21.a.
Veterem ex tuis literis libenter complexus sum.Ci.At.280.b. Quare de te homini,complectetur mihi crede.Ci.Ep.22.a. Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate cōplectitur.Ci.d Vn.197.b.
Multos est hic ordo complexus honoris et beneficijs suis Ci.d Pro.77.a.
Complecti aliquem beneficio.Ci.p Plan.276.b.
Cōplecti aliquem beneuolentia.Ci.p Mur.132.b.
Omnes omnium charitates patria una cōplexa est.Cic. Off.12.a. Veterem ex tuis literis libenter cōplexus sum.Cic Bru.280.a. Liber,quo iste oēm rerū memoriā breuiter cōplexus est.Ci.d Cla.166.a.
Circulus extimus,qui reliquos oēs cōplectitur.Cic.de Sō.128.b. Scelestum facinus atque eiusmodi,quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur.Cic. p.S.R.24.b.
Noster populus multa diuinandi genera cōplexus est. Ci.d D.20.b. Nemo erat, qui philosophiam cōplexus esset.Ci.d Cla.195.a.
Si quis uniuersam ac propriam oratoris uim definire complectique uult.Ci.d Or.90.b.
Sententiam numero quodā complecti.Ci.d Or.159.a.
In ipso beneficio tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim.Ci.Postq̄.199.a.
Cū complector animo,quatuor causas reperio, cur etc. Ci.d Sen.80.a. Nec eum minus nostra sunt,quę animo complectimur,q̄ quæ oculis intuemur.Ci.Ep.73.b. et.43.a.Complexus igitur sum cogitatione te absentē.
Omne cælū et totā terrā mente cōplecti.Ci.d Fi.88.a.
Animo rei alicuius magnitudinem complecti.Ci.d Or.86.b. Quod cogitatione tantum et mente complectimur.Ci.Or.197.b.
Te rogo ut,quæ successori amicissimo commodare potest is,qui prouinciam tradit,ea pro nostra constantissima uoluntate erga te cura ac diligentia complectare. Ci.Ep.31.b. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominū studia complectamur, easque teneamus,dicemus.Ci.Off.36.b.
Nam ita complectemur ut in unū conducamus propositionē et assumptionē.Ci.d In.56.a.i.concludemus.
Vt iam liceat una comprehensione omnia complecti et

dicere, omnem naturam esse conseruatricem sui. Cic.d Fin.131.a.

Complecteris amplissimos uiros ad tuum scelus. Cic.I. P.95.b.idest adiungis.

Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria cõsequi, aut oratione complecti. Ci.I.V.213.a.

Complementum, ti. Ci.Or.219.b.Inculcata reperias inania quædam uerba quasi complementa numerorum.

Compleo, es. impleo, conficio. Ci.d Som.128.b.Quis est iste qui cõplet aures meas tantus & tã dulcis sonus? Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam uolui.Ci.At.216.b.

Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximarũ rerũ suauitate, copia, uarietate.Ci.d Or.154.a.

Vt de nocte domus compleatur.Q.d Pet.212.a.

Completi sunt, animi auresq; uestræ, me &c.Ci.ž Ru.87.b. Fauces calefiunt, arteriæ cõplentur. Ad Her.20.a. Neq; est adhuc ea summa completa. Cic.pro Flac.153.a. Sol cuncta sua luce lustrat & complet. Ci.d Som.128.b. Cum uentum erat ad ædem concordiæ, gradus complebantur.Ci.I.A.197.b.

Occupetur locus in subsellijs, compleatur tribunal. Cic. d Cla.192.a. Cum sanguis os oculosq; complesset, &c.Cic.I.V.264.b.

Totũ cœlũ humano genere cõpletũ est. Ci.Tus.254.a Cũ domus bene completa est.Ci.At.164.a.i.plena.

Complere Municipium colonis.Ci.ž Rul.83.a.

Complere se conchis.Ci.d.N.51.a.

Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.Ci.d.D.133.a.

Gradus theatri accusator hominibus seditiosis complerat.Ci.p Clu.37.a.

Tu locum compleas numero, confirmes præsidio.Ci.ž Rul.80.b. Cum sol terras larga luce compleuerit, &c.Ci.d.N.35.b.

Vt plangore & lamentatione compleremus forum.Ci. Or.209.a. Quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo, & conuiuium uicinorum quotidie compleo. Cic. d Se.28.b. Sol annuos cursus cõficit, cuius lustrationẽ menstruo spatio luna complet.Ci.d.N.18.b.

Compleri ad exitumq; perduci.Ci.d In.83.b.

Illi enim corporis commodis compleri uitam beatam putant.Ci.d Fin.99.a.

Complent ea quidem beatissimã uitam.Ci.I.V.141.b. et.173.a.Vt summam mei pmissi cõpleã.Ci.d Se.29.b.

Gorgias Leontinus centum & septem compleuit annos.

Completus, a, um. plenus, absolutus.

Ci.Acad.31.b.Ita completa & conferta sunt omnia ut & quod mouebitur corporum cedat, & qua quicq; cesserit, aliud illico subsequatur.

Meæ aures perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent.Ci.Or.213.a.

Complexio, onis. comprehensio, conclusio.

Ci.Or.204.b.Hęc aceruatim multa frequentans una complexione deuinciet.

Longissima est complexio uerborum quę uolui uno spiritu potest.Ci.d Or.159.b.

Hic cum concesseris propositionem & assumptionem complexio est infirmanda, aliud enim quàm cogebatur illatum est.Ci.d In.52.b.

At quibus uerbis: modo æquum sibi uideri, modo non iniquum, mira uerborum complexio.Ci.I.V.178.a.

Complexio est, per quã, id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur.Ci.d In.54.a.

Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis.Ad Her.12.a.

Ne quod perspicuum sit, id in complexionem iferamus. Ci.d In.56.a.

Complexus, xus. Ci.p Flac.164.a.Qui uos in complexu coniugum uestrarum trucidare uoluit.

Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ Mimulæ.Ci.I.A.172.a.

Vi me Plancus & cõplexu suo retinuit.Ci.p Pl.180.b.

Postremum genus est de Catilinæ delectu, immo uero de complexu eius ac sinu.Ci.I.C.109.a.

Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo.Ci. Q.Fr.303.b. Abstrahere filium de complexu matris.Ci.p Font.283.b.

Atq; utinam continuo ad complexum meę Tullię, ad osculum Atticæ possim currere.Ci.At.185.b.

Resp. illum sinu complexuq; recipiet.Ci.I.A.247.b.& 231.a.Complexus summæ beneuolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato.

Complexus & osculatio.Ci.p Cœl.47.b.

Terra semen tepefactum uapore & complexu suo diffundit &c.Ci.d Sen.87.b.

Mũdus oĩa complexu suo coercet & continet.Ci.d.N. 37.a.& 46.a.Restat ultimus & omnia cingens & coercens cœli complexus.

Quidam cum in somnis complexu uenereo iungeretur, calculos eiecit.Ci.d.D.137.b.

Complico, as. Ci.At.125.b.Cum complicarem hãc epistolam noctu Abandus ad me uenit.

Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarij a uobis uenerunt.Ci.Q.Fr.321.a.

Si quis uoluerit animi sui complicatam rationem euoluere.Ci.Off.67.a.

Comploro, as. Cic.p Dom.232.b.Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.

Complures, rium. multi. Ci.d.N.70.b. Vulcani item complures, idest multi.

Ambiguorũ aũt cõplura genera sunt.Ci.d Or.118.b.

Multa sustuli, complura ne posui quidem. Ci.Ep.85.a. &.146.b.Complures consules dicti, quorũ nemo &c. &.22.a.Ego cũ Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus uersatus sum.

Compono, nis. coagmento, consto, ex coniunctione facio conficio, conglutino, construo, coniunctione uerborum ex multis res una, iũgo, dispono, constituo, misceo, tẽpero, compositionem facio, comparo, confero. X.destruo, dissoluo. Ci.d Vn.103.a.Atq; is quidem qui cũcta composuit, constanter in suo manebat statu, qui aũt erãt ab eo creati, cum parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Testamentum composui, quod cum uoles, obsignabis.Ci.Ap.245.a.

Commentarium consulatus mei græce compositum misi ad te. Ci. At. 19. a.

At inquis ὑπομνήματα aliquid, nō recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Ci. At. 140. a.

Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. Ci. Q. Fr. 320. a. aliâs institueram.

Deinde ne prętor aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen compositum est. Ci. p Mur. 130. a.

Totumq; se ad artes componendas transtulit. Ci. de Cl. 168. b. Literarum exemplum ab istis compositum esse arbitror. Ci. ꝯ Rul. 76. b.

Iura, quæ composita & descripta sunt. Ci. de L. 159. b.

Composui formulas iudiciorum, confeci libellos de stillicidiorum iure. Ci. de Leg. 158. b. & 176. a. Auspicia ad utilitatem reip. esse composita.

In cognoscendis componendisq; causis. Ci. Or. 210. a.

Cognoscere & componere causas. Ci. Or. 210. a.

Artificium, cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die Crassus componi posse dicebat. Ci. de Or. 116. a.

Componere libros. Ci. Ep. 264. a.

Brutus tres libros de iure ciuili composuit. Cic. de Ora. 129. b. Componunt igitur primum artem quandam de ijs, quæ uisa dicimus, eorumq; & uim & genera definiunt. Cic Acad. 11. a.

Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus cōpositū dedit, uno uerbo discesseris. Ci. I. V. 62. a. In consideranda componendaq; causa totum diem ponere. Ci. de Cla. 172. a.

Quęq; ita composita sanctaq; essent, ea uidelicet leges nominauerunt. Ci. de Leg. 171. b.

Libri gręci leguntur a græcis ijsdem de rebus alia ratione compositis. Ci. de Fin. 50. a.

Callide enim qui illa composuit, perfecit, ut quodcunq; accidisset, prædictum uideretur. Ci. de D. 131. b.

In inueniendis componendisq; rebus mira accuratio. Ci. de Cla. 186. b. & 185. a. Rem uidebat acute, componebat diligenter. C. Flauius scriba fastos protulit, actionesq; composuit. Ci. At. 86. a.

Scio quid literarum & cuius generis conficias. Ci. At. 199. a. Exordium nimium apparatus uerbis compositum. Ad Her. 3. a.

Composita autem ea conclusio sic est, eorum, quæ uidentur, alia uera sunt, alia falsa &c. Ci. Acad. 11. a.

Componere interdictum. Ci. p Cec. 194. b.

Componere libellum. Ci. At. 262. a.

Romæ composui edictum. Ci. Ep. 37. a. & Off. 68. a.

Ne S. C. arbitratu nostro componeretur, quis fuerit impedimento arbitror te ex Planci literis cognouisse. Cic. Ep. 157. a. Ipsa uerba compone & quasi coagmenta. Cic. de Cla. 170. b.

Collocutionis est componere & struere uerba, sic ut neue asper eorum concursus, ne'ue hiulcus sit, sed quodā modo coagmentatus & leuis. Ci. de Or. 158. b.

Verba ad religionem deorum immortalium composita. Ci. p Dom. 237. b. Verba non abiecta, res composite diligenter. Ci. de Cla. 180. a.

Verba componere & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. Ci. Or. 210. b. & ibi. Sed stylus exercitatus efficiet facile hanc uiam componendi.

Nec solum componentur uerba ratione, sed etiam finientur. Ci. Or. 212. b.

Componere ea, quæ dicenda sunt probandi & persuadendi causa, idest disponere. Ci. de Or. 137. a.

Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quintil. puteolis essem. Ci. At. 249. a.

Tibi etiam gratias agebat, quod signa componenda suscepisses. Cic. At. 60. a. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat. Ci. p Deio. 146. b. In hoc elaborandum est, ut remp. constituas, eaq; tu in primis composita summa trāquillitate & otio perfruare. Ci. p Mar. 135. a.

Composita & constituta rep. quicq̄ agi per uim minime ciuile est. Ci. de Leg. 192. b.

Composito & delibuto capillo passim per forum uolitare. Ci. p S. R. 41. a. Ita causa componitur ut Bidenses hereditatem peterent. Ci. I. V. 119. b.

Fieri non poterat ut componeretur. Cic. pro S. R. 41. a. idest ut conueniret.

Æschines tanq̄ Æserninus ut ait Lucillius, cum Pacidiano hic componitur. Ci. de Opt. 144. b. i. comparatur.

Comporto, as. Ci. I. P. 84. a. Cum arma in templum Castoris luce & palàm comportarentur.

Cum arma in ædem Castoris comportabas. Ci. p Dom. 224. a. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. Ci. At. 78. a.

Omnia ad istum comportari necesse est. Ci. I. V. 118. a.

Res undiq; exquisitæ, collatæ, accersitæ, comportatæ. Ci. de Or. 151. b.

Compos, tis. particeps. Ci. de N. 30. a. Animans est igitur mundus, composq; rationis.

Mundum esse rationis & consilij cōpotē. Ci. de N. 33. a.

Omnes uirtutis compotes beati sunt. Ci. Tus. 236. a. et de Fin. 141. b. Homines compotes uirtutum.

Non sum mihi crede mentis compos, tantum mihi dedecoris admisisse uideor. Ci. At. 238. b.

Tu mentis es compos? Ci. I. A. 178. b.

Qui suæ mentis compos non est. Ci. I. P. 89. b.

Quarum rerum qui essent animo & scientia compotes, eos imperatores dicerem. Ci. de Or. 102. b.

Illud quæro, cuius qui sit compos, is sit eloquēs. Ci. Or. 206. a. An ego in hac urbe esse possum bis pulsis, qui me huius urbis compotem fecerunt? Ci. p Sest. 28. b.

Composite. disposite. Ci. de 89. a. Oratoris est, composite, ornate, copiose eloqui.

Composite & apte dicere. X. sine uerborum modo et ordine dicere. Ci. Or. 210. b.

Compositio. confectio, quasi structura, coagmentatio, cōpages, constructio, σύνταξις, dispositio, ordo, descriptio. Ci. de Leg. 181. a. Totaq; huius iuris compositio pontificalis magnam religionem declarat.

Compositiones unguentorum & ciborum conditiones etc. Ci. de N. 55. b. et. 11. b. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum.

Apta compositio membrorum. Ci. Off. 10. a.

Compositio uerborum. Ci. de Or. 213. b.

Verborum

Verborum quasi structura.Ci.d̄ Opt.243.a.

Verum admirabilis compositio disciplinæ Stoicæ, incredibilisq; rerum traxit ordo.Ci.d̄ Fin.105.b.

Sonorum uaria compositio harmonias efficit plures.Ci. Tus.156.b. Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis.Ci.Off.29.a.

Compositio, quæ tota seruit grauitati uocum & suauitati.Ci.Or.214.b. Verbis ad aptam compositionem et condecentiam uti.Ci.d̄ Or.161.b.

Pacis, concordiæ, compositionis author esse non destiti. Ci.I.A.165.a. Spes compositionis me fefellit, qua facta uolebam &c.Ci.At.239.b. &.141.b.Compositionis spem non desperatissimam esse puto. &.150.a.De compositione aliquid me conficere spero.

Quid: tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, & uadimonia dilata mitteres? Ci.Ep.22.a. Magistratuū cōpositio.Ci.d̄.L.186.b. Ex magistratuum compositione, quod cuiusq; reip. genus sit intelligi.& ibi paulo infra.Sic de magistratibus disputes, qbus de causis maxime placeat ipsa descriptio. Confectio libri.i.compositio.Ci.d̄ Sen.77.a.

Compositor, oris. Ci.Or.202.b. Perfectum oratorem hoc uno excellere i.oratione, cętera in eo latere, indicat nomen ipsum, non enim inuētor, aut cōpositor, aut actor hęc complexus est omnia, sed & græce ab eloquendo rhetor, & latine eloquens dictus est.

Compositus, a, um. conflatus, concretus, conglutinatus, factus, ex compositione factus.

Ci.I.V.72.a.Nemo unq̄ paratior, uigilantior, compositior in iudicium uenit. Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare.Ci.Or.217.a.

Composita oratio & ornata & artificio quodam et expolitione distincta.Ci.d̄ Or.89.a.

Oratio puris & electis uerbis cōposita. Ad Her.27.b. Hæ rationes satis scitæ nobis instructæ & compositę uidentur.Ci.d̄ Leg.163.b. Quem certi homines compositi monuerunt, ut a me caueret.Ci.p Sest.12.a.

Verbo ex coniūctione factū.i.cōpositū.Ci.d̄ Or.157.a

Ad rem pertinet, quo modo cœlo affecto compositisq; syderibus quodq; animal oriatur.Ci.d̄.D.128.b.

Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositū tāq; compactum & coagmentatum inueniri potest. Ci.d̄ Fi. 201.b. Homo, qui esset totus ex fraude & mendacio factus.Ci.p Clu.32.b.

Equus natura bene compositus.Ad Her.38.b.

Corpus concretum ex elementis. Cic. de.N.65.b.idest compositum.

Compotatio, onis. Ci.d̄ Sen.86.b.Græci conuiuium tū compotationem tum concœnationem uocant.

Compotor, oris. Ci.I.P.93.b.Nisi forte ut cum P.Clodio, hoc est, compotoribus suis cœnet.&.I.A.168.b.

Compransor, ori. Ci.I.A.179.b.Agrum hunc tu compransoribus & collusoribus diuidebas.

Comprehendo, dis. capio, deprehendo, complector, contineo, concludo, comprehensum contineo, deuincio, percipio, intelligo, concipio.

Ci.p Cæl.51.a.Erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium, ut manifesto Licinius teneretur.

Quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius q̄ emiserim.Ci.I.C.105.a.

Tenemus igitur Brute quem quærimus, sed animo, nam manu si comprehendissem, ne ipse quidem persuasisset ut se dimitterem.Ci.Or.206.a.

Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.Ci.I.C. 114.a. Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur?Cic.de.N.19.b.

Et tu cū gladio cruento cōprehēsus es. Ci.d̄ Or.114.a.

Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit.Cic.Q.Fr.301.b. Vt serui prosilirent, hominemq; comprehenderent.Ci.p Cæl.50.b.

Curtius consenserat cum Hispanis quibusdam Pōpeium comprehendere ad Cæsaremq; deducere. Ci.Ep.91.a.

Cuius adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehenderunt.Ci.p Mil.115.b.

Aliquid manifeste comprehensum.Ci.p Fla.160.b.

Vt uenenum cum a Licinio traderetur manifesto cōprehendi posset.Ci.p Cęl.50.b.

Vt facinus ipsum manifesto comprehenderetur.Cic.pro Cor.51.a. Comprehendere aliquam rem indicio alicuius.Ci.p Clu.27.a.

Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit.Ci.p Cecin.300.a.

Qui CCCCLXX millia annorum monumentis cōprehensa continent.Ci.d̄.D.88.a.

Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt, quæ autem possunt, diligenter tenentur. Ci.Off.65.a. In alio uero libro breuiter comprehensis grauissimis sententijs quasi oracula edidisse sapiētia dicitur.Cic.d̄ Fin.68.b.

In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt.Ci.p.Q.R.47.a.&.52.b.Ex pactione uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur.

Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat.Cic.At.292.b.

Natura ipsa circumscriptione quadam uerborum cōprehendit concluditq; sententiam.Ci.d̄ Cla.167.b.

Ac ne plura consecter, comprehendam breui, si enim statuo &c.Ci.d̄ Or.87.b.

Proprijs uerbis solute & facile comprehendere sententiam.Ci.d̄ Cla.194.b. Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio.Ci.p Cæl.40.a.

Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua comprehenderis.Ci.Ep.210.a.

Is omnibus officijs per se & per patrem totam Atinatē præfecturam cōprehendit.Ci.p Plā.268.b.i.deuinxit.

Eisq; nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsi sumus.Ci.d̄ Cla.166.b.

Est enim scientia comprehendenda rerum plurimarum. Ci.d̄ Or.86.a. Sed quoniam mane eundum est, has quinq; dierum disputationes memoria comprehendamus.Cic.Tus.211.b.

Hoc non modo comprehendere animo sed ne suspicione quidem possum attingere.Ci.d̄.N.72.b.

Omnia, quæ sunt in rerum natura celeriter animo comprehendere.Ci.d̄ Or.111.a.

Si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis. Ci. p Clu. 18.b. Eo minus, quod tu uis, possum mente comprehendere. Ci. d' N. 63.b.

Habere aliquam formã cõprehẽsam aĩo. Ci. Or. 198.b.

Sed tamen uestrum est iudices omnia quæ in hunc dici possunt, etiam si a me minus dicuntur, uestris animis & cogitatione comprehendere Ci. p Fla. 260.a.

Qui omnes animo uirtutes penitus comprehẽdisset. Ci. p Cor. 55.a. Habere aliquid cognitum comprehensumq; animo. Ci. d' N. 26.b. et. 63.b. Id quod tu uis, nõ possum mente comprehendere. & . 23.b. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos, Deum &c.

Mihi uideor habere bene cognitam uoluptatem & satis firme conceptã aĩa atq; comprehensam. Ci. d' Fin. 65.a.

Comprehendere aliquid memoria. Ci. d' Or. 97.b.

Quæ a sapientissimis uiris tradita memoria & sciẽtia comprehendisti. Ci. Ep. 94.a.

Postea totam Iboliã fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehensamq; habeas. Q. d' Pet. 209.a.

Res penitus perspectæ planeq; cognitæ atq; ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaq; comprehensæ. Cic. de Or. 94.a. Quid quisq̃ meminit, quod non animo cõprehendit ac tenet? Ci. Acad. 7.a. & . 6.a. Ex quo efficitur nihil posse comprehendi. & ibi. Nihil posse comprehendi, ut plane confidas id perceptum cognitumq; esse. & . 7.a. Virtutum cognitio confirmat percipi & cõprehendi multa posse. & ibi. Non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed cum alterum percepta & comprehensa tenere uidemus, alterum non itẽ. & . 6.b. Aio iã tenemus hæc comprehensa non sensibus.

Hoc cõprehẽditur suis cuiusq; sensibus. Ci. d' Fi. 130.b.

Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur. Ci. d' Leg. 161.a. & . 272.b. Quæ uix summa animi ratione comprehendas. Quod intelligentia & ratione comprehenditur. Ci. d' Vn. 195.b.

Comprehensio, onis. Ci. I. A. 164.a. Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit.

Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehẽsio. Ci. d' N. 20.a. Vt iam liceat una comprehensione omnia complecti, & dicere omnem naturam esse conseruatricem sui. Ci. d' Fin. 131.a.

Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincire. Ci. d' Cla. 177.a. & . 279.a. Comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet.)

Spiritu quasi necessitate aliqua uerborum comprehẽsio terminatur. Ci. d' Cla. 167.b. & . 173.a.

Comprehensio numerose & apte cadens. Ci. Or. 210.b.

Ex uno Epicuri capite comprehensio & perceptio tollitur. Ci. Acad. 25.b. & . 9.a. Mens hominis amplectitur maxime cognitionem & κατάληψιν quam ut dixi uerbũ è uerbo exprimentes, cõprehensionẽ dicemus. et. 36.b.

Cognitiones comprehensionesq; rerum, è quibus efficiũtur artes ad appetitiones mouent. Ci. d' Fin. 100.b.

Compressio, onis. Ci. d' Cla. 267.a. Crebri sententijs, cõpressione rerum breues, et ob eam ipsam causam interdũ subobscuri.

Compressus, a, um. Ci. p Dom. 225.b. Omnis improborum uis diu collecta et inueterata compresso odio atq; tacito iam erũpebat in actum. et. 216.a. Quasi ego frumentum aliquod compressum tenerem.

Comprimis. in primis. Ci. p Quint. 4.a. L. Albius uir bonus et comprimis honestus.

Comprimo, mis. stringo, constringo, retardo, sedo, frango, restingno. Ci. d' N. 50.b. Tum admonita a Squilla Pinna morsu comprimit conchas. et. 65.b. Humor facile comprimi colligiq; potest.

Zeno cum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi, tum cum planè compresserat, pugnũq; fecerat cõprehensionem illam esse dicebat. Ci. Acad. 36.b.

Nam cum compresserat digitos pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse. Ci. Or. 207.a.

Græci & ciues romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicentur. Ci. At. 82.a.

Orationem illam ita compresseram, ut nunq̃ emanaturã putarem. Ci. At. 44.b. Iam ista serpens cõpressa atq; illisa morietur. Ci. d' Ar. 256.b.

Ve ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciã frangerem, loquacitatem retardarem. Ci. In Vat. 29.a.

Voluptates cum inclusæ diutius & prima ætate cõpressæ & constrictæ fuerunt, subito se nonnunq̃ profundunt atq; ejciuntur uniuersæ. Ci. p Cæl. 53.b.

Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem cõprimas atq; restingnas. Ci. I. P. 92.a.

Paulo cupidiorem publicanum comprimere. Ci. Q. Fr. 291.a.

Multa eius magna delicta compressi. Ci. At. 157.a.

Nisi Cæsar furentis hominis conatum & audaciam cõpressisset. Ci. I. A. 226.b. & Ep. 245.b.

Qui dicendo comprimat tribunitios furores. Ci. p Mu. 229.a. Cõpressi tuos nefarios conatus amicorũ præsidio. Ci. I. C. 99.b. & Off. 45.b.

Comprimere exultantem lætitiam. Ci. Top. 228.b.

Hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes cõprimimus. Ci. d' N. 56.a. i. eloquentia.

Duabus animi temerarijs partibus compressis. Ci. d' D. 93.b. Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit. Ci. p Dom. 241.b.

Comprimere plausum. Ci. p Deio. 150.a.

Comprobatio, onis. approbatio.

Ci. Off. 26.a. Et ab omni quod abhorret ab ipsa oculorum auriumq; comprobatione fugiamus.

Comprobator, oris. approbator. Ci. d' In. 51.b. Deinde qui eius facti sunt principes & inuentores, & eius authoritatis inuentionisq; comprobatores atq; æmuli.

Comprobo, as. approbo, laudo, collaudo.

Ci. p Pom. 17.a. Sententiam tuam laudo, uehementissimeq; comprobo. Si tu honorem meum sententia tua comprobaris. Ci. Ep. 245.b.

Ita ictor, ut me quasi patris eius iudicio comprobari putem. Ci. At. 154.b. et. 264.b. Tota potestas eius rei tua est, ut quæ consules decreuerunt &c. non dicam cõprobes sed studiose libenterq; comprobes.

Iudicatum est res assensione aut authoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Ci. d' In. 52.b.

Patris dictum sapiens filij temeritas comprobauit. Cic. Or. 218.a.

Neque uero hoc oratione solum, sed multo magis uita et factis & moribus comprobauit. Ci. de Fin. 62.b.
Rem aliquam testimonio alicuius comprobari. Ci. I. V. 232.b. Cum Gaditanus iussa nostra sententia sua cō probat. Ci. p Cor. 63.a.
Illic animi uoluntas propenso comprobatur, hic memorio collaudatur. Ci. Antequ. 192.b.
Dij immortales numine suo reditum meum comprobauerunt. Ci. p Dom. 216.a.
Has comproba tabulas. Ci. p Cecin. 298.b.
Perceleri interitu serui aiunt esse ab hoc comprobatum uenenum. Ci. p Cæl. 50.a.

Compromissum, si. Ci. I. V. 122.a. Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat. et ibi. Pœnis compromissisque interpositis.
Sed a magistris cum contenderem de proferendo die, phibuerunt mihi sese, quo minus id facerent & compromisso & iureiurando impediri. Ci. Ep. 201.b.
Quæro abs te quid ita de hac pecunia, de tuorum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris, quanto æquius & melius sit dari repromittique si peteres? Ci. p Q. R. 46.b.

Compromitto, tis. compromissum facio.
Ci. Q. Fr. 316.b. Tribunitij candidati compromiserunt HS CCCC in singulos, apud Catonem depositis petere eius arbitratu.

Comptus, a, um. Ci. I. P. 84.b. Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.
Compta oratio & mitis. Ci. de Sen. 82.b.

Compunctus, a, um. Ci. Off. 37.b. Barbarum & eū quidem (ut scriptum est) compunctum notis thraeijcijs districto gladio iubebat anteire.

Compungo, gis. Ci. de Or. 123.a. Dialectici ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus.

Computo, as. subduco, calculos subduco, rationes confero. Ci. I. A. 178.a. Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.
Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par sit ratio datorum & acceptorum. Ci. de Am. 107.a.

Cum. Ci. de Or. 191.b. De Antonio Balbus ad me cum Oppio conscripsit.

Conatus, tus. Ci. de N. 50.a. Appetitus, quo belluæ conatum habent ad naturales pastus capescendos.
Apuleius princeps fuit ad conatum exercitus comparandi Ci. I. A. 129.b. Qui omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parat. Ci. Ep. 60.b.
Is omnes motus conatusque Catilinæ prohibebit. Ci. I. C. 210.a. & ibi. Si cuius inceptum ullum conatum'ue contra remp. dephendo. & 99.b. Cōpressi tuos nefarios conatus præsidio amicorum.
Non hominum ille impetus & conatus fuit, sed belluorū. Ci. p Syl. 181.b. Hoc ego religione non sum ab hoc conatu repulsus. Ci. Or. 200.a.
Catilina de spe conatuque depulsus &c. Ci. I. C. 207.a.
Conatibus malorum obuiam ire. Ci. Anteq. 194.a.
Si impetum in me facere conabitur resistam, et eius conatum refutabo. Ci. de Ar. 245.b.

Pater eius, ille qui Tyberij Gracchi perditos conatus uindicauit. Ci. Off. 22.b.
Alicuius rei si non perfectio, at conatus tamen & adūbratio. Ci. Ora. 206.a.
Magno conatu studioque agere aliquid. Ci. p. Qui. 8.a.

Cōcalefacio, cis. ex cōcalfacio apud Non. ex Ci. ad Pisam. Ci. de Or. 138.a. Et ait idem cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio, fis. Ci. Tus. 217.a. Quam tamen Democritus concalefactā & spirabilē. i. aiolem esse uoluit.

Concalesco, scis. Ci. Tus. 157.a. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt. Locus ille animi nostri stomachus ubi habetabat olim concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Ci. At. 61.a.

Concallesco, scis. Ci. de N. 64.b. Callidos uoco quorum tanquam manus opere sic animus usu concalluit.

Concauus, a, um. Ci. de N. 45.b. Speluncarum concauæ altitudines. Socrates iugulo concauo non habebat. Ci. de Fat. 142.a.

Concedo, dis. permitto, do, tribuo, condono, offero, remitto, nō nego, ueniā do, licētiā uel ptātē pmitto, potestatē do, licentiæ aliquid do, potestatem defero, potestatem largior, potestatem facio, libertatem do, libertatem concedo, per me licet, causæ nihil dico quin, succumbo, abeo, cedo, assentior, ignosco.
Ci. p Clu. 58.b. Multi sæpe in iudicando liberum peccata parentum misericordiæ concesserunt, uos ne huius uitam matris crudelitati condonetis, rogamus.
Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem, ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquā concesserant. Ci. Ep. 56.a.
Ego dolorem & inimicitias meas reip. concessi. Cic. de Pro. 78.a. Si mihi hoc a uobis tribui concedique sentiam. Ci. p Arch. 186.a.
Concessit senatus postulationi tuæ. Ci. p Mur. 135.b.
Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti romano in plorādo non est concessa libertas. Ci. p Plā. 266.a.
Vos quæso date hoc & concedite pudori meo. Ci. I. V. 81.b. et de Or. 127.a. Tibi remitto atque concedo, ut Cn. Plancium defendas. Ci. p Plan. 275.b.
Quantum cæteris ad res suas obeundas conceditur tēporis et ad ipsam requiem animi. Ci. p Arch. 180.a.
Catulus, cui græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. Ci. de Or. 111.a.
Is ius suum non deseruit, nec quicquā illius audaciæ petulantiæque concessit. Ci. p Cecin. 305.a.
Multa multis de iure suo concedere. Ci. Off. 46.b.
Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. Ci. p. S. R. 38.a. Artes, quibus tu magnus es, tibi cōcedo. Ci. p Quint. 17.b.
Consules neque concedebant neque ualde repugnabant. Ci. Ep. 3.a. Concedere amicis, quicquid petunt, et impetrare ab eis, quicquid uelimus. Ci. de Am.
Multa multis de suo iure concedere. Ci. Off. 46.b.
Qua in re uel concedere alteri uel ad conditionem alterius descendere oportebit. Ci. de In. 84.a.
Leuitas totius Asiæ, de qua nos et libenter et facile con-

cedimus.Cic.pro Fla.154.a.

Venix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur.Cic.I.V.230.b. Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet.Ci.Tus.213.a.

Et si de cupiditate nemini concedã. Cic.At.202.b. & 234.a.Non concedo tibi in desperatione.

Neq; temere dicto concedi oportet. Ci.p.S.R.19.a.i. ignosci. Nemini concedo,qui maiorem ex reip.pernicie molestiam traxerit.Ci.Ep.47.a.

Nemini concedo,qui tibi uetustate necessitudinis potior possit esse.Ci.Ep.144.b.

Quibus ego,ut de his rebus omnibus disserant,cum cõcessero,illud tamen oratori tribuam & dabo, ut explicet &c.Ci.d Or.89.b.& ibi.a.Nã si quis hunc statuet esse oratorem,qui &c.tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est. Vt opinor ab eorum oculis aliquo concederes.Ci.I.C.100.b.i.abires.

Vnde fulmen uenerit,quo concesserit.Ci.d.D.117.b.

Beatos esse deos sumpsisti,concedimus,beatum autem sine uirtute neminem esse posse,id quoq; damus, & libenter quidem,uirtutem autem sine ratione constare nõ posse,conuenit id quoq; necesse est,adiungis,nec rationem esse nisi in hominis figura,quem tibi hoc daturum putas?Cic.de.N.19.a.

Tribuo illis literas,do multarũ artium disciplinam,non adimo sermonis leporem,ingeniorum acumen & si qua alia sibi sumunt,non repugno.Ci.p Fla.148.a.

Non magnopere pugno de hac re . Ci.d.N.60.a.idest concedo. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.Ci.p Cæl.43.a.

Permitto aliquid iracundiæ tuæ,do adolescentiæ,cedo amicitię,tribuo parenti.Ci.p Syl.175.b.

Concelebro,as. Q.d Pet.301.b. Conuiuio quæ facile abs te & amicis tuis cõcelebrãtur & passim & tributi.

Quare mihi uidentur postea cætera studio recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse,hoc uero &c.Ci.d In.42.b.

Concentus,tus.quasi consensus. Ci.d Fin.123.a.Vt in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit,omnes æque incontentæ.

Concentus auium.Ci.d Leg.160.a.

Maior & melior actionum q̃ sonorum concentus est.Ci. Off.29.b. Hic est inquit ille sonus,qui interuallis coniunctus imparibus sed tamen pro rata portione distinctis impulsu & motu ipsorum orbium efficitur,qui acuta cum grauibus temperans æquabiliter concentus efficit.Ci.d Som.128.b.129.a.

Cognatio naturæ & quasi concentus consensusq;,quam græci συμπάθειαν uocant.Ci.d.D.115.a.

Omnium doctrinarum quasi consensus concentusq;.Cic. d Or.144.a. Stellarum concentus ex dissimilibus motibus.Ci.d.N.49.b.

Conceptio,onis. Ci.d.D.118.b.Conceptio mulæ contra naturam fortasse,sed partus prope necessarius.

Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur.Ci.d In.69.a.

Conceptus,a,um. Ci.p Clu.45.b. Africanus cum esset Cẽsor, & in equitum censu C.Licinius sacerdos prodisset,clara uoce dixit se scire,illũ uerbis cõceptis peierasse

Conceptus,tus. Ci.d.D.99.a.Quædam etiam oriebantur ex hominum conceptu & satu.

Oceanum Salaciamq; cœli satu terręq; conceptu generatos editosq; memorant.Ci.d Vn.201.b.

Concerno,nis. Q.d Pet.307.b.Quod si satis grati homines essent,illa omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno,aliàs confido.

Concerpo,pis. conscindo,lacera. Ci.At.166.a.Tu tamen eas epistolas,quibus asperius de eo scripsi aliquando concerpito,ego item tuas.

Quod tibi scripsi Curionem frigere,iam calet,nam feruentissime concerpitur.Ci.Ep 116.a.

Concertatio,onis. Ci.d Or.101.a.Infinitę concertationumq; plenę disputationes. &.114.b.Ieiuna concertatio uerbarum.& Tus.181 b.Verborum concertatio.& d Fin.54.b. Concertationes in disputando pertinaces. Carneades concertationis studio modo ait hoc modo illud.Ci.d.D.93.b.

Concertatorius,a,um. Ci.d Cl.191.b.Thucydides hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concerto,as. Ci.p Pom.9.a. Qui sæpius cum hoste cõflixit,q̃ quisq̃ cum inimico concertauit.

Nunc si lingua est concertandũ innocentię uirtute fretus supero.Ci.Anteq̃.194.b.

Nunq̃ accidit ut cum eo uerbo uno cõcertarim. Ci.At. 44.b. Herculem, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.Ci.d.N.67.b.

Concessus,a,um. certus.X.dubius,controuersus. Ci.d.D.130.a. Vides'ne ut ad rem dubiam concessis rebus peruenerit?hoc uos Dialectici non facitis,nec solũ ea non sumitis ad concludendum quæ ab omnibus cõcedãtur,sed ea sumitis,quibus cõcessis nihilo magis efficiatis qđ uelitis.& ibi.Quæ dubia sũt,ea sumere ipsos pro certis atq; concessis.

Concessus,sus. Ci.p Cæl.43.a. Datur enim omnium concessu huic aliquis ludus ætati. & Ep.134.a.

Si latores leges aliquas concessu suo sanxerunt. Cic.de Leg.171.b. Magna deliberatio est,quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid sed illius concessu & beneficio quiescendi.Ci.Ep.52.a.

Philosophia data est nobis deorum concessu & munere. Ci.d Vn.204.a. Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est.Ci.d Cl.172.a.

Concha,chæ. Ci.d Or.110.b.Sed tamen ita solet narrare Sçęuola,conchas eos & umbilicos ad Gaietam & ad Lucrinum legere consuesse.

Pinna duabus grandibus patula conchis. Ci.d.N.50. b.& ibi. Admonita a Squilla Pinna morsu comprimit conchas . &.51.a. Platalea conchis se complens easq; euomens.

Conchyliatus,a,um. Cic.I.A.173.a. Conchyliata peristromata.

Conchylium,lij. Ci.I.P.94.b.Mensa extructa non conchylijs aut piscibus, sed multa carne &c.

Ostreis & conchylijs omnibus contingit ut cum Luna crescant pariter,pariterq; decrescant.Ci.d.D.115.a.

Ipse dabat purpuram,amici opera.& ibi.Nihil nisi cõ-

Cōcido,dis.concidi.cado,ruo. Ci.p Pom.7.b.Ruere il la non pōt,ut hæc nō eodem labefactata motu cōcidēt. Cum ego unà cum rep.consulari ictu concidissem. Ci. Equus sine causa repente concidit. Ci.d.D.96.b. Cum meæ forenses artes & actiones publicæ concidissent.Ci.Or.210.a.
Ne omnes conciderctis ardoreq; flammæ conflagraretis.Ci.Anteq.192.b.
Vel concidat omne cœlum,omnisq; natura consistat. Ci.de Som.131.a.
Senatus authoritas concidit.Ci.At.12.a.& ibi. Ne patres cōscripti una plaga accepta cōciderēt,ne deficerēt. Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima concidit.Ci.At.117.a.&.160.b.&.43.b. Quis unquam ex tam amplo statu concidit?
Hoc interim spatio conclaue illud ubi epulabatur scopas concidit,eaq; ruina ipse oppressus cum suis interijt. Ci.de Or.141.a.
Artificia concidere dicebat.Ci.Acad.36.b.
Iuuat me,hæc præclara nomina artificum Verris æstimatione sic concidisse.Ci.I.V.202.b.
Contrahi animum & quasi labi atq; concidere,& ipm esse dormire.Ci.de.D.133.a.
Et mens debilitata metu concidit.Ci.p Dom.140.b.
Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.Ci. pro Pom.7.a.
Themistocles ueneno epoto mortuus concidit. Cice.de Cla.162.a. Concidere animo.Ci.
Lucius Brutus in prælio concidit.Ci.Tus.167.b.
Vrbs conflagrata concidat.Ad Her.26.b.

Concido,dis.cædo. Ci.p Flac.161.a.Membra uxoris fustibus debilitauit,manus contudit, digitos confregit, neruos concidit.
Concidere aliquem uirgis.Ci.I.V.101.a.
Cæde,concide.Ci.I.V.182.b.
Cum omnem authoritatem Senatus in conspectu populi Rom.conciderés.Ci.de Or.143.a.
Vos decretis uestris Antoniū concidistis.Ci.I.A.200. a.&.241.b.Antonius nondum erat uestris tam grauissimis tamq; multis iudicijs ignominijsq; concisus.
Vatiniū arbitratu nostro cōcidimus.Ci.Q.Fr.309.b.
Hæc autē uniuersa concidūt ēt minutius.Ci.Aca.11.b.
Concidere aliquem totis uoluminibus. Ci.d.N.20.a.
Concidere & delumbare sententias.Ci.Or.220.a.
Infringere & concidere numeros. Ci.Or.219.b.
Post concisæ sunt optimę cohortes. Ci.d.Pro.71.a.
Sed tamen equites nostros concisos a Barbaris nuntiabant.Ci.At.76.b.
Pansæ exercitus concisus est.Ci. Ep.165.b.&.166.a.
Agripetas Buthroti concisos audio.Ci.At.250.a.

Conciliatio,onis. Ci.Off.30.a.Cōmunem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere,tueri,seruare debemus.
Honestum autem,quod ducatur a conciliatione naturę Zeno statuit finem esse bonorum. Ci.Acad.33.a.
Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse coniunctos.Ci.de.N.41.b.
Quę permotionis causa uehementer uel conciliationis causa leniter aguntur.Ci.de Or.128.b.
Pecuniam Staleno dedit Oppianicus ad conciliationē gratię.Ci.p Clu.35.a.

Conciliatricula,lę. Ci.p Sest.7.a.Alter erat nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatrix,cis.Ci.d.N.16.b.Natura blanda conciliatrix & quasi sui Lena.
Virtutis opinio ē cōciliatrix amicitię. Ci.d Am.103.a.
Oratio,quę conciliatrix est humanę maxime societatis. Ci.de.L.161.b.

Conciliatus,a,um. Ci.At.229.b.Puero quoq; hoc a me dabis,ut animum eius conciliatum reddas.

Concilio,as.coniungo,adiungo,iungo, beneuolum facio uel reddo,amicum facio uel reddo, reconcilio, allicio, reficio,contraho,deuincio, beneuolentiam coniungo, charitatem inter aliquos iungo,cum aliquo consuetudinem & amicitiam iungo,aliquem ad amicitiam adiungo,amicitiā cum aliquo constituo, studia boñum cōplecti tenereq;,adiligere atq; īuitare aliquē ad amicitiā. Ci.d Fin.93.a. Simulatq; natum sit animal ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum.
Parentibus & patrię nos primum natura conciliat.Ci. de Ar.257.b.
Oratio conciliat inter se homines coniungitq; naturali quadam societate.Ci.Off.11.a.
Feras inter se partus atq; educatio & natura ipsa conciliat.Ci.p.S.R.28.b.
Frui rebus ijs,quas primas homini natura conciliet. Ci.Acad.33.a.
Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto.Ci.p Pom.17.b.
Si quis Deus uestram mihi beneuolentiam ad audiēdū conciliarit.Ci.p Clu.19.a.
Magnitudo negotij conciliat gloriā. Ci.p Mur.143. a.& ibi.Largitio ęquitatis conciliat gratiam.
Aut enim negligenda nobis fuit uoluptas audientium aut ars eius conciliandę reperienda. Ci.Or.212.b.
Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi cōciliarat ab omnibus.Ci.p Arch.189.a.
Conciliare sibi animos hominum & ad usus suos adiūgere.Ci.Off.36.a.
Liberalitas,qua qui utuntur,beneuolentiam sibi conciliant & charitatem.Ci.d Fin.59.b.
Deiotarus,quo cum mihi amicitiam resp.conciliauit,hospitium uoluntas utriusq; coniunxit. Ci.p Deio.151.a.
Cōciliare pacē īter ciues.Ci.Ep.160.b.& d In.59.a.
Mea persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda.Ci.I.A.241.b.
Eumq; cui concilies hūc amorē, significes nihil ad utilitatem suam retulisse.Ci.de Or.127.a.&.127.b.Sentimus amorem conciliari, si id uelle uideare, quod sit utile ipsis,apud quos agas, defendere. & ibi. Nanq; hę res amorem magis conciliat,illa uirtutis defensio charitatem.&.125.a.Ea quę omnia ualde beneuolentiam conciliant.&.208.a.Ordiri orationem, in quo concilietur auditor &c. &.96.b. Etiam illa cognoram,initio conciliandos eorum esse animos,qui audirent.
Multum ualet ad uincendum animos iudicum concilia

*ri quàm maxime ad beneuolentiam erga oratorem.*Ci. de Or.125.a.&.119.a.*Vt conciliemus nobis eos, qui audiunt.*&.127.a *Conciliare sibi beneuolentiam populi.*&.277.a.*Ita q; nostra necessitudo debet conciliare te illi.*

*Amplificatio,quę motu animorum conciliet in dicendo fidem.*Ci.Part.234.b.

*Conciliare sibi uoluntatem alicuius.*Ci.At.

Careo omnibus amicis, quorum beneuolentiam nobis conciliarat resp Ci.Ep.56.b. &.41.a. *Citius ueterem coniunctionem diremissem quàm nouam conciliassem.* &.63.b.*Illud non dubito quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt,resp. nos inter nos conciliatura coniuncturaq; sit.*

*Cui nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium.*Ci.Off.331.a.

*Amplificatio est grauior quædam affirmatio quæ motu animorū conciliet in dicendo fidē.*Ci.Part.234.a.

Antonius legiones sibi conciliare pecunia cogitabat. Ci.Ep.197.b.

*Offensionem & inuidiam pecuniæ conciliandæ causa suscipere.*Ci.I.V.136.a.&.137.a.*Vtrum cum iudices sitis de pecunia capta & cōciliata,tantum pecuniam captam negligere potestis*&.137.b.*Inuēta est ratio.quare.*HS.CXX. *millia uno genere conciliauit.*

Concilium,*lij.consilium,conuenticulum,cœtus.* Ci.d̉ In.68.a.*Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit.*

*Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum,sic uoluptatem in uirtutum concilium adduceret*Ci.d̉ Fin.66.a.b.&.81.a.*Opiniones,quę apud populum,quæ in omni cœtu concilioq; proferendæ sunt.* *Tum Velleius fidenter sanè &c.tāquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri intermundijs descendisset, audite inquit &c.*Ci.de.N.5.b.

*In deorum concilium uocari.*Ci.d̉ D.90.b.

In concilio deorum fuisse. Sal.in Ci.270.b. & ibi.*In concilio deorum admitti.*

*Iis deinum quoddam iter est seclusum a concilio deorum.*Ci.Tus.163.b.

Conuocare concilium. Ci.in Vat.32.b.

*Concilium pastorum.*Ci.Off.59.b.

*Quoniam plebi quoq; urbanæ mores conuenticula & quasi concilia quædam esse uoluerūt.*Ci.p Do.228.a.

Concilia cœtusq; hoīum iure sociati. Ci.d̉ Som.127.b.

Cum in illud animorū concilium cœtumq; proficiscar. Ci.de Sen.94.b.

*Augures possunt concilia uel īstituta dimittere uel habita rescindere.*Ci.d̉.L.176.a.

Concinne,*facete.*Ci.d̉ Or.116.a.*Hæc quidem sunt concinne distributa,sed non perite.*

Concinne ut multa Timæus. Ci.de.39.b.i.*facete.*

*Hunc rogat blande & concinne.s.*Ci.p Q.R.53.a.

Communitas,*tis.concinnitudo,condecentia.* Ci.Or.204.a.*Collocata uerba habent ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt.*

Forma ipsa concinnitasq; uerborū conficiat orbem suū. Ci.Or.110.b.&.204.b.*Illa concinnitas,quæ uerborū collocationem illuminat.*

*Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret.*Ci.d̉ Cla.168.a.&.191.b.&.195.b.*Ornata sententiarum concinnitas.*

Concinnitudo,*nis.concinnitas.* Ci.d̉ In.47.b.*Exordiū splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum debet habere.*

Cōcinno,*as.adorno,infuco,pingo.* Ci.Ep.194.b.*Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti concinnaui tibi munusculum ex instituto meo.*

Concinnus,*a,um.ornatus elegās,politus,facetus.* Ci.Q.Fr.318.a.*Mihi erit curæ tectorium ut concinnum sit.*

*Sententiæ non tam graues & seueræ quàm uenustæ et concinnæ.*Ci.d̉ Cla.195.b.

*Sophistæ concinnas magis sententias exquirunt quàm probabiles.*Ci.Or.202.b.

*Concinnæ acuteq́; sententiæ.*Ci.d̉ Cla.190.a.

*Homo ad persuadendum concinnus perfectus, politus è schola.*Ci.I.P.92.a.

*Aristo concinnus & elegans.*Ci.d̉ Fin.127.b.

Concinna,distincta,ornata,festiua oratio. Cice.d̉ Or.152.a.

Lepida & concinna exornatio. Ad Her.31.a.

Reditus ad rem aptus & concinnus. Ci.d̉ Or.162.a.

*Alij in eadem ieiunitate concinniores,idest faceti,florētes etiam & leuiter ornati.*Ci.Or.198.b.

*Hic autem nec tam concinnus Helluo nec tam musicus iacebat &c.*Ci.I.P.84.a.

Concino,*nis.* Ci.p Sest.13.a.*Hæc tum a me tanquam fatu in ipsa re gerenda concinebantur.*

*Hæc cum pressis & flebilibus modis concinuntur,difficile est &c.*Ci. Tus.171.a.

*Omnes mundi partes inter se cōcinentes.*Ci.d̉.N.39.a.

*Vides' ne ut hæc cōcinant& hercule mirabilis est apud illos contextus rerum,respondent extrema primis, media utrisq;,omnia omnibus.*Ci.d̉ Fin.144.a.

Concio.*onis.conuentus uel multitudo hominum, corona, consilium,concilium,scena,oratio.* Ci.d̉.N.14.a.*Libri protagoræ in concione combusti.*

*Quid aliud fuit in quo concio rideret, nisi illa uultus & uocis imitatio?*Ci.d̉ Or.131.a.

*Consul aduocat cōcionem,habet orationem talem,qualem &c.*Ci.p Sest.8.b.

Aduocare concionem donandi causa. Ci.I.V.190.a.

*Concio,quę ex imperitissimis cōstat.*Ci.d̉ Am.118.b.

Clamor concionis. Ci.d̉ Fin.80.b.et Or.218.a.

*Ex hac ego lege secunda concionis uoluntate omnia illa tollebam,quę etc.*Ci.At.18.a.

*Nullā maiores nostri uim concionis esse uoluerunt.*Ci. pro Flac.149.a.

Quę scisceret aut quę populus iuberet,semota concione iuberi uetariq; uoluerunt . Ci.p Flac.149.a. et ibi. *Gręcorum tota resp.sedentis concionis temeritate administrantur.*

Ista labes,ea facit conciones,ea miscet,ea turbat. Cice. Ar.254.b.

P.Lentulus habuit concionem de me, ad quam populi Rom.concursus est factus. Ci.p Sest.24.a.

De mea salute P. Lentuli, Cn. Pōpeij, cæterorumq; principum celeberrimæ & gratissimæ conciones fuerunt. Ci. I. P. 87. a.

Atq; ille me abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Ci. Ep. 60. b. & 134. a. & 133. b. Legi concionem tuam, nihil illa sapientius.

In concione mea nihil ponam de rebus meis gestis. Ci. Anteqnā. 195. b.

Mexq; illæ uehementes cōciones tanq̄ ... esse uidentur. Ci. Ep. 174. b.

Eam primam habent cōcionem, qua gratiam beneficij uestri cum suorum laude cōiungant. Ci. ꝯ Rul. 66. a.

Subito ille in concionem ascendit. Ci. At. 54. b. & post 206. b.

Quid enim mereri uelis iā cum magistratum inieris, & in cōcionem ascenderis, ut dicas &c. Ci. d Fin. 80. a.

Concionalis, le. Ci. At. 23. a. Illa concionalis hirudo ærarij, & Q. Fr. 312. a. Clamor concionalis.

Cōcionarius, a, ū. Ci. Q. Fr. 308. b. Populus cōcionarius.

Cōcionator, oris. Cice. I. C. 120. a. Intellectū est quid intersit inter leuitatem concionatorum & animum uere popularem.

Concionor, aris. concionem habeo. Ci. At. 152. a. Cæsar postero die in oppidum introiuit, concionatus est, inde Romam contendit.

De religionibus sacris concionatus est Clodius. Ci. de Ar. 245. a.

Cato cōcionatus est comitia haberi non siturum. Ci. Q. Fr. 313. b.

Cum Lepidus concionaretur atq; omnibus scriberet, se consentire cum Antonio. Ci. Ep. 163. b.

Idemq; cum in communibus suggestis consistere nō auderet, cōcionari ex turri alta solebat. Ci. Tus. 239. b.

Quæ cum ita sint, magna tamen eloquētia est utendū atq; ita uelut superiore è loco concionandum, ut homines &c. Ci. Tus. 174. a.

Concipio, pis. cōprehendo, colligo, imbibo animo, aīo aut spe magna suscipio. Ci. d N. 31. a. Omnia, quæ terra cōcipiat semina, tempatione caloris oriri & augescere. Semen incidens in concipientem comprehendētemq; naturam. Ci. de. N. 42. a.

Itā ne censes? ante coronam extitisse quàm herbarū conceptum esse semen? Ci. d. D. 122. b. & 118. b. Vtrū igitur cum conceperit mula an cum peperit ostētum est?

Vt id quod conceperat seruaret, ut saluum parere posset. Ci. p Clu. 24. a. & ibi. Vt unà & illa & quod erat ex fratre conceptum necaretur.

Hoc quod conceptum resp. periculum parturit, consilio discutiam. Ci.

Imbecilli animi superstitiosa ista facile concipiunt. Ci. de. D. 125. b. i. credunt.

Mens parata ad comprehendendam uim oratoris. Ci. d Or. 126. a. & 125. b. & ibi. Nulla materia nisi admoto igni ignem concipere potest.

Is non a deo immissum dolorem, sed conceptum a seipso continebat. Ci. de. N. 78. b. & 54. a. Animæ pars redditur respirando, pars concipitur parte quadam quam uentriculum appellant.

Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiā delere potuistis. Ci. I. V. 75. a.

Sanguis paternus, ex quo si qua macula concepta est, laui non potest. Ci. p. S. R. 29. a.

Furor biennio ante conceptus erupit in meo consulatu. Ci. p Syl. 179. b.

Ipsa senectus concipit dedecus. Ci. Off. 25. a.

Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam cōtinetis. Ci. Antequam. 192. b.

Odiū i aliquē cōceptū iā diu cōtinere. Ci. Postq̄. 298. a.

Veruntamen nocturnis uigilijs institium illud conceptū ac meditatum est. Ci. d Ar. 267. a.

Qui in rep. uiolando fraudes inexpiabiles concepissent. Ci. Tus. 163. b.

Concipere scelus. Ci. I. C. 105. b.

Non iste maius in sese scelus concepit, cum fana spoliaret, &c. q̄ ij, si qui istum &c. sententia sua liberauerint. Ci. I. V. 78. a. & 216. b. Magno scelere concepto.

Quod flagitium non cum Antonio concepisti? Cice. p Syl. 170. a.

Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo concipere, aut &c. Ci. de. N. 14. b.

Concipere furorem ex maleficio. Ci. I. V. 250. b.

Concipere uitium. Ci. de. L. 190. b.

Concipere magnam cupiditatem auribus. Ci. I. V. 224. a. i. ex auditu.

Voluptas aīo concepta atq; cōprehensa. Ci. d Fi. 65. a.

Principio quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus. Ci. d. L. 168. a.

Discordia ira acerbior intimo odio & corde concepta. Ci. Tus. 213. b. & 169. a. Cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.

Quod ita iuratum est ut mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est. Ci. Off. 73. b. & ibi. Quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis cōcipitur more nostro, id non facere periurium est.

Concipere uadimonium. Ci. Q. Fr. 326. a.

Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit, Hæc augens anima uitali flamine mulcet. Ci. in Arat.

Concisus, a, um. Ci. d Or. 114. a. Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati, & 238. b. Quānquam hoc ipsum unus &c. concisum est.

Distincte concisa breuitas. Ci. de Cla. 270. b.

Trasimachus minutis numeris cōcisus. Ci. Or. 200. b.

Agripetas Buthroti concisos audio. Ci. At. 250. a.

Aliquis concisus plurimis uulneribus. Ci. p Sest. 20. b.

Concisæ sententiæ & interdum non satis apertæ cum breuitate tum nimio acumine. Ci. d Cla. 170. b.

Concitatio, onis. Ci. Q. Fr. 297. b. Vehementes animi concitationes.

Concitatio aī, quā pturbationem uoco. Ci. Tus. 237. b.

Plebis cōcitatione & seditiōe uitiata. Ci. d Cl. 169. b.

Concitatione quadam animi aut soluto liberoq; motu futura præsentire. Ci. d. D 87. b. & 97. a. Atq; etiā illa concitatio declarat uim in animis esse diuinā. & 224. a. Concitatio mentis

Cōcitator, oris. Ci. p Dom. 215. a. Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.

Clodius concitator tabernariorũ. Ci. p Dom. 215.b.

Concitatus, a, um. commotus. Ci. d Som. 129.a. Cõuersia cœli concitatior.

Ac teipsum & animi quodam impetu concitatum, & ui naturæ atq; ingenij elatum iam usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Ci. p Mur. 139.b.

Concito, as. commoueo, perturbo, stimulo, excito, cieo. inflammo. Ci. Aca. 30.a. Quo enim spectat illud, nisi ut opifices concitentur.

Alterum qua perturbantur animi & concitantur. Ci. Or. 248.b.

Cõcitare seditionem ac discordiam. Ci. p. Mur. 139.a.

Vt quam expectationem de te concitasti hanc sustinere ac tueri possis. Ci Ep. 18.b.

Cum totius Italiæ cõcursus, quẽ mea salus cõcitauerat, facti illius gloriam libens agnouisset. Ci. p Mil. 109.a.

Non modo nationes sed etiam seruitia concitare. Cic. Ep. 166.a. Cum a corpore abstractus animus diuino instinctu concitatur. Ci d. D. 94.a.

Si quis esset satis concitatus cohortatione sua ad studiũ cognoscendæ ueritatis. Ci. de Or. 102.a.

Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. Ci. de Cla. 193.b.

Noua quędã misceri & concitari mala. Ci. I. C. 219.a.

Cum magnum bellum in Cappadocia concitaretur. Ci Ep. 244.b.

Hominem irasci, dolere, omni animi motu concitari. Ci. d Or. 126.a. & 104.b. Concitare misericordiam populi. & 130.b. Conciliare risum.

Concitare expectationem sui. Ci. Ep. 18.b.

Concitare inuidiam in aliquem. Ci. I. V. 239.b.

Concitare grauem offensionem in aliquam rem. Ci. de In. 60.b. & iterum 41.a. Concitare magnum odium in aliquem hominem.

Concitus, a, um. Ci. p Cecin. 287.b. Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam.

Conclamo, as. Ci. I. A. 205.b. Cum uos uniuersi una mente & una uoce iterum a me cõseruatam esse remp. conclamastis.

Conclaue, uis. cubiculum, triclinium. Ci. I. V. 213.a. Singula conclauia, quæ iste & Romæ & in omnibus uillis habet, tricenos lectos optime stratos cum cæteris ornamentis conuiuij, quæreret.

Conclaue illud, ubi erat mãsurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Ci. de D. 80.a.

Hoc interim spatio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. Ci. de Or. 148.a.

Tectum quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. Ci. Q. Fr. 320.b.

Porticus cum conclauibus pauimentata trecentum pedum. Ci. p Dom. 236.b.

In primisq; inferior porticus & eius conclauia fiunt recte. Ci. Q. Fr. 328.b.

Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cũ duabus filijs isset. Ci. p. S. R. 29.a.

Concludo, dis. peroro, efficio, conficio, infero, complector, colligo, cogo, comprehendo, claudo.

Ci. p Sest. 16.a. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus.

Deinde concludamus atq; ita peroremus natura ipsa præscribis. Ci. de Or. 137.a.

Post omnia q; orationem inflãmantem restinguenet ne concludere. Ci. Or. 208.a. & ibi. Singulas argumentationes ita concludere, ut efficiatur, quod sit consequens ijs, quæ sumentur ad quãq; rẽ confirmandam. & 209. b. Vt argumentum ratione concludat.

Hac si nolis inferre, & inferas quod sequitur, fecit igitur insestum, & concluseris argumentationem & perspicuam fugeris complexionem. Ci. d In. 30.b.

Demonstrare id quod concludere aduersarij uelint, nõ effici ex propositis, nec esse consequẽs. Ci. d Or. 128.b.

Argumenti sententiam concludere more dialecticorũ. Ci. de. N. 19.a.

Quod si ita esset, quomodo quenq; conclusisse aliquid aut inuenisse diceremus, aut quæ esset conclusi argumẽti fides? Ci. Acad. 8.a.

Chrysippus ex ipsis exemplis solet ratione concludere hoc modo, si &c. Ci. de. D. 95.a.

Epicurus nõ quomodo efficiatur, concludatur ratio tradit. Ci. de Fin. 53.a.

Illa igitur ratio cõcluditur, nec id quod &c. nec quod &c. Ci. de. D. 121.a.

Commodius arbitror ex rebus concessis concludi quid uelis, & ad exitum perueniri. Ci. d Fin. 64.b. & 78.a.

Deinde concludebas dolorem esse summum malum.

Quæ quidem esse re uera hac stoicorum ratione concluditur, si sint dij &c. Ci. d. D. 97.b.

Perfecto enim & concluso, nec uirtutibus nec amicitijs usquam locum esse, si ad uoluptatem omnia referãtur, nihil præterea magnopere dicendum. Ci. d Fin. 82.b.

Conclusiq; ita, ut dicerem &c. Ci. d Or. 126.b.

Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram. Ci. I. V. 184.b. & 227.a. Vt aliquando totam huius generis rationem concludam atq; definiam.

O acutos homines, qui paucis uerbis negotium confectum putant, ea sumunt ad concludendum, quorum his nihil conceditur. Ci. d. D. 129.b.

Quod si ita esse pluribus uerbis disserendum est, illud tñ breui conficiendũ est, nisi qui &c. Ci. Para. 122.b.

Facinus crudelitate perfectum & cõclusum. Cic. I. V. 122.b.

Deus intelligentiã in animo, animum conclusit in corpore. Ci. de Vn. 196.b.

Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & angustũ concludatur locum naturæ. Ci. d. L. 459.a.

Vrbe portus cingitur & concluditur. Ci. I. V. 255.a.

Ne bestiæ quidem, quas delectationis causa concludimus, facile patiuntur sese contineri. Ci. d Fin. 138.a.

Conclusa aqua facile corrumpitur. Ci. d. N. 30.a.

Natura ipsa circunscriptione quadam comprehendit concluditq; sententiam. Ci. d Cla. 167.b.

Explere & concludere sententias. Ci. Or. 219.b.

Sententia apte uerbis comprehensa & conclusa. Cic. Or. 213.b.

Quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. Ci. Or. 216.b.

Si alicuius

Si alicuius ancipites uarijq; casus exitu notabili concluduntur, expletur animos iucundissimæ lectionis uoluptate. Ci. Ep. 68. a.

Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum uoluptate concluditur. Cic. p Mur. 134. a. Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. Ci. de Or. 100. b. & 108. a. Orator autem concludatur in ea, quę sunt in usu ciuitatum uulgari & forensi.

In hoc singulare iudicium causa omnis concluditur. Ci. p Quint. 12. a. In hanc formulam omnia iudicia cõclusa & comprehensa sunt. Ci. p. Q. R. 47. a.

Dolobellæ nomen iam expeditum uidetur, ut etiam repræsentatione concludam. Ci. At. 214. b. *

Concluse. Ci. Or. 214. a. Apte & concluse aliquid dicere.

Conclusio, onis. clausula, peroratio, epilogus, cõplexio. Ci. d In. 60. a. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. Tũ alij conclusionem orationis et quasi perorationem collocant. Ci. d Or. 116. a.

Conclusio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus nõ dubijs, id qđ dubitatur, efficitur. Ci. d. D. 129. b.

Hęc conclusio, quam habeat uim, considera. Ci. Aca. 17. b. i. argumentatio uel ratio.

Sed tñ hęc est summa conclusionis meæ. Ci. L. A. 166. b.

In extrema parte & conclusione muneris ac negotij tui diligentissimus sis. Ci. Q. Fr. 299. a.

Conclusio sententiarum. Ci. Or. 223. a.

Conclusio uerborum. Ci. d Or. 159. a. i. clausula.

Conclusio ad numerum. Ci. d Cla. 167. b.

Conclusus, a, um. Ci. d. N. 30. a. Conclusa aqua facile corrumpitur. & ibi. Angustia conclusæ orationis.

Oratio nõ cõclusa. X. oratio terminata. Ci. Or. 198. b.

Concœnatio, onis. Ci. d Sen. 86. b. Græci conuiuiũ tum compotationem tum concœnationem uocant.

Concoquo, quis. digero, extero.

Ci. d. N. 30. b. Cleanthes negat ullum esse cibum tã grauem, quin is die ac nocte concoquatur.

Cibus facillimus ad concoquendum. Ci. d Fin. 78. a.

Platalea conchas stomachi calore concoquens & postea euomens. Ci. d. N. 51. a. & 53. b. Aluus arcet & continet illud quod recipit, ut id mutari facile & concoqui possit. Hæc odia non sorbeo solum sed etiam concoquo. Ci. Q. Fr. 328. b.

Tibi diu deliberandum & concoquendum est, utrũ etc. Ci. p. Q. R. 52. b. Nunc uide utra te κρίσις magis delectet, χεινιππεῖανε, an hęc quam noster Diodorus non concoquebat. Ci. Ep. 127. b.

Concordia, diæ. consensus, conspiratio.

Ci. p Clu. 10. a. Equites ordini senatorio concordia cõiunctissimos esse cupio.

Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domesticis non insideat. Ci. Antiq. 193. b.

Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. Ci. Ep. 192. a.

Aliquos perfidia hominum distractos rursus in pristinã concordiam reducere. Ci. At. 133. a.

Reconciliatio concordiæ. Ci. I. C. 126. b.

Nũmarius interpres pacis & concordiæ non probatur. Ci. p Clu. 38. b. Si Cinna concordiam cum Octauio confirmare uoluisset. Ci. I. A. 246. a.

Si ad concordiam res adduci potest. Ci. At. 101. b. & 143. a. Demetrij liber de concordia.

Concordissime. Ci. p Rab. 93. a. Mors illi acerba eius fratris, qui cum concordissime uixerat.

Concors, dis. consentiens, conueniens, coniunctus, concordes sunt quorum sensus in aliqua re congruunt.

Ci. p Lig. 137. b. An ille cum P. Actio, q̃ cum concordissimis fratribus esse maluisset?

Moderatus & concors ciuitatis status. Ci. d. L. 190. a.

Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur. Ci. d Vn. 197. b.

Q uõd anno ante frater Metellus & concors etiam tũ Senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti excluserat. Ci. d Ar. 254. a.

Esse coniunctissimo animo cum aliquo. Ci. I. V. 222. a.

Nisi inter eos conuenit, quid sit &c. Ci. Or. 207. b.

Concredo, dis. Ci. p Quint. 11. b. Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens & cõcredere solebas.

Cui fortunæ uiui commendatę sunt atq; concreditę. Ci. p. S. R. 37. a.

Concrepo, as. Cic. Off. 66. a. Si uir bonus hanc habeat uim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur.

Q ui simul ac Decemuiri concrepuerint expediti ad eadem possint esse. Ci. ꝯ Rul. 82. a.

Deinde scabella cõcrepant, aulæum tollitur. Ci. p Cęl. 81. b. Concrepuit. Ci. Or. 212. a.

Concresco, scis. Ci. d. N. 31. a. Aqua neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concresceret, nisi eadẽ se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Concretio, onis. Ci. d Vn. 203. b. Causæ, quæ uim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris.

Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. Ci. d. N. 15. b.

Deum esse mentem solutam quandam & liberam, segregatam ab oĩ concretione mortali &c. Cl. Tus. 162. a.

Concretus, a, um. conflatus, cõpositus, quasi cõglutinatus. Ci. Tus. 162. a. Nihil est in animis mixtum atq; concretum, aut quod ex terra natum atq; fictum esse uideatur. Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil cõcretum, nihil copulatũ, nihil coagmentatũ, nihil duplex. Ci. Tus. 163. a. & 161. a. Q uid enim obsecro te, terra' ne tibi aut hoc nebuloso & caliginoso cœlo aut sata aut cõcreta uidetur tanta uis memoriæ? & ibi. Quid illa uis, quę &c. ex hac ne tibi terrena mortaliq; natura & caduca concreta ea uidetur? & 158. a. Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, terrenis cõcretisq; corporibus sunt intersepta quodam modo.

Necesse est ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur Crassus hic & concretus aer, q̃ est terre proximis. Ci. Tus. 157. a.

Aer purus ac tenuis. X. cœlum crassum atq; concretũ. Ci. d. N. 34. a. Pingue & concretum esse cœlum. Ci. d. D. 107. b. Species deorũ, quæ nihil habeat concreti, nihil solidi, nihil exp̃ssi, nihil eminẽtis. Ci. d. N. 16. a. Deus omne quod erat concretum & corporeum subster.

nebat animo. Ci.đ Vn.199.b.

Aer fusus & extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. Ci.đ.N.46.a.

Initia unde oîa orta, generata concreta sunt. Cic.Tus. 241.a. Nam sanguinem, bilem, pituitam &c. uideor posse dicere, unde concreta & quomodo facta sint. Cic. Tus.160.a. Corpus concretum ex elementis. Cic.đ N.65.b.i.compositum.&.66.a. Etenim aut simplex est natura animantis &c. aut concretũ ex pluribus naturis.

Cum claram speciem concreto lumine luna abdidit. Ci.đ.D.84.a.

Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate concretum. Ci.I.P.84.a.

Concubina, næ. Ci.đ Or.100.a. Mater, quæ si iudicaretur certis quibusdam uerbis non nouis nuptijs fieri cũ superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.

Concubitus, tus. Ci.đ.N.10.b. Concubitus deorum, cũ humano genere.

Concubius, a, um. cum omnes cubant, intempestus, ut nox concubia. Ci.đ.D.92.b. Qui cum cœnati quieuissẽt, concubia nocte uisum est in somnis ei, qui &c.

Conculco, as. protero, obtero.

Ci.At.125.a. Conculcari miseram Italiam uidebis proxima æstate, ab utriusq; mancipijs &c.

Piso ad portam Æsquilinam Macedonicam lauream cõculcauit. Ci.I.P.92.b. Proterere & conculcare aliquem. Ci.p Fla.157.b.& p Dom.235.b.

Concumbo, bis, uel concubo, as. Ci.đ Fat.146.a. Quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea Ædipum procreaturum.&.116.a.

Si peperit, cum uiro concubuit. Ci.đ In.51.b.

Concupisco, scis. cupio. Ci.đ.N.6.a.b. Quid aũt erat, quod concupisceret Deus mundum signis ornaret

Quæ autem cupiditates inanes sunt, his parendum non est, nihil enim desiderabile concupiscunt. Ci.đ Fi.60.a.

Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eam concupisceret filius. Cic.de.D.91.a.

Quid concupiscas tu uideris, quod concupiueris certe habebis. Ci.I.A.201.a.

Concupiscere aliquid perniciosum. Cic.Ep.147.b.& 149.a. Is Sassiam in matrimonium ducere concupiuit. Ci.p Clu.12.b.

Sicut tu semper summe concupisti. Ci.p Quint.12.b.

Cn.noster Syllani regni similitudinẽ concupiuit. Ci.At. 140.a.&.11.a. Cæsar omnia omnium concupiuit.

Qui res magnas & maxime expetendas concupiuerũt. Cic.Ora.197.a.

Prædia alterius concupiscere. Ci.p.S.R.36.a.

Diuitias infinite concupiscere. Ci.Parad.125.b.

Credo nos non opes uiolentas etc. sed charitatem ciuiũ & gloriam concupisse. Ci.I.A.158.b.

Concupitus, a, um. Ci.Tus.214.a. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio etc. permanat in uenas illud malum &c.

Concurro, ris. conuenio, conuolo, confugio, confligo.

Ci.p.R.P.125.b. Si nobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis.& ibi. Conuolaretis ad rostra.

Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. Ci.Q.Fr.302.b. Vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC millia passuum conficiuntur. Ci.p Quint.14 b.

Concurrit ad me maxima multitudo. Ci.I.V.234.a.

Ipse cunctæ Italiæ cupienti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. Ci p Mil.109.a.

Concurritur undiq; ad commune incendium extinguẽdum. Ci.I.A.228.b.

Concionem aduocari iubet, summa cum expectatione concurritur. Ci.p Rul.68.b.& ibi. Concurrunt plures uno tempore librarij, descriptã orationẽ ad me afferũt.

Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt. Ci. At.20.b. In aciem copias de uico produxit, & sine mora concurrit. Ci.Ep.162.a.

Nulla est sedes, quo concurrant, qui remp. defensam uolunt. Ci.At.220.a.

Ne darem perditis hominem parum sanum, quo concurrerent. Ci.ad Bru.90.b.

Cum autem nobis non dicitur, quia obscœnius concurrerent literæ. Ci.Or.211.a.

Verba ne aspere concurrant, ne'ue uastius diducantur. Cic.đ Ora.159.a.

Nemo somnijs crederet, nisi ista casu nonnunq̃ forte temere concurrerent. Ci.đ.D.137.b.

Si quæ supra dicta sunt, signa concurrent. Ad Her.5.b.8.a. Res eñ contrariæ concurrũt. Ci.đ Fi.131.a.

Verum sit æquius concurrere an consentire etc. Ci.I.A. 255.b. Ex epistola M.Antonij.

Ad Balbum scripsi ut si quid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subueniret &c. Ci.At.153.a.

Quæ ut concurrant omnia optabile. Ci.Off.10.a.

Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda sint. Ci.p Plan.176.a.

Concursatio, onis. Ci.Ep.2.b. Libonis & Hipsei non obscura concursatio & contentio.

Multa concursatione multoq; clamore. Ci.đ Cla.127.a.&.196.b. Quid puerorum illa concursatio nocturna? Ci.p Dom.216.a.

Cedo tandem qui sit ordo, aut concursatio somniorum. Ci.đ.D.138.b. In tanta concursatione perturbationum. Ci.I.A.236.b.

Concursio, onis. concursus. Ci.Or.211.a. In ea est crebra ista uocum concursio, quam magna ex parte ut uitiosam fugit Demosthenes.

Crebræ uocalium concursiones. Ad Her.27.b.

Corpusculorum concursio fortuita. Ci.Acad.40.a.

Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant. Ci.đ Fin.52.a.

Concursio rerum fortuitarum. Ci.Top.227.a.

Concursio, quę uerborũ exornatio est. Ci.đ Or.162.a.

Concurso, as. Ci.Ep.95.b. Vt nostras uillas obire et mecum simul lecticula concursare possis.

Qui armati noctes diesq; cõcursabãt. Ci.p.S.R.31.b.

Præsertim cum iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent. Ci.p Mur.134.b.

Deos immortales concursare omnium mortaliũ non modo lectos uerum etiam grabatos &c. Ci.đ.D.135.a.

Corpora huc et illuc temere cōcursantia.Ci.ꝺ.N.42.b.
Concursabant barbatuli iuuenes.Ci.At.9.a.
Tum inq̄ cum concursant cæteri prætores.Ci.I.V.241.b.&.251.Obire prouinciam & concursare.

Concursus, sus. conflictio, contentio, motus, effusio, concursio. Ci.At.76.b.*Concursus fiunt ex agris & uicis & ex domibus omnibus.*
Cum Demosthenes dicturus erat, concursus audiendi causa ex tota græcia fiebant.Ci.ꝺ Clo.192.a.
Nam tantæ multitudinis, quantum capit urbi nostra cō cursus est ad me factus.Ci.At.274.a.b.
Quē cōcursum factum ī oppido putatis?Ci.I.V.211.a.&.249.a.Et concursus undiq; fiebant.
Clamor concursusq; fit.Ci.At.10.b.
Quo nos concursus facere solebat, q̄ se iactare?Ci.p Dei.149.a. Cum Bubulcus clamorē edidisset, concursum esse factum, totumq; in eum locum Hetruriam conuenisse.Cic.de.D.119.a.
De concursu legationum priuatarum & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Ephesi præsto fuit, audisse te puto.Ci.At.74.b.
Quid dicam effusiones hominum ex oppidis, quid concursum ex agris?Ci.I.P.90.b.
Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorūq; concursus.Ci.p Dom.242.a.
Omnis oium concursus ad te futurus est. Ci.At.279.a. Mihi autem magis uidetur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum.Ci.Acad.18.a.
Quæ cogitatio ut tempestatum & concursu calamitatū erat aliquantum labefactata atq; cōuulsa.Ci.Ep.69.b. Concursus quinq; artium maximarum &c.Cic.ꝺ Cla.167.a. Magnus concursus honestissimorum studiorum.Ci.ꝺ Fin.88.b.
Ex rationis et ex firmamenti conflictione & quasi concursu quæstio exoritur.Ci.Part.239.a.
Mundum esse factum concursu atomorum fortuito.Cic.ꝺ.N.14.b.
Concursus asper litterarum.Ci.Part.231.b.
Collocationis est componere et struere uerba sic, ut neue asper eorum concursus sit, ne ue hiulcus.Cic.ꝺ Ora.158.b. Extremorum uerborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas uoces efficit aut asperas.Ci.Or.211.a.

Concutio, tis. Ci.I.A.181.a.*Is leges Cæsaris, ut rēp. concutere posset, euertit. Concussa hominum licentia et cupiditatibus fracta.Ci.p Mil.116.b.*

Condecentia, tiæ. Ci.ꝺ Or.161.b.*Orator uerbis quidem ad aptam compositionem, et condecentiam, sententiis uero ad grauitatem orationis utatur.*

Condemnatus, a, um. Cic.p Sest.21.b. *Rerum capitalium condemnati.*

Condemno, as. damno. ✕. absoluo, libero.
Ci.Ep.18.a.*Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.*
Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est. Ci.I.V.59.b. Qui Gabinij litteras insigni quodam nota et ignominia nota condemnastis.Ci.ꝺ Pro.74.a.
Sapenolo cōdēnatus est alijs criminibus. Ci.p Cl.41.b.
Antonius lenticulam de alea condemnatū restituit. Ci.I.A.171.a. Cæteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, sententia mea, post etiam impudentiæ.Ci.ꝺ Or.99.a. Piso sceleris condemnat generum suum.Ci.Ep.138.a. Cuius etiam familiares de ui condemnati sunt.Ci.I.A.161.a.
Ea ciuitas, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt.Ci.Ep.84.b.
Cuius responso sic iudices exarserunt, ut capitis hoīem innocentissimum condemnarent. Ci.ꝺ Or.105.a.
Condemnari capitis.Ci.p 92.b.
Condemnari iniuriarum.Ci.I.V.112.b.
Condemnari sponsionis. ✕.*uincere sponsionem.* Cic.p Cecin.302.b. *Poles item pecuniæ publicę est condēnatus.Ci.p Flac.151.a.*
Crudelitatis tu furcifer Senatum consul in concione cō demnas?Ci.I.P.82.b.
Arbitrium pro socio condemnari.Ci.p Q.uint.2.b.
Turpissimo iudicio condemnari.Ci.p.S.R.37.a.
Ego fidem consulum non condemnabam, quæ suspecta uehementer erat.Ci.Bru.90.b.
Amici tui silentio temeritatem tuam condemnauerunt. Ci.I.P.88.a.et ibi. Tuum factum est condemnatum iudicio amicorum. Condemnare aliquem causa incognita.Ci.ꝺ.N.40.b.
Sententijs iudicum conuinci.Ci.Ante q̄.195.b.idest condemnari. Hunc hominem Veneris absoluit, sibi condemnat.Ci.I.V.113.a.

Condico, cis. Ci.Ep.11.b.*Crassus penè à meis laribus in prouinciam profectus est, nam cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.*

Condimentum, ti. conditio. Ci.ꝺ Fin.83.b.*Socrates dicebat cibi condimentum esse famem, potionis, sitim. Nam ut tribuenus aliquid uoluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certe non habebit.Ci.Off.76.b. Accedat huc suauitas oportet sermonū atq; morū haud quaq̄ mediocre condimentū amicitiæ.Ci.ꝺ Am.108.b. Hæc oium sermonum cōdimenta sunt.Ci.ꝺ Or.134.a. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.Ci.Q.Fr.294.a.*

Condio, dis. Ci.Tus.247.a.*Labor in uenatu, sudor, cursus ab eurota, sitis, fames, his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.et ibi.Quis hoc non uidet, desiderijs ista condiri omnia?*
Isti herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suauius.Ci.Ep.107.b. Persæ mortuos cera circunlitos condiunt.Ci.Tus.171.b.
Hilaritate tristitiā temporū cōdiebamus.Ci.At.200.a. Oratio illa temperata est, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur.Ci.ꝺ Or.128.a.b. Qui uitio, quæ ab natura habet, artificio quodam malitiæ condiunt.Ci.p Cin.32.b.
Omnino duo sunt quæ condiant orationem, uerborum numerorumq; iocunditas.Ci.Or.215.a.
Quare non erunt illa quidem meliora, sed certe condita iucundius.Ci.p Mur.140.a.
Sale conditus et facetijs Cæsar.Ci.Off.27.a.
Mandare aliquid conditum uetustati.Ci.ꝺ.N.56.b.

Conditiones ciborum & compositiones unguentorum. Ci.At.133.a.

Condiscipulus, li. Ci.Tus.156.b. *Dicæarchus cũ Aristoxeno æquali & condiscipulo suo.*
Xenocrates Aristotelis condiscipulus. Ci.d.N.8.b.
Et se meum condiscipulum in pueritia commemorauit fuisse. Ci.ꝓ Syl.170.a.
Tui condiscipuli. Ci.At.78.b.

Cõditio, onis. *condimentum, modus, ratio, lex, pactio, pactum, fortuna, status, locus, ius, causa.*
Ci.d.N.55.b. *Perspicuum est enim, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint.*
Natura fruges terræ baccasq; arboeum generi humano dedit, & earum cultus conditionesq; tradidit. Ci.d.D.104.a. *Adde huc quod litteræ perferri nulla conditione potuerunt.* Ci.Ep.163.b.
Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perduci. Ci.Ep.174.b.
Appetit animus aliquid agere semper, nec ulla conditione quietem sempiternam possit pati. Ci.d.Fin.138.a.
Ea uicisti quæ & naturam & conditionem ut uinci possent habebant. Ci.ꝓ Mar.132.a.
Harum rerum non solum euentus atq; perpessio sed etiã conditio, expectatio, mentio demũq; ipsa indigna homine libero est. Ci.ꝓ Rab.93.b.
Homines nos ea lege nati sumus, ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra, nec est recusandum, quominus ea, qua nati sumus conditione uiuamus. Ci.Ep.71.b.
Iniquam legem & miseram conditionem institues periculis hominum, si existimabit &c. Ci.ꝓ Mur.138.a.
Homines mortali conditione esse generatos. Cic.d.Vn.202.a. *Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem postules immortalium.* Ci.Tus.198.b.
Ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus. Ci.At.237.b.
Ecquid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditione deiecceris? Ci.Tus.151.a.
Ita pro mortali conditione uitę immortalitatem estis cõsecuti. Ci.I.A.264.a.
Omnem conditionem imperij tui statumq; prouinciæ mihi demonstrauit Tratorius. Ci.Ep.197.a.
Omnes eodem tempore ortos eadem conditione nasci. Ci.d.D.127.b. *Alicui grauem legem uitę & conditionem constitui.* Ci.ꝓ Cor.50.b.
Et qua conditione omnes homines & quibus tẽporibus nati sumus cogitet. Ci.Ep.73.b.
Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te authore constituit. Ci.ꝓ Mur.235.a.
Conditio atq; fortuna hominum infimi generis. Cic.pro Mil.119.b. *Est autem infima conditio & fortuna seruorum.* Ci.Off.9.a.
Serui, quos intelligebat, non communi conditione seruitutis uti, sed licentius cum domina uiuere. Ci.pro Cal.49.b. *Serui, quorum uis & fortunæ conditio infima est.* Cic.ꝓ Cor.59.b.
Cum ipsius uictoriæ conditione iure omnes uicti occidissemus. Ci.ꝓ Mar.133.a.

Nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est a nobis. Ci.At.285.b.
Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis. Ci.Parad.123.b.
O conditionem miseram non modo administrandæ sed etiam conseruandæ reip. Ci.I.C.107.a.
Prouidete ne duriorem uobis conditionem statuatis. Ci.ꝓ R.P.125.a. *Seruus est nemo qui modo tolerabili conditione sit seruitutis, qui non &c.* Ci.I.C.122.a.
In supiore cõditione & causa poni. Ci.ꝓ Cor.62.a.b.
At senex eo meliore conditione est q̃ adolescens, cum id quod sperat ille, hic esse cutus est. Ci.d.Sen.91.b.
Nec debes dubitare quin aut aliqua rep. sis futurus, qui esse debes, aut perdita non afflictiore conditione q̃ cæteri. Ci.Ep.79.a.
Libera meliore iure sunt q̃ soluta &c. soluta meliore in causa sunt q̃ obligata, immunia commodiore conditione sunt, q̃ illa quæ pensitant. Ci.ꝯ Rul.89.a.
Quæ quia non uides mihi non uideris meliore esse cõditione q̃ nos qui uidemus. Ci.Ep.47.b. & .48.b. *Atq; hoc ipso melior est tua q̃ nostra conditio, quod tu quid doleas scribere audes, nos ne id quidem tuto possumus.*
Quanq̃ inest in uno loco conditio melior externæ uictoriæ, quàm domesticæ, quod &c. Ci.I.C.123.a.
Non expeditur successio, quando Galliæ, quæ habent intercessorem, in eandem conditionem, quam cætteræ prouinciæ, uocantur. Ci.Ep.119.a.
Ego pro patria mori dubitarem? hoc meliore conditione q̃ Decius, quod ille &c. ego &c. Ci.ꝓ Do.226.a.
Earum rerum, quas gessi, non est eadem fortuna atq; cõditio & illorum qui &c. quod mihi &c. illi &c. Cic.I.C.117.a. & .218.a. *Mihi hæc condicio consulatus data est, ut omnes acerbitates perferrem.*
Et in utrinsq; pari scelere disparem conditionem facit. Cic.de Pro.72.a.
Ea deniq; uidetur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo uideatur esse, qui &c. Cic.Ep.73.b.
Hanc conditionem supplicij maiores in bello timiditati militis propositam esse uoluerunt. Ci.ꝓ Clu.44.b.
Hæc etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sunt, tamen in conditione atq; in exemplo pertimescẽda uidentur. Ci.ꝓ Fla.151.a.
Conuerte nunc ad cæteros ordines, easdem uitę conditiones non perferent. Ci.ꝓ Clu.49.b.
Qui se misericordia Senatus non agri conditione defendunt. Ci.ꝯ Rul.77.a.
Quare ista conditio iudices respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Ci.ꝓ Cel.40.a.
Et quod salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio. Ci.I.C.111.a.
Quintius deteriore tempore absens auctionatur, Scapulis difficiliore conditione dissoluit. Ci.ꝓ Quint.3.b.
Æqua conditione disceptare. Ci.ꝓ Cl.37.a. & ibi. *Iniqua conditione causam dicere.*
Paucis tribus non certa conditione iuris se sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem uocare. Cice.ꝯ Rul.69.b.

Est enim conditio liberorum populorum posse suffragijs uel dare uel detrahere quod uelint cuique. Ci. p Plan. 251.a. & 260.a. Si illam accusationis conditionem sequar.i.ut necesse habeam hunc illi anteponere.
Hanc tu igitur conditionem statuis tuis ciuibus, ut quod ijs, quos Gaditanis odiratoribus armis subegimus, liceat, id ne liceat ipsis &c. Ci. 59.b.
Et contra periculosissimas hominum potentias conditio ni omnium ciuium prouidete. Ci. p Cæl. 41.b.
Quid ergo ista conditio est testium, ut quibus creditû non sit negantibus, ijsdem credatur dicentibus. Ci. pro R.P. 218.b. & 125.a. Qui suo iudicio essent illâ conditionem uitæ secuti. Eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum. Ci. Ep. 22.b. 22.a.
Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo etiam erat illius exercitus. Ci. I. A. 226.b.
Scilicet ad eum legatos misimus, non ut pareret, sed ut conditiones ferret, leges imponeret. Ci. I. A. 209.b. & 206.a. Quæ nobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas. et. 193.b. Hostis, cum quo nulla pacis conditio esse possit.
Præsertim cum ab illis aliquotiens conditio C. Cæsari lata sit, ut easdem leges alio modo ferret, quæ conditione auspicia requirebant, leges comprobabant. Ci. de Pro. 79.a. Hinc licet conditiones quotidie legas. Ci. p Cæl. 45.a. i. tibi ab amatoribus latas.
Alterutram ad conditionem descendere uult Cæsar, ut aut &c. aut &c. Ci. Ep. 118.b. & 123.b. Cæsar fert illam conditionem, ut ambo exercitus tradant. & 261.a. Feruntur omnino conditiones ab illo ut Pōpeius eat in Hispaniam &c. & ibi. Accepimus conditiones, sed ita ut remoueat præsidia ex ijs locis, quæ occupauit. et ibi. Sin ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamen quod ille sustinere non possit, præsertim cum a suis conditionibus ipse fugerit.
Quid est igitur quod querare, si repetis cum uult? ea enim conditione acceperas. Ci. Tus. 163.b. i. eo pacto. Quo in loco conditionem tuli, si uellet pecuniam petere, Quintium iudicatum solui satisdaturum, dum ipse si quid peteret pari conditione uteretur. Ci. p Quī. 16.a.
Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit etc. Cic. pro. S. R. 23.b.
Nec Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. Ci. At. 133.a. Aut reperiam ipsa eadem conditione qui uti uelit, ut &c. Ci. Or. 220.b.
Est hoc & ex conditione iuris & ex consuetudine cautionis firmissimum argumentum. Ci. p. Q. R. 52.a.
Si conditio ualde bona fuerit fortasse non omittam. Ci. Q. Fr. 307.a. Transigere cum aliquo qualibet dum modo tolerabili conditione. Ci. p Quin. 18.a.
Qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto quàm spero. Ci. At. 133.b.
Hunc conditionibus, quoad potest perducit. Ci. p quin. Conditionem æquissimam repudiare. Ci. p Quint. 2.a. & 4.b. Aliquem iniquis rationibus ad suas conditiones perducere. & 3.b. Aliquē suis conditionibus in ipso articulo temporis astringere.
Iussit ei præmium dari sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Ci. p Arch. 190.b.
Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possim efficere, ut Milonem absoluatis, sed ita, si Clodius reuixerit. Ci. pro Mil. 116.b.
Aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Ci. Ep. 86.a.
Conditor, oris. Ci. p Clu. 31.b. Atque etiam ipse conditor totius negotij Guttam aspergit huic Bulbo. Conditor instructorque conuiuij. Ci. Post. 207.a.
Conditus, a, um. a condiendo.
Ci. d Sen. 89.a. Tum conditiora facit hæc supernacanei operis aucupium & uenatio.
Nec id solum, sed bene cocto & condito sermone bono. Ci. At. 222.a. Vnguentum summa & acerrime suauitate conditum. Ci. d Or. 252.a.
Nisi id, qđ dicitur fit uoce, uultu motuque conditior. Ci. d Cla. 174.b. et. 130.b. Nemo unquam suauitate cōditior. Comitate condita grauitas. Ci. d Sen. 79.b.
Nulla oratio unquam fuit lepore & festiuitate conditior. Ci. d Or. 119.b.
Conditus, a, um. a condendo.
Ci. d. D. 131.a. Quamobrem sibyllam quidem sepositā & conditam habeamus.
Homerus fuit ante Romam conditam. Ci. Tus. 148.b.
Fructus conditi. Ci. Brn. 166.a.
Sic ut ei iam exploratus & domi conditus consulatus uideretur. Ci. p Mur. 136.a.
Condo, dis. constituo, ædifico, recondo, repono.
Ci. I. V. 216.b. Segestam ab Ænea conditam esse demōstrant. Qui respub. constituerunt, qui urbes condiderunt. Cic. de. D. 98.b.
Romulus, qui hanc urbem condidit. Ci. I. C. 311.a.
Tenes, qui urbem illam cōdidisse dicitur. Ci. I. V. 26.a.
Ab hoc, qui cepit, conditas, ab illo qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. Ci. Or. 213 a.
Ex illo olea arcam esse factam & conditas sortes. Ci. d D. 126.b. Remp. condere meo discessu, quā omniū interitu occidere malui. Ci. p Dom. 232.b.
In animis ego uestris omnes triumphos meos condi & collocari nolo. Ci. I. C. 316.b.
Sic in causis conditæ sunt res futuræ. Ci. d. D. 107.a.
Serere, percipere & condere fructus. Ci. d Sen. 81.b.
Literas in ærario sanctiore condi imperauit. Cic. I. V. 232.b. Vt esset locus comparandis condendisque frumentibus. Ci. ꝯ Rul. 83.b.
Scientia condendi ac reponendi fructus. Ci. d. N. 57.b. & ibi. Neque homines murium ac formicarum causa frumentum condunt. In eo sepulchro regem nostrū Numam conditum accepimus. Ci. d Leg. 181.a. & ibi. Nam siti dicuntur ij qui conditi sunt.
Metrodorus omne bonum in uisceribus medullisque condidit. Ci. Tus. 233.b.
Et Cepheus conditur ante lumborum tenus. Ci. In Ara. Qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret. Ci. p Clu. 31.b.
Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. Ci. ꝯ Rul. 80.a. Condere lustrum. Ci. d Or. 233.b.
Condi in carcerem. Ci. I. V. 252.a.

Condere leges. Ci. d Leg. 171. b.

Condere poema. Ci. At. 13. b.

Condocefacio, cis. Ci. Tuf. 245. b. Nemo est enim, qui eorum bonorum omnium putet esse iudicem, eumque condocefaciat, ut ea quae bona mala'ue uideantur, possit contemnere.

Condocefio, fis. Ci. d. N. 58. b. Belluae domitae & condocefactae.

Condoleo, les. doleo. Ci. d Or. 143. a. Nanque latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus. Nos si pes condoluit, si dens, sed fac totu dolere corpus, ferre non possumus. Ci. Tuf. 186. b. Dicearchus, ne condoluisse quidem unq uidetur, qui animum se habere non sentiat. Ci. Tuf. 156. b.

Condolesco, scis. Ci. Acad. 46. a. Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque & condolescere, & concupiscere, & extimescere & efferri laetitia dicerent.

Condono, as. dono, concedo, do, omitto.

Ci. p. Q. R. 54. a. Suam partem Roscius suo nomine cu donare potuit Flauio.

Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniae. Cic. Off. 49. a. Nec deprecaturi sumus ut crimen hoc nobis propter multa eius in remp. merita condonetis. Cic. p Mil. 102. b. Vt liberis eius bona eriperes, & cui tibi commodum esset, condonares. Ci. I. V. 99. a. et. 97. a. Qui illud acerbe tulit non sibi ac defensioni suae condonatum esse Oppianicum. Ci. p Clu. 40. a.

Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Ci. Off. 49. b. A te peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi condones. Ci. Ep. 230. a.

Non enim illis uictus cedo, sed incolumibus uobis me condono. Ci. Antequam. 196. a.

Apothecae totae nequissimis hominibus condonabatur. Ci. I. A. 173. a. Datus est tibi ille, co donatus ille. Ci. p Plan. 275. a. Meam animaduersionem & supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi & condono. Ci. Ep. 66. a. & 74. a.

Conducibilis, le. utilis. Ad Her. 12. b. Amicu castigare ob meritam noxiam, immane est facinus, uerum in aetate utile & conducibile, ex Plauto.

Conducit, bat. utile est, conuenit.

Ci. d Pro. 69. a. Hoc maxime reip. conducit, Syriam Macedoniamque decerni.

Fidei conducit in loco debitum retribuere. Ci. Antequa 192. b. id est conuenit. Rationibus nostris conducere uidetur Thermum fieri cum Caesare. Ci. At. 1. b.

Tum autem consultant, conducat id nec'ne, de quo deliberant, ad uitae commoditatem, ad facultates reru &c. Ci. Off. 2. b. 3. a. Facile patior ea me de rep. sentire ac dicere, quae maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus putem conducere. Ci. Ep. 16. a.

Quaesiuit, quid nam mihi uideretur, accerseremus' ne te, atque tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset. Ci. At. 188. b.

Scripsi ad te, quae & saluti tuae conducere arbitratus sum, & non aliena esse duxi a dignitate. Cic. Ep. 52. a.

Ea maxime co ducunt, quae sunt rectissima. Ci. Ep. 74. b. Nec homini infanti atque impotenti iniuste facta conducunt, qui &c. Ci. d Fin. 59. b. & ibi. Et opes uel fortunae uel ingenij liberalitati magis conueniunt. i. co ducunt.

Conduco, cis. simul duco, congrego, cogo, redimo, opera alicuius emo. Ci. d In. 61. b. Crotoniatae publico de consilio uirgines unum in locum conduxerunt.

Nam ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem & assumptionem, hoc modo. Ci. d In. 56. a. Verum id breui faciendum est, & in unu multa sunt co ducenda, ut &c. Ci. d In. 65. a.

Res geritur, conductae uineae sunt, pugnatur acerrime. Cic. I. A. 217. b. Si Rhodijs turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. Cic. de In. 52. a.

Caelius conduxit domum in palatio. Ci. p Cael. 41. a.

Tuam domum in carinis mundi habitatores Camie conduxerunt. Ci. Q. Fr. 309. a.

Qui conductum hobuit de Caesennia fundum. Cic. pro Cecin. 303. a. Solebat eum extra portam aliquid habere conducti. Ci. p Clu. 54. b.

Cum is arationes magnas conductas haberet a publicanis. Ci. I. V. 158. a. Si mercede conducti obuiam eundi datis issent. Ci. p Mur. 140. a.

Erat mihi contentio cu operis conductis. Ci. p Se. 112. a. Conducere aliquem ad cedem facieda. Ci. d Pro. 71. a. Qui pecunia de censoribus redemisset. Ci. d Cl. 172. a. Asiatici de censoribus nimium magno co duxerunt. Ci. At. 15. b. Itaque Eracleotem Zeusim magno pretio co ductum adhibuerunt. Ci. d In. 62. a.

Nam quid ego de Bruto dicam? &c. huic ego locum in proximo conduxi. Ci. Ep. 264. b.

Redemptor, qui columnam illa de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. Ci. d. D. 118. a.

Caesar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit. Ci. I. A. 192. a.

Conductio, onis. redemptio, collectio.

Ci. p Cecin. 303. a. Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus aut ex contrario complecti oportet. Ci. d In. 56. b.

Conductor, oris, redemptor. Ci. Q. Fr. 319. a. Is respondit se eius operis, HS CCCVI conductorem fuisse.

Conductus, a, um. mercenarius.

Ci. I. A. 157. a. Quis enim aut accusator tam amens reperietur? qui rea condemnata obijci se multitudini conductae uelit? aut index? qui reu damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?

Conduplicatio, onis. exornatio quaedam rhetorica.

Ad Her. 33. a. Conduplicatio est eiusdem unius aut plurium uerborum iteratio etc.

Conduplico, as. Ci. d. D. 85. b. Interea prope iam occidente sole inhorrescit mare, tenebrae conduplicantur etc. et d Or. 157. a.

Confatalis, le. Ci. d Fat. 146. a. Copulata enim res est et confatalis, sic enim ille appellat. et ibi. b. Haec ut dixi confatalia.

Confectio, onis. Ci. I. A. 258. b. Confectio huius belli est D.

est D.Bruti salus.
Confectia huius libri mihi iucunda fuit.Ci.d Se.77.a.
Annaliũ cõfectio.Ci.d Or.113.a.& cõficere annales.
Intimi dentes,qui genuini uocantur,conficiũt escas,quæ
confectio ẽt a lingua adiuuari uidetur. Ci.d.N.53.a.
Caufectio tributi.Ci.p Fla.150.a.& cõficere tributũ.
Confector,aris. Ci.Ep.155.b.Qui reliquias huius belli
oppresserit,hic totius belli confector futurus est.
Confector negaciorum.Ci.I.V.130.b.
Hic uaster ignis confector est & consumptor omnium.
Ci.d.N.33.b.
Confectus,a,um. perfectus,perditus,mulctatus.
Ci.Ep.44.a.Orationes tuas confectas omnes expecto.
Bellum affectum uidemus & uere,ut dicam,penè confe
ctum.Ci.d Pro.73.a.
Dum hæc decernuntur,quę iam erunt confecta.Ci.At.
164.a. Partem militum qui iam stipendijs confectis
erant,dimisit.Ci.p Pom.9.a.
Caufecta res est.Ci.At.121.b.&.253.b.Cõfecti ludi.
Reditum ad uestitũ confecta uictoria reseruate.Ci.I.A.
258.b. Biennio iam caufecto fere appellas.Cic.pro
Quin.7.a. Cõfectus ac perditus fame.Ci.I.V.263.
a.&.I.C.102.b.
Homo ætate confectus,exercitatione robustus. Ci.I.C.
108.b.&.109.b.Gladiator ille cõfectus & saucius.
Gladiator uulneribus & ętate cõfectus.Ci.Off.331.a.
Homo miser & cum corporis morbo tum animi dalore
confectus.Ci.p Mur.144.b.
Mulier ægra & corpore et aïa confecta.Ci.Ep.235.a.
Nemo eum nisi lacbrymantem confectumq; uidit. Cic.
p Dom.215.a. Confectus morbo,lacbrymis ac mœ
rare perditus.Ci.p Mur.144.b.
Confectus animi carporisq; daloribus.Ci.d Fin.57.b.
Vino lustrisq; confectus.Ci.I.A.161.b.
Caufectus senectute.Ci.p Rab.94.b.
Qui uino languidi, confecti cibo eructant sermonibus
suis cædem bonorum.Ci.I.C.106.b.
Confercio,cis.l.Confertus.
Confera,fers. transfero,conijcio,comparo, defera,adhi
bea,contendo,communico.
Ci.p Cecin.289.a.Omnes eodem tempore se in fugam
conferunt. Cum Æschines cessisset Athenis et se Rho
dum contulisset.Ci.d Or.162.b.
Exclusus ab Antiochia Dolabella Laodiceam se contu
lit.Ci.Ep.190.b.191.a.
Crassus initio ætatis ad amicitiam meam se contulit.Ci.
d Cla.191.a. Illo cum peruenire non liceret, sta-
tim iter Brundusium uersus contuli,ante diem rogatio
nis.Ci.At.40.b. Meũq; iter eò cõtuli.Ci.Ep.174.a.
Res ad me sine controuersia collata est.Cic.At.207.b.
et ibi. Academiã ex duobus libris contuli in quatuor.
Is omne reliquum tempus nõ ad obliuionem ueteris bel
li,sed ad comparationem noui contulit.Ci.p Põ.5.a.
Per fortunas confer te ad eam curam, ut de omni statu
mea cogites.Ci.At.98.a.
Omnes meas curas & cogitationes in rempub.confere-
bam.Ci.Off.33.a.
Eundem te plurimum operæ,studij,diligentiæ, laboris
ad conficiendum reditum meum contulisse.Ci.At.52.b.
Atq; in his curis,quas contuli ad dignitatem tuam,cepi
magnam uoluptatem,quod &c.Ci.Ep.151.b.&.48.a.
Omnem meam curam atq; operam ad philosophiam cõ-
tuli.&.258.b. Quantum diligentiam in ualetudinem
tuam contuleris,tanti me fieri a te iudicabo.&.144.a.
Vt omne nostrum consilium, studium,officium,operam,
laborem,diligentiam ad amplitudinẽ tuã conferamus.
& ibi.Quicquid in eum iudicij officijq; contuleris, id
ita accipiam,ut in me ipsum te putem contulisse.&.146
a.Itaq; commemoratio tua beneuolentię eius, quam er-
ga me a pueritia contulisses,magnã mihi lętitiã attulit.
Omne studium atq; ingenium contulit Archias ad po-
puli rom.gloriam laudemq; celebrandam.Ci.p Arch.
Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid.
Cice.At.52.b.
Quantum literis,quantum studijs ueteribus,nostris de-
lectationibus,cõsequi poterimus, id oẽ ad arbitriũ tuũ,
qui hęc semp amasti,libẽtissime cõferemus.Ci.Ep.17.a.
&.211.a.Magnopere a te quęso,ut ad eã uoluntatem,si
quam in illum ante has meas literas contulisti, q̃ maxi-
mus commendatione postea cumulus accedat.
Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatã.
Ci.p Fl.158.b. Plebs,in cuius tu infamiam, ea quæ
per latrones de me egeras,contulisti.Ci.I.P.93.b.
Conferre officia in aliquem.Ci.Off.10.b.& ibi.a.Con
ferre beneficium in aliquem.
Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem . Ci.pro
Fla.154.b. Conferre crimen in aduersarium . Ci.d
Or.125.a. Falsum crimen in purissimam uitam col-
latum.Ci.p.Q.R.47.b.
Nec confero nunc in te unum omnia. Ci.d Ar.151.b.
Cum in filium causam conferret.Ci.At.196.b.
Scitum est enim causam conferre i tps.Ci.d Or.164.b.
Næuius uocem in quæstum contulit.Ci.p Quin.2.b.
In me conferte omnem temporum illorum culpam. Ci.
At.135.a. Multa in Plancum, quæ nunq̃ ab eo di-
cta sunt,conferuntur.Ci.p Plan.266.a.
Imprudentia in purgationem confertur. Ci.d In.51.a.
Ais enim,ut ego discessérim,omnia omnium dicta,i bis
etiam Sestiana in me conferri.Ci.Ep.110.a. &.62.b.
Nam comperisse me non audeo dicere,ne forte id ipsum
uerbũ ponam,qd abs te aiunt falso in me solere cõferri.
Siculi ex censu quotãnis tributa cõferũt.Ci.I.V.135.a.
&.138.a.Iidem pro parte in cõmune Sicilię cõtulerũt.
Conferre aliquid in commune.Ci.p Quin.2.b.
Galli cum M.Fonteio ferrum ac manus contulerunt.Ci.
p Font.176.b.
Conferre signa cum hostibus.Ci.I.P.90.a.
Castra castris collata audiebamus.Ci.d.D.132.a.
Conferre pedem,ut aiunt,aut propius accedere.Cice.p
Plan.268.a. Conferre capita. Ci.I.V.154.a.Cõfer
rent boni capita.i.capita inter se appropinquabunt,ut se
creto inter se colloquantur.
Conferre rationes . Ci.At.83.a.Quid opus est inquam
potius q̃ rationes conferatis? assidene, subducunt ad nũ-
mum,conuenit. Cũ eramus congressi tum, si quid res
feret,coram inter nos conferemus.Ci.At.19.b.

Corã breui conferre, quę uolumus, licebit. Ci. At. 39. b. & 160. a. Coram igitur hoc quidem conferemus.

An hæc inter se Aruspices omnes contulerunt. Ci. d. D. 114. a. & ibi. Quomodo ista obseruatio est collata inter ipsos? Habere quibus cum possis familiares conferre sermones. Ci.

Interq; uos conferre solicitudines nostras. Ci. Ep. 93. b.

Quotidieq; inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus, neq; erat unq̃ controuersio, quid ego intelligerem, sed quid probarem. Ci. d. Fin. 51. a.

Conferam tecum, quam cuiq; uerbo rem subijcias, nulla erit controuersia. Ci. d. Fin. 113. a.

Si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. Ci. At. 15. b.

Similitudo infirmatur si demonstres illud, quod conferatur, ab eo cui conferatur, diuersum esse genere, natura, &c. Cic. de In. 81. a.

Si meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua? Ci. I. P. 86. b.

Conferre causas & quid in utranq; partem dici possit expromere. Ci. d. D. 139. b.

Vt conferamus parua magnis. Ci. d. Clo. 184. a.

Vt cum maximis minima conferam. Ci. d. Opt. 144. b. & I. C. 109. b. Parua cum magnis sæpe rectissime conferuntur. Ci. Or. 198. a.

Vitam inter se utriusq; conferte. Ci. p. Q. R. 42. a.

Tamen ne minima ex parte Ligurgi legi conferendi sunt. Ci. Off. 15. b.

Gesta Romanorum neq; cum Græcis neq; ulla cum gẽte sunt conferenda. Ci. Tus. 148. b.

Qui si ex omnibus unus exoptandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. Ci. Ep. 20. b. & 24. b. Cum una me hercule ambulatiuncula atq; uno sermone uestro omneis fructus prouinciæ non confero.

Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modo ingenij magnitudine sed etiam animi. Ci. Acad. 18. b. Si conferre uolumus nostro cũ externis. Ci. d. N. 27. b. & d. Cla. 190. a.

Conferte hanc pacem cum illa bello. Ci. Or. 213. b.

Cum utris tandem istius factum collaturus est? Ci. I. V. 191. b. Age dum conferte nunc cum illius, uitam P. Syllæ. Ci. p Syl. 180. b.

Summe expectabant homines,quid in tabulis contineretur.Ci.I.V.146.b.

Omnia quæ aluntur & crescunt continent in se uim caloris.Ci.đ.N.30.b.&.31.b.Calor,qui aquis cõtinet.

Continere aliquid inclusum animo.Cic.Anteq̃.192.b.

Flos equitum eam.publicanorum ordine continetur. Cic.ꝑ Plan.263.b.

Motus enim uoluntarius eam naturam in se continet,ut sit in nostra potestate.Ci.đ Fat.145.b.

Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio quę est de natura Deorum, quam si obtinemus stabit & illud, quod locum hunc continet,esse deos.Ci.đ.D.204.b.

Quod immutabili æternitate continetur. Cice.đ Vn. 296.b. Artes,quæ coniectura continentur & sunt opinabiles.Ci.đ.D.85.b.

Sic status perfecti oratoris moderatione uniuersę reip. salutem maxime contineri.Ci.đ Or.87.b.

Status solennesq; cerimonias pontificatu,rerum bene gerendarum authoritates auguria contineri. Cice.đ Ar. 247.b.&.248.a.

Artem uero negabat esse ullam nisi, quæ cognitis penitusq; perspectis rebus contineretur.Ci.đ Or.92.b. & 510.a.Feciq; hoc,quod &c.ut de ijs rebus,quæ doctrina aliqua continerentur,disputarem.

Studere literis,quibus fons eloquentiæ continetur.Cic. de Cla.195.a.

Ego eloquentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuo.Ci.đ Or.85.a.

Oratoris omnis actio opinionibus non scientia continetur.Cic.đ Or.111.a.

Significabat enim non prudentiam solum, sed quod maxime rem continebat, fidem.Ci.đ Cla.174.b.

Nulla res uehementius remp.continet,quàm fides. Cic. Off.51.a.

Tantum homines impios iniustum nefarijs mentibus bonarum odium continebat.Ci.ꝑ Dom.231.b.

Sed hic meus reditus pontifices uestro iudicio continetur.Ci.ꝑ Dom.233.a.

Plato ait ideas semper ratione & intelligentia contineri.Cic.Ora.197.b.

Hæc quę uitam continent omnem.Ci.đ Fin.51.b.

Lex ipsa naturæ,quæ utilitatem hominum conseruat et continet.Ci.Off.58.a.

Esse abstinentem,continere omnes cupiditates pręclarũ est.Ci.Q.Fr.296.a. Quibus enim septis iam immanes belluas continebimus?Ci.I.A.247.a.

Non potest exercitum is continere imperator,qui se ipsum non continet.Ci.ꝑ Pom.11.b.

Nihil est negotij continere eos,quibus præsis, si te ipse contineas.Ci.Q.Fr.290.a.

In ea uestri isti Satellites modeste insolentiam suam cõtinebunt?Ci.ꝯ Rul.64.a.

Tu autem cõmode feceris si reliquos continueris,ne etc. Ci.At.210.b. An temperantem eũ dices,qui se in aliqua libidine cõtinuerit?in aliqua effuderit Ci.Parad. 219.b. Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur.Ci.I.V.88.a. Continere odium tandiu cõceptum in aliquem.Ci.Postq̃.198.a.

Mulier amore capta quamoda poterat in illa cupiditate continebatur.Ci.ꝑ Clu.20.a.

Cohibere & cõtinere temeritatẽ a lapsu.Ci.Aca.47.b.

Vt metu contineatur audacia.Ci.ꝑ.S.R.27.a.

Continere iracundiam.Ci.Ep.269.a.

Quorum ego uix abs te iandiu manus ac tela cõtineo. Ci.I.C.101.b.

Linguam

Linguam omnibus esse continendam. Ci. Q. Fr. 197. b.
Vix populus se cōtinuit a supplicio tuo. Ci. I. V. 250. b.
Continere dicta in aliquem. Ci. d' Or. 129. a.
Continere se domi. Ci. p Sest. 8. a.
Continere animum. Ci. d' Or. 108. a. & 105. a.
Tu tamen contine te in tuis perennibus studiis. Ci. d' Cl. 196. b. Quin continetis uocem indicem stultitiæ uestræ? Ci. I. C. 94. a.
Natura membranas oculorum firmas fecit, ut continerentur. Ci. d' N. 54. b.
Continere aliquem in officio. Ad Her. 35. a.
Custos ad continendas merces missus. Ci. I. V. 31. a.
Contineo me ab exemplis græcis. Ci. d' Fi. 77. b.
Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiēdo. Ci. Acad. 26. a. & ibi. Cum se a respondendo sustineat.

Contingit, bat. euenit, accidit. Ci. d' Or. 110. a. Magis adeo id facilitate q̄ alia ulla culpa mea contigit.
Quoniam tantum habemus otii quantum iamdiu nobis non contigit. Ci. d' Or. 98. a.
Quoniam autem tecum ut essem non cōtigit, utinam tui consilii certior factus essem. Ci. At. 127. b.
Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum fuerit eum esse dicturū, locus ī subselliis occupetur. Ci. d' Cl. 192. a.
Vtinam C. Cæsari contigisset adolescenti, ut esset Senatui charissimus. Ci. I. A. 204. a.
In magnis animis id plerunq; contingit. Ci. Off. 15. b.
Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in græcis, ut omnes &c. Ci. d' Cla. 175. a.
Si mihi uita contigerit. Ci. Ep. 158. a.
Quod non modo singulis hominibus sed potentissimis populis sæpe contingit. Ci. Apud Non.
Cum id minus contingeret leges sunt inuentæ. Ci. Off. 41. b.

Contingo, gis. tango, attingo. Ci. d' N. 50. b. a. Atq; etiā alia animalia sunt humiliata, ut cibū terrestrem rostris facile contingāt. Luna tanta humilitate fertur, ut terram propè contingat. Ci. d' D. 127. b.
Atomus alia aliam contingit. Ci. d' Fat. 144. b.
Cum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem. Ci. p Pom. 4. a.
Cum animus naturam sui similē cōtigit. Ci. Tus. 157. a.
Hic autem alter cerne q̄ nos tenui parte contingat. Cic. d' Som. 129. b. Alia autem diuina illa cœlum contingant. Ci. Tus. 243. a.

Continuatio, onis. perpetuitas.
Ci. d' N. 4. a. Mirabilis quædam continuatio seriesq; rerum, ut alia ex alia nexa & omnes inter se aptæ colligatæq; uideantur.
Continuatio coniunctioq; naturæ. Ci. I. Sympathia.
Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. Ci. Acad. 44. b. Continuatio causarum. Ci. d' N. 12. b.
Demosthenes una continuatione uerborum binas contētiones & remissiones continebat. Ci. d' Or. 208. a.
Longissima complexio uerborum est, quæ spiritu uno uolui potest. Ci. d' Or. 159. a.
Nimis longa continuatio uerborum. Cic. d' Or. 147. a.
Non in uerbo modus hic, sed in oratione. i. continuatione uerborum. Ci. d' Or. 158. a.

Numerus in continuatione nullus est, nam distinctio numerum conficit. Ci. d' Or. 100. a.
Continuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa. Ad Her. 20. b.
Continuatio est densa & continens frequentatio uerborum, cum absolutione sententiarum. Ad Her. 30. a. idest periodus.

Continuatus, a, um. continens. X. interruptus.
Ci. Acad. 44. a. Et ita putant effici, quæ appellāt qualia, è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum.
Aer mari continuatus & iunctus est. Ci. d' N. 49. a.
Conuenientia consensusq; naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. Ci. d' N. 65. a.
Verba coniuncta continuataq;. Ci. d' Or. 156. b.
Sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Ci. Tus. 153. a. & 184. a. Luctus continuatus.
Continuatum. X. interruptum. Ci. d' Or. 162. a.

Continuo. statim, illico. Ci. At. 152. b. Atq; huiusce rei iudicium iam continuo uideo futurum.
Ignis in aquam coniectus continuo extinguitur. Ci. p Q. R. 47. b. Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuo. Ci. Ep. 15. a.
Feci continuo omnes participes meæ uoluptatis. Ci. Ep. 151. a. & 115. a. Deinde absens factus ædilis, cōtinuo prætor, post &c. Ci. Acad. 1. a.
Sed tamen quicquid egero, continuo scies. Ci. At. 15. b. & ibi. Sed tibi omnem illius meumq; sermonem statim mittam. Æque enim contingit omnibus fidibus ut incontentæ sint, illud non continuo, ut æque incontentæ. Cic. de Fin. 123. a.
Non cōtinuo si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponēdum. Ci. d' Or. 127. a.

Continuo, as. perpetuo.
Ci. d' N. 12. b. Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.
Caemant præterea, ista dena iugera continuabunt. Ci. ꝯ Rul. 81. b. & 80. a. Syllanus ager a certis hominibus latissime continuatus habet imitatam. & 89. b. Denique sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinati fructuosissimos continuauit, cumusq; eo uicinos proscriberet, quoad &c.
Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. Cic. In Vat. 33. a.
Libertas quæ usq; ad hoc tempus imperio & rerum gestarum gloria continuata permansit. Cic. p Fla. 151. a.
Cum autem contendere oportebit, ad aucto mediocriter sono uocis, uerbis continuandis uocem quoq; adaugere oportebit. Ad Her. 20. b.
Q. d' ex pluribus cōtinuatis cōnectitur. Ci. d' Or. 158. a.
Res iterata & continuata. Ci. Or. 218. b.

Continuus, a, um. cōtinens, perpetuus, perennis, deinceps.
Ci. p Pom. 14. a. Aliquot annos continuos magna imperii parte caruimus.
Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. Ci. p Flac. 151. b.
Recte genus hoc numerorum dummodo ne continuum sit

in orationis laude ponetur.Ci.de Or.160.a.
Plures continuæ translationes.Ci.Or.205.b.
Tum continuæ præturæ quæ & cæteris ornamentis & existimatione innocentiæ maximæ floruerunt. Cic.pro Font.282.b. Continuis itineribus ad forum Vocontium uen.Ci.Ep.166.b.
Conseruat uocem continui clamoris remissio. Ad Her. 20.a.& ibi.Continens uox.
Tot dies continuos quid egisti?Ci.I.V.254.b.
Equester ordo iudicauit annos prope quinquaginta cõtinuas.Ci.I.V.73.a.
Dies quinq; continui.Cæs.17.a.

Contor,aris.percunctor. Cic.At.176.b.Cumq; ex eo de me contaretur,eum sibi ita dixisse narrabat, se &c. aliter,percontaretur.

Contorqueo,ques. conuoluo,deflecto,iaculor.
Ci.de N.37.a.Nam enim ætheris ea natura, ut ui sua stellas complexa contorqueat.
Mundus mirabili celeritate cõtorquetur. Ci.de N.6.b.
Demosthenes cuius non tam uibrarent fulmina,nisi numeris contorta ferrentur.Ci.Or.210.a.
Deinde contorquent & ita concludunt,non igitur etc. Ci.de D.130.a.
Quas sententias colligit? quę uerba cõtorquet? C.Tus. 204.a. Brumalis flectens contorquet tempore currum.Cic.In Arat.
Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos uidemus.Ci.de D.88.b.

Contortio,onis. Cic.de Fat.143.b. Maius est enim has contortiones orationis q̃ signorum ortus obitusq; perdiscere. Itaq; in illa genere & remotione brachij & contortione dextræ gladius ad corpus afferri uidetur. Ad Her.30.a.

Contortus,a,um.distortus. Ci.de Or.107.a.Contortas res & sæpe difficiles necessario perdiscemus.
Contorta & acris oratio.Ci.Or.203.b.
Quarum sunt contorta & aculeata quædam sophismata.Ci.Acad.19.a.

Contra. aduersum,aduersus,in,obuiam,uicissim, potius, è contrario,ex contrario,contraq;,atq; etiam, atq; etiã è contrario,contra q̃,contra atq;.X.pro, secundum.
Ci.de N.59.b.Impia consuetudo est contra deos disputandi. Sero resistimus ei, quem aluimus contra nos. Cic.At.104.b.
Defendere causam alicuius contra alium patronum Ci. de Or.99.b. Disputabant contra diserti homines Athenienses.Ci.de Or.92.a.
Et contra auium minorum morsum munitur ualla aristarum.Ci.de Sen.88.a.
Veri inuestigationis studia a rebus agendis abduci cõtra officium est.Ci.Off.4.b.
Scio me a te cõtra iniquos meos solere defendi.Ci.Ep. 282.a.& p Quin.14.a.Testimoniũ qd' contra te est.
Nec qui cõtra se licetur emptor opponet.Ci.Of.64.a.
Hoc non modo non pro me, sed cõtra me est.Ci.de Or. 150.a. Contra meum iudicium & contra omniũ antiquorum autoritatem cupio discedere. Ci.At.140.a.
Pro ijs rebus nulla mihi abs te relata gratia est, cõtra etiã esse aliquid abs te profectum ex multis audiui. Ci. Ep.62.b. Facere contra aliquem.Ci.At.163.b.i.aduersari ei.& .65.b.Ire obuiam alicui.i.facere contra illum.& ibi.Esse cum aliquo.i.facere pro illo.
Contra studium populi stare.Ci.de Cla.176.a.
Q.Hortensius contra caput non didicit dicere. Ci.pro Quin.7.b. Resistere & repugnare contra ueritatem.Ci.p.Q.R.53.b.
Contra naturam uiuere.X.secundum naturam uiuere. Ci.Off.56.b.& ibi.Secundum naturam est.X.contra naturam est.
Sic inter recte factum atq; peccatum officium & contra officium media locabat quędam.Ci.Acad.45.b.
Iam enim faciam contra atq; in cæteris causis fieri solet,ut &c.Ci.p Syl.180.a.
Factum est enim mea culpa contra q̃ tu mecum egeras. Cic.Q.Fra.290.a.
Si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atq; oporteret.Ci.p Cor.56.a.
Clamare contra q̃ deceat,& q̃ possit,hominis est impudentissimi.Ci.de Or.116.b.
Si hæc contra ac dica essent omnia,tamen &c.Ci.I.V. 202.a. Vt contra ac dicat accipi ac sentiri uelit.Ci. Or.209.a. Omnia ferè contra ac dicta sunt euenere Cic.de D.119.b.
Edicere est ausus ut Senatus,contra q̃ ipse censuisset,ad uestitum rediret.Ci.I.P.83.a.
Cum contra ac Deiotarus sensit uictoria belli iudicarit.Ci.I.A.237.b.
Quanq̃ quid ego de uestro iure, contra q̃ proposueram disputabo.Ci.p Dom.237.b.
Contraq; faciunt q̃ pollicentur.Ad Her.24.b.
In collocando beneficia hoc maxime officij est,ut quisq; maxime opis indigeat,ita ei potissimum opitulari,quod contra fit a plerisq;,a quo enim plurimum sperant etc. Ci.Off.10.b. Atq; utinam propugnatores &c.& cõtra oppugnatores &c.Ci.p Cor.45.b.
Non is sum,qui obtrectem libenter, sed contra qui laudem omnia.Ci.Acad.45.b.
Quæ bona sunt mala putant,bona contra quæ mala. Ci.de Fin.131.a. Ea sumenda dicebat, contraq; contraria.Ci.Aca.45.b. Nos qui domi sumus tibi beati uidemur,at cõtra nobis tu præ nobis btũs. Ci.Ep.48.b. Ergo ut hi miseri, sic contra illi beati.Cic.Tus.231.b. Nõ eñ culpa tua est, si te aliqui timuerũt,cõtraq; summa laus,quod plerique minime timendũ esse senserũt.Ci. p Mar.134.a. Ad causam pertinet caute an contra demonstratum sit.Ci.de Or.139.a.
Decere &c.contraq; item dedecere.Ci.Or.203.b.
Sapiẽtissimũ esse dicũt eũ,cui qd' opus sit, ipsi ueniat in mẽtẽ,i stultitia cõtra est,minus.n.stultus,cui nihil ĩ mẽtẽ uenit,q̃ ille,qui &c.Ci.p Cl.35.a.b.& .54.a.Quid huic cũ habitu? nihil,atq; adeo potius ẽt cõtra simulias. Hic nos Stoicus nihil adiuuat,atq; idẽ ẽt impedit.Ci.de Or.123.a.& Off.14.b.His nõ modo nõ laudi,uerũ ẽt uitio dandũ puto. Nulla desidia.X.summus labor. Ci.I.V.200.a. Num igitur censes aĩa solicito fuisset nihil minus,cõtraq; illa hæreditate diues.C.de Fi.76.a.

Quid

Quid est quod animi medicina nec tam multis grata sit et probata, pluribus ẽt suspecta et in sat Ci.Tus.190.a.

Cyrenaici non uiderunt ut ad cursum equum, sic hominem ad intelligendum & ad agendum esse natum, contraq; ut tardam aliquam pecudem ad pastũ & ad procreãdi uoluptatem eũ ortũ esse uoluerũt. Ci.d Fi.73.a.

Noui n. aĩum tuũ nulla in cęteros maleuolẽtia suffusum, contraq; cum magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Ci.Ep.16.a.

Cum me in iudicium populi nemo uocarit, condemnari non potui, contraq; a populo rom. semper sum defensus & ornatus. Ci.p Dom.231.a.

Beate uiuere uos in uoluptate ponitis, item contra oẽm infelicitatem in dolore. Ci.d Fin.83.a.

Sed & ego quid ille, & contra ille, quid ego sentirẽ uidebat. Ci.I.A.168.a. *Si laudabis hæc illius formam, tu huius contra.* Ci.Ep.15.a.

Illa autem altera argumentatio quasi retro ac contra prius sumit, quę uult &c. Ci.Part.234.a.

Contractio, onis. breuitas. Ci.At.70.b. *Meam in eo parsimoniam contractio paginę significat.*

Superciliorum remissio aut contractio. Ci.Off.29.b.

Contractio & breuitas grauitatem non habet. Ci.Or.216.a. *Facilis digitorum contractio, facilisq; porrectio.* Ci.d.N.56.a.

Eodem enim uitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. Ci.Tus.224.a.

Contractione breuius fieri aut productione longius. Ci.d Or.161.a. *Brachij porrectio in contentionibus contractio in remissis.* Ci.Or.202.a.

Frontis contractio. Ci.p Sest.6.b.

Contractus, a, um. breuis. Ci.d Cla.179.a. *Ambitus uerborum contractus & breuis.*

Dialecticæ quasi contracta & astricta eloquentia putãda est. Ci.d Cla.194.a.

Quæ studia in senectute contractiora esse debent. Ci.p Cæl.53.b.i. remissiora.

Propter res tuas ita contractus, ut quemadmodum scribis, nec caput nec pedes. Ci.Ep.109.b.

Accipies igitur hoc paruum opusculum elucubratum his iam contractioribus noctibus. Ci.Parad.116.a.

Rerum contractarum fides. Ci.Off.4.a.

Cõtra dico, cis. Ci.At.15 b. *Vnus cõtra dixerat Metellus.*

Sceptius ait se nihil contra dicere. Ci.At.83.a.

Cum erant appellati, si eis uidebatur, statim contradicere solebant. Ci.p.R.P.214.a.

Nec qui contra dicunt, causam difficilem repellunt. Ci.d Fin.90.a. *Vereor ne maiorem largiar ei, qui contra dicturus est libertatem.* Ci.Acad.8.b.

Cateruæ ueniunt contradicentium. Ci.Tus.164.b.

Dabis nobis aliquem diem ut contra ista dicamus. Ci.d N.79.a. *Num si contra te dixero mihi maledicturus es?* Ci.d Or.133.a.

Q. Hortensius contra me est dicturus. Ci.p Quin.1.b.

Contraho, his, astringo, in angustum adduco uel deduco, cum altero aliquid ago, cum aliquo rem rationemq; iungo, suscipio, facesso.

Cice.d.N.53.a. *Stomachi partes, quæ sunt infra q̃ id, qđ deuoratur, dilatantur, quæ autem supra, cõtrahũtur.*

Ex infinita societate generis humani ita contracta res est & adducta in angustum, ut omnis charitas aut inter duos aut inter paucos iungatur. Ci.d Am.99.b.

Sed ea cõtraherẽt i angustũq; deducerẽt. C.Acu.46.a.

Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Ci.d.N.59.a.

Similitudinis est ad uerbum unum contracta breuitas. Cic.d Or.157.a.

Omne animal membra quo uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Ci.d.D.105.a.

Contrahere orationem. X. *dilatare.* Ci.Part.232.a.

Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram, accessus autem lætificat Ci.d.N.46.b.

Contrahere animum in dolore. X. *effundi animum in lætitia.* Ci.Tus.224.a.

Te rogo ne cõtrahas aut demittas animum. Ci.Q.Fr.290.a. *Varius canendi sonus tum remittit animos tũ contrahit.* Ci.d Leg.177.b.

Demittere & contrahere animum. Ci.Tus.212.a.

Contrahere nomina, ut duellum, bellum. Ci.Or.211.b.

Contrahere omnia in unum locum. Ci.At.126.a.

Vos hortor ut quodcunq; militum cõtrahere poteritis, contrahatis. Ci.At.129.b.

Nos disiecta manu pares aduersarijs esse nõ possumus, contractis autem nostris copijs, spero &c. Ci.At.130.a.& Ep.154.b.

Sic enim parari uideo ut Luceriam omnes copiæ contrahantur. Ci.At.128.a.

Ex quibus non amplius XIIII cohortes contrahere potui. Ci.At.129.b.& ibi. *Reliquæ copiæ Brundusiũ cogerẽtur.* & .10.a. *Cõtraxi uela pspiciẽs inopiã iudicũ.*

Quis cum decubuisset, ferrum recipere iussus collum cõtraxit? Ci.Tus.183.b.

Contrahere frontem. Ci.p Clu.32.b.

Cor bonis contractum aliquo morbo exile & uietum esse. Ci.d.D.116.a. & .133.a. *Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire.* *Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & incommodis contrahitur.* Ci.d Am.105.b.

Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. Ci.d Am.100.b. *Appetitus omnes contrahẽdi sedandiq; sunt.* Cice.p Mur.141.a.

Qui uendunt, emunt, conducunt, locant, contrahẽdisq; negotijs implicantur. Ci.Off.41.a.

Conuenit autem in omni re contrahenda, uẽdẽdo, emendo, conducendo, locãdo, ęquum & facilem esse. Ci.Off.46.b.& .11.b. *Consuetudines præterea & familiaritates multæq; cum multis res rationesq; contractæ.*

Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta. Ci.p Syl.177.b. *Rabirius multa gessit, multa contraxit.*

Rerum contractarum fides. Ci.Off.4.a.

Nã quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cũ cõtrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. Ci.I.V.143.b.

Res ab eo qui cum contraxisti recessit. Ci.p Quin. b.

Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat. Ci.p Clu.26.a.

Neq; si tecum agas, quid, neq; si cum altero contrahas. Ci.Off.2.a. Magnis molestijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt. Ci.Tus.248.b.

Si mercatura in maximis lucris paruum aliquid damni contraxerit. Ci.d Fin.146.a.

Quid sit optimum male contractis rebus planè uideo. Ci.At.106.a. A principio quemadmodum res gesta & contracta sit, exponam. Ci.p Quin.2.a.

Malum culpa contractum. Ci.Tus.101.b.

Omnia culpa contracta sunt. Ci.At.156.a.

Si turpitudo causæ contrahet offensionē. Ci.d In.47.a.

Quasi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Ci.Tus.201.a.

Ea ferre homines molestissime debent, quæ eorum culpa contracta sunt. Ci.Q.Fr.190.a.

Ea est a nobis contracta culpa, ut &c. Ci.At.184.a.

Hoc quidem suscepto atq; contracto multa perpetienda fuerunt. Ci.p.R.P.116.b.

Contrahi mihi negotium uidetur. Ci.At.243.a.

Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negotij contrahatur. Ci.I.C.110.a.

Cuiusmodi res inuidiam contrahunt in uita, odium in oratione. Ad Her.38.a.

A nostra persona beneuolentiam cōtrahamus. Ad Her.2.a. Dolobellā uidebā fore ab ijs molestijs, quas sua liberalitate contraxerat, liberum. Ci.Ep.27.b.

Quorum æs alienum contractum in popinam nullum reip. motum afferre poterat. Ci.I.C.105.a.

Æs alienum contrahi cuipiam. Ci.Q.Fr.194.b.

Virtus contrahit amicitiam. Ci.d Am.105.b.

Contrarie. Ci.Part.239.b. Idem de eadem re contrarie scriptum.

Contrarie scriptum aut ambigue. Ci.d Or.96.b.

Verba relata contrarie. Ci.d Or.153.a.

Aliqua bifariam contrarie simul procedentia. Cice.de Vn.100.b.

Contrarium, rij. enthymema. Ad Her.19.b.

Contrarius, a, um. aduersus, aduersarius, pugnans, inter se repugnans, diuersus, inter se confligens.

Ci.d In.51.b. Contrarium est quod positum in genere diuerso ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat, ut frigus, calor, mors uita.

Contraria ea dico cum alterum ait alterum negat. Cic. Acad.14.b. Contrariorum contraria sunt consequentia. Ci.Tus.138.a.

Fortitudini contraria est ignauia & iustitiæ iniustitia. Ci d In.81.b.

Vitia sunt uirtutum contraria. Ci.d Fi.121.b.

Fidentiæ contrarium est diffidentia, audacia autem nō contrarium sed appositum est ac propinquum. Ci.d In.83.a.& .81.b.

Deinceps locus est, qui a contrario dicitur, contrariorū autem genera sunt plura, unum eorum, quæ in eodē genere plurimum differunt, ut sapientia, stultitia, eodē autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt tanquā e regione quadam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas, ex quibus contrarijs argumenta talia existūt, si stultitiā fugimus, sapientiam sequamur, & bonitatem si malitiam, hæc quæ ex eodem genere contraria sunt appellantur aduersa, sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus latine, græce appellantur στερητικά, propositio enim in priuat uerbum ea ui quam haberet, si in præpositum non fuisset, ut dignitas, indignitas, humanitas inhumanitas, & cætera generis eiusdem quorum tractatio est eadem quæ superiorum, quæ aduersa dixi. Nam alia quoq; sunt contrariorum genera, uelut ea, quæ cum aliquo conferuntur, ut duplum simplum, multa, pauca, longum, breue, maius, minus, sunt ētiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικά græci, contraria aientibus, ut si hoc est, illud nō est. Quid enim opus exemplo est, tantum intelligatur argumento quærenda contrarijs omnibus contraria non conuenire. Ci.Top.224.b.

Contraria hoc loco, ea dico, quorum alterum ait, alterum negat, ex his igitur necesse est alterum uerum esse alterum falsum. Ci.d Fat.147.b.& Acad.14.b.

Id tam abest ab officio ut nihil magis officio possit esse contrarium. Ci.Off.9.b.

Tota in oratione tecum pugnas, & non modo non cohærentia inter se dicis, sed maxime disiuncta atq; contraria, ut non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. Cice.I.A.164.a.

Quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quærenti uera contrarium. Ci.d D.93.b.

Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; cōtrarium. Ci.d Sen.93.a.

Orationes inter se contrariæ Æschinis & Demosthenis. Ci.d Opt.244.a. Capita inter se contraria. Cice.d Or.129.a.& p Clu.47.a.

Mōstrum ex contrarijs diuersisq; atq; inter se repugnātibus naturæ studijs conflatum. Ci.p Cæl.39.b.

Astra errantia, quæ uersantur retro cōtrario motu atq; cœlum. Ci.d Sam.118.b.

Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni cōtraria. Ci.d.D.91.a.

Flumina in cōtrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Ci.d.D.96.b.

Verebar ne pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. Ci.Ep.165.b.

Afferrendum est aliquid in contrariam partem, quod &c. Cic.d Or.128.b.

Disputare de oī re in contrarias partes. Ci.d Or.97.b. & .118.b. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijsdem suppeditatur locis.

Si quid in contraria parte in homine ostendēdum sit, habetis hominem &c. Ci.p Cec.305.a.

Atq; ego hac ex contrario contēdo, leuior esset &c. Ci.p.Q.R.52.b. Itaq; eadem sunt in aduersarios ex cōtrario cōferēda. Cic.d Ore.125.a.& ad Her.3.a.& .9.b. Defensor autem ex contraria, primum dicet &c. Ci.d In.65.a.& .48.a. Commutabile est quod ab aduersario potest leuiter mutatū ex cōtraria parte dici. et.82.a. Rerum expetendarum tria genera sunt, par autem numerus uitandarum ex cōtraria parte.

Si neminem læsi, si etiam è contrario multis opem tuli.

Cice.

Ci.Anteq.197.b.& ad Her.3.b.&.9.a.

Contrarium decernebat ac paulo ante decreuerat.Cic. I.V.201.a. Sol binas reuersiones ab extremo cõtrarias facit.Ci.d.N.46.a.b.

Conferre pugnantia & comparare contraria.Cic.Or. 200.a.b.&.202.a.Referre paria paribus, aduersa cõtrarijs. Sed incidunt sæpe tempora,cum ea commutãtur,fiuntq; cõtraria.Ci.Off.7.a.

Conuersa ratio,antea cum erat &c.Cic.p Rul.79.b.i. nunc contrarium est atq; antea fuit.

Verba rebus esse contraria.Ci.At.288.a.

Omnis uoluptas honestati est contraria.Ci.Off.76.a.

Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ q̃ fortuna.Ci.d.D.112.a.

Opinionem istorum studiorum & suspicionem artificij apud eos,qui res iudicant,oratori aduersariam esse arbitror.Ci.d Or.123.a.

Causæ,quæ inter se cõfligunt.Ci.I.C.109.b.

Hęc inter se pugnant.Ci.d Or.139.b.

Contrascriptum,pti. Ci.At.257.a.Antonij edictum legi a Bruto,& horum contrascriptum præclare.

Contrauenio,nis. aduersor,contra pugno.

Ci.I.V.130.a.Quid si de literis corruptis contra uenit? si contra omni ratione pugnauit?

Si ille ipse,quem,contra ueneris,causa cadat.Ci.p Mur. 126.a. Ego uero facile sum passus ne in mentem quidem mihi aliquid contra uenire,ita isti faueo sententię. Cice.Tus.160.a.

Contra rem suam uenisse me nescio quando questus est. Ci.I.A.161.a.& ibi.An ego non uenirem contra alienum pro familiari meo?

Contrectatio,onis. Ci.d.N.16.b.Quod ni ita esset, cur non taurus equæ contrectatione gestiret?

Contrecto,as. tracto,attrecto.

Ci.d Or.145.a.Qui quæ complecti tota nequeũt,hæc facilius diuulsa contrectant.

Contremisco,scis. Ci.d Or.95.a. In principijs dicendi tota mente atq; omnibus artubus contremisco.

Cum uero ad ipsius Cæsaris nomen ueni, toto corpore contremisco.Ci.Ep.85.b.

Cuius in mea causa nunq̃ fides uirtusq; contremuit.Cic. pro Sest.18.a.

Tum ego contremui timore perterritus. Ci.d.D.92.b.

Contremo,mis. Ci.d Or.257.a.Cœlũ tonitru cõtremit.

Contribuo,is. Ci.I.A.265.b. Vrbemq; ad eam rẽ pecuniam dare,contribuere, soluere iubeant.

Quæ mihi cõtribuẽda laus esset ipsi? Ci.p Mi.217.b.

Contristo,as. Ci.Ep.129.b.Contristauit hęc sententia Balbũ Cornelium,& scio eum cõquestũ esse cũ Scipiõe.

Contritus,a,um. Ci.d Or.96.b.Ista omnium communia & contrita præcepta didici.

Quod iam contritum & contemptum putatur. Ci.pro Sest.21.b. Nihil habemus,quod scribamus,eadẽ quotidie,quæ iam iamq; ipsa cõtrita sunt.Ci. At.195.a.

Controuersia,siæ. disceptatio,contentio,discrimen, pugna,lis. Ci.d Or.135.b.Res,quæ in dicendi controuersiam aut disceptationem uocatur.

Nihil ambigi potest,in quo non aut cõtrouersiam res faciat,aut uerba.Ci.Or.208.a.

Mihi cum eo controuersiæ nihil est.Ci.p Qui.3.b.

Magna mihi cum illo rei familiaris controuersia erat. Ci.p.S.R.33.a. At controuersia non erat,quin uerum dicerent.Ci.p Cec.290.b.

Hanc Cethego cum cęteris controuersiam esse dixerũt, quod &c.Ci.I.C.112.b.

Est inter scriptores de numero annorum controuersia. Ci.d Cla.171.a. Controuersia inter hominum sentẽtias in illo est,utrum &c.Ci.d Or.139.b.

Flauius noster de controuersia,quam habet cum Dyrrhachinis hereditaria, sumpsit te iudicẽ. Ci.At.277.a.

Habere controuersiam de aliqua re cum aliquo.Ci.Ep. 129.a exempli causa de fundo.

Cum quędam(ut solet)cõtrouersia esset orta.Ci.p Cl. 52.a. Nec constituere litium actiones malebat, q̃ cõtrouersias tollere.Ci.I.A.223.b.

Constituere controuersiam.Ci.d Or.96.b.

Sedare cõtrouersias.Ci.p Cor.63.b.

Dirimere controuersiam.Ci.Off.76.a.

Verbi enim controuersia tandiu torquet Græculos homines cõtẽtionis cupidiores q̃ ueritatis. Ci.d Or.89.a. &.93.b.Omnem controuersiam esse inter homines doctos in uerbi controuersia positam. &.100.a. Mediocris ne res in controuersiam adducta est?

In controuersia & contentione uersari. Ci.Or.201.a.

Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cũ aduersarijs,iure fecerit & licuerit ne facere, id in controuersia est.Ad Her.3.b.

Causa ex cõtrouersia constans,ut hereditatis. Ci.d Or. 118.a.&.96.b.Cõtrouersia ex scripti interpretatione. & ibi. Venire in controuersiam.

Generis controuersia est,cum & quid factum sit conuenit,& quo id factum nomine appellari oporteat,cõstat, & tamen &c.Ci.d In.44.b.

Vocari in cõtrouersiam.Ci.Ep.215.a. &.3.b.Hac controuersia usq; ad noctem ducta Senatus est dimissus.

Fundus,quem sine ulla cõtrouersia biẽnium possedi.Ci. p Cec.288.b. Ait sine ulla controuersia rem ad me esse delatam.Ci.At.207.a.

Hoc sine cõtrouersia magnum est.Ci.d Or.105.a.

Panætius,qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit.Ci.Off.53.b.

Controuersor,aris. Ci.In Protagora. Nunc a uobis o Protagora & Socrates postulo,ut de isto concedatis alter alteri,& inter uos de huiusmodi re non cõtrouersemini.

Controuersus,a,um.litigiosus.

Ci.d Cla.168.b Siculi acuta gẽs & cõtrouersa natura.

Sin aliter etiam controuersum ius nosse & tractare uideare.Ci.p Mar.130.b.

Sed isti sumunt pro certo quod dubium cõtrouersumq; est.Ci.d.D.130.a. Res cõtrouersa & plena dissensionis inter doctissimos.Ci.d Leg.166.a.

Contrucido,das. Ci.p Sest.20.b.Debilitatum corpus & contrucidatum.

Contrudo, dis. Cice. In Sal.275.a. Ex Africa tantum exhausit,quantum potuit in naues contrudi.

Deinde qui eam prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur. Ci. p Cæl. 51. a.
Eodem cæteros contrudi imperat. Ci. I. V. 149. b.

Contubernalis, lis. Ci. At. 30. b. C. Arrius proximus est uicinus, immo ille quidem iam contubernalis.
Illud doleo in isto loco uenire me nõ potuisse, habuisses enim non hospitem, sed cõtubernalem. Ci. Ep. 138. b.
Is profectus est in Africam Q. Pompeio contubernalis. Ci. p Cæl. 53. a. Qui se illi cõtubernalem in cõsulatu fuisse narrabat. Ci. d Clo. 174. a.
Spero nos ante hyemem contubernales fore. Ci. Q. Fr. 309. b. Quid tu hunc de Pompo Quirini contubernalem his nostris moderatis epistolis læta turum putas? Ci. At. 114. a. & 113. a. Siue ab Oppijs tuis cõtubernalibus. Militiæ contubernales. Ci. p Lig. 140. b.
Contubernalis pro hospite. Ci. p Flo. 154. b.
Testes accusatoris confessores, conuiuæ, contubernales. Ci. p Flo. 151. a.

Contubernium, nij. Ci. I. V. 217. a. Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo litore?
Necessitudo contuberny. Ci. p Plã. 264. b.

Contueor, eris. aspicio. Ci. d. N. 61. b. Me rogas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantum, cum idem uno assequi possim.
Quod tandem spectaculum fore putas, cum totam terram contueri licebit. Ci. Tus. 158. a.
Neq; uero est quisq̃, qui eodem contuens efficiat. Cic. d Or. 163. b. & 143. a. Vt illud uestigiũ cõtueremur.
Aspicite ipsum, contuemini os &c. Ci. p Syl. 181. a. & p Do. 243. a. Contueri ad cœlum. Ci. d Som. 130. a.

Contumacia, ciæ. superbia. Ci. I. V. 221. a. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia.
Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ uitæq; uniuersæ uox. Ci. p Q. R. 51. a. Itaq; illi fastidio ferè & contumacia efferuntur. Ci. d Am. 106. b.
Potentissimorum hominum contumaciam nunquã tuli. Ci. At. 93. b. In quo Torquatus furebat contumacia responsi tui. Ci. I. P. 96. a.
Libentius deponimus inimicitias reip. nomine susceptas q̃ contumaciæ. Ci. At. 128. b.
Adhibuitq; liberam cõtumaciam a magnitudine animi ductam non a superbia. Ci. Tus. 163. b.

Contumaciter. superbe. Ci. Q. Fr. 306. b. Clodius furebat se a Rocilio contumaciter urbaneq; uexatum.
Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Ci. d D. 113. a. Ad me autem contumaciter, arroganter, ἀνανσιν́τως soles scribere. Ci. At. 86. a. & 253. a. Cætero & satis grauiter & non contumaciter.

Contumax, cis. superbus. Ci. At. 245. b. Seruum nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem.
In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis. Ad Her. 36. b.

Contumelia, liæ. conuitium, ignominia.
Ci d. N. 15. b. Epicurus Nausiphanem uexat omnibus contumelijs. Equidem uehementer lætor eum esse me, in quem cum cuperes nullam contumeliam iacere potueris. Ci. p Syl. 171. a. Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum insunt. Ci. d Or. 129. a.

Seruire, est contumelias pati. Ci. At. 185. b.
Verborum contumelijs aliquem lacerare. C. At. 231. b. & 230. b. Sed homines beneuolos, qualescũq; sunt, graue est insequi contumelia
Alternis uersibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. Ci. Tus. 226. a.
Quibus tu priuatim iniurias plurimas cõtumeliasq; imposuisti. Ci. I. V. 203. b.
Quid est porrò facere contumeliam? quis sic loquitur? Ci. I. A. 187. b.

Contumeliose. Ci. Off. 27. a. Cum de absentibus detrahendi causa maledice contumelioseq; dicitur.
Contumeliosissime maledicere alicui. Ci. In Vat. 35. a.

Contumeliosus, a, um. Ci. Ep. 17. b. Qui istinc ueniunt partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas, partim contumeliosum, qui male respondeas.
Sin hunc illi antepono cõtumeliosa habenda oratio est. Ci. p Pla. 260. a. In socios uero contumeliosum est, exclusos esse &c. Ci. p Cor. 59. b.
Oratio in aliquem contumeliosa. Ci. Ep. 60. a.
Litteræ in aliquem contumeliosæ. Ci. Q. Fr. 301. a.
Cõtumeliosæ uoces in aliquem emissæ. Cic. p Cæl. 43. b.
Vsurisq; sunt bñficio Antony cõtumelioso. C. At. 243. b
Contumeliosus in edictis. Ci. I. A. 186. b.

Contundo, dis. obtero, frango.
Ci. p Fla. 161. a. Membra uxoris lapidibus et fustibus debilitauit, manus cõtudit, digitos cõfregit, neruos concidit. Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Ci. I. A. 252. b. Cõtudi animum & fortasse uici, si modo permansero. Ci. At. 201. b.
Ita calumniam obtriuit & contudit. Ci. p Cec 188. b.
Pugiles ictibus contusi ne ingemiscunt quidem. Cic. Tus. 183. b.

Conturbatio, onis. Ci. Tus. 223. a. Conturbatio est metus excutiens cogitata.

Conturbatus, a, um. Ci. d Ar. 249. b. Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati.
Is tristis & conturbatus domum redijt. Ci. I. V. 206. b.
Vidisti me ita conturbatum, ut nescirẽ etc. Ci. Ep. 96. b.

Conturbo, as. confundo, decoquo.
Ci. At. 100. a. Inualetudo tua me ualde conturbat.
Hæc sunt quæ conturbant homines in deliberatione nõnunq̃. Ci. Off. 62. a.
Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas. Ad Her. 22. a.
Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos utilitatis specie. Ci. Off. 60. a.
Conturbat me Seruij huius mora. Ci. Ep. 222. b.
Nescio quid conturbatus mihi esse uideris, nũquid subtimes &c. Ci. I. A. 157. b.
Quanquam si quid &c. non me id magnopere perturbat. Ci. p Plan. 259. b.
Non sane inquit conturbat me expectatio tua. Ci. Acn. 3. b. & ibi. Eo minus conturbor.
Num cõturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicuntur, intelligis. Ci. I. A. 166. b.
Vnum etiam est, quod me maxime conturbat, cui loco &c. Ci. p Clu. 45. b.

Sed tamen signa conturbantur, quibus uoluntas a simulatione distingui posset. Ci. At. 223. b.
Vtrum igitur me conturbare oportet? an hoc nomen qđ urget, nunc cum petitur, dissoluere. Ci. p Pla. 273. b.
Nihil est, quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. Ci. Q. Fr. 314. a. & At. 59. a.

Conualesco, scis. sanor, consanesco, ualentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor.
Ci. đ Fat. 146. a. Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue Medicum adhibueris, siue nõ, cõualesces.
Ne ægri quidem omnes conualescunt. Ci. đ. N. 28. b.
Aiulius illico conualescit. Ci. p Clu. 25. a.
Quam ad omnes res adhibes in primis ad conualescendum adhibe prudentiam. Ci. I. A. 186. b.
Vt conualesceret aliquãdo & sanari ciuitas posset. Ci. p Syl. 182. a. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis conualescebat. Ci. p Mil. 104. a.
His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue resp. ad resistendum imbecilla sit. Ci. At. 102. a.
Ne rei crudelitas experrecta in me, in nos conualescat. Ci. Anteą̃. 195. a. & ibi. Impune ad omnium perniciem conualescet. Libertas malis oppressa ciuilibus, iã ex tollere caput & aliquando recreata se erigere incipit. Ci. p Plan. 266. a.
Ille in morbũ ĩcidit, ex quo nõ conualuit. Ci. Ep. 217. a. & 130. a. Certum scio iam conualuisse eam.
Non omnes, qui curãtur, conualescunt. Ci. Tus. 191. a.
Cum is iam conualesceret &c. Ci. p Clu. 54. b.
Is cum primũ posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm reip. conualuisse se existimans ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Ci. Ep. 153. b.
Is graui morbo affligitur neq; se recreare potest. Cic. I. P. 95. a.

Conuallis, lis. Ci. ʒ Rul. 05. a. Roma in montibus posita & conuallibus.

Conuector, oris. Ci. At. 169. b. Naui eius & ipso conuectore me usurum puto.

Conueho, his. Cic. p Mil. 115. b. Repente lyntribus in eam insulam materiam conuexit.

Conuello, lis. reuello. Cic. p Dom. 224. a. Cum gradus Castoris conuellisti ac remouisti.
Verres simulachrum Cereris è sacrario Catinæ conuellendum auertendumq; curauit. Ci. I. V. 274. b.
Mihi ipsa Roma prope conuulsa sedibus suis, procedere obuiam uisa est. Ci. I. P. 90. b.
qui me ex nostris penè cõuellit hortulis. Ci. đ. L. 167. a.
Hęc mihi uidentur nõ posse conuelli. Ci. đ. D. 104. a.
Ne conuellere adoriamur ea quæ non possunt commoueri. Ci. đ Or. 127. b.
Quę cogitatio ui tempestatum & concursu calamitatũ erat aliquãtum labefactata atq; conuulsa. Ci. Ep. 69. b.
Conuellere opinionem mente comprehensam. Ci. p Cl. 18. b. Qui reip. statum conuulsuri uiderentur. Cic. I. P. 80. a. Cum cuncta auxilia reip. labefactari conuelliq; uideat. Ci. p Rab. 91. a.
Tiberius Gracchus conuellit statum ciuitatis. Ci. I. A. 253. a.

Conuena, næ. Ci. đ Or. 88. a. Romulus pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit.
Dionysius quibusdam conuenis & feris barbaris custodiam corporis sui committebat. Ci. Tus. 239. b.

Conueniens, tis. consonus, decorus, par, dignus, consentaneus, decens, concors, congruens, aptus, pro. X. alienus. Ci. đ Fi. 05. b. Nihil scriptum ab eo congruens & conueniens decretis eius reperies.
Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas q̃ amicitia. Ci. đ Am. 99. a.
Quid enim philosopho minus conueniens quàm deos tollere? Ci. đ. N. 68. a.
Recta & conuenientia & constantia natura desiderat, aspernaturq; contraria. Ci. Off. 59. a.
Stellarum conueniẽs cõstãsq; cõuersio. Cic. đ. N. 36. b.
Quemadmodum in oratione constanti, sic in uita omnia sint apta & inter se conuenientia. Ci. Off. 29. a.
Conueniens & coniuncta inter augures cõstãtia. Ci. đ D. 125. b. & 115. b. Conuenientem hostiam rebus suis immolare. Propinqui cognatiq; optime conuenientes. Ci. p S. R. 34. b.
Id uirtutis non est. Ci. Off. 13. a.
Bene conuenientes propinqui. Ci. Off. 12. a.

Conuenienter. congruenter, secundum, pro.
Ci. Off. 54. b. Conuenienter naturę uiuere. i. cum uirtute congruere semper.
Cõueniẽter naturę congruẽterq; uiuere. Ci. đ Fi. 95. b.
Congruere naturę & cum ea conuenienter uiuere. Cic. Tus. 244. a.

Conuenientia, tiæ. coniunctio, cognatio, quasi concentus atq; consensus.
Ci. đ. N. 36. b. Hęc in stellis constantia, hęc conuenientia temporum sine ratione intelligi non potest.
In amicitia enim est conueniẽtia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Ci. đ Am. 115. a.
Pulchritudo, uenustas, conuenientia partium. Ci. Off. 3. b. & 20. a. Apta compositio membrorum.
Quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus conueniẽtiam, si placet. Ci. đ Fi. 94. b. & ibi. Viditq; rerum ordinem & ut ita dicam, concordiam.
Coniectores somniorum significationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocãt συμπάθειαν. Ci. đ. D. 134. a.
Quorum omne bonum conuenientia atq; opportunitate finitur. Ci. đ Fin. 100. a.
Si ullam esse conuenientiam naturæ cum extis concessero. Ci. đ. D. 115. b.
Via quæ deducit ad conuenientiam conseruationemq; naturæ. Ci. Off. 20. b.

Conuenio, nis. congruo, non abhorreo, aptus uel conueniens uel accommodatus sum, conuenientia, decet, constat, concursus fit.
Ci. p Cæl. 38. a. Hic introitus defensionis adolescentiæ M. Cælij maxime conuenit.
Nam quod uereris ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio &c. Ci. In Horten.
Nunq̃ putaui D. Lælium eam suscepturam accusationẽ, quæ sceleratorum potius ciuium odio & furori q̃ ipsius uirtuti atq; institutæ adolescentiæ conueniret. Cic. pro

Fla.146.a. Neq; me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri q̃ præsentibus reip. temporibus & cōcordiæ conuenire.Ci.ꝓ Cor.67.b.

Poetæ etiam uitiosis personis quid conueniat & quid deceat uidebunt.Ci.Off.20.b.

Hoc decet me & conuenit ijs rebus, quas gessi. Cic. de Pro.77.b. Quod somnium mirifice ad uerbum cum re conuenit.Ci.d̄ D.100.b.

Cum essent prædia quæ mulieri maxime conuenirent. Ci.ꝓ Cæl.288.a.

Minime miror cœlum etiam & terras uim suam, si tibi ita conueniat, dimittere.Ci.Ep.131.a.

Multa disputas huic sententiæ conuenientia. Cice. At. 146.a. Pleraq; ex illis conuenient huic tenuitati.Ci. Or.204.b. Nec uero hoc in te uno cōuenit, sed ĩ reliquos uestros & in eũ maxime, qui &c.Ci.d̄.N.41.a.

Tantum intelligatur argumento quærẽdo contrarijs omnibus contraria non conuenire.Ci.Top.224.b.

Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. Ci.pro Deio.149.a.

Hęc suspicio conuenit in illum.Ci.ꝓ.S.R.29.a.

Commune exardium est, quod nihilo in hanc q̃ in contrariam partem causæ potest conuenire.Ci.d̄ In.48.a.

Quę uitia uidentur in quemuis potius, q̃ in istum conuenire.Ci.I.V.102.b.

Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari ut conuenire uideatur.Ci.d̄ In.48.a.

Sunt quędam in te singularia, quæ in nullum alium cōuenire possunt.Ci.I.V.194.b.

Et tamen id dixit, quod cōueniret in omnes luscos.Ci. d̄ Or.131.b. Quid in quãq; rem conueniat, res ipsa docebit.Ci.d̄ In.67.b.

Nihil enim minus in hunc ordinem conuenit.Cic.I.A. 222.a. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem apte conuenire.Ci.d̄ Fin.100.a.

Nō omnes loci in omnem causam conueniunt. Ci.d̄ In. 64.a. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit.Ci.ꝓ Syl.171.a.

Sed non conueniret ad omnia.Ci.d̄ Fi.97.b.

In eũ cadit hoc uerbũ maxime, qui &c.Ci.d̄ Ar.257.a.

Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uisa est cũ oratione Largi.Ci.Ep.86.b.

Fissum iecoris cōuenit cũ Lucello meo. Ci.d̄.D.115.b.

Atq; hoc mihi cum tuo fratre cōuenit.Ci.d̄ Fin.

Mihi cum illo conuenit.Ci.ꝓ Lig.139.a.

Mihi cũ illo cōuenit, ut &c.Ci.At.87.a.et.I.A.255.a.

Aliquid uel nihil inter aliquos cōuenire.Ci.ꝓ Quin.

Difficile est in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse non cōueniat.Ci.d̄ Cla.183.b.

An censes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuisse? Ci.At.125.a.

Optime cum aliquo conuenire.Cic.I.V.234.a.idest esse concordem.

Nisi inter eos cōuenit, quid sit illud &c.Ci.Or.207.b.

Pactum est, quod inter aliquos conuenit.Ci.d̄ In.70.b.

Assidene, subducunt ad nummum, cōuenit.Ci.At.83.a.

Virtutem sine ratione constare non posse, cōueniat id quoq; necesse est.Ci.d̄.N.19.a.

Nemo ne pecuniaria quidem de re minima erat iudex nisi qui ĩter oẽs aduersarios cōuenisse. Ci.ꝓ Cl.42.b.

Cum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur.Ad Her.5.a.

Nominis cōtrouersia est, cum de facto cōuenit, & quęritur id qđ factum est, quo noĩe appelletur.Ci.d̄ In.44.b. & ibi.Generis est cōtrouersia, cum & quid factum sit, cōuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, cōstat, & tamen &c.

Interfectum esse ab Oreste matrẽ, cōuenit mihi cum aduersarijs, iure fecerit & licuerit' ne facere, id est in controuersia.Ad Her.3.b.

Rem conuenturam puto.Ci.At.238.a.

Diuisio est per quam aperimus quid conueniat et quid in controuersia sit.Ad Her.1.b.

Patrest res cum eo conuenire.Ci.d̄ Leg.166.b.& ibi.Si posset inter eos aliquid cōuenire.

Inter omnes cōuenit, ita esse.Ci.ꝯ Rul.74.b.

Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum &c.Ci.Tus.222.b.

Vt inter eos, qui ambigunt, cōueniat, quid sit id, de quo agatur.Ci.d̄ Fin.64.b.

Qui sibi is conueniet, si negabit &c. Ci.d̄ Fin.83.a.i. qui sibi is constabit?

Qui enim conuenit, ut qui se populares dicunt, ij populi salutem oppugnent? Ci.I.A.210.a.

Qui conuenit, præsertim id temporis? Ci.ꝓ Mil.121.b.

Benigne, non grauate, comiter quidem certe, non communiter cōuenit.Ci.At.87.a.&.I.A.255.a.

Hæc non cōuenit penes deos esse negare.Ci.d̄.N.41.b.

Multa ante fieri cōuenit, q̃ &c.Ci.ꝓ Quin.16.a.

Vos his malis mederi cōuenit.Ci.ꝓ.S.R.44.a.

Quo ex.S.C.confestim interfectum te esse Catilina cōuenit.Ci.I.C.98.a.

Illico' ne ad prętorem ire cōuenit? Ci.ꝓ Quint.8.b.

Quid tandem C.Rabirium facere cōuenit? Ci.ꝓ Rab. 95.a.&.94.b.Quid tãdem C.Rabirio faciẽdum fuit?

Tres cōuenit habere res narrationem. Ad Her.3.a.& ibi.In hac re exerceri cōuenit.

Quid igitur cōuenit, ita dicere &c.Ci.d̄ Fi.71.b.

Postuma tua me cōuenit.Ci.Ep.46.b.&.32.b. Si Clodium cōuenero, ex illius sermone ad te scribam plura.

Neminem cōueni (cōuenio autem quotidie plurimos, sunt enim permulti optimi uiri qui ualetudinis causa in hęc loca cōueniũt) quin omnes &c.Ci.Ep.133.a.

Cæsar dixit mihi a se Scæuolam hinc euntem esse conuẽtum.Ci.d̄ Or.109.b.

Quem cum in Sardinia conuenisset, te ipsum inquit cupio.Cic.Ep.11.b.

Attilius ille, quem sua manu spargẽtem semen, qui missi erãt, conuenerunt.Ci.ꝓ.S.R.26.a.

Lentulum ante puto transmissurum quàm poterit conueniri.Ci.At.125.b.

Neq; eos solum cōuenire aueo quos ipse cognoui, sed illos etiam de quibus audiui & legi.Ci.d̄ Se.94.b.

Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. Ci.ꝓ.S.R.20.a.&.28.b.Cũ multæ causę cōuenisse in unum locum, atq; inter se cōgruere uidentur.

Non

Nõ desistebant clam inter se cõuenire.Ci.ꝑ Rul.68.b. Tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. Ci.ď.N.5.a. Omnes copias in unum locum conueni-re.Ci.At.122.a. Neminem coegeris,ipsi conuenerint sua sponte.Ci.p Cec.296.a.

Do operam ut huc q̃primum uenias,anteq̃ omnes copiæ aduersariorum conueniant,neq; enim celeriter huc homines conuenire possunt,& si conuenirent,quantum ijs committendum sit non te præterit.Ci.At.131.a.b.

Cum Bubulcus clamorem edidisset, concursum esse factum,totamq; breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse.Ci.ď.D.119.a.

Mei capitis seruãdi causa Romam tota Italia conuenit. Ci.I.P.87.a. Senatus est continua conuacatus, frequensq; conuenit.Ci.Ep.157.a.

Addebant præterea remp.conuenturam Calẽ. Sextilibus,Senatum frequentem fore.Ci.I A.154.b.

Aduersarij postulant,ut in eam rem iudices dentur ex ijs ciuitatibus,quæ ĩ id forũ conuenirẽt.Ci.I.V.116.a.

Cum Pericles & Sophocles collegæ in pretura de communi officio conuenissent.Ci.Off.19.a.

Aduersarij postulant, ut in eam rem iudices dentur ex ijs ciuitatibus,quæ in id forũ cõuenirẽt.Ci.I.V.116.a.

Creditores et spõsores cõuenire quid sit.Ci.l.Creditor Vxores,quæ ĩ manum uiri conuenerunt,matresfamiliae sunt.Ci.Top.222.a.

Conuenit,bat.conducit. *Ci.Anteq̃.193.a.Non conuenit cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus,nos ad referendum gratiam esse tardiores.*

Conuenit autem tum in dando munificum esse,tum ĩ exigendo non acerbum.Ci.Off.46.b.a.

Fidei cõducit,ĩ loco debitũ retribuere.Ci.Ante.191.b.

Conuenticulum,li. *Ci.p Dom.128.a.Conuenticulo et quasi cõcilio quædã plebi rumanę inores esse naluerũt. Tum conuenticula hominum,quæ postea ciuitates nominauerunt.Ci.p Sest.12.b.*

Conuentum,ti. *Ci.ď Or.118.a.At uero in foro pacta, conuenta,stipulationes &c.& Part.241.b.Pactum cõuentum, stipulatio &c.*

Facere promisso,stare conuentis,reddere deposita.Cic. Off.71.a.&.5.b. Dictorum conuentorumq; cõstantia. &.7.a.Potest enim accidere promissum aliquod & cõuentum,ut id effici sit inutile ei,qui promiserit.

Conuentus,tus. *conuentum,pactum,turba,concio,multitudo hominum unum in locum congregata.*

Ci.At.92.a.Pomtinus enim ex pacto & conuentu(ea.n. lege exierat)iam a me discesserat.

Sunt item pacta,quæ sine legibus obseruantur ex conuentu.Ad Her.2.b.

Damus erat non meretricio conuentu sed pretoria turba referta.Ci.I.V.104.a.&.215.a.b.Syracusani festos dies agunt celeberrimo uirorum mulierumq; cõuentu. &.69.b.In magno conuentu.& ď Or.94.b.

In tanto uirorum conuentu.Ci.I.V.95.b.

Quæsiui ab ea an in nocturno conuentu fuisset, nec'ne &c.Ci.I.C.107.a.

Dico extra conuentum & eam frequẽtiam qua oratorũ studia niti solent.Ci.p Deia.144.b.

Conuentus qui initio celebrabantur iandiu fieri desierunt.Ci.At.19.a. Frustra in Senatum siue potius in conuentum Senatorum es uenturus. Ci.Ep.46.a.

Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionem.i.iubere dicere &c.Ci.ď Fi.64.a.&.80.a.

Oppida in quibus prætores consistere,& conuentũ agere solent.Ci.I.V.241.a.

Et tum conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit.Ci.p Sest.4.b.

Conuersio,onis. *circumuectio,mutatio.*

Ci.ď Vn.198.a.Mundus maxima una cõuersione atq; eadem ipse circum se torquetur & uertitur.

Summus ille cœli stelliferi cursus,cuius conuersio est cõcitatior.Ci.ď Som.129 a.& ibi.Totius mundi incitatissima conuersio.& ď.N.6 a.&.28.b.Cõuersio cœli. Cum temporum anni tempestatumq; cœli conuersiones, commutationesq; tantæ fiant accessu & recessu stellarũ. Ci.ď.D.127.a.

Perpetuis cursibus conuersionibusq; cœlestibus extitisse materiam &c.Ci.ď Leg.160.b.

Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersemur.Ci.p Flo.164.a. & 151.b.Tempestatum moderatio atq; cõuersio.

Mihi nihil oberat præter conuersionem status,& inclinationem communium temporum.Ci.p Dom.111.b.

Naturales esse conuersiones quasdam rerum publicarum.Ci.ď.D.109.b.

Oratio conuersiones habet absolutas. Ci.ď Or.160.b.

Conuerso,as. *Ci.ď Vn.199.b.Animus se ipse conuersans etc.*

Conuersus,a,um. *Ci.ď Som.130.a.Huius anni nondũ uigesimam partem scito esse conuersam.*

Conuerto,tis. *commuto,traduco,confero,deuoluo,refero aspectum aliquo,reciproco, uicissim retro commeo, pono,recido,conuersum habeo.*

Ci.ď.N.65.b.Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur.

Qua facilius animos imperitorum ad Deorum cultum a uitæ prauitate conuerterent.Ci.Acad.16.b.

Ludi pene ad cædem et ad funus ciuitatis cõuersi sunt. Ci.ď Ar.249.a.et ibi.Ludi ob lætitia ad metum traducti sunt.et ibi.Qui ludos ad luctum cõferre ualuit.

Nec in falsum è uera preterita possunt conuerti. Cic.ď Fat.143.a.et.144.a.Non potest uerum futurũ conuerti in falsum. M.Lepidus graue bellum ad pacem conuertit.Ci.I.A.101.a.

An possit eloquẽtia cõuerti in infantiam.Ci.Ta.218.a.

Quod crimen esse uoluisti id totum uides ĩ laudem esse conuersum.Ci.p Fla.160.a.

In quartanam conuersa est uis morbi.Ci.Ep.260.a.

Animus ferus crudelis & inhumanus.Ad Her.11.b.

Mores feros immanemq; naturam alicuius ostendere. Ci.p.S.R.24.b.

Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus.Cic.I.P.83.a. & ibi.Quod nullo in Barbaria quisq̃ tyrãnus fecit.

Duri enim hominis uel potius uix hominis uidetur,periculum capitis inferre multis.Ci.Off.43.a.

Crudelitas,tis. sæuitia,immanitas,inhumanitas, feritas, acerbitas,atrocitas animi,importunitas , acerbitas morum immanitasq; naturæ.X.clementia.

Ci.Off.61.a.Est enim hominum naturæ,quam sequi debemus,maxime inimica crudelitas.

Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata.Ci.Q.Pr.304.a.

Ii quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri.Ci.de Or.104.a.& At.239.a.

Is suam insatiabilem crudelitatem exercuit, non solum in uiuo sed etiam in mortuo.Ci.I.A.232.a.

Non est ea medicina sed carnificina atque crudelitas. Ci.p Sest.16.a.

Vxorem meam uexauistis, rapuistis, omni crudelitate lacerauistis.Ci.p Dom.225.a.

At iste spumans ex ore scelus,anhelans ex infimo pectore crudelitatem contorquet brachium.Ad Her.41.b.

Crudelitas,quam in me atq; in meos adhibuistis.Ci.p Dom.225.a.

Immanitas omnem humanitatẽ repellens. Ci.Off.13.a.

Nihil abest a me longius crudelitate.Ci.At.152.a.

Homo crudelitate barbarus.Ci.p Fla.251.a.

Crudeliter. dure,acerbe.X.dissolute.

Ci.I.C.120.a.Qui de exitio urbis tam acerbe tamq; crudeliter cogitarit.

Illud considerandum est,ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.Ci.Off.16.b.

Crudeliter eripere aliquid cuipiam.Ci.At.275.a.

Crudeliter animaduertere in aliquẽ.Ci.I.C.103.b.

Crudelissime perire.Ci.p Syl.181.a.& ibi.Crudeliter mori.

Cruditas,tis. Ci.de Fat.147.a. Cruditas morbi causa est.& de Sen.86.a.& de Fin.69.b.

Crudus,a,um. immaturus.

Ci.de Se.92.a.Poma ex arboribus,si cruda sunt,ui auelluntur, si matura & cocta decidunt.

Asoti,qui in mensam uomant crudiq; postridie se rursus ingurgitent.Ci.de Fin.69.b.

Dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset & sibi

sibi num non pepcisset, ægrotasse etc. Ci. p Clu. 53. a. Noluit inquiunt hodie agere Roscius, aut crudior fuit. Ci. d Or. 95. a. & ibi. Nemo uidetur, quia crudus fuerit, stultus fuisse.

Cruento, as. sanguine imbuo. Ci. Post. 205. a. *Ne propter me ciuium uulneribus resp. cruentaretur.*

Tribunus Plebis templum cruentauit. Cic. p Sest. 20. b. *Secures suas cruentari scelere uoluit.* Ci. d Ar. 252. b.

Cruentus, a, um. Ci. I. A. 192. a. *Antonius cruentus sanguine ciuium romanorum.*

Et tu cum gladio cruento comprehensus es. Cice. d Or. 224. a. *Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo.* Ci. p Mil. 108. a.

Cruor, oris. Ci. Anteq. *Liberos uestros ad cædē & cruorem non sum passus extrahi.*

Cruorem inimici quàm recentissimum ostendere. Ci. p S. R. 21. b.

Crus, ris. Cic. p S. R. 27. b. *Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringantur.*

Qui præstantissimos ciues Pollentio expulit & quidem fracto crure. Ci. I. A. 233. b.

Perire eum non posse, si ei crura fracta essent. Ci. I. A. 252. a. *Ibes sunt aues excelsæ cruribus rigidis, corneo procero que rostro.* Ci. d. N. 31. b.

Crusta, stæ. Ci. I. V. 212. a. *Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur.*

Crux, cis. patibulum. Ci. I. V. 77. b. *Verres ciues romanos in crucem sustulit.* & At. 108. b. *In crucem tolli. Policrates Samius ab Oronte prætore Darei in crucē actus est.* Ci. d Fin. 146. b.

Strato i crucem actus est exectā lingua. Ci. p Cl. 57. a. *Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus romanis reseruares.* Ci. I. V. 238. a.

Is crucem sibi ipsi constituit, ex qua tu eum ante detraxisti. Ci. Q. Fr. 300. b.

Qui ciues rom. morte, cruciatu, cruce affecerit. Ci. I. V. 78. a. *Non ego si te cruci suffixum uiderem maiore afficerer lætitia ex corporis tui laceratiōe.* Ci. I. P. 88. b. *Hostis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.* Ci. I. A. 250. b.

Itaque illa crux sola post conditam Messanam illo in loco fixa est. Ci. I. V. 270. b. & ibi. *In crucem tolli.* & ibi a. *In crucem agi.*

Quis ēm audeat uiolare, proposita cruce uel saxo? Cic. At. 231. a. & 230. b. *De saxo in crucem.*

Cubicularis, re. Cice. d. D. 136. a. *Quidam somniauit, ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.* & Tus. 239. b. *Lectus cubicularis.*

Cubicularius, rij. Ci. I. V. 149. b. *Hunc uestri Ianitores, hunc cubicularij diligunt.* & At. 90. b. *Nihil per cubicularium.*

Cubiculum, li. conclaue, cella, testudo.

Ci. I. V. 159. b. *Is cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est.* & Ep. 94. b.

Quando Galba de triclinio tuo exibis? cum tu inquit de cubiculo alieno. Ci. d Or. 133. a. & p Deio. 147. b. *Grande cubiculum autem & hybernum altum ualde probaui.* Ci. Q. Fr. 318. a. & ibi. *Nec atriolum habere poterat adiuncta cubicula & eiusmodi membra.*

Cum fores cubiculi clauserat &c. Ci. Tus. 239. b.

In eo conclaui ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Ci. d. D. 112. b.

Cubile, lis. lectus. Ci. d N. 51. a. *Bestiæ in cubilibus delitescunt.* *Nemo tam miser est tam miser qui non cubile ac lectulum suum saluum esse uelit.* Ci. I. C. 122. a.

Cum, quod incas cubile, non sentis. Ci. d Ar. 252. b.

Phæres hic cubile inire est ausus. Cic. Ep. 140. a. & ibi. *Vsurpato duplex cubile.*

Non limen cubiculi non cubile filij. Ci. p Clu. 20. b. *Vt colloces in cubili, ut uulnus obliget.* Ci. Tus. 183. a. & 246. a. *Mihi cubile terra.*

Scelero tua non uestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis uolutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus. Ci. I. P. 97. a.

Vt omnes mortales huius auaritiæ non solum uestigia, sed etiam cubilia uidere possint. Ci. I. V. 147. a.

Cubito, as. Ci. p Cel. 45. a. *Qui tecum semper pusio, cum maiore sorore cubitauit.*

Cubitus, ti. Ci. At. 207. b. *Biennium præterijt, cum ille καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Super tumulum columellam statuit tribus cubitis non altiorem.* Ci. d Leg. 183. b.

Cubo, as, recumbo, accumbo

Ci. I. V. 159. b. *Is, cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. Cum pater cœnatus cubitum in idē conclaue cum duobus filijs isset.* Ci. p. S. R. 19. a. et ibi. *Duo filij propter patrem cubantes.*

In eo conclaui ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Ci. d. D. 112. b.

Alexandrum Phæreum uxor sua, cum simul cubaret, occidit. Ci. d In. 80. b.

Deinde cubitum discessimus. Ci. d Som. 126. b.

Alligādi essent oēs, qui cubitum irent. Ci. d. D. 133. b. *Itaque narrabat eum grauiter de hoc ipso cubantem disputauisse.* Ci. Tus. 188. a.

Ægrotus in lecto cubans. Ad Her. 22. b.

Cretes, quorum nemo gustauit unquam cubans. Ci. p Mur. 242. a. *Simonides dicitur ex eo, qd meminisset, quo eorum quisque loco cubuisset, demonstrator uniuscuiusque sepeliendi fuisse.* Ci. d Or. 141. a.

Cuius, a, um. Ci. I. V. 105. a. *Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum.* & 151. a. & 161. a.

Culcitra, træ. Ci. Tus. 200. b. *Collocemus hunc in culcitra plumea, psoltriam adducamus &c.*

Silius culcitras non habet. Ci. At. 221. b.

Culeus, lei. Ci. d In. 81. a. *Quidam iudicatus est parentem occidisse, & statim quod effugiendi potestas nō fuit ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt, os autem obuolutum est folliculo & præligatum, deinde est in carcerē deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem cōiectus in profluentem deferretur, compararetur &c. Insuere aliquem in culeum.* Ci. Q. Fr. 300. a.

Culina, næ. popina. Ci. Ep. 131. a. *Oblitus' ne es fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ?*

Culmen,nis.columen.Ci.In Arat.387.C.&.388.D.

Culmus,mi. Ci.đ Sen.87.b.Herbescens uiriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoꝗ erecta geniculato uaginis iam quasi pubescens includitur.

Culpa,pæ. causa,meritum,crimen.

Ci.đ Vn.203.a.Ego me, si quid postea fraudis aut uitij euenerit,extra omnem culpam causamꝗ pono.

Cum a te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati ueniam impetrauissem.Ci.ꝓ Lig.137.a.

Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa,non in ętate.Ci.đ Sen.78.b.

Senatori,qui non aderit aut causa aut culpa esto.Cic.đ Leg.186.a.&.191.b.Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet,quo authore lata esse dicitur, tu si tabellariam tuleris,ipse præstabis.

Simus igitur ea mente,ut nihil in uita nobis præstandum pręter culpam putemus.Ci.Ep.78.b.

Nihil est sapientis præstare nisi culpam.Ci.Ep.

Atticæ meæ uelim me ita excuses,ut omnem culpam in te transferas.Ci.At.250.a.

Malo Tyronis uerecundiam in culpa esse,quàm illiberalitatem Curij.Ci.At.122.b.

Vt iam ne istius quidem rei culpam sustineam, qua minus diu fuerim in prouincia,q̃ forensse fuerit utile. Cic. At.201.b.&.275.a.b.In qua cum omnium culpa,tum præcipue tua futura est.

In quo si modo ualuisti & Romæ fuisti Philotimi duco esse culpam non tuam.Ci.At.77.a.

Cum Domitius dixisset,uestra culpa hęc acciderũt equites rom.Ci.Q.Fr.314.b.

Indicans hęc eius opa accidisse & culpa.Ci.At.137.b.

Magis adea id facilitate quàm ulla alia culpa mea cõtigit.Ci.đ Or.118.b.

Hoc sine maxima culpa negligentiæ fieri non potest. Q.de Pet.209.a.

Et si aliqua culpa tenemur erroris humani,a scelere certe liberati sumus.Ci.ꝓ Mar.133.b.

Neꝗ uero,ut te liberent aliqua culpa,quam tu uereris ne a te suscepta uideatur.Ci.ꝓ Plan.270.a.

De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus.Ci. đ Or.93.a. Sed istarum partium culpa est eorũ qui te agere noluerunt.Ci.ꝓ Cæl.39.a.

Sua uitia insipientes & suam culpam in senectutem conferunt.Cic.đ Sen.79.b.

Omnino omnem culpam Domitius in Pompeium cõfert Cic.At.129.a.&.135.b.Ac solet cum se purgat in me conferre omnem illorum temporum culpam.

Transferre culpam in alios.Ci.ꝓ Fan.277.b.

Ego librarios tuos culpa libero,neꝗ te accuso.Cic.At. 211.a. Huius rei culpa in te residet.Ci At.285.Br.

Simili sunt in culpa,qui officia deserunt.C.đ Fi.55.b.

Nos in culpa sumus.Ci.Ep.160.b.

Multorum est & uaria culpa.Ci.Ep.12.b.&.23.a.Vt iam sit in ijs culpa,qui me non defenderunt.

Vt si medicus sciat eum, qui &c. magna sit in culpa. Cice.de.N.75.b.

Sustinere culpam alicuius rei.Ci.At.101.b.

Horum malorũ culpam fortuna sustinet.Ci.Ep.282.b.

Non potes effugere huius culpę pœnam te patrono.Ci. Ep.266.b. Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti.Ci.Or.200.a.

Sustinere causam mortis alicuius.Ci.I.V.162.a.

Magius omnem causam sustinet.Ci.At.207.b.

Ego culpam in te fuisse demonstro.Ci I.V.263.a.

Causa eius belli in persona tua constitit.Ci.I.A.170.b.

Ea ferre homines molestissime debent,quæ ipsorum culpa contracta sunt.Ci.Q.Fr.290.a.

Aut omnes extra culpam esse,aut uni attribuendam esse culpam.Ci.I.V.263.a.

Sed & illi priores errant,& Ephorus in culpa est. Ci. Or.215.b.&.209.b.Vt in ea,in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat.

Eximere aliquem a culpa.Ci.đ In.65.a.

Ille pie fecit et hic a culpa remotus ē. Ci.ꝓ Mu.241.a.

In illa culpa aut Cluentius est aut Opianicus.Ci.ꝓ Cl. 38.b.&.44.a.Non omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. Dum siquid acciderit mihi a reprehensione temeritatis absim.Ci.Ep.157.a.

Cum te ædilem fieri oportuisse dicis,populi culpã,non competitoris accusas.Ci.ꝓ Plan.260.a.&ibi.Non competitor a quo es,uictus, sed populus a quo es præteritus in culpa est. In hoc genere omnes insunt culpæ, auaritiæ,maiestatis,libidinis &c.Ci.I.V.244.a.

Facti alicuius atrocitatem aut omnino culpam augere. Cice.de In.68.b.

Cauendum est ne maior pœna q̃ culpa sit.Ci.Off.18.a.

Nec cum paridis libidinem uidemus,a Deo causam requirimus,cum culpæ penè uocem audiamus. Cic.đ.N. 78.b. Nunc ille damnatus nullam aliam ob culpam, nisi propter inscitiam dicendi.Ci.đ Or.105.a.

Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus.Cic.At.138.a.

Ea est enim contracta culpa,ut &c. Ci.At.184.a.& 176.a.Vitio meo perea,omnia culpa contracta sunt.

Non enim C.Rabirium culpa delicti in discrimen uocauit.Cic.ꝓ Rab.90.b.

Erga idcirco turpis hęc culpa est,quod &c.Ci.ꝓ.S.R. 37.a. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est.Ci.Ep.262.a.

Peccare est tanq̃ transire lineas,quod cum feceris,culpa commissa est.Ci.Parad.129.b.

Multa in Plancium,quæ nunq̃ ab eo dicta sunt, conferuntur.Ci.ꝓ Plan.266.a.

Iam profecto ītelliges,te inopia criminum summam laudem Sex.Roscio uitio & culpæ dare.Ci.ꝓ.S.R.26.a.

Nolite igitur fortunam conuertere in culpam.Cice.pro R.P.127.a.

Non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius,tamen &c.Ci.I.V.239.b.

Culpo,as.culpæ do,culpæ alicuius tribuo,in culpa pono. Ci.In Sal.273.a.Non te tui piget homo leuissime,cum ea culpas,quæ in historijs gloriæ mihi ducis? & ibi.b. Bibuli patientiam culpani.

Culter,tri. Ci.Off.37.b.Dionysius cultras metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum.

Cultio,onis.cultura. Ci.đ Sen.89.a.Qui se agri cul-

tione oblectabant. Cultio agri.Ci.I.V.199.a.

Cultor,oris. Ci.Off.22.a. *Alij ueritatis cultores, fraudis inimici.*

Cultura,ræ. cultio,cultus.

Ci.de Sen.88.b.*Hesiodus de cultura agri scripsit.*

*Sicut in uitibus noua sarmenta cultura excitantur.*Cic. de Or.126.b. *Ager desertus a plebe atque a cultura hominum.*Ci.contra Rul.82.b.

*Ager quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest.*Ci.Tus.177.a.

*Ager nihil ferens nisi multa cultura magnoque labore quæsitum.*Cic.contra Rul.85.a.

*Adhibere culturam uitibus.*Ci.de Fin.134.a.

*Si cultura uitium in uite insit ipsa &c.*Ci.de Fi.114.b.

Ager natura perbonus & diligentia culturaque melior. Ci.pro Fla.161.a.

Cultus,a,um. Cic.Tus.177.b. *Animi non omnes culti fructum ferunt.* *Ager nulla ex parte cultus,incultus* X.*cultissimus.*Ci.p.Q.R.50.b.

*Studium philosophiæ a prima adolescentia cultum, & semper auctum nuper reuocaui.*Ci.de Cla.194.b.

Cultus,tus. Ci.Ep.127.b.*Dabimus sermonem ijs,qui nesciunt nobis,quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem uictum esse.*

*Eademque mediocritas ad communem usum cultumque uitæ referenda est.*Ci.Off.22.b.

Homines a fera agrestique uita ad hunc humanum cultũ ciuilemque deducere Ci.de Or.87.b.

*Quę ad uictum cultumque pertinent.*Ci.Off.31.a.

*Delectanetiam magnifici apparatus uitęque cultus cum elegantia & copia.*Ci.Off.6.a.

Animi cultus quasi quidam humanitatis cibus. Cic.de Fin.137.b. *Quibus rebus exculta hominum uita tãtum distat a cultu uictuque bestiarum.*Ci.Off.35.b.

*Cultus & curatio corporis erit adhibendũ Deo.*Cic.de N.20.a.&58.a.*Oues nullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione possent.*

Agricolæ cultu stirpes diuturnæ seminantur. Ci.de Le. 256.a. *Tribuere alicui officium & diligentem cultum.*Ci.de In.82.b.

Culus,li.Ci.Ep.140.b.

Cum. præpositio. Ci.I C.103.a. *Qui spem Catilinæ cum mollibus sententijs aluerunt.*

*Homo,quæ agit,ea molitur cum labore operoso & molesto.*Ci.de N.37.b.

*Qui cum spe magna sis ingressus.*Ci.p.R.P.123.a.

Atque illud circumspicite cum uestris mentibus. Cic.contra Rul.74.b. *Sic habea statutum cum animo ac deliberatum.*Ci.I.V.168.a.

*Si cum animis uestris lõga interuallo recordari illius uitam uolueritis.*Ci.p Clu.31.a.

*Considerate cum uestris ãis uosmet ipsi.*Ci.I.V.143.b.

*Perspicere aliquam rem cum consilio & cura.*Ci.de In. 64.a. *Cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum æstimasse.*Ci.I.V.191.a.

Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. Cic.At. 218.b. *Es tu cum gladio cruento comprehensus es.* Ci.de Or.124.a.

Qua de genere cum exemplis supra diximus. Cic.Or. 218.b. *Is cum prima luce Pomponij domum uenit.* Ci Off.74.b.In Cod.Ger.

Inscius faciendi cum aliqua solertia iudicandi. Cic.de Op.244.a. *Orationem cum seueritate audiri,poetas autem cum uoluptate.*Ci.Or.214.a.

*Cum ferro inuadere in aliquem.*Ci.p Cec.189.b.

Semper magno cũ metu dicere incipio. Ci.p Cl.28.a.

*Ira procul absit,cũ qua nihil recte fieri potest.*Ci.Off. 27.b. *Hisce omnibus Catilina cum reip.salute et cũ tua peste ac pernicie proficiscere.*Ci.I.C.104.a.

*Conscensio in naues cum fuga.*Ci.de D.94.b.

*Immissi cum falcibus multi lucum purgarunt.*Ci.Tus. 242.a.&231.b.*Appetens omnia cum inexplebili cupiditate.* *Iuliũ cũ his ad te literis misi.*Ci.Ep.20.a.

*Quanquam intelliga me cum multis esse facturum, tamen &c.*Ci.Ep.170.b.

*Idque faciunt cum desiderio & cum quadam similitudine amoris humani.*Ci.de Am.111.a.

*Quid denique cum aliqua uirtute aut fecerit aut tulerit.*Cic.de Or.112.b.

*Facere aliquid cum causa.*Ci.Q.Fr.300.b.

*Sæpe mirari soleo cum hoc C.Lælio,tum &c.*Ci.de Se. 77.b. *Quare id quoque uelim cum illa uideas, ut sit, qui utamur.*Ci.At.177.a.

*Tu ipse cum Sexto scire uelim quid cogites de exeundo.*Ci.At.111.b. *Venit iste cum Saga.*Ad Her.40. a.& ibi.*Mulier cum magno fletu.*

*Idque erat cum alijs,cur &c.*Ci.At.179.b.

*Responsum Aruspicum,in qua cum alijs multis etiam illud est,loca sacra &c.*Ci.de Ar.245.b.

*Cũ cęteris tuis laudibus hęc ẽ maxima.*Ci.de Or.136.a.

*Non te tui piget homo leuissime,cum ea culpas, quę in historijs gloriæ mihi ducis.*Ci.In Sal.273.a.

*Numa magnus uir habendus est,cum illam sapientiam constituendę ciuitatis duobus propè seculis ante cognouit, quàm eam gręci natum esse senserunt.*Ci.de Or.122.b.

*O præclarã existimationem nostri ordinis cũ socij iudicia de pecunijs repetundis fieri nolunt.*Ci.I.V.74.a.

*Vix annus intercesserat,ab hoc sermone, cum iste accusauit Norbanum.*Ci.de Or.217.a.

*Vna nox intercesserat,cũ iste illum sic diligebat, ut diceres inter eos omnia esse communia.*Ci.I.V.126.b.

*Dies nondum decem intercesserant,cum ille alter filius necatur.*Ci.p Clu.23.a.

*M.Curius,cum Appius de plebe consulem non accipiebat,patres authores fieri coegit.*Ci.de Cla.169.a.b.

*Vnus & alter dies intercesserat,cũ etc.*Ci.p Cl.32.b.

*Fides mea,quam,cum secutus es,nunquam te consilij tui pœnitebit.*Ci.I.A.263.a.

*Sed cum in te modestiam nullam animaduerto,respondebo tibi.*Sal.In Cic.270.b.

Qui nunc,cum ille damnatus est,tamen dicũt &c. Ci. de Or.105.a.

Bene facitis,cum uenitis &c. Ad Her.39.b.

*Pręclare facis,cum tenes memoria &c.*Ci.de Fl.91.b.

*Tibi gratias aga,cum tantum meæ literæ potuerunt,ut his lectis &c.*Ci.Ep.214.a.

Gratulor tibi, cum tantũ uales apud Dolobellam, quantum &c. Ci. Ep. 133. a. & At. 226. b.

Mihi gratissimum fecisti, cum eum nobis amicum ꝙ seruum esse maluisti. Ci. Ep. 163. a.

Sæpe de L. Crasso uideor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. Ci. ď. N. 13 a.

Vnum quidem erat tempus, cum L. Flacco portus tota Asia claudebat, Cappadocem autem illum recipiebat. Ci. ꝓ Fla. 159. a. Iam pridem scito esse, cum unum te pluris ꝙ omnes illos putem. Ci. At. 193. a.

Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipue colerem. Ci. At. 147. b.

Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. Ci. Ep. 251. a.

Iam anni quadringenti sunt, cum hac accidit. Ci. Ora. 213. b. Iam biennium est, cum uirtuti nuntium remisisti. Ci. Ep. 153. a.

Fuit quoddam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more uagabantur. Ci. ď In. 42. a.

Fuit quoddam tempus cum homines existimarẽt, te etc. Cice. Ep. 144. b.

Biennium præterijt, cum ille assiduo cursu cutubim nullum processerit. Ci. At. 107. b.

Omnia, quæ per hoc triennium agitata sunt, iam ab eo tempore, quo a L. Catilina & C. Pisone initum consiliũ Senatus interficiendi scitis esse. Ci. ꝓ Mur. 143. b.

Cum ega uero tantu interualla claustra ista nobilitatis refregissem &c. non arbitrabar accusatores esse dicturos &c. Ci. ꝓ Mur. 127. b.

Cum diutius in eo negotio curaꝗ fueram, ad Carpinatium reuertebar. Ci. I. V. 231. b.

Cum in Africam uenissem &c. nihil mihi fuit potius &c. Ci. ď Som. 126. b.

Cum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui &c. grauiter primo nuntio commotus sum &c. Ci. Ep. 4a. a. & 49. b. Posteaꝙ mihi renuntiatum est de obitu filiæ tuæ, sane ꝙ pro ea ac debui grauiter molesteꝗ tuli.

Hæc cum summe inutilia tum multo turpissima sunt. Cic. de Inuen. 79. a.

Imperatus cũ a militibus tum a pecunia. Ci. At. 112. a.

Lentulum nostrum cum cæteris artibus, tum imprimis imitatione tui fac erudias. Ci. Ep. 8. b.

Cum mihi multa grata sunt, tum in primis quod &c. Ci. Ep. 223. b. Id cum sæpe, tum, cum te audirẽ, paulo ante contigit. Ci. ď. N. 13. a.

Ega cum antea studiose commendabam Marcilium, tũ multo nunc studiosius, quod &c. Ci. Ep. 223. b.

Sanè sum perturbatus, cum ipsius Satrij familiaritate, tũ Domitij, in qua &c. Ci. At. 1. a.

Nam cum maximam cepissem lætitiam ex patris epistola, tum uero iucundissimæ tuæ litteræ cumulũ mihi gaudij attulerunt. Ci. Ep. 264. a.

Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum &c. tũ his tuis factis sic incensus sum, ut &c. Ci. Ep. 133. b. & 70. b. Ad consolandum autem cum illa ualeant, quę collegisti &c. tum nihil plus, ꝙ quod &c.

Nam litteræ tuæ, cum rebus ipsis essent & beneficijs in remp. gratissimę, tum erant grauissimis uerbis sententijsꝗ plenæ. Ci. Ep. 153. a.

Hoc cum antea intelligerem, tum uero proxime iudicaui. Ci. At. 104. a.

Nisi mihi dolor meus, cum omnes partes mentis, tũ maxime huius generis facultatem ademisset. Ci. At. 41. b.

Quare cum dolore conficior, tum etiam pudore. Cic. Ep. 134. a. Itaꝗ cum meus me mæror quotidianus conficit, tum uero hæc addita cura uix mihi uitam reliquam facit. Ci. At. 41. a.

Sine quo, cum in uita nihil quicꝙ egregium, tum certe hoc qđ tu expetis, nemo unꝙ assequetur. Ci. ď Or. 96. a.

Ex uictoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet Ci. At. 104. b. & ibi. Qui acerrime tum cętera, tũ hoc iter Pompeij uituperarent.

Cum multæ res in philosophia nequaꝙ satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis quæstio est de natura deorum &c. Ci. ď. N. 1. a.

Cum ipsum Furnium per se uidi libentissime, tum hoc libentius, quod &c. Ci. Ep. 144. b.

Plena exemplorum est nostra resp. cum sæpe aliàs tum maxime bello punico secundo, quę etc. Ci. Off. 61. b.

Nam cum te semper dilexi, amauiꝗ, cum mei amantissimum cognoui, in omni uarietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficijs uel defensus tristibus temporibus, uel ornatus secundis necesse est ut sim totus uester. Ci. Ep. 149. a. et. 132. b. Velisꝗ ꝓ te, me hoc muneris, cum ipsis amicis hominibus, tum Municipio Caleno, tum Leptæ dare.

Cum in cęteris ciuitatibus, tum maxime in nostra. Cic. ď Cla. 145. b. Quibus cum rerum gestarum gloria tum etiã sapientię laude perfrui licuit. Ci. ď Cl. 165. b.

Ille omnis anteactæ uitæ fructum hodierno die maximum cepit, cum summo consensu Senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo. Ci. ꝓ Mar. 131. b.

Hoc exornationis genus cum cõmodum est auditu etc. tum uero uehementer comprobat &c. Ad Her. 30. a.

Nam cum iandiu diligerem M. Anneium, deꝗ eo &c. tum uero posteaquàm mecum fuit &c. neminem pluris facio. Ci. Ep. 224. a.

Primum tibi, ut debeo gratulor &c. & cum gratulor, tum uero, quibus uerbis tibi gratias agam, non reperio. Cic. Ep. 21. b.

Res militaris, in qua cum uirtute nostri multum ualuerunt, tum plus etiam disciplina. Ci. Tus. 148. a.

Quod cum in omni re, tum in hac maxime negotio potes existimare. Ci. Ep. 55. a.

Omnino cum miserior res nunꝙ accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Ci. Ep. 47. a. & 244. a. Quo audito uehementer sum cõmotus, cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua demꝗ asia.

Cum primum Romam ueni, fuitꝗ cui recte ad te literas darem, nihil mihi prius faciũdum putaui, ꝙ &c. Ci. At. 41. b. Cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne qua loca reip. desit. Ep. 166. b.

Sed tamen cum primum posse ingredi cœpit, non recusabat &c. Ci. Ep. 153. b. & 79. a. Præsertim cum si mihi alterutrum promittendum esset, id futurum, quod euenit, exploratius possem promittere.

Vt cum ad extremum spatium nullum tranquillum spiritum

ritum duxerimus,nobiscum simul moritura omnia arbi tremur? an cum statuas & imagines corporis multi sum mi uiri reliquerint,consiliorum relinquere ac uirtutum nostrarum effigiem non'ne multo malle debemus? Cic. p Arch.191.b. Tu uero qui & fortunas & liberos habeas &c.quiq; magnam facultatem sis habiturus cũ omnibus tuis uiuendi,et cum unum sit iudicium ex tam multis etc.debes istam molestiam quàm leuissime ferre.Ci.Ep.74.a.

Cum aliquo stare,uel facere.i.ab aliquo.l.A.

Cum facerem.Ci.Acad.17.a.

Cum diceret.Cic.At.37.a.

Vt diceret.Ci.At.38.b.idest etc.

Pompeius a me petiuit ut secum et apud se essem quotidie.Ci.At.71.a.

Cum maxime. Ci.p Clu.20.a. Mater,quæ multos iã annos et nunc cum maxime filium interfectum cupit.

Cum primis. in primis.

Ci.I.V.122.b. Homo domi suæ cum primis locuples. et.204.a.Homo cum primis honestus.

Cumulate. plene,maiore mensura.

Ci.Postq̃.204.a.Si parum nobis cumulate gratias egero,quæso etc. Cumulatissime satis facere alicui. Cic. Q.Fr.209.b.et At.141.b.

Cumulate satisfacere alicui.Ci.Top.229.b.

Id etiam ad dignitatem meam pertinet,eum non modo perliberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateq; tractari.Ci.At.245.b.

Aliquid cumulate esse perfectum.Ci.Off.55.a.

quę ut plene esset cumulateq; pfecta etc.Ci.d.D.188.b

Cumulate publicanis satisfactum.Ci.At.92.b.

Cumulatius augere aliqđ munus,q̃ etc. Ci.Or.201.b.

Cumulatus,a,um. expletus,perfectus,plenus.

Ci.đ Or.121.b.Quid plenius quàm omni rerum genere cumulata oratio?

Fingendus est nobis detractis oĩbus uitijs orator atq; omni laude cumulatus.Ci.đ Or.94.b. et.86.b.Omni laude cumulatus orator.

Vt mirarer locum augendi in eo fuisse, quod mihi iam pridem cumulatum esse uidebatur.Ci.Ep.133.b.

Hoc uitio cumulata est eruditissima illa gręcorum natio.Ci.đ Or.110.a.

Quorum studijs ea,quæ natura desiderat, expleta cumulataq; habeamus.Ci.Off.36.b.

Perfecta cumulataq; uirtus.Ci.p Sest.22.a.

Domus duplici decore cumulata.Ci.At.187.a.

Ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis et maximis uoluptatibus nullo nec præsenti nec futuro dolore,ex altera ante cruciatibus maximis nulla nec adiuncta nec sperata uoluptate.Ci.đ Fin.77.b.

Cumulo,as. augeo,adaugeo,et ut ita dicam,superimpleo. Ci.Off.23.b.Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem. Summum bonum,quod cumulatur ex integritate corporis et ex mẽtis rõne pfecta.Ci.đ Fi.134.b. Sed tamen hęc alijs nefarijs cumulant atq; adaugẽt.Ci. p S.R.23.b. Alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti.Ci.I.C.100.a.

A te peto,ut ea,que initio ostendisti deinde quæ fecisti ad exitum augeri et cumulari p te uelis.Ci.Ep.220.b.

Duæ partes mihi supersunt illustrandę orationis ac totius eloquentiæ cumulandę.Ci.đ Or.151.b.

Remunerandu cumulandoq; illustrare gratiam.Ci.Ep. 20.a.& 132.b.Non possum nõ confiteri cumulari me maximo gaudio,quod &c.

Nunc mihi animus ardet & meum cor cumulatur ira. Ci.p Cæl.45.a.

Cumulus,li.accessio. Ci.p S.R.19.b.Vt ad illam opimã prædã dãnatio Sex.Roscij uelut cumulus accedat. Ad summã lętitiam,quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accidit. Ci.At.67.b.

Ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri iam non posse arbitrabar,maximus hoc tuo facto cumulus accessit.Ci.p Mar.136.b.

Et magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Ci.Ep.22.a.b. Accesserint in cumulum manubiæ nostrarum imperatorum.Ci.ꝯ Rul.72.b.

Qui quidem & si per se est amabilis a meq; diligitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ Cic.At.252.b.

Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tribatus.Ci.đ Pro.74.a.

Vt ad cumulum spe maiorum præmiorum ipsius sententia septima decima accederet.Ci.p Clu.33.a.

Libenter corrigam,quæ a te animaduersa sunt,& de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.Ci.At.258.b.

Nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissima patris epistola,tum uero iucundissimæ tuæ literę cumulum mihi gaudij attulerunt.Ci.Ep.264.a.

Peto a te ut ad eam uoluntatem,qua tua sponte erga Cecinnam habiturus esses,tantus cumulus accedat cõmendatione mea,quãta me a te fieri intelligo. Ci.Ep.87.a.

Cunabula,orum.cunæ. Ci.đ.D.97.a. Qui cum esset in cunabulis,educereturq; &c.

Qui non in cunabulis sed in campo consules sunt facti. Ci.ꝯ Rul.86.a. An ulla alia putas esse rudimenta et incunabula uirtutis?Ci.In Sal.273.a.

Cunæ,arum.cunabula. Cic.đ.D.96.b.Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt.

Vagire in cunis.Ci.đ Sen.94.b.

Si puer occidit in cunis ne querendum quidem putant. Ci.Tus.168.b.

Cunctatio,onis,uel contatio.mora,tarditas.

Ci.At.134.b.Audio a bonis uiris hanc cunctationem nostram non probari.

Studium semper adsit contatio absit. Ci.đ Am.104.b.

Dicam sine cunctatione,quod sentio.Ci.I.V.32.a.

Abiecta omni cunctatione adipiscẽdi magistratus sunt. Cice.Off.15.a.

Deniq; illud cogita quid offensæ fuerit in ista cunctatione te prius subisse,nunc etc.Ci.Ep.124.b.alẽds fuisse.

Nonnunq̃ cunctatione & tarditate,dum otium uolunt etiam sine dignitate retinere,utrumq; amittunt . Cic.p Sest.24.a.

Cunctator,oris. Ci.Ep.120.b. Nostri Marcellũ q̃ tardus & parum efficax sit,itemq; Seruius,q̃ cunctator.

Cunctor,aris.X.propero. Ci.At.160.b.Sed assequar

omnia, si propero, si cunctor amitto, aliter conctor.
Quin etiam paulus confirmauit se nomen Vatinij delaturum, si Macer Licinius cũctaretur. Ci.Q.Fr.309.b.
Quibus rebus cognitis cunctatus non sum in cursu bonorum consiliorum. Ci.Ep.52.b.
Quam ob causam non est cunctandum profiteri, hunc mundum animal esse &c. Ci.d Vn.196.b.
Nos hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum, sin dubium, non esse conandum. Ci.Ep.7.a.
An cuncter & tergiuerser & in ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? Ci.At.109.b.
An etiam tunc quiesceretis? cũctaremini? timeretis? Ci.p Sest.21.a. Quàm uelis cunctare, tamen tibi est pereundum. Ci.d.D.92.a.
Cunctari illum diutius in uita fortunæ obiectum inutile putabat ipsi. Ci.Tus.172.b.
Cunctantem & quasi uerecundantem incitare. Cic.de Or.146.a. Excitare aliquem cunctantem & diffidẽtem. Cic.Ep.79.a.
Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Ci.At.34.a.& d Sen.79.a.

Cunctus, a, um. totus, omnis, uniuersus.
Ci.d.N.46.a. Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret.
Cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint. Ci.d Som.130.b.
Quoniam laborem pra cunctis ferre consueui. Ci.Anteq̃.194.b. Pene cũctis ciuibus lucem ingenij sui porrigere. Ci.d Or.100.a.
Cuncta prouincia. Ci.Ep.156.a.
Cuncta græcia. Ci.d Cla.167.b.
Cunctus populus. Ci.Ep.43.a.
Quid ergo? in tanta lętitia cunctæ ciuitatis me unum tristem esse oportebat? Ci.I.A.164.b.
Alexandria, cunctaq; Ægyptus. Ci.ꝫ Rul.74.b.

Cuneolus, li. Ci.d Vn.203.a. Crebris quasi cuneolis inectis unum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneus, nei. Ci.Tus.180.a. Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, prorupit artus.

Cuniculus, li. foramen occultum sub terra.
Ci.I.A.187.b. Ipse in templum nescio qua per Gallorum cuniculum ascendit.
Quatuor eius conseruos Venafri cuniculus oppresserat. Ci.Q.Fr.318.b.
Quæ res aperte petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur. Cic.ꝫ Rul.61.a.
Non opinor, eos in cuniculum qua aggressi erant, restitui oportere. Ci.p Cec.302.a.

Cunnus, ni. natura, intercapedo.
Ci.Ep.140.a. Quid quod uulgo dicitur, cum nos te uolumus conuenire, num obscœnum est?

Cunq;. Ci.d Cla.189.b. Quicquid habuit, quantumcunq; fuit, habuit ex disciplina.
Hoc qualecunq; esset te scire uolui. Ci.At.241.b.
Hæc facultas, quæ quantacunq; in me est &c. nũq̃ &c. Ci.p Arch.188.a. Quod iudicium cunq; sibi erat, damnabatur. Ci.p Sest.18.a.

Perinde utcunq; &c. ita &c. Ci.d.D.127.a.
Cuiusmodicunq; mater sit. Ci.p Clu.21.a.
Quantuscunq; sum. Ci.I.A.210.b.
Quacunq; me commoueo. Ci.At.232.a.

Cupedia. Ci.Tus.214.b. Ægrotationi autẽ talia quędam subiecta sunt, auaritia, ambitio mulierositas, peruicatia, liguritia, uinolẽtia, cupedia, & si qua sunt similia.

Cupa, pę. Ci.I.P.94.a. Panis & uinum a propola atq; de cupa.

Cupide. studiose. Ci.p.S.R.26.b. Agros suos studiose colebant, non alienos cupide appetebant.
Hoc si tu cupidius factum existimas Cæsari attribues, si familiarius, utriq; nostrum. Ci.d Or.210.a.
Cum utrisq; separatim locutus est, ne cupide quid agerent. Ci.Off.7.b. Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat? Ci.I.A.170.b.

Cupiditas, tis. auiditas, libido, desideratio, desiderium, studium, amor, ardor, ardor amoris, cupiditatis sitis, ardor mentis ad gloriam, impetus animi.
Ci.d In.42.a. Ita cęca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendã uiribus corporis abutebatur.
Cupiditas & auaritia reddit homines cæcos. Ci.p.S.R.35.b.
Vos iam coniectura assequi potestis, q̃ multas cupiditates, q̃ uarias, q̃ infinitas habuerit. Ci.I.V.146.a.
Cupiditas atq; auaritia respirasset. Ci.p Q.9.b.
P. Sylla dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatem. Ci.p Syl.181.a.
Aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Ci.Ep.124.b. Summa auaritia, infinitaq; omnium rerum cupiditas. Ci.ꝫ Rul.62.b.
Cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis? Ci.p Plan.265.a.
De uoluntate tua uel studio potius & cupiditate ut simul simus, non dubito. Ci.At.194.b.
Ardebat autem cupiditate sic ut in nullo unq̃ flagrantius studium uiderim. Ci.d Cla.193.a. & ibi.b. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus.
Cupiditas & studiũ defendẽdę ueritatis. Ci.I.V.83.a. & .135.a. Studia cupiditatesq; honorum.
Duo, qui me imitandi cupiditate incitarent. Cic.d Cla.194.b. Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. Cic.p Quint.2.a.
Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Ci.At.213.a. Vos nimis etiam uideo flagrare cupiditate. Cic.d Or.96.a.
Indomitæ atq; effrenatæ aĩ cupiditates. l. Indomitus.
De triumpho autem nulla me cupiditas unq̃ tenuit. Ci.At.300.b. Frangere cupiditates. Ci.d Or.92.a.
Minima olim istius rei fuit cupiditas. Ci.d.L.182.b.
Quæ te prædo amentissime nisi prædæ cupiditas tam cæca rapiebat. Cic.I.P.92.a. & ibi. Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem comprimas atq; restinguas. Acerrima illa & fortissima cupiditas imminuta ac debilitata est. Ci.I.A.240.b.
Proiecta quædam & effrenata cupiditas. Ci.p Dom.236.a. Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Ci.Parad.116.b.

Cæsar

Cæsar fertur (mihi crede) gloria, flagrat ardet cupiditate triumphi. Ci.I.P.92.a.

Cupiditas dominandi præceps & lubrica. Ci.I.A.204.a.

Ardeo cupiditate incredibili nomen ut nostrum scriptis celebretur tuis. Ci.Ep.67.a.

Illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quod alacres animo sumus, ut &c. Ci.Ep.69.a.

Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uidendi, & oræ ipsæ locorum illorum, quo facilliorum nobis cognitionem rerum cœlestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabūt. Ci.Tus.157.b.

Præsertim cum sine suspicione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ci.Ep.17.b.

C. Alsij uoluntas erga Cn. Plancij salutem, quam ille sine ulla cupiditatis suspicione præsefert. Ci.p Pl.268.a.

Iam coniectura assequi potestis, cuius prædo iste in illa prouincia fuerit, quam multas cupiditates, & uarias & infinitas habuerit. Ci.I.V.146.a.

Continentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Ci.d In.82.b.

Vir omni carens cupiditate. Ci.I.A.188.a.

Et cæteri, qui sine cupiditate uixerunt. Ci.p Clu.50.a.

Testes, qui aut sine ullo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. Ci.p Fla.150.b.

Qui & sine amore & sine cupiditate, rursusq; sine odio & sine inuidia iudicabunt. Ci.p Mar.135.b.

Is nemini in illa causa studio & cupiditate concedebat. Ci.p Deio.149.a.

Docemur authoritate nutuq; legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Ci.d Or.101.a.

Cupido, nis. Anteros. Ci.I.V.200.b. Cupido ille marmoreus, qui est Thespijs. & .131.b. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade.

Ex Venere & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Ci.d.N.71.a. & ibi. Diana, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. & ibi.b. Cupidines multi.

Cupido pro cupiditate apud Ciceronem in Tus. est in Cod. Germ.

Cupidus, a, ū. studiosus, appetens, auidus, amās, obseruās. Ci.Ep.6.b. Quo quidem tempore cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.

Ille uehementer tui cupidus est. Ci.I.V.111.a.

Homo pudens & cupidus satisfaciendi reip. Cic. Ep. 154.a. Græci contentionis cupidiores quàm ueritatis. Ci.d Or.89.a.

Homo nostri cupidissimus. Ci.d Or.93.b.

Si ea seposita, ut dicis, essent, tu, p ualde spectandi cupidus esses. Ci.d Or.98.a.

Aliquis cupidus in perspicienda cognoscendaq; rerum natura. Ci.Off.31.a.

Sum cupidus te audiendi. Ci.d Or.110.a.

Emit homo cupidus & locuples tanti, quāti Pythius uoluit. Ci.Off.63.b.

Cupidus. X. moderatus. Ci.p Font.280.b.

Cupio, pis. opto, desidero, aueo, exopto, expeto, appeto, concupisco, cupidus sum, studeo, sitio, studio ardeo, cupiditate ardeo, auide sum affectus de aliqua re, eloquētiæ laude ducor, cupiditatē habeo, cupiditas me tenet, libidinem habeo, cupiditate alicuius rei flagro uel inflammatus sum, cupiditate in aliquam rem immineo, desiderio teneor, studio efferor te uidendi, alacer animo sum, auiditas me tenet, gestio, immineo, cupiditas alicuius rei est, omnes trahimur laudis studio & optimus quisq; maxime gloria ducitur, studio aliquo incensus sum uel incendor.

Ci.At.54.b. Cū ad Clodiū uētū ē, cupijt diē cōsumere.

Ego conseruare coloniam populi rom. cupio, tu expugnare studes. Ci.I.A.217.b.

Tibi fauemus, te tua uirtute frui cupimus, tibi optamus eam remp. quæ &c. Ci.d Cla.196.b.

Nam y Bibuli sententiam ualere cupierunt. Ci.Ep.3.b. & .69.a. Hæc uos uitare cupimus.

Neq; uero nobis cupiētibus & optantibus fructus otij datus est. Ci.d Or.85.a.

Qui cupientem Italiam, populum rom. desiderantem excitauit. Ci.d Ar.254.b.

Cum semel ad eum, quem cupimus optamusq; uestitum redierimus. Ci.I.A.258.b.

Ardenter cupere aliquid. Ci.Tus.217.a.

Cupio me esse clementem. Ci.I.C.98.a.

Ardere studio ueri reperiendi. Ci.Acad.17.a.

Is mihi causam tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat. Ci.p.S.R.43.b.

Dolobellæ causa & cupio & debeo. Ci.At.259.a.

Cupere omnia causa alicuius. Ci.I.V.145.a.

Vehementer cupere causa alicuius. Ci.Ep.227.a.

Cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. Cic.Ep.230.b.

Et tibi, cui maxime cupio, satisfaciam. Ci.Ep.245.b. & .26.a. Faueo Curioni, Cæsarem honestissime cupio, pro Pompeio emori possum.

Cupitus, a, um. Ci.d.D.89.a. Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.

Cupressetum, ti. Ci.d.L.159.a. In cupressetis Gnosiorum.

Cur. quid est qd, qua ratione, quid est causæ cur, quid est quamobrem. Ci.p Clu.48.b.

Ci.d Or.160.a. Quid est causæ cur repudietur?

Causa cur cuperes, non erat. Ci.d Or.96.a.

Iustam causam affers, quod te uidere hoc tempore non possim. Ci.At.279.b.

Quin prodis? Ci.d Or.131.b.i. cur non prodis?

Cura, ræ. diligentia, solicitudo, studium, angor, solicitudo animi, angor animi, cogitatio, meditatio, metus, molestia, diurnus & nocturnus metus, acerbitas.

Ci.d Or.160.a. Hæc acrē curā diligentiāq; desiderāt.

Quod ipse magna cum cura atq; diligentia scripsit. Ci.d In.56.a. Ægyptij omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Ci.d.D.99.b.

De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces &c. Ci.Ep.21.b.

Tu nunc enitere, ut nos cura tua & prouidentia iuues. Ci.At.151.b. Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Ci.Off.4.b.

Te hortor ut in remp. omni cogitatione curaq; incumbas. Ci.Ep.143.b.

Si qua de Pompeio nostro tuendo cura te attingit. Ci.

Curæ de salute patriæ optimæ sunt. Ci. d' Som. 131. a.

Studium tuum curaq; de salute mea. Ci. At. 284 b. At. 147. b. *Non omnino simus sine cura anni uenientis. Ci. Q. Fr. 324. b.*

Quamobrem te roga, ut in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. Ci. At. 147. b.

Oēs meas curas cogitationes ī rēp. cōfero. C. Off. 33. a.

Quanq̃ tum quidem uel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent. Ci. Ep. 130. a.

Et cogeris partem aliquam in Asiam deriuare curę et cogitationis tuæ. Ci. I. A. 235. b.

In ea cogitatione curaq; uersor, ut adorer &c. Cic. d' Or. 111. b. *Sed caue, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisse curam reip. Ci. Ep. 141. a.*

Qua cum mihi coniuncta cura de republica & de priuata fuit. Ci. d' Am. 98. b.

Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est. Ci. At. 1. a.

Maximæ uero mihi curę erit, ut Ciceronem tuum uideam. Ci. Q. Fr. 315. a.

Tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curę. Ci. Ep. 16. b. & 143. b. Mihi maximæ curæ est, non de mea quidem uita, sed me patria solicitat. & 54. b. Mihi salus tua tantæ curæ est, ut &c. & 119. a. Eas tibi & rem, de qua misi uelim curæ habeas.

Mihi maiori curæ erit, quemadmodum quidem uobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorū iniurias persequar. Ci. Post q̃ 202. b.

Homines soluti & a cura liberati. Ci. p Dom. 134. b.

De Tyrone mihi curæ est. Ci. At. 203. a. & de Tyrone uideo tibi curæ esse.

Hāc rē curā tibi maiorem afferre sentio. Ci. At. 104. a.

Qua tu cura sis, quod ad bellum attinet nescio. Cic. Ep. 114. b. *Bibulus maximam belli curam sustinet. Cic. At. 95. a.* *Omnis cura mea solet in hoc uersari, ut prasim &c. Ci d' Or. 137. a.*

Gratissima est mihi tua cura de illa mea primo & maximo mandato. Ci. At. 10. a. & 172. b. Mihi de augenda dignitate tua curæ erit.

Is pollicetur sibi magnæ curæ fore, ut omnia ciuitatibus restituerentur. Ci. I. V. 216. b.

Senatui magnæ curæ est & erit, ut &c. Ci. I. A. 191. a.

Pōpeius de Clodia iubet nos eē sine cura. C. At. 39. a.

Hūc amplexatur, hūc iubet sine cura esse. Ci. I. V. 69. b

Et ipsi dixit ut sine cura esset. Ci. At. 162. b. & 245. a.

Magna cura et solicitudīe Atticū et me liberaris, si etc.

Nulla cura, nulla solicitudo reliqua est. Ci. Tus. 169. a.

At ex ipso somno plurimæ curæ metusq; nascuntur. Ci. de. D. 139. a.

Vos uero & præsentem me cura leuatis & absenti magna solatia dedistis. Ci. d' Cla. 165. b.

Videbaris eum non solum fauere nobis, sed etiam grauem curam suscepisse, uehementerq; esse de nobis solicitus. Cic. Ep. 188. a.

Cura & angor animi. Ci. At. 16. a.

Vt eorum aspectu omnis, quæ me angebat, de rep. cura consederit. Ci. d' Cla. 165. b.

Tu tamen auxiferas curas requiete relaxas. Cic. d' D. 81. a. *Cura, quę nunc te coquit & uersat sub pectore fixa. Ci. d' Sen 77. a.*

Quarum memoria in maximis nostris grauissimisq; curis iucunda sane fuit. Ci. d' Cla. 165. b.

Curantia, tiæ. *Ci. Q. Fr. 310. b. Quod me admones de non curantia, suadesq; ut meminerim &c. ego uero meminī &c.*

Curatio, onis. administratio. *Cic. Tus. 212. b. Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio.*

Omnibus bis nulla ne est adhibenda curatio? Cic. Tus. 191. a. *Cultus & curatio corporis erit adhibenda deo. Ci. d'. N. 20. a.*

Oues nullum fructum edere ex se, sine cultu hominū & curatione possunt. Ci. d'. N. 58. a.

Medici grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Ci. Off. 17. a.

Æsculapius potest præscribere per somnum curationē ualetudinis. Ci. d'. D. 134. a.

Valetudinis curatio, nauigatio &c. Cic. Off. 35. a. & 51. a. b. *Rabirius curationem & quasi dispensationē regiam suscepit. Ci. p. R. P. 127. a.*

De medico tu bene existimari scribis, sed planè curationes eius non probo. Ci. Ep. 118. a.

Quasi ego in isto genere omnino quicq̃ aut curatione aut potestate ualuissem. Ci. p Dom. 216. a. & 223. b.

Ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti.

Ædes telluris est curationis meę. Ci. d' Ar. 251. a.

Seruilia pollicebatur se curaturam ut illa frumenti curatio S. C. tolleretur. Ci. At. 243. a.

De curatione munerum regiorum locutus sum cum Oppio. Cic. Ep. 92. b.

An dij ab omni curatione & administratione rerum uacent. Ci. d'. N. 1. b.

Curator, oris. *Ci. d' Leg. 185. a. Sunto Ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq; solennium.*

Demosthenes curator muris reficiendis fuit. Cic. d' Opt. 244. b. *Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præsit. Ci. I. V. 187. b.*

Thermus curator est uię Flaminiæ. Ci. At. 2. b.

Curatores legibus agrarijs constituti sunt decemuiri. Ci. 𝔠 Rul. 69. b.

Legati, curatores, interpretes etc. Ci. In Vat. 36. a.

Curia, riæ. *sedes ac templum publici consilij, tribus. Ci. d' Or. 143. a. Senatus frequens uocatu Drusi in curiam uenit.* *Cato in ipsa curia legere solebat, dum senatus cogeretur. Ci. d' Fin. 91. a.*

Curia templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium. Ci. p Mil. 119. a.

Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. Ci. At. 85. b. *In curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium uocant. Ci. I. V. 119. a.*

Cum curia uindex temeritatis, moderatrix officij, speculatur et obsidet rostra. Ci. p Fla. 158. a.

Nulla res me a curia diuellet. Ci. At. 20. a.

Curia Saliorū, quę est in Palatio. Ci. d'. D. 86. b. et. 113 a. Curia Pompeiana in qua Cæsar occisus est.

Si id XXX curię iussissent, nam id iussum esset ratum: Ci.p Dom.218.b.
Curialis,lis.tribulis. Ci.Off.46.b.Cimon in suos curia les Laciadas hospitalis fuit.
Curiatus,a,um. Ci.Q.Fr.313.a.Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum.
Appius dixit in Senatu palam sese(si licitum esset legē curiatam ferre)sortiturum esse cum collega prouinciam, si curiata lex non esset, separaturum cum collega,tibiq; successurum,legemq; curiatam consuli ferre opus esse,ne cesse non esse.Ci.Ep.17.a.
Consuli,si legem curiatam non habet,attingere rem militarem non licet.Ci.ꝯ Rul.72.0.&c.71.a.Iā hoc inauditum est,uti curiata lege magistratus detur,qui &c.
Centuriata & curiata comitia.Ci.p Dom.210.b.
Curiose. Ci.đ Cla.176.b.Conquirere aliquid curiosius.
Curiositas,tis.Ci.At.29.b.Sum in curiositate [illegible].
Curiosus,a,um. Ci.đ Fin.70.b.Reperiam multos non tam curiosos nec tam molestos ꝙ nos essis.&c.49.b.
Peregrini & incolæ officium est,nihil præter suum negotium agere,nihil de alio inquirere,minimeq; in aliena esse rep.curiosum.Ci.Off.25.b.
Curiosum est eo scire nelle, quæ ad nos non pertinent. Ci.p Dom.219.b. Quis enim non timeat curiosum & plenum negotij deum.Ci.đ.N.12.b.
Quare ut hoi curioso ita perscribe ad me.Ci.At.61.a.
Tu quicquid indagoris de rep.facito,ut sciam, tametsi nimis sim curiosus,statui enim nihil iam de rep.cogitare.Ci.At.25.a. Non sum in exquirendo iure augurum curiosus.Ci.p Dom.221.a.
Sumus enim ambo belle curiosi.Ci.At.89.b.
Si me nihilo minus nosti curiosum ī rep.ꝙ te.C.At.75.b
Sed hæc obstructio non ita obducta est ut curiosis oculis perspici non possit.Ci.p Sest.7.b.
Seruulus percuriosus.Ci.p Cln.54.b.
Curo,as, do operam,laboro,elaboro,studeo,diligentiā adhibeo,curam adhibeo,medeor,curationem adhibeo, curam ī aliqua re pono,curo ac diligentia complector, diligentiam in aliquam rem adhibeo uel confero,indulgeo,deseruio,mihi curę est,procuro, non est mihi tanti, nihil minus curādum est,de fama nihil laboro.
Ci.I.V.226.a.Hoc iste signum auellendum asportandumq; curauit.
Eō ad te scripsi,ut eam epistolā mihi curares referēdā.
Tu fasciculum,qui M.Curio descriptus est, uelim cures ad eum perferendum.Ci.At.122.a.
His uelim meo nomine reddendas literas cures.Ci.At. 190.a. Alexander ex eo auro buculā curauit faciendam.Ci.đ.D.90.b.
Funus ei satis amplum faciendum curaui.Ep.56.a.
Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnino diligentissimeq; curabo.Ci.Ep.57.b.
Ego,quæ ad te pertinere arbitrabor studiose diligenNoctes & dies nihil aliud ago,nihil curo, nisi ut mel ciues salui sint.Ci.Ep.142.a.
terq; curabo,da operam ut ualeas.Ci.At.262.a.
Cura ut ualeas.Ci.Ep.200.b.
Seruilia pollicetur se curaturam,ut illa frumenti curatio de S.C.tollatur.Ci.At.243.a.
Vides quanto hoc diligentius curem ꝙ aut de Rumone aut de Pollione.Ci.At.210.b.
Item de Pontheris,ut Cybiratas ocursas, curesq; mihi ut uehantur.Ep.114.b.
Vereor, ne cum ueneris, non habeas iam quod cures. Cic.Ep.19.b.
Omnibus rebus curo & prouide,ne &c.Ci.At.172.a.
Pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Solaminij pecuniam soluerent.Ci.At.82.b.
Rogat ut curet quod dixisset.Ci.p quin.3.a.& ibi.b.
Quibus nominibus pecuniam romæ curari oporteret.
L.Cicio HS DCCCC pro signis megaricis curaui.Ci. At.4.b. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.Ci.Q.Fr.309.b.
Minutius XII solo mihi curauit.Ci.At.179.b.
Signa quę nobis curasti,ea sunt ad Caietam exposita. Ci.At.2.b. Curio misi,ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus esset, me cui iussisset curaturum.Ci.Ep.259.b.
Erat enim curata nobis pecunia Valerij Mancipis nomine.Ci.Ep.75.b.
Tartessium istum tuum mihi adeunti urbem iube sodes nummos curare.Ci.At.103.b.
Ego quia curo,attendoq; id tibi affirmo,te in istis molestijs non diutius futurum.Ci.Ep.57.a.
Sacra Cereris per græcas semper curata sunt sacerdotes.Ci.p Cor.66.a.b.
Curare mandata alicuius.Ci.At.71.b.
Curare negotia aliena.Ci.Top.226.b.
Illam manum tu mihi cura ut præstes.Ci.At.1.b.
Magna dij curant,parua negligunt.Ci.đ.N.59.b.
Quis enim potest,cum existimet a deo se curari,nō sentire per diuinum numen horrere?Ci.Acad.30.b.
Qui omni conscientiam non curat.Ci.đ Fin.76.a.
Sed deos non curare opinor quid agat humanum genus.Ci.đ.D.130 b.
Q.Metellus,qui & summa uoluntate cesserit,neq; sane redire curaret &c.Ci.Ep.13.b.
Q.de emendo nihil curat hoc tempore.Ci.At.228.a.
Ego patriam liberaui,uos liberi esse non curatis. Ad Her.40.b. Id populus curat scilicet.Ci.At.216.b.
Nihil minus curandum est atq; hoc &c.Ci.At.
Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo.Ci.Ep.256.b.
Cum diceres te uinolentis quibusdam medicaminibus solere curari.Ci.I.P.82.a.
Appius ῾ς ἀφαιρέσεως prouinciam curauit, sanguinē misit.Cic.At.84.a.
Sed iō surgamus īquit nosq; curemus.Ci.đ Or.164.b.
Adolescentes grauius ægrotant, & tristius curantur. Ci.đ Sen.91.a. Atticam saluere iube,& eam diligēter curo.Ci.At.190.b.
Reficere & curare se.Ci.I.A.222.a.
Mulier exclamat se ob eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes suos perdidisset.Ci.p Cln.25.b.
Corpora curari possunt, animorū nulla medicina est. Ci.Tus.191.a.

Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduuiam curem. Ci. p S.R. 39. b.
Curore periculum atq; insidias alicui per aliquem. Ci. p Flac. 146. a.
Et quod facinus in alienum illotum seuere acciperet, id omisisset curare in hospite? Ci. p Cæl. 49. a.
Nihil i eo nisi frugalitatē eē curamus. Ci. p Pl. 172. a.
Itaq; ea nolui scribere, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. Cl Acad. 39. b.
Currens, tis. Ci. I. A. 187. a. Quanq̃ ille non eguit consilio cuiusq̃, sed tamen ut dicitur currentem excitaui.
Nam idum paratum ut uideo, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exercendoq; se procedat. Treb. Ep. 194. a.
Hæc non eò dixi, ut oratio mea dormientem excitare, sed potius ut currētē icitare uideol. Ci. Q. Fr. 298. b.
Quintus filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Ci. At. 96. a.
Quore facis tu quidem fraterne, quod me horteris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in hunc conferam. Ci. Q. Fr. 315. b.
Sæpe tu me currentem hortatus es. Ci. At. 72. a. & 219 a. b. Quod me horteris &c. currētē tu quidē, sed &c.
Currentem, ut aiunt, incitare. Ci. Ep. 252. b.
Non ut te, qui mihi studio penè præcurris excitarem. Ci. I. C. 122. b.
Curriculum, li. spatiū, quo curritur, stadiū, cursus, currus. Ci. d̄ Am. 104. a. Deflexit enim iam aliquantulū de spatio curriculoq; mos maiorum.
Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animūq; ad accusandum transtulisses. Ci. p Mur. 135. a.
Qui recte & honeste curriculum uiuendi a natura datum confecerit. Ci. d̄ Vn. 202. a.
Qui ex constituto spatio defensionis in semihoræ curriculum coegisti. Ci. p Rab. 91. b.
Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Ci. p Mur. 137. b.
Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Ci. p Rab. 96. b.
In hoc tam exiguo tamq; breui uitæ curriculo. Cic. p Arch. 191. a.
Omne curriculum industriæ nostræ in foro in curia, in amicorū periculis ꝓpulsandis eloboratum est. Ci. I. A. 210. b. Nec fas esse ducebam uersari me i uestro uestri curriculo &c. Ci. p Rab. 131. a.
Athletæ in curriculo se exercent. Ci. d̄ Sen. 82. b.
Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. Cic. de Sen. 84. b.
Qui tantum absit a primo, uix ut in eodem curriculo esse uideatur. Ci. d̄ Cla. 180. a.
Ciceronem oratorem ex Academiæ spatijs extitisse, illa enim sunt curricula multiplicium uariorumque sermonum. Ci. Or. 198. a.
Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum &c. Ci. d̄ Cla. 196. b. & 166. b. Vereor ecquodnam curriculū aliquando sit habitura tua singularis industria.
Quod sine curriculo & certatione corporum, fiat. Cic. de Leg. 174. a.
Si ne minimum quidem de meo uitę curriculo, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Ci. I. V. 145. a.
Breuia curricula uitæ. Ci. Acad. 47. a.
Curriculo equorum. Ci. d̄ Leg. 177. a.
Sol consistēs in Cācro cōuertit curriculū. Ci. In. Arat.
Tui sacerdotij sum tēse, curricula &c. Ci. d̄ Ar. 248. b.
Sic isti cum in artis curriculum descenderunt, aiūt etc. Ad Her. 24. b. & ibi. Sic ut in stadium Rhetoricæ artis prodire non audeant.
Curro, ris. cursum conficio, cursum teneo, cursum curro. Cic. p̄ Rul. 74. b. Cur non eosdem cursus hoc tempore quos antea cucurrerunt?
Qui stadium currit, eniti debet ut uincat. Ci. Off. 60. a.
Curio cucurrit puteolos. Ci. At. 157. b.
Currus, rus. uehiculum. Ci. d̄. D. 138. a. Quidam uisus est in somnis curru quadrigarum uehi.
Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Ci. Post. 210. b.
Cum sacerdotem ad sacrificium curru uehi fas esset. Ci. Tus. 173. a. Nec est melius quicq̃, q̃ ut Lucullus fuisset neot currum, ut bonus sæpe agitator. Ci. At. 210. b.
Sois manibus in curru Autumedontem collocat. Cic. p S.R. 35. a. Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi posse non est. Ci. p Cæl. 44. b.
Cursim. Ci. I. A. 168. b. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena.
Quid autem Plancius tam cursim? Ci. At. 250. b.
Alter in Asiam irrupit cursim. Ci. I. A. 231. a.
Quæ ego fero & cursim arripui & subcisiuis operis, ut aiunt. Ci. At. 141. a.
Tantū licet furtim si quādo & cursim. Ci. d̄ Or. 132. a.
Cum amplissima dignitate ut ad eas cursim perrecturo. Ci. Tus. 130. b.
Cum Graccbus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt. Ad Her. 41. b.
Curso, as. Ci. p S.R. 28. a. Postea homines cursare ultro & citro non destiterunt.
Cū olj malos scēdāt, olj p foros cursent. Ci. d̄ Se. 80. b.
Ne cursem huc & illuc uia deterrima. Ci. At. 143. b.
Fusca; nonnunquam cursans per litora cornix. Cic. de D. 83. a.
Cursor, oris. Cl. d̄. D. 138. a. Cursor ad Olympia proficisci cogitans uisus est i somnis curru quadrigarū uehi.
Cursores in stadio exclamant. Ci. Tus. 187. a.
Ladas & Boius cursores. Ad Her. 24. b.
Cursus, sus. curriculum, lapsus, iter.
Ci. p Mur. 132. a. Cum contento cursu hostium classis Italiam peteret.
Quis unq̃ tam breui tempore tantos cursus conficere potuit? Ci. p Pom. 10. b.
Qui ingrediuntur ad studium, quiq; iam sunt in cursu. Ci. d̄ Or. 97. a. Sed etiam perspicis, qui cursus rerū, qui exitus futurus sit. Ci. Ep. 46. b.
Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt. Ad Her. 13. a.
Ille incertus alium cursum petiuit. Ci. At. 42. a.
Ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ. Ci. At. 75. b.

Quem enim cursum industria tenere potuisset, sine forensibus causis sine iudicijs? Ci.I.A.216.a.
Vides in quo cursu sumus. Ci.At.2.a.
Dionysius cum secundissimo uento cursum teneret, ridens uidetis ne inquit &c. Ci.d.N.76.b.
Infero mari nobis incerto cursu nauigandum est. Cice. At.120.b.
Naues in cursu frumento onustas uidi. Ci.Off.62.a.
Stellę cursus certos & constantes habent. Ci.d.N.64.a.
Implicari aliqua certo genere cursuq́ uiuendi Ci.Off. 24.a. Partus maturescit nouem lunæ cursibus. Cic.d. N.39.b.
Perpetui cursus conuersionesq́ cœlestes. Ci.d.L.160.b.
Orbis extimus in quo infixi sunt illi, qui uoluuntur stellarũ cursus sempiterni. Ci.d Som.128.a.& ibi.b. Hũc ut comites consequuntur alter Veneris alter Mercurij cursus.
Stellę nunq̃ cursus sui uestigiũ inflectunt. Ci.d.N.35.b.
Illi autem octo cursus &c. Ci.d Som.129.a.
Si lacus emissus lapsu & cursu sua ad mare profluxisset. Ci.d.D.101.a.
Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. Cic.p Sest. 23.b. Hortensius tamen hunc cursum confecit. Cic.d Cla.195.b.
Tantus cursus uerborum fuit, & sic eualauit oratio, ut &c. Ci.d Or.98.a.
Cursus uocis per omnes sonos. Ci.d Or.164.a.
Interdum cursus est in oratione concitatior, interdũ moderata ingressio. Ci.Or.216.b.
Defessus iam labore & itinere disputationis meæ. Cic. d Ora.130.b.
Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio &c. Cic. d.N.20.a,
Tenere eundem cursum. Ci.I.V.254.a.
Reuocare aliquem è cursu. Ci.Top.221.a.
Qui per rectum cursum regnum tenere non potuerunt. Ci.ꝯ Rul.74.b.
Si quis ad Olympiacum uenerit cursum. Ad Her.24.b.
Neq́ solum perspicis ea, quæ geruntur, sed etiã qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ci.Ep.46.b.

Curtus, a, um. decurtatus, mutilus.
Ci.Or.213.a. Meæ aures perfecto completoq́ uerborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia.
Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans &c. Cic.Ora.213.b.
Eorum enim omnium multa prætermittentium, dum eligunt aliquid, quod sequantur, quasi curta sententia, at uero illa perfecta atq́ plena, eorum, qui &c. Ci.d Fin. 214.b.

Curuatus, a, um. Ci.d.N.14.b. Corpuscula curuata & quasi adunca.

Curulis, le. Ci.I.C.118.a. Non deniq́ hęc sedes honoris, sella curulis, unq̃ uacua mortis periculo fuit, idest sedes Consulis.
Curulis ædilitas. Ci.d Ar.250.a.
Curulis sella. Ci.Ep.139.b.

Custodia, dię. carcer, pręsidiũ, uigilia, excubię, cõseruatio. Ci.d.N.58.a. Canum tam fida custodia, tamq́ amans dominorum adulatio.
Teneamus eã domi septam liberali custodia, ut amurq́ ut adultam uirginem caste &c. Ci.d Cla.196.a.
Cũ in eiusdem anni custodia te atq́ L.Murenam fortuna posuisset. Ci.p Mur.139.b.
Exercitus præsidium populi rom. custodia prouinciæ. Ci.I.P.19.b.
Deijci de urbis præsidio & de custodia ciuitatis deturbari. Ci.p Mur.143.a.
Cum illæ tabulæ priuata custodia continerentur. Ci.p Syl.175.a.
Id signum cœlo delapsum Vestæ custodijs continetur. Ci.I.A.236.a.
Retinendus est animus in custodia corporis. Ci.d Som. 128.a.
Idcirco in hac custodia tanq̃ in specula collocati sumus. Ci.I.A.212.b.
Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. Ci.I.A.213.b.
Publicanorum familię, quas in portibus & custodijs habent. Ci.p Pom.6.b.
Ignauiam suam tenebrarum & parietum custodijs tegere. Ci.p Rab.95.a.
Illam coloniam meis præsidijs, custodijs, uigilijsq́ muniui. Ci.I.C.98.b.
Nõ extimesco, ne Cn.Plãcio custodia meæ salutis apud uos obsit. Ci.p Plan.259.a.
Nos tibi & excubias & custodias pollicemur. Cic.pro Mar.136.a.
Hæc mea sedes est, hæc uigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum. Ci.I.A.244.a.
Vt aduigiletur ad custodiam ignis. Ci.d.L.175.b.
Milo uitam suam nunq̃ in periculum sine præsidio & sine custodia prouehebat. Ci.p Mil.112.b.
Dare aliquem in custodiam. Cic.I.A.185.a.& I.V. 149.b.i.in carcerem.
Includere aliquem in custodias. Ci.I.V.165.a.
Eripere aliquem ex custodia. Ci.At 177.a.
Censuerunt ut P.Lentulus in custodiam traderetur. Ci. I.C.113.b.
Is hominem comprehendit & in custodiam Ephesi tradidit. Ci.Q.Fr.302.b.
Is in custodia fuit regia & uita eius ablata pœnę est. Ci. p.R.P.126.a.
Socrates cũ esset in custodia publica etc. Ci.d.D.91.b.
Tu te ipse in custodiam dedisti. Ci.I.C.101.a. & ibi. Domi meæ te asseruari iussisti.
Emittiq́ nos è custodia & leuari uinculis arbitremur. Ci.Tus.174.a.et.63.b. Socrates, cum posset educi è custodia, noluit.

Custodio, dis. asserua, adseruo, tueor, septum custodia teneo, in uigilia alicuius rei maneo, priuata custodia contineo, incolumem seruo, obseruo, præsideo, speculor, conseruo. Ci.Ep.82.b. Liber tuus & legitur a me diligenter, & custoditur diligentissime.
Orationem tibi misi, eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit. Ci.At.243.b.

Hic me non solum amicorum fidelitas sed etiam uniuerse ciuitatis aculi custadiunt.Ci.I.A.243.b.

Fac ut se abs te custadiri atq; obseruari sciát.Q.đ Pet.213.b. Multorum te aculi & aures speculabuntur atq; custodient.Ci.I.C.98.b.

Delecta iuuentus,quæ tuum corpus domumq; custadit. Ci.ꝓ Mil.124.b.

Ve Brutus prauinciam tueatur,defendat, custodiat,incolumemq; seruet.Ci.I.A.229.b.

Posse percipere animo & custodire memoria . Cic. de Ora.95.b.

Aliquem custadiri ut paricidam.Ci.At.277.a.

Custadire literis quę a summis uiris dicta sint . Cic.đ Or.149.a.

Custas,dis. præses,antistes,conseruator,uindex.

Cic.I.V.222.a.Clamor a uigilibus fanoq; custodibus tollitur. Tribunus Plebis præses custasq; libertatis. Ci.ꝯ Rul.69.a.

Custas & uindex cupiditatum.Ci.ꝯ Rul.72.a.

Nullus est portæ custas,nullus insidiator uiæ.Cic.I.C.210.a.

Quotiens te pater eius domo sua eiecit?quotiens custodes posuit ne limen intrares?Ci.I.A.169.a.

Qui multorum custadem se profitetur,eum sapiẽtes sui primum capitis aiunt custadem esse oportere.Ci.

Custos ac præses templi.Ci.ꝓ Dom.242.a.

Custas & canseruator urbis.Ci.ꝓ Sest.25.a.

Hermippus custos T.Aufidio prætore in frumento publico est positus.Ci.ꝓ Fla.255.b.

Tu me comitijs prærogatiuæ primum custadem præfeceras.Ci.Post̃q.208.a.

Qui tribus,quas ualuit , uocauit nulla custode sortitus. Ci.ꝯ Rul.70 b.

Senatus reip.custas,præses,ꝓpugnator.Ci.ꝓ Se.26.b.

O præclarum custodem ouium(ut aiunt)lupum . Cic. I.A.188.b.

Sapientia custos & procuratrix hoīs.Ci.đ Fin.110.a.

Malus custos diuturnitatis metus.Ci.Off.37.a.

Cutis,tis. Ci.Ep.154.b.Sed non possum non exhorrescere, si quid,intra cutem subest uulneris , quod prius nocere potest q̃ sciri,curariq; possit.

Cybele,les. magna mater,idæa mater.

Ci.đ Ar.249.a.Hāc matrē magnam accepimus, agros & nemora cum quodam strepitu fremituq; peragrare.

Sacra idæa Magnæ Matris.Ci.đ Sen.86.a.

Mater idæa.Ci.đ Leg.174.a.

Mater Dea.Ci.đ Ar.248.b.aliter idæa , sic enim nobis corrigendus locus uidetur.

Cyclops,pis. Ci.I.V.265.b.Cyclops Ætnam solam et eam partem Siciliæ tenuisse dicitur.

Cydnus,ni. Ciliciæ flumen.Ci.I.A.165.b.

Cygneus,a,um.ut cygnea uox.Ci.đ Or.143.a.

Cygnus,gni. Ci.Tus.163.b.Cygni non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo diuinationem habere uideantur,quia prouidentes quid in morte boni sit , cum cantu & uoluptate moriuntur.

Cylindrus,dri. Ci.đ.N.6.b.At mihi uel cylindri, uel quadrati,uel coni,uel pyramidis forma uidetur esse formosior.&.35.a.

Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis,uolubilitatem autem non dedit.Ci.đ Fat.149.a. et ibi.Cylindrū ualui & turbinē uersari putant.&.148.b.Chrysippus reuertitur ad cylindrum & turbinē suū quæ moueri incipere nisi pulsa non possunt.

In summo sepulchro sphæra erat posita cum cylindro. Ci.Tus.242.a.

Cyllenius,a,um. Ci.In Arat.Cedit clara fides cyllenia.

Cylo,onis.Ci.In Sal.275.a.

Cymba,bæ. Ci.Off.63.b.Cimbarum ante aculas multitudo.

Cimbalum,li. Ci.I.P.83.b. Neq; collegæ sui cymbala & crotalia fugi.

Cynicus,a,um. Ci.đ Or.248.b.Ab Antisthene Cynici primum,deinde Stoici.

Cynicorum uero ratio tota eijcienda.Ci.Off.30.a.

Cynna,næ.quater consul romanus.Ci.Tus.238.b.

Cic.Tus.239.a.Cynna collegæ sui consulis C.Octauij præcidi caput iussit.

Cynocephalus,li. Ci.At.89.a.Erat præterea Cynocephalus in essedo,nec deerant onagri.

Cynosura,ræ. altera ἄρκτος,duæ enim ἄρκτοι sunt.

Ci.đ.N.46.b.Ex his altera apud græcos cynosura uocatur,altera elice.

Non ad illam paruam cynosuram etc.sed ad elicen etc. Ci.Acad.17.a.

Cyprius,a,um. Ci.ꝓ Dom.224.a.Rex Cyprius. & đ D.91.b.Eudemus Cyprius.

Cyrenę,arum. Ci.ꝓ Plan.261.b. Desiderarunt te inquit aculi mei,cum tu esses Cyrenis.

Cyrenaicus,a,um. Ci.Off.75.b.Ab Aristippo Cyrenaici atq; Anniceri philosophi nominati.

Ab Aristippo,quem illæ magis uoluptariæ disputationes delectarant, cyrenaica philosophia manauit.Cic.đ Ora.148.b.

Cyrus,ri. Cic.Q.Fr.294.a. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus,sed ad effigiem iusti imperij.

At Cyri uitam & disciplinam legunt &c. Cic.đ Cla.174.b.

D Littera. Ci. At. 4. b. HS DCXX.

Dactylicus, a, ũ. Ci. Or. 215. b. Dactylicus numerus.

Dactylus, li. Cic. Or. 218. a. Dactylus qui est è longa & duabus breuibus.

Pedes heroi tres, dactylus, spondeus, anapæstus. Ci. d' Or. 160. a.

Dæmon, nis. lar. Ci. d' Vn. 201. b. Dij quos græci δαίμονας appellant, nostri, ut opinor, lares, si modo hoc recte conuersum uideri potest.

Dæmonios. Ci. d'. D. 105. b. Hoc de Socrate accepimus &c. esse diuinum quoddam, quod Dęmonion appellat, cui semper ipse paruerit, nunq̃ ĩpellenti, sępe reuocanti.

Dalmato, tę. Ci. Ep. 67. a. Dalmatis Dij male faciant, qui tibi molesti sunt.

Dalmatia, tię. Ci. Ep. 66. b. ter.

Dalmaticus, a, um. Ci. Ep. 66. a. Cæsar de meis rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert.

Damnatio, onis. Ci. At. 102. b. Oẽs dãnati, oẽs ignominia affecti, omnes damnatione ignominiaq; digni.

Rearum acerbissimæ damnationes. Ci. I. P. 98. a. X. libidinosissimæ liberationes.

Damnatio Sex. Roscij. Ci. p. S. R. 19. b.

quid ẽ illa dãnatione iudicatũ, nisi etc. Ci. p Cl. 18. b.

Hanc damnationem duci non oportet. Ci. I. V. 129. a.

Ne parua quidem dubitatio potest remorari damnationem. Ad Her. 5. b.

Damnatorius, a, um. ut damnatorium iudicium. Ci. I. V. 159. a.

Damnatus, a. um. Ci. p. R. P. 123. b. Causa iudicata atq; damnata. & p Sest. 27. b. Græcia suis ciuibus damnati atq; expulsi.

Damno, as. caudemno, improbo, conuinco. X. absoluo.

Ci. I. A. 157. a. Lex quę iubet ei, qui de ui, itemq; ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici.

Maiores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. Ad Her. 29. a.

Nęuius iniuriarum damnatus est. Ci. I. V. 257. b.

Qui ambo peculatus dãnati sunt. Ci. I. V. 73. b. et ibi.

Qui de maiestate damnatus est.

Vt is eo crimine damnaretur. Ci. I. V. 223. b.

Turpi iudicio damnari. Ci. p. S. R. 37. a.

Sed plurimi contra nituntur, animosq; quasi capite dãnatos morte mulctant. Ci. Tus. 158. b. & 169. b. Capite damnari.

Si Lepidus positis armis de ui damnatus esset. Cic. At. 280. b. Nicomedes qui & furti & pro socio damnatus est. Ci. p Flac. 155. a.

At eum nos iurati capite damnastis. Ad Her. 31. b.

Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita prope conuicta & damnata sit. Ci. p Clu. 19. a.

Iã Q. Varius sua lege dãnatus excesserat. Cic. d' Cla. 293. b. et d' Or. 105. a. Ergo ille quoq; damnatus est, nõ solum primis sententijs, quibus &c. sed ẽt illis, quae etc.

Eas ego potissimum damnare debui. Ci. p Do. 214. b.

Damnare aliquem sceleris. Ci. At. 109. b.

Damnare aliquem stultitię. Ci. Part. 242. a.

Damnari nomine coniurationis. Ci. I. V. 837. b.

Damnari de repetundis. Ci. p Clu. 41. b.

Damnatus per arbitrum & rem restituit & honestatem omnem amittit. Ci. p. S. R. 37. b.

Damnari ambitus. Ci. d' Cla. 180. b.

Damnum, ni. iactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus, pœna.

Ci. Off. 7. a. Nec contra officium est maius damnum antepone minori, ut si &c.

Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ latineq; litteræ fecerunt. Ci. d' Cla. 175. b.

Magnum damnum factum est in Seruio. Ci. Ep. 161. b.

Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Cic. Ep. 110. b.

Nihil est damni factum noui. Ci. At. 12. b.

Si mercatura aliquid damni contraxerit. Cic. d' Fin. 146. a. In meis damnis ex authoritate Senatus sarciendis. Ci. Ep. 10. b.

Nan quæro flagitium huius iacturæ atque damni. Ci. ꝯ Rul. 64. b.

Qui coniunctionem ciuium dirimunt, eas leges morte, exilio, uinculis, damno coercent. Ci. Off. 56. b.

Quis unq̃ tanto dãno Senatorẽ coegit Ci. I. A. 155. a.

Damna & detrimenta. Ci. d' Leg. 166. a.

Ἐπίτευγμα magnum nullum fieri potest, ἀπότευγμα uel non magnum molestum futurum est. Ci. At. 213. b.

Damni infecti promittere. Ci. Top. 222. a.

Iudiciũ damni iniuria constitutum. Ci. p. Q. R. 50. a.

Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. Ci. p. Q. R. 54. a. Per errorem in maximam fraudem incurrere. Ci. Off. 62. b.

Familiaritates bonorum ad fraudem nemini ualere debent. Ci. p Cor. 68. a.

Id mihi non debet esse fraudi aut crimini. Ci. p Mur. 241. b. & p Dom. 238. a.

Quid illi facias, qui dederit damnum aut malum? Ter. 3. b.

Dareus, rei. Cic. d' Fin. 146. b. Policrates ab Oronte Darei prætore in crucem actus est.

Datio, onis. Ci. ꝯ Rul. 78. a. Cuius iudicium legumq; datio tollitur.

Datum & acceptum.

Ci. d' Am. 107. a. Hac quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. & ibi. Nec obseruat stricte ne plus reddat quàm acceperit.

De. ex. Ci. Off. 22. a. De græcis autem facetus Socrates. i. ex Græcis.

Ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, de ipsisq; hominibus, nulla gens est, quæ non habendum sciat esse Deum. Cic. d' Leg. 160. b.

Ac primum de tribus illis, quę ante dixi, beneuolentię pręcepta uideamus. Ci.

Nemo fuit &c. qui rem ullam de meis bonis attigerit. Ci. p Do. 235. a. Si quis unq̃ de nostris hominibus fuit &c. Ci. p Fl. 147. b. Postremum genus est de delectu Catilinę. Ci. I. C. 109. a. Non adimitur cuiq̃ gleba de Syllanis agris. Ci. ꝯ Rul. 88. a.

Misit coniectori quantum uisum est de argento,tum ille,nihil' ne de uitello? Ci.d.D.136.a.

Ei statim rescripsi,hominemq; certum misi de comitibus meis.Ci.At.117.b.

Nemo de ijs,qui peritissimi sunt,huic anteponēdus est. Ci.d.Or.101.a.& 115.a.*Magnum quoddā opus est, atq; haud sciā,an de humanis operibus longe maximū.* Vnus de illis.Ci.p Mil.214.a.

*Oratio Lælij de collegis non melior,q̃ de multis,quam uoles,Scipionis.*Ci.d Clo.171.b.& 175.b.*Ego istum de superioribus penè solum lego.*

De firmissimis alio prima ponet,alio extrema. Ci.Or.201.b.& ibi.*Id secundum erat de tribus.*

*Deinceps in lege est,ut de ritibus patrijs colantur optimi.*Ci.d Leg.178.a.

Legatos habes,de quibus dignitate præstat Tubero. Ci.Q.Fr.291.b. *Is habeatur sanè orator,sed de minoribus.*Ci.d Opt.243.b.

*Cui de tanto patrimonio nihil relictum est.*Ci.p.S.R.22.b.a.& 35.a.*De tribus & decem fundis iste tres possidet.* *De tribus enim,quæ proposui, hoc extremum est.*Ci.I.A.212.b.

*Quam multi essent de uictoribus,qui etc.cum etiam de uictis reperiantur quā multi,qui etc.*Ci.p Lig.139.b. *Quodlibet exemplum de ijs,quæ proposita sunt.*Ci.d In.56.b. *Cæteri multa de suis rebus secum asportabant.*Ci.Parad.117.a.

*Ipse autem in ore semper græcos uersus de phenissis habebat.*Ci.Off.68.b.

*De ijs,qui nūc petunt,Cæsar certus putatur.*Ci.At.1.a.

*Cum quidam de collegijs nostris agrariam curationē ligurirent,disturbaui rem.*Ci.Ep.178.a.

Hoc non de enumeratione nostra fiet. Ad Her.30.b.i. *ex enumeratione nostra.*

Nihil ex sacro,nihil de publico attigi. Ci.I.V.131.b.

Quicquid erit quacunq; ex arte,quocunq; de genere. Ci.d Ora.19.b.

*Eximi de reis.*Ci.l.Eximo.

*Mitte ad nos de tuis aliquem tabellariū.*Ci.At.78.a.

*Comitia de minore parte populi facta.*Ci.ꝯ Rul.70.b

*Epistola,in qua est de periculis reip.*Ci.At.101.a.

*Recita decretum de tributis.*Ci.I.V.169.a.

*O iucūdas mihi tuas d Britanno litteras.*Ci.Q.Fr.317.a

*Ve in omnibus meis factis atq; consilijs uestrum de me factum consiliumq; laudetur.*Ci.ꝯ Rul.67.a.

*Præcepta de re militari cuipiam dare.*Ci.d Or.115.b. & 116.a.*Cuiusmodi artificiū de ipso iure ciuili Crassus componi posse dixit.*

*Oratio Crassi de Colonia Narbonensi.*Ci.d Or.129.b.& *altera de lege seruilia.*

*Primus liber est de contemnendo morte,secundus de tolerando dolore &c.*Ci.d.D.108.b.

*Liber de minuendo mœrore.*Ci.At.189.b.

*Philosophia de Natura.*Ci.d Cla.167.b.

*Tum Crotoniatæ publico de consilio uirgines unum in locum conduxerunt.*Ci.d In.62.b.

*Sunt orationes eius ieiunæ,multa præclara de iure.*Ci.d Cla.174.b.

*Quæ fit ex lege eius moderatio de me.*Ci.p Sest.19.b.

*Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre.*Ci.p Cor.64.a.

*Nihil te de ratione uitæ didicisse,nihil quæsisse, nihil scire conuincam.*Ci.d Or.88.b.

*Somnium de Simonide,qui &c.*Ci.d.D.92.a.& 109.b.*Vt græcis de philosophia literis non egeamus.*

*Consilijs tuis,quæ scribis de agris assignādis ab utrisq; uestrum uehementer assentior.*Ci.Ep.178.a.

*Non potuit honorificentius a me fieri de nepote.*Ci.At.191.a. *Fama de interitu Clodij.*Ci.p Mil.120.b. & ibi.*Lætitia de interitu Clodij.*

*De re pecuniaria iudicium esse.*Ci.p Quin.5.b.& ibi a.*De capite suo priore loco causam dicere.*

*Explicare mentem suam de quaq; re.*Ci.Or.107.b.

*De rebus bellicis canere bellicum.*Ci.Or.200.b.

*Sit sane,ut iubet,de isto.*Ci.d Cla.168.b.

*Illa,quę habes d Academicis frustra descripta sunt.*Ci.At.208.a.& 262.a.*Atticus pecuniā numeraui d suo.*

*His de rebus sol me ille admonuit,ut breuior essem.*Ci.d Ora.162.a.

*Itaq; neq; de otio nostro spero iā,neq; etc.*Ci.At.139.b

*Non uerò declamatorem de ludo aut rabulam de foro quærimus.*Ci.Or.201.a.

*A.Binnius quidā caupo de uia latina.*Ci.p Cl.52.b.

*Hominem audietis de schola &c.*Ci.d Or.111.a.

*Is accusator de plebe fuit.*Ci.d Clo.176.a.

*Astrologi de circo.*Ci.d.D.108.a.

*Exultabat gaudio persona de Mimo modo egens, repēte diues.*Ci.I.A.173.a.

*Ecce autem de transuerso L.Cæsar &c.*Cic.At.240.a.

Nō de illo altero minus sum admiratus. Ci.At.101.a.

*De Dionysio sum admiratus.*Ci.At.148.a.

*De Othone diffido.*Ci.At.101.a.

*De rep.quotidie magis timeo.*Ci.At.104.b.

Me metus de fratre in scribendo impedit. Ci.At.42.b.

*Apud Hetruscos propter crassitudinem aeris de cœlo multa fiunt.*Ci.d.D.99.b.

Hęc agebantur de sella ac de loco superiore. Cic.I.V.220.a.& 209.b.*De manibus prædam amittere.*

*Agri de hostibus capti.*Ci.p Dom.239.a.

*De multa nocte uigilare.*Ci.Q.Fr.315.b.

*Recita de epistola reliqua.*Ci.I.V.175.a.

*Philosophus qui de suo ui ac sapientia unus omnia penè profitetur.*Ci.d Or.103.a.

*De quo nomine ad arbitrum adisti,de eo ad iudicem uenisti.*Ci.p.Q.R.46.b.

*Saxum de terra tollere.*Ci.p Cec.296.b.

Excipere aliquem de manibus alterius effugisset. Ci.p.S.R.44.a.& 22.b.*De amicorum sententia Roscius Romam confugit.* *Cæsar non est facturus quicq̃ nisi de meo consilio.*Ci.At.215.a.

*Facere aliqd d suo atq; authoritate alicuius.*Ci.p Cęl.52.a. *Minos leges sanxit d Iouis sñia.*Ci.Tusc.182.a.

Puer litteras patris aperire solet,idq; de meo cōsilio. Cic. At.93.b.& 55.a.*Vix tñ sibi de mea uoluntate concessum est.*& 104.b.*Nihil faciam nisi de sententia tua.*

*Facere aliquid de consilio alicuius.*Ci.Ep.184.b.

Capere

Copere consiliũ de sententia alicuius. Ci. At. 40. a. & I. V. 116. b. Quod quidem certis de causis aliter existimatur. Ci. d. Or. 100. a.

Quo de causa fit, ut &c. Ci. Or. 215. b.

Si qui de eo causa uenierunt. Ci. At. 32. a.

Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Ci. d. Ar. 253. b.

Is de quo angor & crucior. Ci. At. 115. b.

Intemelij in armis sunt, neq; de magna causa. Ci. Ep. 124. a. Eos tibi & rem, de quo misi, uelim curæ habeas. Ci. Ep. 119. a.

Excipere quibus de causis nõ liceat &c. Ci. p Cl. 42. b.

Pompeius misit ad me Magium de pace, quæ uisa sunt respondi. Ci. At. 150. a.

Collegia Tribunorum tota reperientur, quæ coeant, de hominum locupletissimorum bonis. Ci. p Dom. 222. a.

Regulus de captiuis commutandis Romam missus est. Ci. Off. 9. a.

Nec minus uereretur, ne contemnere Ebutium, q̃ de eo contemptus esse existimaretur. Ci. p Cec. 305. a.

Id de Marcello sciri potest. Ci. At. 193. a.

Postea Messala consul de Pompeio quæsiuit, quid de religione sentiret. Ci. At. 8. a. & ibi. Ex eo quæsiuit placeret ne ei &c. & 6. b. De eo mihi Thylius se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio &c.

Accipere aliquid de aliquo. Ci. At. 1. b. i. ab aliquo.

Quæro anj tu factum de Mario, ut scribis, acceperis. Cic. d. Leg. 156. b.

Is CC iugera de M. Pilio emit. Ci. At. 215. a.

Sed uelim scire hodie ne statĩ de auctione aut quo die uenias. Ci. At. 186. b.

Lex scripta de parte quadam. Ci. d. In. 80. b. & 81. a.

Lex scripta in partem aliquam.

Cum languerem de uia &c. Ci. I. A. 155. a.

Fessus de uia. Ci. d. Fin. 39. a.

Defensor autem de æquitate nitatur. Ci. Part. 241. b.

Duo parietes de eodem fidelio dealbare. Ci. Ep. 109. a.

Detexo & pertexo idem. i. Detexo & Pertexo.

Dea, deæ. Ci. p Rab. 91. a. Ab Ioue Optimo Maximo cæterisq; Dijs Deabusq; immortalibus pacem ac ueniã peto precorq; ut &c.

Qui de Deo matre est, Deus sit necesse ẽ. Ci. d. N. 68. b.

Dij Deæq; immortales, qui &c. Ci. Anteq. 196. b.

Dealbo, as. Ci. I. V. 105. b. Quod si tanta pecunia columnas dealbari putassem, certe nunq̃ ædilitatem petiuissem. & ibi. Columnæ, quas dealbatas uidetis.

Duos parietes de eodẽ fidelio dealbare. Ci. Ep. 109. a.

Deambulo, as. ambulo, inambulo.

Ci. d. Leg. 158. b. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesq; pergimus? ubi cum satis erit deambulatum, requiescemus. & 169. a. Satis iam deambulatum est.

Eamus deambulatum, & ille, quid opus fuit de? immo uero inquit quid opus fuit te? Ci. d. Or. 132. b.

Debeo, es. faciendum est mihi, ut &c. conuenit, oportet. Ci. At. 273. b. Ciuis talis, qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet.

Magni iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille &c. Ci. Or. 103. a. Qui & te maxime debuerunt & plurimum iuuare potuerunt. Ci. Ep. 6. a.

Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebant. Ci. d. D. 127. a.

Si uolent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut mihi sit amicus. Ci. At. 141. a. Quantũ esset, quod deberet accedere. Ci. d. Vn. 103. a. ὅσοις ἄλλοις προσήκει αὐτοῖς

Nã principia habere hanc uim magnopere debẽt, ut possint &c. Ci. d. Or. 137. b. & ibi. Principia causarum proprio esse debent. Is debet mihi multos nũmos. Ci. At. 168. a. et Ep. 209. b. Ille debet mihi pecuniã. et. 224. b.

Debebat Epicrates ullum nũmũ nemini. Ci. I. V. 121. a.

Ei Nicænses pecuniam grandem debent ad Sestertium octogies. Ci. Ep. 226. a. Appellatus es de pecunia, quã pro domo & pro sectione debebas. Ci. I. A. 174. a. & 178. a. Sestertium quadringenties debuisti.

Scaptius ait illos putare talẽta ducẽta se debere. Ci. At. 83. a. & ibi. quid uos? quãtũ inq̃ debetis? respõdẽt CC.

Cum frumentum deberetur pecuniam poscere. Ci. I. V. 198. a. Pecuniam alicui ex partitione deberi. Ci. p Cec. 287. b. Pecunia, quæ mihi ex publica permutatione debetur. Ci. Ep. 33. b. Ante petitam esse pecuniam q̃ esset cœpta deberi. Ci. d. Or. 98. b.

Satis est argumenti nihil esse debitum Nævio, qđ &c. Ci. p Quint. 7. a. Ne iste quidem ex isto syngrapha deberi dicit pro ijs rebus, quę &c. Ci. I. A. 172. b.

Debeo tibi ex societate nihil. Ci. p Q. R. 49. b.

Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Ci. p Quint. 3. a.

Calendis Ianuarij debuit, adhuc non soluit. Ci. At. 232. b. & 234. b. Si mihi Dolabella, quod debet dissoluerit. & 261. a. Illi turpe erit eo nomine quod satisdato debeat, non dissoluere.

Hostiæ, quas debuisti. Ci. d. In. 74. b.

Cum patriæ, quod debes, solueris. Ci. p Mar. 135. a.

Præstitimus patriæ, quantum debuimus. Ci. Ep. 70. a. et 273. a. Tantum tibi debeo, quantũ psoluere difficile ẽ.

Huic ego homini tantum debeo, quantum hominem homini debere uix fas est. Ci. Postquam. 201. b.

Est animi ingenui cui multum debeas, ei plurimum uelle debere. Ci. Ep. 20. a. & 151. b. Perfice ut ne minus resp. tibi, quàm tu reip. debeas. & 60. b. Et quoniam tibi incredibilem quendam amorem & omnia in te ipsum summa & singularia studia deberem, reip. quę te in me restituendo multum adiuuisset, eum certe me animũ merito ipsius debere arbitrabar.

Hoc summum beneficium tibi debeo, quod &c. Cic. d. Or. 95. a.

Debes hoc munus studiosis literarum. Ci. d. Le. 157. a.

Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod &c. Ci. At. 9. a. Quo etiam maiorem tibi gratiã debeo, qui &c. Ci. I. A. 265. b.

Qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit. Ci. Ep. 112. a. & ibi. Soluere beneficia.

Id nostrę necessitudini debere me iudico. Ci. Ep. 151. b. & 10. a. Qui ex me tibi fructus debentur.

Cui pro diuinis meritis diuini honores debentur. Ci. I. A. 192. a.

Sua enim uirtuti laus debetur. Ci. d. Or. 140. b.

Vita hominis fato debetur. Ad Her. 37. b.
Vita necessitati debetur. Ci. p Sest. 13. b.
Et pœnam, quæ tanto facinori deberetur subire. Ci. I. P. 99. a. Nullum est tantum malum, quod non tibi pro tuis sceleribus debeatur. Ci. I. V. 86. a. & 151. b. Supplicia, quæ debentur hostibus.
Misericordia, quæ tibi nulla debetur. Ci. I. C. 100. a.
Veneri ac libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. Ci. I. V. 141. a.
Is mihi ciuicã coronã deberi à rep. dixit. Ci. I. P. 80. b.
Deberi hoc a me tantis hominum īgenijs putaui, ut etc. Ci. đ Or. 109. a. Necessaria uitæ præsidia debētur ijs maxime, quos ante dixi. Ci. Off. 12. a.
Gratia non debetur ei, qui &c. Ci. đ Fin. 89. a.
Sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos &c. Ci. Ep. 10. a. Communis fides, quæ omnibus debetur. Cic. Q. Fra. 195. b.
Cuius causa omnia cum cupio, tum me hercule etiam debeo. Ci. Ep. 130. b.
Debilis, le. mancus, infirmus, leuis. X. firmus.
Ci. I. C. 111. b. Aut eas infirmos sine illa ac debiles putabam. Equites Romani, quorum uires erant debiles. Cic. p Mil. 120. a.
Duo corpora esse reip. unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite. Ci. p Mur. 136. b.
Si gladium paruo puera aut fi imbecilli seni aut debili dederis. Ci. p Sest. 7. b.
Q. Scæuola mancus & membris omnibus captus ac debilis. Ci. p Rab. 94. b. Mutius senex & debilis ueniebat in curiam. Ci. I. A. 219. b.
Tum ille etiam debilis factus est. Ci. đ. D. 91. a. & ibi. Is pedibus suis sanus reuertit.
Occurrebat mancam & debilem prȩturam suam futurã consule Milone. Ci. p Mil. 106. a.
Qui hac parte aĩ tam debilis esset. Ci. đ Cla. 104. b.
Debilitas, tis. infirmitas. Ci. I. P. 79. b. Tarditas ingenij, stupor debilitasq; linguæ. & đ Fin. 144. b. Bonum integritas corporis, misera debilitas.
Itaq; id agũt ut a se dolores, morbos, debilitates repellant. Ci. đ Fin. 111. a.
Dolores humili animo imbecillaq; ferre, miserum est, ob eamq; debilitatem animi multi seipsos penitus perdiderunt. Ci. đ Fin. 59. a.
Separatim autem certæ scholæ sunt de seruitute, de debilitate, de cȩcitate &c. Ci. Tus. 108. a. & 131. a. & đ. In. 50. b. Morbus, debilitas &c.
Debilitatia, onis. Cic. I. P. 90. b. Debilitatio atq; abiectio animi.
Debilitatus, a, um. fractus. Ci. Ante q. 197. a. Oppressa est resp. armis, metu debilitata seruili.
Mens debilitata metu concidit. Ci. p Dom. 240. b.
Vt multis ĩcommodis ueritas debilitata tandem recreetur. Ci. p Q uint. 1. b.
Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. Ci. pro Dom. 210. a.
Simulac me fractum ac debilitatũ uidit. Ci. C Or. 95. a.
Fractũ & debilitatũ grȩciæ nomen. Ci. p Fla. 159. a.
Recitatis literis debilitatus atq; abiectus conscientia cõuictus repente conticuit. Ci. I. C. 113. a.
Neruis urbis omnibus exectis urbs ipsa soluta & debilitata relinquitur. Ci. ʒ Rul. 84. a.
Si Catilina meis consilijs circunclusus ac debilitatus subito pertimuerit. Ci. I. C. 107. a.
Naufragari eiectis & debilitata manus. Ci. I. C. 109. b. & 106. b. Debilitatus stupris.
Tum præcipitant iam & debilitatus tribunatus. Cic. p Dom. 221. a.
Pleriq; autem uicti & debilitati tradunt se libidinibus constringendas. Ci. đ Fin. 50. b.
Aut debilitata uirtute aut fracto aĩo eẽ. Ci. Pasl. 141. a
Afflictus, debilitatus, mœrens &c. Ci. đ Or. 16. a.
Minime decet te aĩa debilitatum uideri. Ci. At. 170. a.
Vereor ne tardem studia multorum, qui desperatione debilitati nolent &c. Ci. Or. 197. a.
Multis uulneribus acceptis ac debilitato corpore & cõtrucidato se abycit examinatu. Ci. p Sest. 10. b.
Debilitatus a iure discendo. Ci. đ Or. 121. b.
Debilito, as. debilem facio, frango, infringo, minuo, comminuo, exhaurio, neruos incido, neruos execo, eneruo, affligo. Ci. p Fla. 101. b. Membra uxoris debilitauit lapidibus, fustibus, ferro, manus cantudit, digitos cõfregit, neruos cancidit.
Cum Drusi Tribunatus infringi iam ac debilitari uideretur. Ci. đ Or. 07. a.
Animum frangi & debilitari molestia non oportet. Ci. Q. Fra. 190. a.
Sed hæc facta illius clarissimi uiri mentia & uocẽ meã fletu debilitauit, & mentem dolorc impediuit. Cic. p Cæl. 50. b. Sed me dolor debilitat, includitque uocem. Cic. p. R. P. 130. b.
Noli animum meum debilitare luctu. Ci. p Pl. 281. a.
Versus debilitatur in quacunq; eius sit parte titubatum. Ci. đ Or. 160. b.
Saucij sæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt. Ci. p Cec. 193. a.
Harum ego audaciam debilito, sceleri resisto. Cic. p Mur. 143. b. Quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit? Ci. Posl q. 211. a.
Tribunitias furores debilitare et reprimere. C. in Vat. 32. b. Et ipsa die, qua debilitantur cogitationes inimicarum. Ci. Ep. 5. b.
Hæc amicorum studia debilitant. Ci. p Mur. 134. b. et ibi. Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur.
Consensus populi, si nos languescimus, debilitatur necesse est. Ci. I. A. 215. a. Si uincunt, lętitia se efferunt, ui cti debilitantur. Ci. đ Fin. 135. a.
Actio causę maxime debilitatur loco. Ci. p Dei. 144. b.
Tua profectio spem meam debilitat. Ci. At. 70. a.
Vtrum hoc est confirmare militum animos? an debilitare uirtutem? Ci. I. A. 195. a.
Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem, patientiã se debilitaturum minatur. Ci. Tus. 243. b.
Nulla est tanta uis, quæ non debilitari ac frangi possit. Ci. p Mar. 132. a.
Debilitor lacrymis. Ci. Ep. 234. b.
Debilitari a iure discendo. I. Debilitatus.

Debitio

Debitio,onis. Ci.At.228.a. Quintus de emendo nihil curat hac tẽpore, satis enim torquetur debitione dotis. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ, nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit, qui autem debet, is retinet alienum, gratiam autem & qui refert, habet, & qui habet in eo ipso quod habet, refert. Ci.p Plan.273.b.

Debitor,oris. Ci.At.214.a. Ticinius debitoribus suis renuntiauit, ut eodem fœnore uterentur.

Hæc est leuiar plaga ab amico q̃ a debitore. Cic.Ep.136.b. Fecit eadem omnia quæ nostri debitores solent, negauit enim se omnino uersuram illam fecisse Romæ. Ci.p Flo.156.b.

Pecunias creditas debitoribus cõdonare. Ci.Off.49.b.

Nonne Fufidium creditorem debitoribus addixisti? Ci.I.P.98.a.

Debitum,ti. Ci.At.194.a. Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti, aliter officij debiti.

Animus mutila sentit quædam, quibus, tanq̃ debito fraudetur, offenditur. Ci.Or.214.b.

Ne existimes, qui nõ debita consectari soleant, quod debeatur remissuras. Ci.At.211.a.

Itemq; misit ad Apollonenses, ne de bonis quæ Octauij fuissent, diminui pateretur, priusq̃ Fundonio debitum solutum esset. Ci.Q.Fr.301.b.

Fidei conducit in loco debitũ retribuere. Ci.Ante.192.b.& 193.b. Si meministis quod dedi, non debetis obliuisci, sed retribuere, quod debetis.

Debitus,a,um. meritus,iustus.

Ci.p Mil.118.a. Vobis illæ feræ quidem, sed iustæ & debitæ pœnæ solutæ sunt.

Cui munus hoc debitum & debitum iustamq; gratiam refero. Ci.p Car.67.a.

Vt eam iracundiam non iniustam sed meritam ac debitam fuisse defenderes. Ci.d Or.117.b.et.144.a. Alicui debitam gratiam meritamq; referre.

Iustum ac debitum honorem alicui decernere. Cic.Brut.91.b.& I.A.211.a.

Vita multis supplicijs iustis debitisq; erepta. Cic.I.C.101.b. Huic habiti a me honores nulli nisi debiti. Ci.At.213.a. Soluere pecuniam alicui iandiu debitam. Ci.p Flo.157.b.

O fortunata mors quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita. Ci.I.A.264.a.

Reddere officium alicui iandiu debitum. Ci.Ep.64.a.

Benefacta pro debitis exigimus. Ci.At.216.b.

Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. Ci.d Opt.143.a.

Quod debitũ non est, id datũ non est. Ci.p Quin.6.b.

Pecuniam alicui non debitam soluere. Ci.p Cl.14.b.

Decantatus,a,um. Ci.d Or.121.a. Quæstiones omnes animo percursas & propè decantatas habere debet.

Decanto,as. Ci.At.116.b. Etenim hæc decantata erat fabula. Græcus doctor, qui alicui perulgata præcepta decantet. Ci.d Or.115.b.

Quæ quidem res efficit, ne necesse sit, isdẽ de rebus semper quasi dictata decantare, neq; a commentariolis suis discedere. Ci.d Fin.108.b.

Solus enim multorum annorum memoria non decantandi augurij, sed diuinandi tenuit disciplinam. Cic.d D.201.a.

Sed & iam decantauerant, fortasse. Ci.Tus.202.a.

Decedo,dis. cedo, discedo, morior. X.accedo.

Ci.Antẽq.195.b. Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causa decedam.

Qd tibi decedẽti pollicitus sum, me etc. Cæl.Ep.111.b.

Si uiolẽtiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus tribunitio furori. Ci.Antẽq.194.b.

Tametsi uicisse debeo, tamen de meo iure decedam. Cic.p.S.R.30.b.

Prætor ui cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere. Cic.I.V.117.a.

Sed cum uideas, quantum de iure nostro decesserimus, quid hæres? Ci.At.151.b.& ibi. Magna est nobis iactura facta iuris. Vt ex Cypro equites ante certum diem decederent. Ci.At.91.b.

Decedere de possessione. Ci.5 Rul.79.b.

Paulum nonnunq̃ de suo iure decedere. Ci.Off.46.b.

Salutari, appeti, decedi, assurgi. Ci.d Sen.90.a.

Dicit se nulla cupiditate inductum de uia decessisse. Ci.p Cæl.45.b. Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. Ci.p Fla.151.b.

Itaq; constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. Ci.Ep.24.a.

An ut de causa eius nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet? Ci.p Clu.53.a.

Decedit ex Gallia Romã simul Næuius. Ci.p Quĩt.3.a.

Vetat Pythagoras iniussu Dei de præsidio & statione uitæ decedere. Ci.d Sen.92.a.

Sunt etiam qui putent, si decedas, a te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. Ci.Ep.17.a.

Ego de prouincia decedens Quæstorem Cœlium præposui prouinciæ. Ci.Ep.26.a.et ibi. Ex prouĩcia decedere. De prouincia decedere. Ci.I.V.118.b.

Qui de ciuitate q̃ de sententia decedere maluit. Cic.p Cor.56.a.& Ep.18.b.

Αὐτὸ τοῦτο id fore putabam, quod omnes illi decesserant. Ci.At.209.b.

Qui iam de uita decesserunt. Ci.p Rab.97.a.

Qui iam decesserunt. Ci.In Sal.272.b.

Pater nobis decessit ad VIII Calẽ.Decẽb. Ci.At.4.b.

Puer festiuus noster decessit. Ci.At.7.a.

Decempeda,dæ. Cic.I.A.260.a. Saxa peritus metator urbem iam decempeda sua diuiserat.

Qui cum Architectis & decempedis uillas multorum hortosq; peragrauit. Ci.p Mil.115.b.

Solis magnitudinẽ quasi decẽpeda metiri. C.Ac.32.a. Decemprimi p S. Rosc: 22:

Decempedator,oris. Ci.I.A.255.a. L.Antonius æquissimus agri publici & priuati decempedator.

Decemuir,ri. Ci.d Or.90.a. Nostri Decẽuiri, qui duodecim tabulas perscripserunt.& 2 Rul.69.b.

Decemuiralis,le. ut amplissimum collegium decemuirale. Ci.I.V.225.b.

Decemuiratus,tus. Ci.5 Rul.78.a.

Decenter. decore. Ci.p Cec.299.a. Iura a maioribus decentissime descripta.

Decentia,tiæ. Ci.đ.N.55.b.Venustatem,ordinem, & ut ita dicam,decentiam oculi iudicant.

Decerno,nis. statuo,constituo,in animum induco, destino,mihi certum est,consilium est,animo intendo, consilium capio,iudico,censeo,sancio,decretum facio,decretum interpono,creui,sententiam dico uel fero, decerto. Ci At.95.b.Decreueram cum eo ualde familiariter uiuere. Minime inquit Antonius ac sic decreui philosophari potius ut Neoptolemus apud Ennium paucis. Cic.đ Ora.123.a.

Supplicationem mihi nunc decreuit Cato.Ci.At.99.b. & Ep.39.b. Cum Senatus triumphum Africano decerneret.Ci.đ Fin.111.b.

Itaq; feci supplicationem decretam.Ep.247.b.idest decreui supplicationem,quidam enim sic distinguunt.

Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeiũ, censet eñ etiã ex ijs,qui cum imperio sunt. Ci.Ep.2.b. Sum solicitus,quid nam de prouincijs decernatur. Cic. Ep.24.a.&.41.b.Ad me adire quosdam memini, qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni.& ibi. Ego censui sumptus legatis quàm maxime ad legem Corneliam decernendos.

Annuus sumptus mihi decretus est.Ci. At.99.a.

Itemq; petiui a te non ut decernatur aliquid noui,quod solet esse difficilius sed ut ne quid noui decernatur. Ci. Ep.21.b. &.4.a. In primisq; ut quæ Titus Appius de eius re decreuerit,ea comprobes.

Decernere honores alicui.Ci.At.281.a.&.82.a.Nullos honores mihi nisi uerborum decerni sino.

Hęc institutio patefit sustinere in rebus statuendis decernendisq; eam seueritatem,qua &c.Ci.Q.Fr.393.b.

Honos debitus dijs ĩmortalibus decretus est.Ci.ad Br. 91.b. Res quas Cæsar,statuit,decreuit,egit &c.Ci. At.163.b.&.203.b.Coss.de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios.

Nuntiat iam populo pontifices secundum se decreuisse.Cic.At.54.b.&.264.b.Consules decreuerunt secundum Cæsaris decreta & responsa.

Decreui ut in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur.Ci.At.283.a.

Prætor edixit ne ad ludos pecuniæ decernantur. Cic. Q.Fr.395.a.& ibi Cum ad templum monimentumq; nostrum ciuitates pecunias decreuissent.

Posthumus,de quo nominatim decreuit Senatus ut iret in Siciliam.Ci.At.112.a.

Nullum est in hac urbe collegium, quod non amplissime de salute mea decreuerit.Ci.p Dom.228.a.

Verres contra edictum suum sine ulla religione decernebat.Ci.I.V.100.b.

P.Orbius contra te omnia decreuit.Ci.p Flac.

Non oportet quicq̃ uni extra ordinem decerni. Cic.p Dom.216.b. Stipendium Cæsari decretum est, & decem legati.Ci.Ep.8.b.

Decreta uirtuti præmia.Ci.đ Or.140.b.

Vos mea diligentia patefactum esse coniurationem decreuistis.Ci.I.C.119.a.

Atq; hoc idem decretum est ĩ L.Cassiũ.Ci.I.C.114.a.

Senatus decreuit populusq; iussit.Ci.I.V.141.b.

Si esset aliqua dissimilis istius,quæ haberet palam decretum semper aliquem &c.Ci.p Cæl.45.b.

Lex decreta.Ci.p Dom.218.a.*

Pro mea oĩ fama fortunisq; decerno.Ci.đ Or.127.a.

Pendeo animi expectatione Corfiniensi,in qua de salute reip.decernitur.Ci.At.122.a.

Vno iudicio đ fortunis aĩbus decernere.Ci.p Quĩ.1.b.

Sed utinam mea solum capite decernerẽ.Ci.At.163.a. &.102.b.Sic aĩa facere ois debet, ne armis decernat.

Certamen,quod ferro decernitur.Ci.đ Or.138.a.

De eodem re sæpe alius aliud decernit aut iudicat.Ad Her.9.b. Æqualitas decernendi.Ci.p Mur.134.b.

Nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilij decreueras,aut &c. Ci. At.47.a.

Decerpo,pis. delibo,excerpo.

Ci.p Mar.132.a.Nihil tibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus decerpit.

Ne quid iocus de grauitate decerpet. Ci.đ Or.130.a.

Humanus animus decerptus ex mente diuina. Ci.Tus. 235.b.

Decertatio,onis. Ci.I.A.235.a.Harum rerum omniũ decertatio consulibus commissa est.

Decerto,as. depugno,dimico.

Ci.Off.7.b.Duo genera decertandi sunt, unum per disceptationem alterum per uim,illud proprium est hominis,hoc beluorum.

Cum multis consularibus tanta contentione decertaui, quanta nunq̃ antea.Ci.Ep.64.a.

Locus,ubi Demosthenes & Æschines inter se decertare soliti sunt.Ci.đ Fin.125.a.

Cæsar cum acerrimis nationibus germanorum prælijs felicissime decertauit.Ci.đ Pro.75.b.

Vi & armis contra uim decertare. Ci.p Dom.226.a.

An decertare mecum ualuit contentione dicendi? Ci.I. A.160.b. Iure et legibus disceptãdo decertare.Ci. p Plan.277.b.X.armis dimicare.

Decessio,onis. Ci.Ep.49.b.Is mecum sępe de tua mansione aut decessione communicat.

Mihi decessiõis dies λελυθότως abrepebat.Ci.At.91.a

Ego tibi spem maturę decessionis afferebam.Ci.Q.Fr. 290.a. Non intelligo hoc quale sit,utrum accessionẽ decumæ cẽtesima,an decessionem de summa fecerit.Ci. p.R.P.127.b.& ibi.Decessionem mille talentum esse factam. Hęc decessio capitis aut accessio subito ne fieri potest?Ci.đ.D.115.b.

Nec enim ulla decessio fieri poterat nec accessio. Cic.đ Vn.198.b.

Decet,bat. conuenit,decorum est,dignum est, postulat, patitur,par est,optum est.

Ci.đ Or.162.b.Nunc quod optum sit.i.quod maxime deceat,in oratione uideamus.

Quid deceat & quid aptũ sit psonis &c.Ci.Off.25.b.

Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non deceat,impudentiæ nomen fugiendum est.Ci.đ Or.95.a. & ibi.b.Quẽ non decet,hunc ad id quod possit,detrudendum puto.&.116.a.In quibus neq; abesse quicq̃ deceat,neq; redundare.

Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. Ci. At 93.b.

Vt in uita sic in oratione nihil est difficilius q̃ quod deceat, uidere. Cic. Or. 103.a. & ibi.b. *Decere declarat, quasi aptum esse consentaneumq; personæ, quod in omnibus rebus ualet, contraq; item dedecere.*

Quod decet honestum est, quod honestum est decet. Ci. Off. 19.a.et.22.b. *Nihil decet inuita, ut aiut, Minerua.*

Sed exemplis grandioribus decuit uti. Ci.d. D.88.b.

Res confecta est, minus quidem illa seuere q̃ decuit, non tamen omnino dissolute. Ci. I. A. 205.b.

Si eadem modo putant dici pro Milone decuisse. Ci.d. Opt. 243.b. *Nec uelle experiri, q̃ se aliena deceant.* Ci. Off. 23.a. & ibi. *Id enim maxime quenq; decet, quod est cuiusq; suum maxime.*

Decet hoc nescio quomodo illum. Ci. Or. 192.a.

Hoc decet me & conuenit ijs rebus quas gessi. Cic. d. Pra. 77.b. *Decet chariorem esse patriam nobis, q̃ nosmet ipsos.* Ci.d. Fin. 103.b.

Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Cic. Tus. 221.a. *Fieri sic decet.* Ci.d. Leg. 170.b.

Decido, dis. Ci. Off. 41.b. *Ficta omnia tanquam flosculi decidunt.*

Poma ex arboribus, si matura sint, decidunt. Ci.d. Se. 92.a. *Ne in unius imperium res decidat, admonemur.* Ci.d. Ar. 256.b.

Decidere ex astris. Ci. At. 36.a.

Decido, dis. *decisionem facio, transigo, pactionem facio.* Ci.d. Ar. 253.a. *Cladius cum propinquis suis decidit, ne reos faceret.*

Decidis statuisq; tu quid ad denarium solueretur. Ci. p Quint. 3.b. & ibi.a. *Per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis Scapulæ dissolueret.*

Dicebat iste nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. Ci. I. V. 202.b.

Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. Cic. I. V. 125.a.

Qui medimnis DCC decidere noluit. Cic. I. V. 159.b.

Transigere atq; decidere cum aliquo. Ci. p. S. R. 37.a. & 50.b. *Magna tuam dimidiã partem decidisti.* & ibi. *Tuam partem dimidiam quemadmodum uis decide.* et ibi. *De tota re inquit decidisti, ergo huc &c.*

Decidere de omnibus rebus rationibusq; societatis. Ci. p Quint. 3.b.

Decimus. Ci. I. A. 175.a. *Hora diei decima ferè ad saxa rubra uenit.*

Decipio, pis. *capio, impono, circumuenio, fraudo, circumscribo, induco, fallo, supplanto, fucum, ut dicitur facio, in fraudem impello, in errorem induco, uerba do, errorem objicio, errorem incutio, in fraudem deduco, aucupor, eludo.*

Ci.d. D. 132.b. *Nam illa amphibologia, quæ Crœsum decepit, uel Chrysippum potuisset, fallere.*

Nisi forte me cõmunis φιλαυτία *decipit.* Ci. At. 208.a.

Quod te de Tadiano negotio decepisse scribis, id ego Tadio gratum esse intellexi. Ci. At. 4.b.

Decipere expectationem alicuius. Ci.d. Or. 135.b.

Decipi, falli, capi. Ci. Acad. 17.a.

Cur matris imbecillitatem epistolis aucupatur? Cic. p Flac. 163.b.

Verba mihi dari facile patior, in hocq; me libenter præbeo credulum. Ci. At. 246.a.

Decisio, onis. *transactio.* Ci. p. Q. R. 53.a. *Dicam decisionem factam esse, quæ facta non est.*

Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit. Ci. p Fla. 162.b.

Nostra decisio de æquitate. Ci. p Cec. 305.b.

Decius, cij. Ci. Tus. 167.b.

Declamatio, onis. *domestica exercitatio & umbratilis & commentatio inclusa, quo in genere pueri apud magistros exercentur.*

Ci. p Mur. 134.a. *Non placet mihi declamatio potius quàm persalutatio.*

Hæc mihi senilis est declamatio. Ci. Tus. 149.b.

Vulgaris & peruulgata declamatio. Ci. p Pl. 268.b.

Declamationis nomen apud nullum authorem antiquũ ante ipsum Ciceronem inueniri patet. Senec.

Declamator, oris. Ci.d. Or. 155.b. *Non eum declamator aliquis ad Clepsydram latrare docuerat.*

Non uobis uideor cum aliquo declamatore disputare? Cic. p Plan. 277.a.

Declamator de ludo. i. *Rabula.*

Declamatorius, a, um. Ci.d. Or. 91.a. *Declaratur utrũ in hoc declamatorio sit opere iudicatus.*

Puer magis illo declamatorio genere delectatur, ĩ quo, quoniam ipsi fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. Ci. Q. Fr. 313.b.

Declamito, as. Ci.d. Or. 107.a. *Græci, qui annos complures sedentes declamitant.*

Vt enim antea declamitabã causas, quod nemo me diutius fecit, sic hæc mihi senilis est declamatio. Cic. Tus. 149.b. *Præterea declamitare græce apud Cassium instituí, latine autem apud Brutum exerceri uolo.* Cic. Ep. 265.a.

Commentor declamitans (sic enim nũc loquũtur) sæpe cũ M. Pisone aut cũ aliquo quotidie. Ci.d. Cla. 194.b.

Quanq̃ tu quidem nunc exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas. Ci. I. A. 168.b.

Declamo, as. *ualde clamo, exerceor, ludo.*

Ci.d. Fin. 125.a. *Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret uoce uincere.*

Ille insanus, qui pro isto contra me uehementissime declamasset, libellum mihi dat. Ci. I. V. 234.b.

Maiestas est (ut Sylla uoluit) ne in quemuis impune declamari liceret. Ci. Ep. 43.a.

Haud amo uel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt. Ci. At. 227.a.

Quæ mihi uisus est ex alia oratione declamare. Ci. p S. R. 32.a. *Ipse interea decem & septem dies de me declamauit, ut digestio potius quàm declamatio uideretur.* Ci. I. A. 198.a.

Exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari. Ci.d. Ora. 97.a.

Declaratio, onis. Ci. Ep. 255.b. *Liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui.*

Declaro, as. *significo, demonstro, ostendo, renuntio.*

Ci. Ep. 69.b. *Itaq; hoc sæpius dicendum, tibiq; non si-*

gnificandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius.

Lepidus gemitu & mœstitio declarauit quantum habe ret odium seruitutis. Ci.I.A.202.a.

Quod plurimis locis perorationes nostræ noluisse nos & omnino contudisse declarant. Ci.Or.217.b.

Hoc autem tempore tantum uobis declarandum fuit, cur &c. Ci.Off.34.a.

Qui declarauit quanti me faceret cum sæpe tum in Burso. Ci.At.86.b.

Is nullam beneuolentiam insignem in rempub. decla- rat. Ci.p Dom.232.b.

Homo signis quibusdam consequentia declarantibus fu turo præsentit. Ci.d.D.106.b.

Volatibus auium cantibusq; ut certissimis signis decla rari res futuras. Ci.d.D.80.b.

Multa oraculis delarantur, multa uaticinationibus. Ci. d.N.59 a.

Copiam rerum declarat satietas rerum & abundan- tia. Cic.Parad.125.a.

Actianum genere quędam maiorum consuetudinem ul- tamq; declarant. Ci.d Or.102.a.

Gestus sententiam non demonstratione, sed significatio ne declarans. Ci.d Or.163.b.

Declarant illo quidem acumen interpretis, sed &c. Ci. d.D.88.b. *Canmus exclamat neutrum illis literis de clarari.* Ci.d Or.135.a.i.A.F.P.R.

Declarauit id modo temeritas C.Cæsaris, qui &c. Ci. Off.6.a. *Plura uocabula idem declarantia.* Cic.de Fin.92.b. *Decere perfectionem declarat officij.* Ci. Or.203.b.& ibi. *Decere declarat quasi pfectũ eẽ &c. Verbo usitato & proprie demonstrantio ea, quæ signi ficari, & declarari nolemus.* Ci.d Or.147.a.

Præsentiã sępe Diui suam declarant. Ci.d.N.27.a.

Propriam cuiusq; rei uim definitione declarare. Cic.d Or.100.b. *Qui eatenus se nobis declarant, quoad ipsi uolunt.* Ci.d Vn.202.a.

Profecto etiam rectius in indicio consulis designati, is potissimum consul, qui consulem declarauit, author be- neficij populi rom. defensorq; periculi esse debebit. Cic. p Mur.124.b.& ibi. *Illo die, quo L.Murenam consu- lem renuntiaui.*

Itaq; me non extrema tribus suffragiorum, sed primi il li uestri concursus, non singulæ uoces præcauũ sed una uoce uniuersus populus consulem declarauit. Ci.ꝑ Ru. 66.b. Clodius Trib.Pleb.declaratus. Cic.At.38.a.

Declinatio, anis. *X. oppetitio.*

Ci.d.N.66.a. *Nullum animal est in quo non & appe- titia sit & declinatia naturalis.*

Neq; hęc tuo recusatio confessio sit captę pecuniæ sed laboris & periculi declinatio. Ci.p Cln.48.b.& At. 34.b. *Epicuri atomorum declinatio commẽtitia.* Ci. d Fat.144.b.& d Fin.52.b.

Cum attulisset nullam causam, quæ istam declinationẽ efficeret, tamen &c. Ci.d Fat.149.b.

Ictum parua quodam declinatione, ut aiunt, corpore effugere. Ci.I.C.100.b.

Declinatia breuis a proposito. Ci.d Or.162.a.

Declino, as. *deflecto, decedo, uito, declinationem efficio, de uia deducor. X. appeto, ascisco.*

Ci.d Or.123.a. *Sed ut ea reuertatur unde huc declina uit oratio, uides ne &c.*

Vt declinet a proposito deflectatq; sententiam. Ci.Or. 209.b. *Vt bona natura appetimus, sic a malis natu ra declinamus, quæ declinatia, si cum ratiane fit, cau- tia appellatur.* Ci.Tuſ.212.a.

Appetuntur quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria. Ci.d.N.66.a.

Declinare periculum sine molestia. Cic.At.33.b.34.a.

Tecte declinare impetum aduersarij. Ci.Or.219.b.

Declinare de uia ad dextram. Ci.d Fin.125.a.

Nan arbitrantur Antonium a Capua declinaturum. Cic.At.231.b.

Vrbem illam declinaui, quę &c. Ci.p Plan.280.a.

Declinare de statu sua. Ci.p Cln.39.b.

Nonnunq; declinandum est de uia, modo ne summa tur pitudo sequatur. Ci.d Am.107.b.

Quæ autem parua uidentur delicta, ab his est diligen- tius declinandum. Ci.Off.29.b.

At ega huc declinabam uan inuitus. Ci.d Leg.167.b.

Declinare uitia. Ci.Off.4.b.& 3.a. *et declinare ea quę nocitura uideantur.*

Motus extra pondus & plagam, cum atomus declinat interuallo minimo. Ci.d Fat.144.b.

Epicurus ait sine causa declinare atomos. Ci.d Fin.52. b.& d.N.15.a.

Atomũ loca moueri et declinare dicis. Ci.d Fa.149.b. & ibi. *Quæ ergo noua causa in natura est, quę declinet atomum. i. deflectat.* & 144.a. *Cum duo indiuiduo per inanitatem ferõtur, alterum è regiane moueri, alterum declinare.* *Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum.* Ci.p Sest.19.b.

Declinare laqueos iudicij. Ci.p Mil.109.b.

Declinare aliquid. X. asciscere aliquid. C.d Fi.128.a.

Declinare aliquid. Ci.Part.235.a.& d.N.54.b.i. *uita re & fugere.*

Decoctor, oris. *qui suã rem confecit, inficiator, fraudator.* Ci.I.A.169.a. *Decoctoribus lege Roscia certus locus erat constitutus.*

Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mẽ diculis, ex decoctoribus. Ci.I.C.105.a.

Decoctus, a, um. Ci.d Or.152.b. *Suauitas austera, soli da. X. dulcis, decocta.*

Decolor, ris. Ci.Tuſ.179.a. *Iam decolarem sanguinẽ omnem exorbuit.*

Decoloratio, anis. Ci.d.D.220.b. *Sed et decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime patest sanguini similis esse.*

Decoloratus, a, um. Ad Her.7.b. *Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum ueneno necatum.* et.14.b. *Mortuum deformatum, tumore prędi tum, corpore decoloratum constat fuisse.*

Decoquo. *male rem gero, conturbo.*

C.I.A.269.a. *Tenes'ne memoria prætextatũ te deco xisse.* & ibi. *Qui fortunę uitio non suo decoxisset.*

Sciebã eũ agrũ decaquere quotã anna. Ci.At.144.a.

Suauitas

Suauitas austera, solida. X. dulcis decocta. l. Decoctus.

Decor, oris. *. l. Decus.

Ci. Acad. 45. a. *Theophrastus spoliauit uirtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea solo positum esse beate uiuere.*

Factis uirorum fortiũ nõ emolumento aliquo sed ipsius uirtutis decore laudandis. Ci. d' Fin. 56. a. b.

Decoratus, a, um. Ci. Tus. 251. a. *Cassum quiddam & inanis uocis sono decoratum.*

Decore. Ci. Off. 23. a. *Vt ea si non decore at quam minime indecore faciamus.* & 26. a. & d' D. 84. b.

Loqui ad rerum dignitatem apte & quasi decore. Ci. d' Or. 96. b. & 160. a. *Quibus hi tres pedes in principia continuandorum uerborum satis decore cadunt.*

Decoro, as. *honesto, cohonesto, celebro.* X. *dedecoro.*

Ci. d' Or. 102. a. *Cum honestus labor honoribus, præmijs atque splendore decoratur.*

Scipiones patriam suam spolijs triumphisque decorarũt. Ci. Octa. 331. a.

Quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerũt, ea fere sunt & græcis & latinis literis celebrata. Cic. Acad. 2. a.

Socrates respondit sese meruisse ut amplissimis honoribus & premijs decoraretur. Ci. d' Or. 105. a.

Hæc omnia uita decorabat grauitas & integritas. Ci. d' Cla. 189. a. *Id oppidum maximis monumentis decoratur.* Ci. I. V. 131. a.

O clementiam admirabilem atque omnium laude, prædicatione, literis monumẽtisque decorãdã. Ci. p Li. 338. a.

Omnes denique illi Maximi, Marcelli &c. non sine cõmuni oĩum nostrũ laude decorantur. Ci. p Arch. 190. a.

Quos maiores nostri æterna triumphi laude decorarunt. Ci. Antẽq. 192. b.

Quem populus rom. singularibus honoribus decorauit. Ci. p Cor. 57. b.

Resp. quam ipse decorarat atque auxerat. Ci. I. P. 85. a.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur uolito uiuus per ora uirum. Ci. Tus. 255. a.

Decorum, ri. *decus.* Ci. Or. 203. a. *Vt in uita sic in oratione nihil est difficilius ꝙ quod deceat, πρέπον appellant Græci, nos dicamus sanè decorum, huius ignoratione non modo in uita sed sæpissime & in poematis et in oratione peccatur.*

Hoc loco continetur id quod dici latine decorũ potest, græce enim πρέπον dicitur, huius uis est ea ut ab honesto non queat superari. Ci. Off. 19. a.

Decori descriptio duplex, nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod ĩ omni honestate uersatur, & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis, & ibi de utroque decoro. Ci. Off. 19. b. & ibi. *Decorum quod poetæ sequuntur.*

Illam Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus, quæ modo fuit Catuli, Luculli, Hortensij, deinde quia παρὰ τὸ πρέπον non uidebatur, quod erat hominibus nota &c simulac ueni ad uillam eosdẽ illos sermones ad Catonẽ Brutumque transtuli. Ci. At. 208. b.

Seruare decorum. Ci. Off. 19. b.

Seruire personæ. Ci. Off. 73. b.

Scio quid grauitas uestra, quid hæc aduocatio, quid ille conuentus, quid dignitas populi rom. & quid periculi magnitudo, quid ætas quid honos meus postulet. Ci. p Sest. 25. a.

Decorus, a, um. *quod decet, conueniens, πρέπων, consonus.* X. *indecorus.*

Ci. At. 72. a. *Patras accedere sine ijs impedimentis non satis uisum est decorum.*

Nihil nisi quod honestum decorumque sit, expetendum est. Cic. Off 13. b.

Aurum res est ad usum apta & ad ornatum decora. Cic. de. N. 56. b.

Sed tamen decorus est sermo senis quietus & remissus. Ci. d' Sen. 82. b. *Color albus præcipue decorus deo est.* Ci. d' Leg. 179. a. & d' Vn. 198. a.

Quod non decorũ est nec dignum dijs. Ci. d' D. 104. b.

Quæ cuique Diuo decoræ gratæque sint hostiæ prouidento. Ci. d' Leg. 173. b.

Omnino si quicquam est decorum, nihil est profecto magis quàm æquabilitas uniuersæ uitæ, tum singularum actionum. Ci. Off. 22. a.

Epicurus sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. Cic. d' D. 93. b.

Hoc tibi non ita decorum est. Ci. Acad. 2. b.

Vt uix satis decorum uideretur, cum plures dies esse in Tusculano. Ci. At. 64. a.

Otia, qui studijs læti tenuere decoris. Ci. d' D. 85. a.

Et Lycum nigris oculis nigroque, crine decorũ. Hor. 38.

Decrepitus, a, um. *senectute affectus, confectus senectute, qui summa senectute est.*

Ci. p Cæl. 45. b. *Tristis ac decrepitus senex.*

Decresco, scis. *subsedeo, decedo.*

Ci. d' D. 125. a. *Ostreis & Conchylijs omnibus contingit ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant.*

Decretum, ti. *interdictum, consultum, scitum, δόγμα.*

Ci. I. V. 131. b. *Qui Romæ totum edictum & omnia decreta uendidit.*

Qui decretis edictisque tuis in te concitati sunt. Ci. I. V. 95. b. *Decurionum decretum statim fit, ut decem primi proficiscantur ad L. Syllam.* Ci. p. S. R. 22. b.

Iudicatum est de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Ad Her. 9. b.

Verres ab siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. Ci. I. V. 132. b.

Omnes publicanorum societates de meo consulatu amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. Ci. p Dom. 227. b. *Pecuniam neque ex edicto, neque decreto depositum habuit.* Ci. Ep. 224. b.

Senatus a quo sæpe munificentissimis decretis honestati sumus. Ci. Postq. 204. a.

Cæsar uolet augurum decreta facere. Ci. At. 151. a.

Ne qua tabula ullius decreti Cæsaris aut beneficij figeretur. Ci. I. A. 153. b.

Cur non item & cum decreto & palam regionem illã petiuerunt? Ci. ꝯ Rul. 74. b.

Si ea decreta, quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur, magna perturbatio rerum futura est. Ci. At. 263. a.

Decretum quod Coss. secundum Buthrotios fecerunt. Ci.At.264.a.&.263.b.*Liberalissimum decretum abstulimus,quod est obsignatum ab amplissimis uiris.*
Cum Pompeius de me Decretum Capuę fecisset. Cic.p Mil.109.a.&.I.V.144.b.*Decretum factum.*
*Si omne ius decretis reip.stitueretur.*Ci.I.A.226.b.
*Senatus decreta.*Ci.p Dom.118.a.
*Sapientia neq; de se ipsa dubitare debet,neq; de suis decretis,quæ philosophi uocant δόγματα, quarum nullum sine scelere prodi poterit.*Ci.Acad.8.a.
*Nullum sapientis decretum esse potest,nisi comprehensum perceptum & cognitum.*Ci.Acad.27.a.
*Est enim tanti philosophi audacter sua decreta defendere.*Ci.d Fin.70.b.

Decretus,a,um.Ci.d Pro.76.b.*Is prouinciam desponsam non decretam habere uidetur.*

Decuma,mę. decima pars,quam arator decumana dabat. Ci.I.V.153.b.*Quantum decumanus edidisset,tantum sibi decumę dare oportere.*&.163.a.*Aratori nouē partes reliquas factus esse.*&.170.a.*Ager uectigalis populo rom.ex parte decuma.*

Decumanus,ni.magnus,et publicanus qui decumas exigit. Ci.d Fin.69.b.*O Publi o Gurges Galloni es homo miser inquit,cœnasti in uita nunq̃ bene, cum omnia i isto consumis,Squilla atq; acipensere cum decumano.*
De decumanis,qui decumas exigebant. Cic.I.V.153.b.&.154.a.

Decumbo,bis. Ci.Tus.183.b.*Mittunt etiam uulneribus confecti ad dominos,qui quærant, si satisfactum ijs sit,se uelle decumbere.&* ibi.*Quis non modo stetit,uerum etiam decubuit turpiter.*
Quod gladiatores nobiles faciunt ut honeste decumbant,faciamus nos principes orbis terrarum. Cic.I.A.190.b. *Cū Apronius in triclinio,quod in foro strauerat,decubuisset.*Ci.I.V.160.b.

Decuria,riæ. Cic.I.A.156.b.*Lex promulgata est de tertia decuria iudicum.*&.197.a.&.246.b.
*Hunc hominem iudicum numero habebimus:hic alterā decuriam senatoriam iudex obtinebit.*Cic.I.V.125.a.&.189.b.*Qui nummulis corrogatis de scenicarum corollarijs cum decuriam emerint, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis uenerunt.*
*Mulcta ab ea petita est sicut ab Iunio,qđ non sit decuriæ munere neq; ex lege sedisset.*Ci.p Clu.39.a.
*Ex hac decuria nostra.*Ci.I.V.108.a.&.153.b.

Decuriatio,onis. Ci.p Plan.268.a.*Decuriatio Tribulium,descriptio populi &c.*

Decuriatus,a,um. Ci.Q.Fr.309.a. *S.C.factum est ut sodalitates decuriatiq; discederent.*
*Cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.*Ci.p Dom.115.b.

Decurio,as.I.Decuriatus.
Ci.p Plan.261.a.*Doce decuriasse Plancium,conscripsisse populum &c.&* ibi.b.*Tu doce Plancium sequestrem fuisse,largitum esse,conscripsisse, tribules decuriauisse. Cum uicatim serui conscriberentur,decuriarentur.*Ci.p Sest.10.a. *Nonrursus improbos decuriabit?non sollicitabit agrarios?*Ci.I.A.212.b.

Decurio,onis.quasi Senator in municipio uel conuentu.
Ci.p.S.R.22.b.*Decurionum decretum statim fit ut decem primi proficiscantur ad Syllam.*
*Illū tabulas publicas Larini corrupisse decuriones uniuersi iudicarunt.*Ci.p Clu.26.a.
*Recita quid decreuerit Capuę decuriōes.*Ci.p Se.4.b
L.Manlius est unà cū reliquis Neapolitanis ciuis rom. factus,decurioq; Neapoli.

Decurro,ris. Ci.Tus.151.a.*Iam uideo calcem,ad quē cum sit decursum,nihil sit præterea extimescendum.*

Decursio,onis.excursio. Ci.Ep 172.b.*Necesse est Antonius Apeninno alpibusq; se teneat, & decursionibus per equites,quos habet,multos,uastet ea loca, quæ incurrerit.*

Decursus,a,um. Ci.d Sen.94.b.*Nec uero uelim quasi decurso spatio a calce ad carceres reuocari.*
*Biduo DCC millia passuum esse decursa.*Ci.p Quint.16.b.et.it.a.*DCC millia passuū uis eē decursa biduo.*&.18.b.*Prope actu iam ætate decursaq;.*
Cætera porro & ætate iam sunt decursa, & &c. Cic.Ep.122.b.
*Illa quæ abs te breuiter de arte decursa sunt,audire cupimus.*Ci.d Or.97.a.

Decursus,sus. Ci.Ep.31.b.*Facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.*
*Decursus honorum.*Ci.d Or.85.a.

Decurtatus,a,um. Ci.d Or.97.a.*Animus mutila sentit quædam & quasi decurtata.*

Decus,oris. honor,laus,dignitas,honestas,ornamentum. Ci.d Or.101.b.*Ego mihi hoc præsidium comparaui, non solum ad usum forensem,sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis.*
*Decora atq; ornamenta fanorum.*Ci.I.V.223.a.
*Falcula decus atq; ornamentum iudiciorū.*Cic.p Cec.290.a. *Cn.Pompeius, qui populi romani decus ac lumen fuit.*Ci.I.A.171.a.
*Hoc magni interest ad decus & laudem ciuitatis.*Cic.d.N.3.b. *Vt cernat duplici decore cumulatam domum.*Ci.At.187.a.
*Ciuitatis dignitatem & decus conseruare.*Ci.Off.25.a.&.4.b.*Honestatem & decus conseruare.*
*Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui.*Ci.d Pro.74.b.
*Vna simplex cuius author Zeno,posita in decore tota, idest in honestate.*Ci.d Fin.72.a.
*Epicure as nisi arguimus omnis uirtus,omne decus,omnis uera laus deserenda est.*Ci.d Fin.73.b.&.139.b.
Ad laudem & ad decus nati sumus.
*Verum decus in uirtute positum est.*Ci.Ep.151.b.
*Adeunda sunt pericula decoris honestatisq; causa.*Cic.d Fin.76.b. *Cum decore atq; omni me orbatum laus de recordor.*Ci.Tus.194.a.
*Vt homini decus est ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia.*Ci.d Cla.169.b.
*M.Brutus, in quo magnum fuit Brute dedecus generi uestro.*Ci.d Cla.176.a.
Et ijsdem artibus decus omne uirtutis iunxisti. Cic.de Cla.196.b.

Modus

Modus āt est optimus decus ipsum tenere. Ci. Of. 18. b.

Decus, quod antiqui summum bonum esse dixerunt, hic solum bonum dicit, item dedecus, quod illi summum malum, hic solum. Ci. de Leg. 167. a.

Decusso, as. in formam X literę constituo.

Ci. de Vn. 199. a. Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediaeq; accommodãs mediam quasi decussauit.

Dedecet, hat. indecorum est. X. decet, decorum est.

Ci. Or. 203. b. Decere quasi aptum esse & consentaneũ personae, contraq; item dedecere.

Iis, quae habeas modice, ac sciẽter uti, & ut ne dedeceat. Cic. de Ora. 96. a.

Oratorem irasci minime decet, simulare non dedecet. Cic. Tus. 221. a.

Vt si quid dedeceat in illis, uitemus & ipsi. Ci. Off. 29. b. aliter, in illos.

Dedecoro, as. Ci. Off. 53. b. Te inanem redire turpissimum est, dedecorantẽ & urbis authoritatẽ et magistri.

Dedecus, oris. turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, labes, turpitudinis, opprobrium.

Ci. Tus. 177. b. Nihil uideri debet peius dedecore.

Nihil est detestabilius dedecore. Ci. I. A. 190. b.

Antiqui decus summum bonum esse dixerunt, item dedecus summum malum. Ci. de L. 167. a.

Dolor dedecore & infamia leuior est. Ad Her. 17. b.

Ampla domus dedecori domino saepe fit, si est in ea solitudo. Ci. Off. 28. a.

Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus. Cic. At. 122. b. & 124. b. Sed uereor, ne cum nihil proficiam, etiam dedecori sim.

Optima haereditas a patribus traditur liberis, gloria uirtutis, cui dedecori esse nefas indicãdũ est. Ci. of. 24. b.

Cum ignominia & dedecore mori. Ci. de D. 113. a.

Admittere dedecus. Ci. I. V. 75. a. & At. 138. b.

Sin autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod & ipsa senectus concipit dedecus, & &c. Cic. Off. 25. a.

Admissum dedecus confitebor. Ci. Ep. 40. b.

Sed aliquod aut in Asia susceptum aut ex Asia deportatum est flagitium ac dedecus. Ci. p Mur. 120. b.

Quae nota domesticae turpitudinis non inusta uitae tuae est? quod priuatarum rerum dedecus non hęret infamiae? Ci. I. C. 100. a.

Sine summo dedecore uitae ac turpitudine. Cic. p Clu. 19. b. Subire periculum cum aliquo forte dedecore. Cic. Att. 119. b.

Incurrere in dedecora. Ci. de Fin. 58. b.

Nec uersari inter eos sine dedecore potero. C. At. 160. a.

Homo in dedecore natus. Ci. I. V. 160. b.

M. Brutus, in quo magnum fuit Brute dedecus generi uestro. Ci. de Cla. 176. a.

Sũptus effusi cũ probro atq; dedecore. Ci. p. S. R. 29. b.

Factum meũ flagitij plenũ & dedecoris. Ci. At. 256. b.

Iudicio uero atq; isigni turpitudine notata atq; oppressa dedecore & infamia. Ci. p Clu. 30. a.

Aliquẽ suis maculae & dedecori esse. Ad Her. 35. a.

Dedicatio, onis. consecratio.

Ci. p Dom. 234. a. Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religiosa? Ci. p Dom. 238. a.

Postem teneri in dedicatione templi oportet. Cic. pro Dom. 237.

Dedicatus, a, um. Ci. de L. 168. a. Ingeniumq; in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit.

Fides & mens, quas in Capitolio dedicatas uidemus a M. Aemilio. Cic. de N. 38. a. & ibi. Virtutis & honoris templum a Q. Maximo dedicatum.

Dedico, as. dico, consecro, religiosum facio, religionem ĩ aliquem locum infero, aliquẽ locum religione deuĩcio.

Ci. I. V. 228. b. Marcellus duo templa dedicaturum se Romae uouerat.

Vt cum audissent simulacrum Iouis Opt. Max. dedicatum legatos mitterent. Ci. I. V. 214. b.

Smyrnei delubrum Homero dedicauerunt. Ci. p Arc. 189. b. Simulachrum aut aram dedicare. Ci. p Do. 237. b. Romulus templum sibi dedicari in eo loco iussit. Ci. de Leg. 156. b.

Consecrare & publice dedicare aliquẽ Deũ. Ci. de N. 41. b. & 62. a. Aedes Castori et Polluci ĩ foro dedicata.

Quid quod nunc apud Pontifices agis? te meam domũ consecrasse, te monumentum fecisse, te in ędibus meis signum dedicasse. Ci. p Dom. 223. b.

Bene uero quod mens, pietas, fides consecratur manu, quarum omnium dedicata publice templa sunt. Cic. de Leg. 175. a.

Ad hęc praedio incenso dedicauisti. Ci. p Floc.

Dedisco, scis. Ci. de Or. 151. b. Cum iuuentus nostra dedisceret penè discendo.

Eloquentia loqui penè dedidicit. Cic. de Cla. 169. a. & 179. b. Haec uerba mutari dediscique possunt.

Etenim si uult bonorum uirorum instituto uiuere, multa oportet discat atq; dediscat. Ci. p Quin. 10. a.

Dediscendae tibi sunt sportellae & artolagani tui. Cic. Ep. 138. b. & 141. b. Deinde uereor, ne nescio quid illud, qđ solebas, dediscas, & obliuiscare coenulas facere.

Deditio, onis. Ci. p Pom. 10. b. Pompeius eis spem deditionis non ademit, obsides imperauit.

Cum locum tibi relictum non modo ad pacem sed ne ad deditionem quidem feceris. Ci. I. A. 257. b.

Atq; huius deditionis ipse qui debebatur, author fuit. Cic. Off. 74. a.

Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditionem imperij redegerunt. Ci. I. A. 193. b. 194. a.

Dedititius, a, um. Cic. At. 274. b. Id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos siue captiuos siue dedititios pertinere.

Deditus, a, um. Ci. Ep. 8. b. Vt te admoneam. quod ipse literis omnibus a pueritia deditus, experiendo magis quàm discendo cognoui.

Puer his studijs mirifice deditus. Ci. de Or. 89. b.

Artes, quibus a pueris dediti fuimus. Ci. de Or. 85. a.

Vir bonorum uoluntati & authoritati Senatus deditus. Ci. p Mil. 119. b.

Homo grauitati deditus. Ci. p Cæl. 51. a.
Fateor me bis studijs esse deditum. Ci. p Arch. 188. a.
Is ciues romanos voluit, ijs indulsit, eorum uoluntati & gratiæ deditus fuit. Ci. I. V. 160.
Vita uitijs omnibus dedita. Ci. p. S. R. 24. b.
Vir religionibus deditus. Ci. p Dom. 238. b.
Hoc sum magis Publio deditus, quod &c. Ci. Ep. 65. a.
Epicuro deditus. Ci. d Fin. 114. b.
Puer deditus disciplinis & ijs artibus, quibus &c. Ci. p Cæl. 53. a. Q. Cæpio nimis equestri ordini deditus. Ci. d Cla. 185. a.
Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. Cic. pro Cæl. 47. a. Q. Nobilior iam patrio instituto deditus studio literarum. Ci. d Cla. 172. b.
Hunc addictum, deditum, obstrictum tibi habebis. Ci. p Cæl. 54. b. Vt igitur hæc scirem dedita opera has ad te literas misi. Ci. At. 156. a.
Opera dedita facere aliquid. Ci. d Or. 261. a.
Dedo, dis. addico, trado, do, mancipo, quasi consecro. Ci. d L. 170. a. Patria cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus.
Abduco equidem me ob omni reip. cura dedoq; literis. Cic. Q. Fr. 326. a.
Itaq; ei studio se excellentissimis ingenijs homines dediderunt. Ci. d Or. 148. a.
Qui doctrinæ sese dediderunt. Ci. Off. 14. b.
Quis Musicis penitus se dedidit, quin &c. Ci. d Or. 85. b. & 93. a. Cū se ad scribendū maiore opera dediderit. & 105. a. Primum Scæuolæ te dedidisti.
Dedere se alicui arti toto animo. Ci. Tusc. 150. b.
Dedere se totum alicui. Ci. Tusc. 225. a.
Dedere se uni alicui, et deserere cæteros. Q. d Pe. 210. a
Dedere aures suas alicui. Ci. p Arc. 190. b. i. eū audire
Dedere se desidiæ. Ci. Or. 210. b.
Ne me totum ægritudini dedam. Ci. At. 136. b.
Qui se totos libidinibus dedidissent. Ci. Tusc. 163. b. & 185. b. Si se lamentis dedet.
Dedere se libidini alterius. Ci. d Fin. 78. b.
Vt inimicorum crudelitati dedatur uita Sex. Roscij. Ci. p. S. R. 29. b. & p Quin. 11. a.
Dedo pœnas temeritatis meæ. Ci. At. 144. b.
Saturnalibus mane se mihi Pindenissæ dediderunt. Ci. At. 78. b. Quem pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium. Cic. d Or. 100. a. & ibi. Cum pater patratus ex S. C. Mancinum dedidisset.
Qui porcam tenuerit, dedi oportere. Ci. d In. 73. b. & ibi. Imperatore Samnitibus dedito.
Eius religioni te uinctum astrictumq; dedemus. Cic. I. V. 221. b.
Dedere aliquē constrictum hostibus. Ci. Postq̄. 200. b.
Quem reum sententijs iudicum tradidisset, eum telis militum dedere. Ci. p Mil. 101. b.
Dedoceo, ces. X. doceo.
Ci. d Fi. 53. a. Quod profecto nunq̄ putauisset, si a Polyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, q̄ illum etiam ipsum dedocere.
Cum docendus iudex est aut dedocendus. Cic. d Ora. 115. a.
Vt corrigendi magis quàm dedocendi esse uideantur. Ci. d Fin. 59. b.
Deduco, cis. adduco, reuoco, remoueo, reduco, deductionem facio. Ci. At. 78. a. Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed, si opus erit, deducentur Rhodum.
Homines coniuratos cum gladijs in campum deduci a Catilina sciebam. Ci. p Mur. 36. b.
Saxa hō deductus ex ultimis gentibus. Ci. I. A. 252. a.
Ad eum agnum non casu sed duce Deo seruus deducitur. Cic. d. D. 116. a.
Qui ad hoc iudiciū deducti non sunt. Ci. p Fl. 147. b.
Ego autem a patre ita eram deductus ad Scæuolam, ut &c. Cic. d Ami. 95. b.
Ita albana aqua deducta ad utilitatem agri suburbani Ci. d. D. 122. b. Neq; eò rem deducam aut progredi patiar, ut &c. Ci. Ante q̄. 195. b.
Ergo huc uniuersa causa deducitur, utrum &c. Cic. p S. R. 50. b. Si prius exposuero quę causa in iudicium deducta sit. Ci. d Opt. 244. b.
Cuius maiestatem deducitis usq; ad apium perfectionem. Cic. Acad. 30. b.
Sed cum uiderem fore &c. rem huc deduxi, ut palam pugnare possetis. Ci. I. C. 105. a.
Quem in locum res deducta sit uides. Ci. Ep. 46. b. & 260. a. Eum in locum res deducta est, ut &c.
Illud quod eo, quo intendas ferat, deducatq; cognoscendum est. Ci. d Ora. 96. a.
Vt is qui audit ad fletum misericordiamq; deducatur. Ci. d Or. 125. b. & ibi. Odoror q̄ sagacissime possum, quo iudices deduci oratione facillime posse uideantur.
Nam nos in nostra urbe peregrinantes errantesq; tāq̄ hospites tui libri quasi domū deduxerūt. Ci. Aca. 40. b.
Non deduxi inquit Seruilium. Ci. p Fla. 153. a.
Cum magna multitudo ciuium me de domo deduceret. Cic. Ep. 151. a.
Deduci. X. reduci. Ci. d Sen. 90. a.
Deducere præsidia ex oppidis. Ci. At. 111. b.
Coss. præsidia deducturi sunt. Ci. At. 130. b.
Aliquem ex prouincia deduci. Cic. d Pro. 71. b. idest reuocari. l. Diripio.
Quorum scelerum pœnis agitatur, a mente consilioq; deducitur. Ci. I. V. 77. b.
Eloquentia deducimus perterritos a timore, & consolamur afflictos. Ci. d. N. 56. a.
Deducere aliquem ab humanitate & ab religione. Ci. I. V. 202. b.
Voluntatē impellere quo uelis unde autem uelis deducere. Ci. d Or. 87. a. & 140. a. Deduci a tristitia.
Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate cōtinentiaq; deduxerit. Ci. Q. Fr. 291. a.
Epicurus atomos de uia deducit. Ci. d Fat. 144. a.
Da operam ut eos de illa prauitate animi deducas. Q. d Pet. 211. a.
Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest. Ci. Ep. 2. b.
Neq; legis improbissimæ pœna deductus est quo minus hospitij & amicitiæ ius officiumq; præstaret. Cic. Epist. 835. a.

De sententia deduci.Ci.d Cla.173.a.& At.25.a.
Deduci a uia recta.Ad Her.17.a.
Vt enim diuitię me de fide deducere non potuissent,ne eiusdem pecunijs de honore deijceret.Ci.I.V.71.a.
Si quis me de hac ai lenitate deduxerit.Ci.I.C.110.b.
Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus,& addendo deducendoq; uidere quid reliqui summa fiat.Ci.Off.12.b.
Partitionis caput scriptum caute ut centum nummi deducerentur.Ci.d Leg.180.b.& ibi.a.Si in testamento deducta scripta non essent.
Coniectura omnis ingenijs hominum in multas ac diuersas aut etiam contrarias partes sępe deducitur.Ci.
Riuos a fonte deducere.Ci.l.Deductio.
Ne uerbo aspere concurrant,né ue uastius deducantur.Cic.d Ora.159.a.
Deducere coloniam.Ci.I.A.179.b.
Deducentur inquit coloniæ.Ci.ʒ Rul.63.b.
Et de fundo moribus Cecinna deduceretur.Ci.p Cec.288.b.&.303.a.

Deductio,onis.detractio. Ci.I.V.189.a.Certis nominibus deductiones fieri solebant.
Ne qua deductio fieret,magna ex parte tua potestas erat.Cic.At.59.b.
Ex quo illa admirabilis a maioribus albanæ aquæ facta deductio est.Ci.d.D.101.a.
Riuorum a fonte deductio.Ci.Top.223.b.
In oppida militũ crudelis deductio.Ci.I.A.172.a.
Vt ius ac deductio moribus fieret.Ci.p Cec.291.a.
Deductio coloniarũ in agros aliquos.Ci.ʒ Rul.63.b.
In coniecturali autem constitutione,quia ratio non est,non potest ex deductione rationis nasci iudicatio.Cic.d In.46.a.

Deductor,oris. Q.d Pet.210.a.Deductorum officiũ,quod maius est quàm salutatorum &c.

Deerro,as.aberro. Ad Her.3.a.Si nullis trãsitionibus utemur,si nõ deerrabimus ab eo qđ cœpimus exponere.&.40.a.Ait iste eos similitudine loci deceptos angiporto toto deerrasse.

Defatigatio,onis.lassitudo. Ci.I.A.198.a. Nulla res ei finem cędendi nisi defatigatio & societas afferet.
Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt,animi autem se exercendo leuantur. Cic.d Sen.84.a. Interspirationis enim non defatigationis nostræ neq; librariorum notis,sed uerborum & sententiarum modo interpunctas clausulas esse i oratione uoluerunt.Ci.d Or.159.a.
Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum.Ci.d.N.37.b.& p Sest.20.b.
Ne quo possit animum tuum defatigatio retardare.Ad Her.6.a. Senectutis defatigationem fugere debemus.Ci.d Sen.95.a.

Defatigatus,a,um. languens de uia.
Ci.d.D.101.a.Puella defatigata petijt à matertera, ut sibi concederet,ut in eius sella requiesceret.
Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit.Ci.Ep.70.b.
Quanq̃ sumus iam defatigati,sed nulla lassitudo impedire officium debet.Ci.Ep.199.a.
Sed me hercule iam defatigatus in rep.conseruãda.Ci.Ep.155.a.&.199.a.Admodum sumus iam defatigati.
Animi defatigati ab aduersarijs multitudine uerborũ.Ad Her.19.a.

Defatigo,as. defatigationem uel laborem affero.
Ci.At.286.b.Te hortor ne defatigere neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis &c.
Noli igitur in conseruandis bonis uiris defatigari. Ci.pro Mur.134.a.
Defatigare aliquẽ in aliquo negotio.Cic.d.L.190.a.
In qua ille tot & tales uiros defatigat? Ci.p Quin.7.b.
Ne auditor defatigetur similitudinis societate.Ci.d Or.224.b.&.156.a.Profecto nunq̃ conquiescam,neq; defatigabor antequam percepero &c.
Egerunt gratias & ne defatigaretur orauerunt. Ci.d Cla.172.a. Nec animi nec corporis laboribus defatigari.Ci.Ep.232.a.
Hæc & si adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto,tamen non despero,nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis sed etiam in labore & periculis.Lent.Ep.191.b.
Laborare & defatigari idem.Ci.d Cla.167.b.In quo non modo deficei sed ẽt laborare turpe est.i.defatigari.

Defectio,onis. eclipsis.
Ci.At.42.a.Metuens credo defectionẽ animi mei.
Et si ista ipsa defectio uirium adolescentiæ uitijs efficiatur sępius q̃ senectutis.Ci.d Sen.83.a.
Subita defectio Põpei,alienatio Coss.Ci.Q.Fr.305.b
In illa omnium barbarorum defectione Macedonica.Cic.I.P.97.b.
Intemperantia, quæ est a tota mente et a recta ratione defectio, sic auersa a præscriptione rationis,ut etc. Ci.Tus.214.b. Thales primus defectionem solis, quæ Astyage regnante facta est prędixisse dicitur.Ci.d.D.103.a.et.111.b.Solis defectiones itemq; lunæ prædicuntur in multos annos.
Lunæ species mutatur tum crescendo,tum defectionibus in initia recurrendo.Ci.d.N.36.a.et.57.a. Defectiones solis et lunæ.
Vident Mathematici ex constantissimo motu Lunæ quãdo illa è regione solis facta ĩcurrit in umbrã terrę,quæ est meta noctis,ut eam obscurari necesse sit, quandoq; eadem Luna subiecta Soli atq; opposita oculis nostris eius lumen obscuret.Ci.d.D.112.a.
Luna tum subiecta et opposita Soli,radios eius et lumẽ obscurat,tum ipsa incidens in umbram terræ cum est è regione solis,interpositu interiectuq; terræ repente deficit.Ci.d.N.46.b.

Defectus,a,um. perfectus,afflictus.
Cic.At.212.a. Libri ad Varronem non morabantur,sunt enim defecti. Defectus ad calamitatem.Cl.Anteq̃.195.a.aliter deiectus.

Defendo,dis. tego, protego, propugno, adsum, præsto, studeo, faueo,pro aliquo dico,pro aliquo uerba facio,causam alicuius suscipio uel ago, sum aduocatus alicui,tueor,iniuria prohibeo,complector, calamitate uel periculo prohibeo.

Ci.d Or.113.b. Carneades nullam unq rem defendit, quam non probarit, nullam appugnarit, quam nõ euerterit. Oratorem Crassus, Cratidianum defendebat Antonius. Ci. Off. 65.a.

Armis prudentiæ causas tueri atq defendere. Ci.d Or. 99.a. Hortensius Syllam de ambitu defendit. Cic. p Syl. 168.a. & 183.b. Nullum scelus defendo ac tego. et 276.b. Ego iacentem & spoliatum defendo & protego.

Defendere uitam ab inimicis. Ci. p Mil. 102.b.

Qui autem non defendit nec obsistit si potest iniuriæ tam est in uitio q &c. Ci. Off. 5.b.

Qui non defendit iniuriam neq propulsat a suis. Cic. Off. 66.b. Ego fratrem mittam, qui Italiam a uastatione defendat. Plan. Ep. 153.a.

Diligẽtissime aliquẽ tueri atq defendere. C. Ep. 127.a

Defendere aliquem a calamitate. Ci. p Pom. 6.b.

Defendere periculo ciuium. Ci. p Mur. 125.a.

Ego semper otio studui, pacem defendi. Ci. I. A. 216.a.

Vim ui illatam defendere. Ci. p Mil. 103.a.

Illud autem superius sicut caput & famam tuam defendere necesse erit. Ci. Acad. 30.a.

Pudor tuus te defendit. Ci. Ep. 59.a.

Ne lacum suum, quem adhuc honestissime defendit, ab timeat. Ci. p Quint. 7.a.

Quod sentias aut re efficere, aut deniq libera oratione defendere. Ci. Ep. 58.a.

Mithridates ab inuicta manu Cn. Pompeij Meote & illis paludibus atq altitudine montium defenditur. Ci. ꝯ Rul. 76.a. Vua uestita pampinis nimios solis defendit ardores. Ci.d Sen. 88.a.

Pro fortunis meis apud uos loqui non licebit. Cic. Antequam. 195.b.

Arma quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te ulcisci Ci.d Or. 87.b.

Aliquem i oĩbus rebus tegere atq tueri. Ci. Ep. 128.a.

Defensio. propugnatio, patrocinium.

Ci.d Or. 105.b. Vtriusq rei facilis est & prompta defensio. Ad istam omnem orationem breuis est defensio. Cic. p Cæl. 39.a.

Nostra propugnatio & defensio dignitatis tuæ. Cic. Ep. 6.b. Qua in iudicio Lepidus defensionem non haberet. Ci. At. 180.b.

Permanere i defensione alicuius suscepta. Ci. Ep. 65.a. & suscipere defensionem alicuius. 15.a.

Qui non pœnam confessioni sed defensionem dedit. Ci. p Mil. 104.b. & ibi. In confessione facti defensionem iuris suscipi posse.

Defensito, as. Ci.d Cla. 173.b. Fannius causas defensitauit. & Off. 24.b. & Acad. 18.a.

Defensor, aris. propugnator, patronus, tutor, aduocatus, adstipulator, custos, qui aliquem in fidem suam recipit, quem aliquis patronum adoptat, qui aliquem habet commendatum. X. oppugnator, aduersarius.

Ci.d Or. 106.a. Mutius paterni iuris defensor & quasi patrimonij propugnator sui.

Defensor custosq libertatis. Ci. p Rab. 91.b.

Alter fuit propugnator mearum fortunarum & defensor assiduus. Ci. Postq. 212.b.

Adoptare sibi aliquẽ defensorẽ sui iuris. Ci. I. V. 63.a.

Is in omnibus rebus se acerrimũ tui defensorẽ fore ostẽdit. Cic. Epist. 2.b.

P. Lentulus propugnator Senatus, defensor uestræ uoluntatis, patronus publici consilij. Ci. p Mil. 109.a. & ibi. Octo Tribuni Pl. illius aduersarij, defensores mei.

Parens perpetuus reipub. & Tutor annuus reipub. Cic. Postquam. 205.a.

Defero, fers. affero, confero, offero, tribuo, refero, renuntio, comporto.

Ci. p Flo. 150.b. Lex tabulas ad prætorem triduo deferri iubet.

Librarium te aiunt eripuisse è domo, ut præclarum inde munus ad aliquem deferre posses. Ci. p Mil. 107.b. & 108.a. Si iudicia iam facta domo deferamus ad causas. Ci. p Clu. 18.b.

Deferre querelas suas ad aliquem per aliquem. Ci. pro Flac. 157.b.

Deferre mandata ab aliquo. Ci. p Syl. 177.a.

Ad quancunq sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanq ad saxum adhærescunt. Ci. Acad. 3.a.

Deferre aliquem acerbũ nuntiũ alicui. Ci. p Cor. 68.a.

Cato, quem tu ad hunc honorem rogatione tua detulisti. Cic. p Dom. 217.a.

Populus rom. mihi oẽs honores detulit. Ci.d Pro. 79.a.

Hos ad magistros si qua te fortuna Cato detulisset, non tu quidem &c. Ci. p Mur. 139.a.

Quad genus imperij primũ ad homines iustissimos deferebatur. Ci.d Leg. 184.b.

M. Antonius consul C. Cæsari dictatori regnum detulit, Cæsar uti noluit. Ci. I. A. 177.a.

Omnem ei suam authoritatem, gratiam, copias opes ad hoc negotium conficiendum detulit. Cic. p Fla. 149.a.

Si quis est honos singularis populus rom. eum, cui uelit, defert. Ci. ꝯ Rul. 75.a.

Quicquid possum ad hanc rem conficiendam tibi polliceor & defero. Ci. p Pom. 17.a.

Vltro mihi Cæsar omnia detulit. Ci. Ep. 56.b. & 2.a.

Omnes rem ad Pompeium deferri uolunt.

Si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur. Ci. p Lig. 137.b.

Omnia delata ad unum sunt. Ci. Ep. 54.a.

Deferre omnia ad unum. Cic. p Pom. 16.b. i. credere omnia uni. Deferre alicui potestatem beneficiorum tribuendorum. Ci. p Cor. 62.a.

Vltro ei legationem detuli, cum multis iam petenti bus denegassem. Ci. Ep. 224.a.

Hanc meã uoluntatem ad matrem tuam detuli. Ci. Ep. 94.a. & 211.b. Eiq nec opinanti uoluntatem tuã per literas detuli.

Ligarianam præclare uendidisti, posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam. Ci. At. 207.a.

Itaq publicanos causam detulisse ad Galbam. Ci.d Cl. 172.a. Quanq istis de causis rationes deferre properarim. Ci. Ep. 75.a.

Quæ tibi non anteq postulares, maiora q uelles, plura q sperares detulit Senatus? Ci. Octa. 330.a.

Qui

Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temere libertis suis deferebant. Ci. At. 292. a.

Deferre aliquid cuipiam loco beneficij. Ci. I. V. 214. a.

Et quoniam nepos proficiscitur, scire uelim cuinam auguratus deferatur. Ci. At. 25. b.

Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. Cic. Ep. 87. b.

Atque istam partem uitæ consuetudinisque nostræ totum ad te defero. Ci. Ep. 16. b. & ibi. Quantum literis consequi potero, id omne ad arbitrium tuum conferam.

Ad quē tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Ci. d. N. 5. a.

Deferre palmam alicuius rei cuipiam. Ci. d. Or. 129. b.

Deferre præmium dignitatis alicui. Ci. p Fla. 146. a.

Tribuere primas alicui. Ci. d. Cla. 172. a.

Defertur res ad Senatum. Ci. At. 11. b.

Rem ad populum detuli. Ci. Off. 74. a.

Deferre ad pontifices. Ci. p Dom. 239. b. & ibi. Referre ad collegium.

Cum ad uos inditia communis exitij detuli. Ci. p Sest. 28. a. Ad hunc ordinem res optimas deferebat. Cic. I. A. 153. a. Hæc omnia iudices detulerunt, rei confessi sunt. Ci. I. C. 119. a.

Defert ad coniectorem quidam somniasse se &c. Cic. d. D. 236. a. Is insidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. Ci. p Plan. 280. b.

Ad eum defertur esse etc. Ci. I. V. 268. b. i. renuntiatur.

Te esse sollicitū multi ad nos deferunt. Ci. Ep. 47. a.

Hoc Curio ad patrē detulit, ille ad Pompeium, res delata ad Senatum est. Ci. At. 38. b. & ibi. Nisi Curiones rem ante ad Pompeium detulissent.

Quam uocem ad Catonem statim Fauonius detulit. Ci. p Mil. 106. a. Sic ad nos omnes fere deferunt, nihil te fieri posse iucundius. Ci. Q. Fr. 197. b.

Sed quam multos fuisse putatis, qui quæ ego deferrem non crederent. Ci. I. C. 105. a.

Multos esse arbitror, qui ad Cęsarem detulerint, me pœnitere consilij mei. Ci. At. 177. b.

Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt. Cic. p Clu. 47. b.

Si quæ apud uos de me deferunt. Ci. ꝯ Rul. 87. b.

Deferre nomen alicuius de aliqua re. Ci. p Cæl. 49. b. & p Dom. 223. a. & p Cæl. 53. b. Deferre nomen alicuius de ambitu.

Deferre nomē alicuius de parricidio. Cic. p. S. R. 23. a. & 29. a. Nomina filiorum de parricidio delata sunt.

Cum ueneficij cuiusdam nomen esset delatum. Ci. d. In. 69. a. Hic nemini nomen detulit. Ci. p Cæl. 49. b.

Is in consulatu præfectum fabrum detulit. Cic. p Cor. 68. a. * Deferre iusiurandum alicui. Cic. Off. 73. b.

Scito a me & Tribunos militares, & præfectos & contubernales duntaxat meos delatos esse, in quo quidem me ratio fefellit, liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimaban dari, postea certior sum factus triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Ci. Ep. 76. a.

Deferuesco, scis, deferbui. Ci. Tus. 226. b. Aut rogādi sunt, ut si quam habent ulciscendi uim, differant in tempus, dum deferuescat ira, deferuescere autem certe significat ardorem animi inuita ratione excitatum.

Quantis illa clamoribus diximus de supplicio parricidarum, quę nequaq̄ deferbuisse post aliquanto sentire cœpimus. Ci. Or. 106. b. Cum adolescentię cupiditates deferbuissent. Ci. p Cæl. 46. b.

Defessus, a, um. Ci. d. Or. 110. b. Animi nostri forēsibus negotijs defessi gestiunt ac uolitare cupiunt, uacui cura atque labore. & 130. b. Defessus sum labore atque itinere disputationis meę. & 156. b. Quamobrem nisi forte iā es defessus & si tibi graues non sumus, refer te &c.

Neque quisq̄ est, quin satietate iam defessus sit. Cic. 19. a.

Aratores cultu agrorum defessi. Ci. ꝯ Rul. 83. b.

Vbi aures cōuitio defessę cōquiescāt. Ci. p Arc. 187. b.

Egique acerrime, Senatū iam lāguentem & defessum ad pristinā uirtutē cōsuetudinēque reuocaui. Cic. Ep. 161. a.

Deficio, cis. desum, desisco, desero.

Ci. p Quin. 1. a. Quod mihi consueuit esse adiumento, id quoque in hac causa deficit.

Vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne uox uiresque deficerent. Ci. I. V. 82. a.

Ea me solatia deficiunt, quę cęteris quorū mihi exēpla propono simili in fortuna non defuerunt. Cic. Ep. 51. b.

In hac rep. ad quam opprimendam non animus eis sed uires deficiunt & defuerunt. Ci. p Fla. 159. a.

Vt quod odium in omnes bonos conceptum iandiu continebant, id in me uno potius q̄ in uniuersa ciuitate deficeret. Ci. Post q̄. 198. a. Sed quia nondū omne aīal in mūdo intus incluserat, ex ea parte deficiebat ad propositum exēplar imaginis similitudo. Ci. d. Vn. 201. a.

Si memoria defecerit, tuū ē ut suggeras. Ci. d. Fi. 74. a.

Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Ci. Acad. 3. a.

Multi oratores clari ὑπὸ Δημοσθένους fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Ci. Or. 197. b.

Deficit enim non uoluntas sed spes. Ci. At. 115. a.

Animāteis, cū calor defecerit, tū interire. Ci. d. N. 66. b.

Ne P. C. una plaga accepta conciderent, ne deficerent. Ci. At. 12. a.

Sin a nobis deserar, tamen animo non deficiam. Ci. p S. R. 20. a.

Leontina ciuitas me defecit. Ci. I. V. 171. b.

Si eum in causa deficerent omnia. Ci. p Font. 281. a.

Cum motus omnis animi tanq̄ uentus hominem defecerat. Ci. d. Cla. 172. b.

Omnia collige, ut noui scribam aliquid ad te, sed ut uides, res me ipsa deficit. Ci. Q. Fr. 314. b.

Iam me uires deficere cœperunt. Ci. d. Or. 101. b.

Me non solum uires sed etiam uita deficit. Cic. I. V. 250. b. Vox me citius defecerit quàm nomina. Cic. I. V. 113. a.

Iam me dies, nox, latera deficiant, si uelim &c. Cic. I. V. 219. b.

Dies iam me deficiet, si quę dici in eam sententiam possunt coner exprimere. Ci. p Cęl. 43. a.

Tempus hercule te citius quàm oratio deficeret. Ci. p S. R. 33. a.

Dies me deficiat, si &c. Ci. d. N. 76. a.

Quàm multa te deficiant uides Cęcili. Ci. I. V. 72. b.
Ea tamen illum studia defecærunt. Ci. p D. 149. a.
Prudentia nunq̃ deficit oratorem. Ci. d Or. 173. a.
Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Cic. I. C. 206. a. b.
Si quem aut natura sua aut illa præstantis ingenij uis forte deficiet. Ci. Or. 197. a.
Ii quas discentes uita defecit. Ci. d Or. 150. b.
Dolor me non deficit. Ci. I. V. 268. a.
Vox eum defecit. Ci Ep. 95. a.
Relinquebatur triste quoddam literarum genus, id quoq; deficiebat me, in qua &c. Ci. Ep. 56. a.
In qua non modo defici sed etiam laborare turpe est. Ci. d Cla. 167. b. Mulier abundat audacia, consilia rationeq; deficitur. Ci. p Clu. 56. b.
Ne patres auxilia diminuti deficiant. Ci. d Ar. 253. a.
Nec si a me forte descineris idcirco te a se & a rep. & a tua dignitate deficere patientur. Ci. p Syl. 173. b.
Qui a rep. deficiunt ciuium iura non tenent. Cic. I. C. 303. a. Deficere ab imperio ac nomine nostro uolebat. Ci. I. V. 92. a.
Consules a rep. & a bonis omnibus defecerunt. Cic. p Plan. 277. b. Cæteriq; qui unà cum illa a rep. defecerunt. Cic. Ep. 187. a.
A meq; ipse deficerem. Ci. Ep. 26. b.
Si utilitas ab amicitia defecerit. Ci. d Fin. 81. a.
Difficile est amicitiam manere si a uirtute defeceris. Ci. d Am. Quare si planè a nobis deficis, moleste fero. Cic. Ep. 101. b.
Cum acriter solem deficientem intuerentur. Cic. Tus. 163. b. Olim deficere sol hominibus extinguiq; uisus est. Cic. d Som. 130. a.
Si luna paulo ante solis ortum defecisset in signo Leonis. Ci. d. D. 105. a. b.

Defigo, gis. Ci. p Rab. 92. b. Qui in campo martio crucem defigi, & constitui iubes.
Quamq; humi defixa tua mens erit. Cic. d Som. 228. a.
Hæc audacia quam ille præsens in oculis uestris, mentibusq; defixit. Ci. d Pro. 70. b.
Ea sententia, quam populi sermo in animis uestris iam ante defixerat. Ci. p Dom. 214. b.
Qui omnes suas curas in reip. salute defigunt. Cic. I. A. 260. b. et. 232. a. In omnium possessiones atq; fortunas impudentissimos oculos spe & mente defigit.
Aliquid intueri, in eoq; defixum esse. Ci. d Or. 197. b.
Vt non modo in auribus uestris sed in oculis óium sua furta atq; flagitia defixurus sim. Ci. I. V. 67. b.
Cum eum in cogitatione defixum esse sensisset statim recessisse. Ci. d Or. 144. a. & 224. b. His locis in mẽte, & cogitatione defixis.
Virtus est altissimis defixa radicibus. Ci. I. A. 193. b.
Sicam consulis in corpore defigere. Ci. I. C. 100. b.
In ea mentem orationemq; defigit. Ci. d Or. 145. a.

Definio, nis. describo, definitione explico, quid aliquid sit constituo, circumscribo, termino, definitione uniuersam rei uim explico, perscribo.
Ci. d Or. 123. b. Cum res quæ sit tota quæritur, definitione uniuersa uis explicanda est.
In omnibus quæ ratione docentur & uia, primum constituendum est, quid quidq; sit, nisi enim inter eos qui disceptẽt conuenit, quid sit illud de quo ambigitur, nec recte disseri, nec unq̃ ad exitum perueniri potest, explicãda est sæpe uerbis mens nostra, atq; inuolutæ rei notitia definienda aperienda est. Ci. Or. 207. b. & ibi. Erit igitur hęc facultas in eo, ut definire rem possit, neq; id faciat tam presse & anguste, q̃ in philosophorum disputationibus fieri solet.
Videamus igitur rursus, priusq̃ digrediamur ad leges singulas, uim naturamq; legis, ne cum referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis, ignoremusq; uim sermonis eius, quo iura nobis definienda sint. Ci. d Leg. 270. b.
Omnis autem in quærendo, quę uia quadam & ratione habetur oratio, perscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur, ut inter quos disseritur, conueniat quid sit id de quo disseritur. Ci. d Fi. 64. b.
Si quis uniuersam & propriam oratoris uim definire, complectiq; uult, hic orator erit, qui &c. Ci. d Or. 90. b
Aliquid breuiter illustrare, uerbisq; definire. Cic. de Ora. 123. b.
Definire uim uocabuli alicuius. Ci. d In. 44. a.
Perficiendi uis ita definitur a Stoicis, ut negent &c. Cic. d Fin. 143. a.
Philosophi causam aut controuersiam appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. Cic. d Ora. 253. a.
Itaq; id definimus quod sit indifferens cum æstimatione mediocri. Ci. d Fin. 101. a.
Quę autem pars subiecta generi est eam sic definiunt ut id decorum esse uelint, quod &c. Cic. Off. 19. b. & ibi. Atq; illud superius sic definiri solet decorum id esse, quo &c.
Definiendo explicare rem latentem. Cic. d Cla. 178. a.
Sed genus uniuersum breui circunscribi & definiri potest, omnes optimates sunt, qui &c. Ci. p Sest. 23. a.
Itaq; probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam uirtutem esse dicunt propugnantẽ pro ęquitate. Ci. off. 13. a.
Res inuolutas definiendo explicare. Ci. d Or. 206. a.
Definire rem uerbis breuiterq; describere. Cic. de Inuen. 43. b.
Vis uocabuli definienda uerbis est. Ci. d In. 68. a.
Rei idest eloquentiæ uim ac naturam explicemus. Ci. Ora. 207. a.
Artem definiri ex rebus perspectis planeque cognitis &c. Cic. d Ora. 44. a.
In hoc quidẽm certe prope idem nullis ut terminis circunscribat, aut definiat ius suum. Ci. d Or. 91.
qui mala dolore, bona uoluptate definiũt. C. I. P. 88. b.
Atq; his ferè ipsis definietur uiris. Ci. d Or. 143. b.
Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. Ci. I. A. 216. a.
Dat pręterea potestatem uerbo prętoriam, re uera regiam definit in quinquennium. Ci. ꝯ Rul. 72. b.
Sępissimeq; extrema definiunt. Ci. Or. 202. b.
Si unamquamq; rem certo naturæ termino definiemus. Ad Her. 17. a.

Epicurus

Epicurus negat definiri rem placere, sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur. Ci. de Fin. 64. b.

Hic tu modũ uitæ tuæ non salute reip. sed æquitate animi definies. Ci. p Mar. 135. a.

Non tamen sequitur ut etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitum & constitutum sit. Cic. de Fat. 142. a. Neq; æquum est tempore & die memoriam beneficij definire. Ci. Postq̃. 203. a.

Loca quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi rom. definiunt. Ci. p Cor. 68. a.

Similiter extrema definire. Ci. Or. 202. b.

Qui imperium populi rom. orbis terrarum terminis definiuit. Cic. p Sest. 18. a.

Res hæ quas gessimus orbis terræ regionibus definiuntur. Ci. p Arch 190. a.

Illi orbes qui aspectũ nostrũ definiunt. Ci. de D. 127. b.

Quas ego optimatium discordias a Dijs immortalibus definiri putem? Ci. de Ar. 256. a.

Tu mores finges, fines bonorum constituas, officia describas, quam uitam ingrediar definias &c. Cic. Acad. 28. b. Cur quæ optimo iure esse debet, huic præcipue lex iniuriæ definitur? Cic.

Tibi quid facias definit. Ci. p Quin. 15. b.

Definite. finite. Ci. p Cor. 61. b. Lex Gellia, quæ definite potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat. et de Or. 229. a. Definite de singulis hominibus.

Definitio, onis. descriptio. Ci. de Ora. 100. b. Definitio est earum rerum, quæ sint eius rei, quam definire uolumus, breuis & circumscripta quædam explicatio. et ibi. Definitionibus, quam uim rei habeant est exprimendũ. & ibi. Propriam cuiusq; rei uim definitione declarare. Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est, definitio enim est oratio, quæ quid sit id, de quo agitur, ostẽdit q̃ breuissime. Ci. de Or. 218. b.

Definitio est, quæ id quod quasi inuolutum est, euoluit. Cic. Top. 221. b.

Definitio est quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolute. Ad Her. 32. a. & ibi. Hęc exornatio omnem rei cuiuspiam uim & potestatẽ dilucide proponit & breuiter explicat. & ibi multa definitionum exempla sunt.

Atqui hęc patefactio quasi rerum opertarum, cum quid quicq; sit aperitur, definitio est. Ci. de Fin. 64. b.

Faciam quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut quid sit illud de quo disputetur, explanetur, ne uagari & errare cogatur oratio, si ij, qui inter se dissenserint, non idẽ esse illud de quo agitur intelligent. Ci. de Or. 102. b.

Omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputetur. Ci. Off. 2. b.

In uerborũ definitionibus neq; abesse quicq̃ decet, neq; redundare. Ci. de Or. 116. a.

Atq; in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, ut uerbum illud, quod causam facit lucide, breuiter uterq; definiat, quod mihi quidem per q̃ puerile uideri solet, alia est enim, cum inter doctos homines de ijs ipsis rebus, quæ uersantur in artibus, disputatur, uerborum definitio, ut cum quæritur, quid sit ars, quid sit lex, in quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut uis eius rei quam definias, sic exprimatur, ut neq; absit quicquam neq; supersit. Cic.

Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum, partitionum, cum res ea, quę proposita est quasi in membra discerpitur, ut si quis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum authoritate, edictis magistratuum, more, ęquitate consistit, diuisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, hoc modo, abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Ci. Top. 222. b.

Definitio est oratio quæ id quod definitur, explicat quid sit, definitionum autem duo sunt genera, prima, unum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur &c. Ci. Top. 222. b.

Definitio genere declaratur & proprietate quadã aut etiam communium frequentia, ex quibus propriũ quid sit eluceat. Ci. Part. 233. b.

Cum autem quid sit quæritur, notio explicanda & proprietas & diuisio & partitio, hæc enim sunt definitioni attributa, additur etiam descriptio quam græci χαρακτῆρα uocant. Ci. Top. 228. a.

Breuis & apta & ex opinione hominum definitio. Ci. de Inuen. 68. b.

Ita quæcunq; est hominis definitio una in omnes ualet. Cic. de Leg. 161. b.

Nulla dissimilitudo est in genere, quæ si esset non una omnes definitio contineret. Ci. de Leg. 161. b.

Definitio atque descriptio aut informatio uerbi. Cic. Part. 239. a.

Omnes optimates sunt, qui neq; nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Cic. p Sest. 23. a. b.

Quid est quæso Metelle iudiciũ corrumpere si hoc non est? Cic. I. V. 65. a.

An tu Romæ habitare, id putas incolumem esse? Cic. Att. 285. b.

Quid est aliud legibus abuti nisi hoc modo accusare? Cic. pro. S. R. 27. a.

Vellem hoc esset inquit laborare. Ci. de Or. 135. b.

Voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. Ci. de Fin. 65. a.

Hominum & temporum definitione sublata. Cic. de D. 131. b.

Definitiuus, a, um. ut definitiua constitutio. Ci. de In. 68. a. & 46. a.

Definitus, a, um. certus. Ci. Ep. 36. b. Nihil habẽt quod definitum sit aut certum.

Hic certus est in cœlo ac definitus locus. Cic. de Som. 227. b. Bene dicere autem non habet definitam aliquam regionem. Ci. de Or. 109. a.

Si recta intelligẽtia & definita moderatione animi gubernetur. Ad Her. 1. a.

Genera esse definita nõ solum numero sed etiam pauci tate. Ci.đ Or.121.b.

Certum autem, in quo quid in personis & in constituta re & definita quæreretur. Ci.đ Or.112.b. &.114.b. *Vnum de certa definitaq; causa.*

Desit. Ci.Tus.200.a. *Pal mihi fortuna magis nunc de sit quàm genus.*

Defixus, a, um. *infixus, hærens in aliqua.*

Ci.p Fla.146.b. *Totum statum ciuitatis & oẽm spem &c. in uestra potestate & in hoc una iudicia positum esse & defixam.*

Porticus furoris Tribunitij, defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam. Ci.p Du.233.b.

Vitia in aliquo penitus defixa atq; hærentia. Ci.đ Ar. 257.a.

Deflagratio, onis. Ci.p Pla.279.b. *Cum mea domus ardore sua deflagrationem urbi minaretur.*

Deflagratio futura aliquandu cœli atq; terrarum. Ci. đ.D.103.b.

Terrarum omnium deflagratiu. Ci.đ Fin.103.b.

Deflagro, as. Ci.đ.N.40.a. *Qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templũ deflagrauisse. Curia Saiiorum deflagrauit.* Ci.đ.D.86.b.

Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Ci.Acad.30.a.

Illæ faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit. Ci.I.A.177.b.

Phaeton ictu fulminis deflagrauit. Ci.Off.71.a.

Ædes nympharum manu tua deflagrauerunt. Cic.Parad.121.b.

Deflecto, ctis, *declino, contorqueo.*

Ci.đ Ar.253.a. *Nihil ut a patris uirtute, præterquàm quod a Senatu desciuerat, deflexisset.*

Deflexit enim iam aliquantulum de spatiu curriculoq; consuetudo maiorum. Ci.đ Am.104.a. &.114.a. *Sed nesciu quomodo ab amicitijs sapientũ &c. ad leues amicitias deflexit oratio.*

Si quis tantulum de recta religione deflexerit. Ci.I.V. 272.a. *aliter ratione.*

In quo uerbo lapsa consuetudo deflexit de uia, sensimq; eo deducta est ut &c. Ci.Off.34.b.

Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos uidemus. Ci.đ.D.88.a.

Ætas iam a diuturnis laboribus deflexa ad otium. Ci. At.145.a. *Curia de suarum actionum cursu tua causa deflexit.* Ci.Ep.111.a.

Vt declinet a proposito deflectatq; sententiam. Ci.Or. 209.b. *Cũ te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transtulisses.* Ci.p Mur.135.a.

Qui semel a ueritate deflexit. Ci.p.Q.R.52.b.

Si ad uerba rem deflectere uelimus. Ci.p Cec.294.a.

Defleo, fles. Ci.đ Cla.196.a. *Sæpe enim inter nos impendentes casus defleuimus.*

Defleui coniugis miseræ dissidium. Ci.p Dom.232.a.

Illud initium ciuilis belli sæpe defleui. Ci.Ep.163.a.

Sed hæc satis diu multũq; defleta sunt. Ci.I.A.248.a.

Defletus, a, um. *comploratus.* Ci.đ Or.143.b. *L. Crassi mors quæ est a multis sæpe defleta.*

Num liberi defleti, non fortunæ omnes a uictoribus possiderentur. Ci.Tus.166.b.

Deflorescu, scis. Ci.đ Cla.194.b. *Non talis qualem tu Brute iam deflorescentem cognouisti.*

Quæ natura & celeriter deflorescunt. Ci.p Cel.47.a.

Formæ dignitas aut morbu deflorescit aut uetustate extinguitur. Ad Her.32.b.

Defluo, is. Cic.đ Am.107.a. *Ne quid excidat aut defluat in terram.*

Iam ipsæ defluebant coronæ. Ci.Tus.240.a.

Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo. Ci.Ep.139.a.

A quibus mansuefacti & exculti ad elegantiora defluximus. Ci.Tus.161.a.

Ex acto Tribunis Pleb. quos habueram, unus me absente defluxit. Ci.p Sest.18.b.

Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit in forum. Cic.Ora.105.b.

Defodio, dis. Ci.đ Or.124.a. *Vt si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare uellem.*

Nouaculã illam defossam ĩ comitio supraq; impositum puteal accepimus. Ci.đ.D.87.a.

Respõdit coniector thesaurum defossum esse sub lecto, fodit, inuenit aurum &c. Ci.đ.D.136.a.

Defore. Ci.ꝫ Rul.84.a. *Tamen non defore, qui &c.*

Deformatus, a, um. Ci.At.36.a. *Sic egu hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus subito deformatum uidi. & ibi. Deformatus corpore, fractus animo.*

Mortuus deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. Ad Her.14.b.

Ludi deformati, ĩquinati, peruersi, conturbati. Ci.đ Ar. 249.b. &.257.a. *Si hominem deterrimum poeta aliquis fictis cõquisitisq; uitijs deformatum uellet ĩducere.*

Deformata ciuitas. Ci.đ Or.143.a.

Parietes nudos deformatosq; reliquit. Ci.I.V.228.b.

Aliquis deformatus atq; ornamentis omnibus spoliatus. Ci.p Quint.17.b.

Deformis, me. *turpis.* X. *formosus.* Ci.đ In.50.a.

Ci.Ep.54.b. *Nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed misereri potius.*

M. Cælium nunq̃ pœnitebit non deformem esse natum. Ci.p Cæl.38.b.

Iocus in rebus turpiculis & quasi deformibus, ponitur. Ci.đ Or.131.b.

Motus status' ue deformis. Ci.đ Fin.132.b.

Partes quæ ad naturæ necessitatem datæ aspectum deformem habent. Ci.Off.15.b.

Deforme est etiam de seipso prædicare &c. Ci.p Cæl. 38.b.

Deformitas, tis. *prauitas, turpitudo.*

Ci.đ Or.97.b. *Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemq; ueniamus.*

Deformitas & corporis uitium. Ci.đ Or.131.a.

Dignitas nulla erit, sed summa deformitas. Cice. Ep. 147.a.

Nullum est maius malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri? Ci.Off.73.b.

Corporis

Corporis prauitas.Ci.d Leg.166.a.& ibi.Animi deformatus.

Deformo,as. exprimo uel effingo.X.orno,exorno.
Cic.p Cecin.287.b. Quis igitur?ille quem supra deformaui. Eius concio, in qua Pompeium ornat,an potius deformat?Ci.d Ar.256.a.
Qui sunt qui Italiam deformauerunt?Carthaginenses. Ad Her.28.b.&.27.a.Aut si qua re deformabimus ut si cruentam aut cœno oblitum, aut rubrica delibutam inducamus. Ea quæ accusatores deformandi huius causa dixerunt.Ci.p Cæl.38.a.
Quę ita a fortuna deformata sunt,ut tamen a natura in choata compareant.Ci.p Syl.181.a.

Defraudo,as. Ci.Or.213.b. Ne breuitas defraudasse aures uideatur,ne'ue longitudo obtudisse.
Quem antea ne Audabatam quidem defraudare poteramus.Ci.Ep 100.a.

Defrico,as. Ad Her.27.a.Nam ut forte hic in balneas uenit,cœpit postq̃ perfusus est defricari.

Defringo,gis. Ci.p Cecin.296. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.
Surculo defringendo usurpare possessionem amissam. Ci.d Or.153.a. Hic subsellii calce premens dextro pedem defringit.Ad Her.41.a.

Defugio,gis.recuso. Ci.d Or.93.b. Non te decet eam disputationem defugere.
Defugere aliquod munus.Ci.At.120.a.
Attende iam quàm defugiam authoritatem consulatus mei.Ci.p Syl.173.a.
Ne munus humanum assignatum a Deo defugisse uideamur.Ci.d Som.128.a.
Iniurias fortunæ,quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.Cic.Tus.251.a.

Defungor,eris. Ci.p.S.R.21.b.Cum ij,qui antea metuebant,redirent,& iam defunctos sese periculis arbitrarentur. Illi,quorum omnis est religionis pietate defunctus.Ci.Anteq̃.194.b.
Neq; ego pro maximis tuis beneficijs tam uili munere defungor orationis.Ci.Ep.158.a.
Et hoc mendacio, si qua periculo tibi impenderent, ut defungeremur,optaui.Ci.Ep.112.a.
Quis non maximo se affectum beneficio putauit?cum tribus decumis pro una defungeretur?Ci.I.V.156.a.

Degenero,as. ueteres maiorum laudes obtero, deflecto.
Ci.d Clo.176.a.Naturale quoddam stirpis boni degenerauit,uitio deprauatæ uoluntatis.
Frater tuus qui a uobis nihil degenerat.C.I.A.153.a.
Cuius utinam filij non degenerassent a grauitate paterna.Ci.d Pro.71.b.
Ab hoc perenni contestataq; uirtute maiorum non degenerauit L.Flaccus.Ci.p Flac.151.a.
Consuetudo & disciplina degenerare non sinit. Cic.I.V.184.a.
Panætius degenerauit a Stoicis.Ci.d.D.81.a.
A quo illum degenerare dolebat.Ci.Tus.188.a.
Nanq; horum posteri ita degenerant ut ipsi ex se nati esse uideantur.Ci.d Fin.127.a.
Nõnulli digni maiorũ loco reperiũtur.Ci.p Ra.66.a.

Quid maioribus nostris reddere debeamus diligentissime cogitandum est.Ci.p Sest.22.b.
Aliquando patrium omnium uirtutemq; capiamus.Cic.I.A.189.a. Timotheus belli laude non inferior fuit q̃ pater.Ci.Off.23.b.
Maioribus dedecori esse nefas uitiumq; putandum est. Cic.Off.24.b.

Dego,gis. Ci.d.N.12.a.Quę uita Deorum sit, quæq; ab ijs degatur ætas. Quod reliquum est uitæ in otio Rhodi degam.Ci.Ep.120.b.
Id sibi quisq; genus ætatis degẽdæ constituit,quod maxime adamauit.Ci.Off.23.b.
Et omne tempus ætatis sine molestia possis degere.Ci. Off.72.b. Cum Lentulo & Catilina fœdissimam et miserrimam uitam degere.Ci.p Syl.181.b.
Degere uitam cum uirtute. Ci.d Fin.113.a.
Degere oẽ tempus ætatis sine molestia. Ci.d Se.77.b.
Degere omnem ætatem in trãquillitate. Ci.d Fi.89.b.
Amicitia nullam ętatis degendæ rationem patitur esse expertem sui.Ci.d Am.112.a.
Degere ætatem inter feras.Ci.p.S.R.43.b.&.42.b.
Degere uitam in egestate.
Degere uitam in exilio.Ci.Anteq̃.197.b.
Ad uitam degendam præparare res necessarias. Cic. Off.3.b.

Degusto,as.delibo. Ci.At.12.a. Altercatio huiusmodi,ex qua licet pauca degustes.
Degustabis genus hoc exercitationum mearum,quibus uti consueui.Ci.Parad.116.b.
Tu uelim Fabium odorere,& istum conuiuam tuũ degustes.Cic.At.12.a.
Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Cic. pro Clu.32.b.
Vis igitur degustare &c. uitam & experiri fortunam meam.Cic.Tus.240.a.
Vellem aliquid degustasses de fabulis.Ci.At.258.a.

Dehinc. Cicæ.d In.67.a. Quod simul diuerterit, dehinc cœnarit.
Primum igitur &c.dehinc &c.Ci.Tus.178.a.

Dehortor,aris. dissuadeo,deterreo,auoco.
Ci.I.P.100.a.Res ipsa aut me aut alium quempiã aut inuitabit,aut dehortabitur.
Si ab his dehortabimur.Ad Her.17.a.
Ne frustra dehortando conemini.Ci.At.272.a.

Deiectio,onis. Ci.p Cec.296.a. Qui illam uim deiectionemq; fecerit.

Deiectus,a,um. Ci.p.Q.R.46.a.Hęc sunt deiecta,illę in ordinem confectæ.

Deiero,as. Ad Her.39.b. Iste oneratus auro clamat & deierat.

Deijcio,cis. deturbo,demolior,depello,disturbo,exturbo,præcipito,dimoueo,eijcio,deiectionẽ facio.
Ci.p.S.R.35.a.Habeo etiam dicere quem contra morem maiorum minorem annis XL de ponte in Tyberim deiecerit. Nos sæpe aduersarios nostros de statu omni deiecimus.Ci.Or.208.b.
Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem.Ad Her.4.b.

Deijci de urbis præsidio & de custodia ciuitatis deturbari. Ci. p Mur. 143. a.

Antonij præsidium Claterna deiecit Hirtius. Cic. I. A. 215. b. *Cum Senatum a gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses.* Ci. p Dom. 218. a.

Tumultuantem de gradu deyci. Ci. Off. 16. b.

Pollicitus est quantum uellent pecuniæ, si me ædilitate deiecissent. Ci. I. V. 70. b.

Hac se commemoratione ciuitatis omnia uerbero depulsurum, cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. Ci. I. V. 269. a.

Quintus Tubera pturo deiectus est. Ci. p Mur. 141. b

Si metum hunc Siciliæ deiecero. Ci. I. V. 162. a.

Vides ne quantũ de doloris terrare deiecerist Ci. Tus. 278. a. *Mihi uidetur* ϛεατήλαξ *ille deiectus de gradu.* Ci. At. 161. a.

Libellas Sex. Alphenus deiecit. Ci. p Quin. 4. b. et. 14. b. *De saltu deijcitur Quintius.*

Nec uero usquam discedebam nec a repub. deijciebam oculos. Ci. I. A. 153. a.

Deyci uel dimoueri ex passessione. Ci. p Rul. 82. a.

Vt cuius pecuniæ me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunijs de honore deyceret. Ci. I. V. 71. a.

Eieci ego te non deieci. Ci. p Cec. 192. a.

Prætor interdixit ut unde deiecisset restitueret. Ci. p Cecin. 289. a. & 190. b. *Non deieci sed obstiti.* & ibi. *Qui armis pulsus est non uidetur esse deiectus?*

Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat, ex defensione eius deiecero. Cic. I. V. 156. b.

Qui ui deiectus est. Ci. p Cec. 296. a.

Dein. *deinde, ex.* Ci. de N. 47. b. *Dein quæ sequuntur.* & de Cla. 172. b. *Dein flocescebat oratia.*

Dein pro deinde. Ci. Or. 211. a. & p Mil. 109. b.

Deinceps. *deinde, postbac, continua, continuus, suum ordinem subsequi.*

Ci. de Or. 87. a. *Cotta qui Tribunatum petebat, & Sulpitius qui deinceps eũ magistratum petiturus putabat.*

Primum est officium ut se conseruet in naturæ statu, deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sint. Cic. de Fin. 94. a.

Breues deinceps tres, extrema producta pæanem faciunt ∪∪∪–. Ci. de Or. 160. a.

Sed tamen tres fratres quos deinceps Tribunos Pl. per trienniũ uideo fore, te nola bere inimicos. Ci. Ep. 29. b.

Tum reliquos ut institui deinceps persequor. Ci. de Or. 282. b. *Annales Ennij ut deinceps legi possint, effici posse.* Ci. de N. 44. b.

Loci autem qui &c. deinceps est uidendum. Cic. Top. 228. b. *Velim deinceps meliora sint, idest post hac.* Cic. Att. 279. b.

Res quas Cæsar anno post & deinceps reliquis annis administrauisset in Gallia. Ci. de Clo. 187. b.

Deinceps in lege est ut de ritibus colantur optimi. Ci. de Leg. 178. a. *Sed deinceps omnia plena consiliorum uidemus.* Ci. de Or. 88. a.

A quibus ducti deinceps omnes sapientes habebantur. Ci. Tus. 229. b.

De iustitia satis dictum est, deinceps ut erat propositum de liberalitate dicatur. Ci. de Off. 9. a. b. & 28. b.

Prima &c. secunda &c. tertia &c. deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Ci. Off. 32. b.

A'κροστιχίς cum deinceps exprimis uersus literis aliquid connectitur. Ci. de D. 231. b.

Qui primus, qui secundus, qui deinceps moriturus. Cic. de D. 94. a. *Deinceps accipere ab alijs & tradere alijs.* Ci. de Som. 230. b.

Vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam &c. Ci. Tus. 209. b. *Opera mea remp. incolumem magistratibus deinceps traditam.* Ci. Postq. 201. b.

Sacra deinceps familijs prodantur & sint perpetua. Ci. de Leg. 179. b.

Cauendum est etiam ne id quod semel supradiximus, deinceps dicamus. Ad Her. 3. b. i. iterum.

Posteaque deinceps &c. Ci. de Clo. 165. b. et. 294. a. *Deinceps inde multa &c.*

Vt Senatũ funditus deleas, reliqui boni suum ordinem subsequantur. Ci. I. A. 251. a. *idest ut reliqui boni deinceps a te deleantur.*

Deinde. *dein, exinde, exin, dehinc, post hac, deinceps, secundo loco.*

Ci. de D. 125. a. *Totius augurij primum naturam ipsam uidere, deinde inuentionem, deinde constantiam.*

Primum Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more maiorũ, deinde quod caput est amico. Ci. Ep. 35. b.

Deinde &c. deinde &c. quater. Ci. de In. 50. b.

Deinde Delphinus, exinde Orion. Ci. de N. 48. b.

Quas ad te deinde literas mittemus. i. post hac. Ci. Q. Fr. 327. a.

Deintegro. *denuo.* Ci. At. 213. a. *Illud uero uel optime quod ita multa mutari nolunt, ut mihi deintegro scribendi causa non sit.*

Qui in morbum deintegro inciderunt. Ci. Ep. 201. a.

Eas leges deintegro ferri placet. Cic. I. A. 296. a. & At. 221. b.

Deiungo, gis. Ci. de Vn. 197. a. *Ita necessitas cogit ut eadem sint ea quæ deiuncta fuerunt.*

Delabor, ris. Ci. de Or. 159. b. *Ex utroque parte tecti aqua delabitur.* & In Arat.

De manibus audacissimorum ciuiũ delapsa arma ipsa ceciderunt. Ci. Off. 16. a.

E cælo diuinum hominẽ esse in prouinciam delapsum. Cic. Q. Fra. 291. a.

Omnia, quæ delapsa iam fluxerunt seueris legibus uincienda sunt. Ci. p Mar. 134. b.

Insperanti mihi cecidit ut in istum sermonem delaberer. Cic. de Ora. 93. a.

Iam enim a sapiẽtum familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio nostra delabitur. Ci. de Am. 110. b.

A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio est nostra delapsa. Ci. p Cæl. 40. a.

Delabi in morbum. Ci. At. 104. a.

A maioribus ad minora delabi. Ci. Part. 230. b.

Delabi in aliquod uitium. Ci. de Or. 231. b.

Habenda est ratio rei familiaris, quam delabi sinere flagitiosum est. Ci. Off. 46. b.

Cum

Cum tu prouectus subito atq; delapsus in flumen nusq; apparuisses.Ci.d.D.92.b.
Delabitur interdum ut dicat opinaturum &c. Ci.Acd. 15.b. Dum autem uerbis utitur suis delabitur in eas difficultates,ut necessitatem fati confirmet inuitus. Cic. d Fat.148.a.
Nam ipse quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam uidetur.Ci.Ep.88.a.
Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea,cum id mihi propositum initio non fuisset.Ci.Q.Fr.293.a.
Delapsus,a,um. ut signum cœlo delapsum.Ci.I.A.236.a.l.Delabor.
Delatio,onis. accusatio.
Ci.I.V.62.b.Cuicunq; uos delationem dedissetis.
Inter postulationem & nominis delationem uxor discessit.Ci.Ep.115.b.
Delatio nominis.Ci.I.V.65.a.& p Clu.22.b.
Delectamentum,ti. Ci.I.P.92.b.Inania sunt ista, mihi crede,delectamenta penè puerorum.
Delectatio. oblectatio,fructus,studium,iucunditas,fructus iucunditatis,animi causa.X.fastidium.
Ci.d Sen.86.b.Delectationes conuiuiorum non corporis uoluptatibus,magis quàm cœtu amicorum sermonibusq; metiebar.
Delectatio est uoluptas suauitate sensus animum deliniens.Cic.Tus.213.a.
In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumq; uersari.Ci.Postq.207.a.
Fabulę delectationis habent multum. Ci.d.D.131.b.
Quæ popularem admirationem habuerunt,delectationem tibi nullam attulissent.Ci.Ep.95.a.
Mira quędam in cognoscendo suauitas & delectatio. Cic.d Ora.101.a.
Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit. Cic. p Pom.11.b. Ab delectatione omni negotijs impedior.Ci.p Mur.133.b.et ibi.Et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus.
Hominis mens uidendi & audiendi delectatione ducitur.Cic.Off.21.b.
Res rusticas uel fructus causa uel delectationis inuisere Ci.d Or.106.b.&.200.b.
Magna delectatione & uoluptate te priuasti.Cic.Ep. 141.b. Post autem delectatio iucunditasq; celebrauit.Ci.d Or.157.a.
Study delectationisq; causa scribere leges non reip. ut Plato &c.Ci.d Leg.172.a.
Doctrina & litteræ,quæ secundis rebus delectationem modo habere uidebantur,nunc uero etiam salutem.Ci. Ep.89.b.
Hoc habet magnam delectationem.Ad Her.29.b.
Quæ ista potest esse oblectatio Deo?d.N.6.b.
Delecto,as. oblecto,ago,duco,capio, delectationem habeo,delectationem affero.
Ci.d Or.151.b.Quod non solum delectet,sed etiam sine satietate delectet.
Pulchritudo corporis mouet oculos et delectat.Ci.Off. 30.a. Litteræ tuæ incredibiliter me delectauerunt. Ci.Q.Fr.315.b.
Philotimi literę me admodũ delectarũt. Ci.At.216.b.
Itaq; libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam.Ci.At.26.a.
Quia me status hic reip.non delectat.Ci.Ep.8.b.
Interea quidẽ cũ musis nos delectabimus. Ci.At.25.a.
Tu te istic Atheniano iure delectato, ego me hic Hirciano.Ci.Ep.158.a.
Itaq; non tam ista me sapientię fama delectat, q̃ &c.Ci. d Am.98.b. Incredibile est q̃ me Quintus in omni genere delectarit.Ci.At.154.a.
Hermathena tua ualde me delectat.Ci.At.2.a.
Me magis de Dionysio delectat,ipse est enim ueterator magnus.Ci.Q.Fr.314.b.
Vt me ab eo delectari facilius quàm decipi putem posse.Cic.I.V.61.b.
Vt ab altero nõ delectere,alterũ oderis.C.Or.216.a.
Delectatur audiens multitudo & oratione ducitur,& quasi uoluptate quadã perfunditur.Ci.d Cl.181.a.b.
Delector,aris. oblector,ducor,capior,teneor,delectatione uidendi ducor,ex aliqua re fructum capio,uoluptate afficior,morior in studio faciendi aliquid,pascor,perfruor,gaudeo,lætor.
Ci.Q.Fr.323.b.Puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur.
Hisce ego rebus pascor,his delector, his perfruor, q̃ Senatus &c.Ci.I.P.89.a.
Nunc quidem certe cogitatione quadam speq; delector.Ci.p Arch.191.a.
Multi opinione ęquitatis delectantur.Ci.At.20.b.
Nullo prorsus plus homine delector.Ci.Ep.200.b.
Magis meo facto delector q̃ tuo.Ci.Ep.55.b.
Ennio delector ait quispiam,qui &c. Ci.d Or.200.a.
Cognosce nunc hominis audaciam,in rep.perdita delectare.Ci.Q.Fr.322.a.
In hoc admodum delecter,quod &c.Cic.d.L.172.b.
In quo ualde delector,me ante prouidisse &c. Ci. At. 273.b.i.in Dolobella.
Delectari in aliqua re. Ci.d Fin.57.a.
Ne criminibus inferendis delectetur amicus.Ci.d Am. 108 b.
Delectus,a,um. Cic.ꝯ Rul.75.a.Cum delecta finitorum iuuentute etc.
Natiuum malum.X.delectum mali.Ci.p Do.215.b.
Vir sæpe ad extrema reip.discrimina delectus. Ci.p Dom.218.a.
Delectus,ctus.discrimen. Ci.Off 10.a.Tertiũ est propositum ut in beneficentia delectus esset dignitatis.
Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi,nec dubium quin maximo cuiq; plurimum debeatur. Cic.Off.10.b.
Iste omnia iura pretio exæquauit omnium rerum delectum atq; discrimen pecunia sustulit.Ci.I.V.133.b.
Cæteri agri sine ullo delectu Decemuiris addicentur. Cic.ꝯ Rul.77.b.
Qui imperatoribus nostris ĩ bello delectum uirtutis eripi uellet.Ci.p Cor.65.a. Officia tolluntur delectu omni & discrimine remoto.Ci.d Fin.121.b.

Delectus autem & notatio iudicium etiam in nostris ciuibus haberi solet.Ci.I.A.197.a.

Verborum propriorum delectus est quidam habēdus. Ci.d Or.156.b.& d Cla.190.a. Verborum delectus elegans. Verborum delectum originem esse eloquentiæ.Ci.d Cla.188.a.ex Cæsare.

Mihi quidem etiam laudatius uidetur, quod eligitur, et ad quod delectus adhibetur.Ci.d Fin.146.a.

Quarum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.Ci.Or.201.b.

Si rerū aliquē delectū reliquissent.Ci.Off.2.a.

Quod idem facere Censores in delectu dignitatis & in iudicio ciuium & in animaduersiane uitiorū qui conuenit?Ci.p Clu.44.a.

Itaq; harum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut reijciendis uoluptatibus maiores alias consequatur. Ci. d Fin.55.b.

Populus non delectu aliquo aut sapientia iudicat, sed impetu nonnunq̄ et quadā temeritate.Ci.p Pl.260.b.

Habere delectum ciuis & peregrini, in ipsoq; peregrino priuatim ne an publice uenerit. Ci.Off.30.a.

Exercitus ille noster superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus omnis interijt.Ci.d Pro.70.a.

Nullus usq̄ delectus, nam cōquisitores [illegible] non audent, nec nomina dant.Ci.At.115.a.

Delectum haberi sublatis uacationibus.Ci.I.A.200.b.

Delegatio, onis. Ci.At.186.b.Delegatio in Mancipe annua die.

Delegatus, a, um. Ci.At.27.b.Quoniam putas prætermittendum a nobis esse hoc tpe cratera illū delegatum.

Delego, as. Ci.d Or.120.a.Hæc ipsa, quę nunc ad me delegare uis, ea semper in te præstantia fuerunt.

Tamen in hoc te deprecor ne me arrogantiæ condemnes, quod hunc laborē alteri delegaui.Cęl.Ep.111.b.

Quintum delegabo, si quid ęri meo alieno superabit. Cic.Att.220.a.

Delegaui amico locupletiori &c.Ci.p Dom.216.b.

Balbi regia conditio est delegandi.Ci.At.189.a.

Deleo, es. tollo, extinguo, adimo, abstergeo, induco. Cic.Ep.104.a.Non enim te puto meas epistolas delere, ut reponas tuas.

Imagines sicut literæ delentur.Ad Her.22.a.

Iam scripseram, delere nolui.Ci.At.240.a.

Hæc delentur statim, illæ seruantur sanctæ.Ci.p.S.R. 46.a. Nominis propè romani memoriam cum uestigio imperij non modo ex ædibus grecorum uerum etiā ex literis esse deletam.Ci.p Fla.159.a.

Delere tectoriū ex pariete.✕.inducere.Ci.I.V.105.b.

Nisi Pompeius uincit nomē populi romani deleatur necesse est.Ci.At.159.a.

Delere epistolam lacrymis.Ci.Ep.234.a.

Quarum alteri uno aduentu nostri exercitus deleti sunt.Ci.p Mur.142.a.

Si patria deleatur, non doleat?Ci.Tus.167.b.

Qui cum per se remp.lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit.Ci.Postq̄.204.b.

Delere patriam.Ci.Off.12.a.&.I.C.121.a.

Vrbi hæc, quam delere uoluisti. Cic.d Arusp.251.a.

& Postquam.102.a.

Scipio Numantiam deleuit.Ci.I.C.123.a.

Iupiter urbes deleuit, fruges pdidit.Cic.p.S.R.40.a.

Multi deleti sunt hoīes hoīum impetu.Ci.Off.36.a.

Delere aliquod ædificium.Ci.ꝯ Rul.83.b.

Delere sepulchrum.Ci.d Leg.183.a.

Cotta sic disputat ut Stoicorum magis argumenta cōfutet, q̄ hominum deleat religionem.Ci.d.N.81.b.

Quę deliberatio non in re delenda sed in augēda mercede consumpta est.Ci.Postq̄.200.b.

Magnas hostium copias multis prælijs esse deletas. Ci. pro Pom.7.b.

Omnem memoriam discordiarū obliuione sempiterna delendam censui.Ci.I.A.153.a.

Hæc nulla unq̄ uetustas obruet, nulla delebit obliuio. Cic.pro.Deio.150.b.

Qui non modo præsentia uerum etiam futura bella deleuit.Cic.d Am.97.b.

Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola.Ci. Q.Fra.327.a.

Extīguere & funditus delere aliquid.Ci.d Ar.244.b.

Extinguere atq; delere improbitatem.Ci.I.V.59.a.

Extīcto Senatu, deletisq; indicijs qd ē etc.Ci.Off.51.b.

Homines morte deleti.Ci.d.N.9.b.

Toto animante deleto, & facto interitu uniuerso. Cic. Tus.167.b.&.174.a.Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius?

Ius & fas omne delere.Ci.At.11.a.

Qui oēs leges una rogatione deleuit.Ci.p Sest.15.b.

Tu cruore & flamma omnia delere uis.Ci.Off.331.a.

Delenda est uobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta.Ci.p Pom.5.a.

Deletrix, cis. Ci.d Ar.255.b.Illa penè deletrix huius imperij sica.

Deliacus, a, ū. Ci.p.S.R.40.b.Deliaca uasa.& Acad. 21.a.Gallinarius Deliacus.

Delibatus, a, um.Ci.d Cl.169.b.Flos delibatus populi.✻

Deliberatio, onis. consultatio, cōsiliū, [illegible] magnum. Ci.At.102.a.Id corām considerabimus, quale sit, habet enim res deliberationem, & si ex magna parte tibi assentior.

Deliberationes, quas habebat de rep.Ci.I.A.155.a.

Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor, ita multa ueniunt in mentem in utranq; partē.Ci.At.218 a.& ibi.Iam illa consilia priuata sunt &c.

Inciditur enim omnis iam deliberatio si intelligitur nō posse fieri.Ci.d Or.139.b.

Vtinam uirorum fortium tantam copiam haberetis, ut hæc uobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus præficeretis.Ci.p Pom.9.a.

Maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem pertinerent, omnisq; ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio.Ci.d Fat.140.a.

De uiri boni deliberatione & consultatione quærimus. Cic.Off.62.a.&.54.b.Panætius non uidetur debuisse huiusmodi deliberationem ītroducere.&.2.b.Triplex est consilij capiendi deliberatio, nam &c. & ibi. Id qđ in deliberationem cadit.

Cōmunicatio, quæ est quasi cum ijs ipsis, apud quos dicas, deliberatio.Ci.ad Or.162.a. & 118.a. Causa ex deliberatione constans ut belli.

Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationū. Ci.ad Or.86.b. Demonstratio & deliberatio genera sunt causarum.Ci.ad In.44.b.

Deliberatiuus,a,um. ex deliberatione constans. *Ci.ad In.71.b.Causa deliberatiua.& 43.b.Deliberatiuum genus est, quod positum in disceptatione & consultatione ciuili habet in se sententię dictionem.*

Deliberatus,a,um. *Ci.Ep.61.a.Nec illi quicq̄ deliberatius fuit, q̄ &c.*

Delibero,as. *consulto, consulo, consilior, deliberationem habeo de rep. consilium faciendi aliquid exquiro, consilium capio, considero, uideo, concoquo, inquiro.*

Ci.Postq̄.200.b.Is noctem sibi ad deliberandum postulauit, quæ deliberatio &c.

Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se uidetur, fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi.Ci.Off.3.a.

In deliberando sæpe animi in contrarias partes distrahuntur.Ci.Off.2.b.

Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium uelim.Ci.At.221.a. & Off.11.a.

De geographia etiam atq; etiam deliberauimus. Cic. At 26.b. & ibi Sed id quoq; uidebimus.

Si tecum olim corām potius quàm per literas de salute nostra fortunisq; deliberauissem.Ci.At.171.b.

Deliberare cum aliquo.Ci.ad Fin.

Vt sæpe cum ijs qui audiunt, nonnunq̄ etiam cum aduersario deliberet.Ci.Or.209.b.

Coram tecum mihi potestas deliberandi non est.Ci.At. 819.b. Vt si Senatus deliberet, captiuos redimat an non.Ad Her.16.b. Tibi diu deliberandum & concoquendum est, utrum &c.Cic.pro Q.R.52.b.

Qui uoluptatem summum bonum esse decreuit, non cū ea parte animi in qua inest ratio & consilium, sed cum cupiditate.i.cū leuissima parte deliberat.Ci.ad Fi.88.b.

Non est alienum ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines uel etiam usu peritos. Ci.Off.29.b. Iste certe statuerat & deliberauerat non adesse.Ci.I.V.76.b.

Mihi deliberatum & constitutum est, ita gerere consulatum.Ci.ꝯ Rul.65.a.

Sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum, omnes, qui habitarent in Sicilia iudices reijceret Cic.I.V. 168.a.b. Certum est deliberatumq; dicere &c.Cic. pro.S.R.23.b.

Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem infitiandi, responde.Ci.p.Q.R.52.a.

Quamobrem statutum est atq; decretum omnia perpeti.Cic.Antequam.196.a.

Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquàm.Ci.At.103.a.& 155.a.

Mihi certum est a Iudicijs causisq; discedere. Ci.ad Or. 821.b. Cæsar hoc scribit, sibi certum esse Romę manere.Ci.At.205.b.

Nec adhuc stabat, quo potissimum.Ci.At.45.b.

Mihi constat meā contumeliā nō ferre.Ci.I.A.256.a

Mihi dubium non est, quin &c.l.Dubius.

Dixisti quippe, iam fixum & statutum est.Cic.p Mur. 239.a.

Delibo,as. *decerpo, quasi libando minuo. & *.l.Delibatus. Cic.p Sest.25.a.Vt omnes undiq; flosculos carpam atq; delibem.*

Et tertius si existat, qui &c.non'ne de sua gloria delibari putant?Ci.ad In.70.b.

Ille nulla uoce delibans insitam uirtutem concidit tacitus.Ad Her.41.b.

Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam.Ci.Ep.156.a.

Quod sit de honestate delibatum uirtute aliquando recuperare.Ci.ad In.84.a. Ex uniuersa mente diuina delibatos animos habemus.Ci.ad Sen.83.a.

Delibutus,a,um. *Ci.ad Cl.184.a.Cn.Octauius, qui de uinctus erat fascijs, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.*

Composito & delibuto capillo passim per forum uolitare.Cic.p.S.R.41.a.

Vxor sacrilega ac periurijs delibuta. Sal.i Ci.270.b. Per terram sanie delibutam fœde diuexarier. Ci.Tus. 171.b. Vt si cruentam rem aut cœno oblitam aut rubrica delibutam inducamus.Ad Her.23.a.

Delicate. *Ci.ad Ora.148.b.Recubare alicubi molliter & delicate.*

Delicate ac molliter uiuere.Ci.Off.21.b.

Delicatus,a,um. *Ci.At.18.b.Odia illa libidinosę & delicate iuuentutis. Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat.Ci.ad N.11.b.*

Delicatæ & obscænæ uoluptates.Ci.ad N.23.a.

Asia ista referta, & eadem delicata.Ci.p Mur.128.b.

Adolescens delicatus.Ci.ad Cle.182.a.

Puer lepidus ac delicatus.Ci.I.C.109.a.

Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu. Ci.p Mil 106.b.

In re seuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem.Ci.Off.29.a.

Is omnia eius adulteria delicatissimis uersibus expressit.Ci.I.P.94.b.

Delicatum conuiuium.Ci.At.30.a.

Delicate regum pateræ.Ci.Parad.117.b.

Deliciæ,arum. *Ci.I.V.200.b.Quæ ciuitas tibi i amore atq; in delicijs fuit.*

Publicanos habeo in delicijs.Ci.At.87.b.

Via Herculanea uendibilis multarum deliciarum. Ci. ꝯ Rul.73.b. Multarum deliciarum comes est extrema saltatio.Ci.p Mur.127.a.

Alter se Catilinę delicias fuisse dicebat. Cic.p Dom. 225.b. Illi quibus eras in delicijs, uix risum tenebāt. Cic.In Vat.32.b.

Pyliæ salutem dices & Atticæ delitijs & amoribus meis.Ci.At.155.b. Longissime ipsi a talibus delicijs uel potius ineptijs abfuerunt.Ci.ad Or.200.b.

Simia quam rex Molossorum in delicijs habebat.Cic.ad D.96.a. & 97.a. Quid amoris & delitiæ tuæ Roscius

Sed redeo ad amores delicias'q; nostras L.Antonium. Ci.I.A.107.b.& .252.a.Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat.

Deliciarum & uoluptatis causa quosdam cum mitrella sæpe uidemus.Ci.p.R.P.126.b.

Cogitatio supellectilis ad delicias,epularum ad uoluptates.Cic.Parad.117.b.

Scito C.Sempronium mel,ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse.Ci.Ep.116.b.

Pueriles deliciæ.Ci.d Or.150.a.

Deliciæ tuæ noster Æsopus.Ci.Ep.94.b.

Delicium,cij. Ci.At.144.a.Deliciū digāma uēderē.

Delictum,cti. Ci.p Mar.133.a. Dij pœnas a populo Romano ob aliquod delictum expetiuerunt.

Quo delictum maius eo pœna est tardior.Ci.p Cecin. 286.a. Quæ autem parua uidentur esse delicta ab ijs est diligentius declinandum.Ci.Off.29.b.

Iniuriarum delictum esse.Ci.p Cec.299 b.& p.R.P. 124.b. Hoīes sapientes delicto suo,non aliorū iniuria,commoueri.Ci.Ep.73.b.

Deligo,as. Ci.I.V.220.b. In ea hominem diuaricari & deligari.i.in ea statua.

Deligo,gis. lego,eligo,delectum habeo, delectum adhibeo. Ci.d Iu.62.b.Ille autem quinq; delegit, quarum nomina multi memoriæ tradiderūt.

Dicendi facultas,sæpe ualuit in consule deligendo.Ci. p Mur.129.a. Bona deligere & reijcere contraria.Cic.d Leg.168.a.

Qui ex Senatu in hoc consilium delecti estis. Ci.p.S. R.20.a. Populus Romanus deligit magistratus in quibus &c.Ci.p Plan.272.a.

Si nobis ex omni populo deligendi potestas esset.Cic. ꝯ Rul.70.b.& ibi.Quem unū ex cunctis delegissetis.

In iudicibus legendis.Ci.p Mil.105.b.

Itaq; delegit e florentissimis ordinibus ipsa lumina.Ci. p Mil.105.b. Eorum fore similes,quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.Ci.Off 42.b.

Quæstorem habes non tuo iudicio delectum.Cic.Q. Fra.291.b.

Delinio,is. mitigo,placatum reddo.

Ci.p Cl.20.b.Ea animum adolescentis pellexit ijs omnibus rebus,quibus illa ætas capi & deliniri potest.

Fouere hominum sensus,delinire animos, & adhibere uoluptates.Ci.p Mur.142.a.

Mulier non nuptialibus donis ,sed filiorum funeribus delinita est.Ci.p Clu.23.a.

Milites blādo appellādo sermone delinire.Ci.of.42.b

Delinire aliquem pretio.Ci.I.V.183.b.

Iam biennium est,cum uirtuti nuntium remisisti delinitus illecebris uoluptatis.Ci.Ep.253.a.

Delinitus blanditijs uoluptatum.Ci.d Fin.55.b.

Delinitio,onis. Ci.Off.45.a.Delinitio multitudinis &c.

Delinitor,oris. Ci.d Cla.187.a. Iudex cuius delinitor esse debet orator.

Delinitus,a,um. Ci.d Or.88.a.Genus hominum, disertorum oratione delinitum.

Delinquo,quis.pecco,committo. Ci.d.N.78.a. Lex ut condemnetur filius si pater deliquisset.

Ne miles in bello propter hostium metum delinqueret. Cic.pro Clu.44.a.

Philosophus artem uitæ professus delinquit in uita.Ci. Tus.177.b. Delinquere in aliqua re.Ci.d In.66.a. & ꝯ Rul.86.b.

Deliquesco,scis. Cic.Tus.217.a.Nec alacritate futili gestiens deliquescat.

Deliratio,onis. Ci.d.D.127.a.O delirationem incredibilem.& d Sen.84.b.Sic ista senilis stultitia quæ deliratio appellari solet.

Deliro,as. desipio. Ci.Off.19.b.Falli,errare,labi,decipi tam dedecet,q̄ delirare,q̄ mente captum esse.

Exposui ferè non philosophorum iudicia ,sed delirantium somnia.Ci.d.N.10.a.

In extis totam Hetruriam delirare.Ci.d.D.87.b.

Desipere,delirare,dementem esse.Ci.d.N.20.a.& .19 b.Omnes ne tibi delirare uisi sunt

Delirus,a,um. mente captus.

Ci.d Or.115.b.Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe uidisse, sed qui magis q̄ Phormio deliraret,uidisse neminem.

An tu censes ullam anum tam deliram fuisse,ut hæc crederet?Ci.d.D.137.b.

Quæ est anus tā delira quæ ista timeat.Ci.Tus.158.b.

Delitesco,scis. Ci.d.N.51.a.Bestiæ in cubilibus delitescunt. Vt eo mitteret amicos,qui delitescerent, deinde repente prosilirent.Ci.p Cæl.50.b.& .51.a.Serui in balneis delituerunt.

Æquitatis iudicium cum erit,caue in ista tam frigida calumnia delitescas.Ci.p Cec.296.b.

Stella tum delitescens,tum rursum se aperiens. Ci.d.N. 36.b. Sic Arcesilas,qui cōstitutam philosophiā euerteret,et in eorum authoritate delitesceret,qui negassent quicquam sciri posse.Ci.Acad.5.a.

Delius,a,um.Ci.I.V.85.b.

Delos,li. Ci.p Pom.14.b. Insula Delos tam procul a nobis in mari Ægeo posita.

Apollinem Deli uiolatum esse.Ci.I.V.216.a.& .81.b.

Delphi,orum. Cic.d.N.71.a. Apollinem ex hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.

Delphos usq; ad Apollinem Pythiū.Cic.p Fōt.280.a. Cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur?Ci. d.D.132.b.

Delphicus,a,um. Ci.I.V.230.b.Mensæ Delphicæ.& d.D.133.a.Oracula Delphica.

Delphinus,ni. Ci.d.D.138.b.Gubernatores cum exultantes loligines uiderint & Delphinos, tempestatem significari putant.

An tu Delphinum ullam anteferre censes figuram suæ. Cic.d.N.26.b.

Deltoton. Ci.In Arat.Deltoton dixere Graij,Quod soliti,simili quia forma litera claret.

Delubrum,bri. Ci.I.V.69.a.Verres delubra sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est.

Smyrnei delubrum Homeri in oppido dedicauerunt. Cic.p Arch.189.b.

Simulacra sanctissima deorum ex delubris religiosissimis sublata.Ci.I.V.25.b.

Mensas

Mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri. Ci.đ.N.77.a.&.68.b. *Aras delubraq; Hecates in græcia uidemus.* *Cum nouum delubrum in urbis clarissimo loco inchoaret.* Ci.ꝓ Dom.240.a.

Delubra musarum colere. Ci.ꝓ Arch.191.a.

Constructa a patribus delubra habẽto. Ci.đ.L.173.b.

Pugnare ꝓ tẽplis atq; delubris deorũ. Ci.đ.N.79.a.

Deludo,dis. *ludo,illudo,eludo,derideo.*

Ci.ꝓ.S.R.22.b. *Deinde aliquanto lentius,nihil agere atq; deludere cœperunt.*

Contemni maiestatem populi rom. deludi nosmet ipsos diutius ab isto patiemini? Ci.ꝯ Rul.81.b.

Delumbo,as. Cic.Or.220.a. *Nec minutos numeros sequens concidat delumbetq; sententias.*

Demens,tis. *de mente ac sanitate deturbatus.* X.*sanus.*

Ci.Off.17.a. *In trãquillo tempestatem aduersam optare dementis est.*

Tragico illo Horeste aut Athamante dementior. Ci.I.P.89.b.

Tũ ille scelere demens &c. Ci.I.C.113.a.

Inconsideratissima & dementissima temeritas. Ci.đ Ar.157.b. *Quę perturbatione animi sanus cum esset timebat,ne euenirent, ea demens euentura esse dicebat.* Cic.đ.D.132.a.

Desipere,delirare,dementem esse. Ci.đ.N.20.a.

Demensus,a,um. Ci.đ Or.200.a. *Vt uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant.*

Dementer. Ci.I.C.116.a. *Res tanta tã dementer credita.*

Dementia,tiæ. Ci.I.C.123.a. *Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt.*

Demergo,gis. Ci.đ.D.137.a. *Equus in quo uehebar mecum una demersus rursus apparuit.*

Cornix,demersit caput & fluctum ceruice recepit. Ci.đ D.83.a. *Quamuis enim demersæ sint leges opibus alicuius,ꝗuis tremefacta libertas,tñ &c.* Ci.Off.37.b. *Est enim animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram.* Ci.đ Sen.93.a.

Demersus,a,um. Ci.ꝓ Sest.14.a. *C.Marius senile corpus paludibus occultauit demersum.*

Patriam demersam extuli. Ci.ꝓ Sest.14.a.

Demetatus,a,um. Ci.đ.N.47.b. *Atq; ita demetata signa sunt,ut in tantis descriptionibus diuina solertia appareat.aliter demetita.*

Demetior,iris. Ci.đ.N.57.b. *Solis cursus demetiti temporum uarietates cognouimus.*

Demeto,tis. Ci.đ.N.57.b. *Tempestiue demetere percipereq; fructus.*

Demetere & percipere fruges. Ci.đ Sen.91.b.

Demigro,as. *aliò ad habitandum eo,discedo.*

Ci.ꝯ Rul.74.b. *Demigraturi in illa loca nostri homines sunt,propter agrorum bonitatem.*

Demigrandum est potius aliquo,quàm habitandum in hac urbe. Ci.ꝓ Dom.233.a.

Mentes quæ ex hominum uita ad Deorum religionem sanctimoniamq; demigrant. Ci.ꝓ.R.P.96.b.

A quo repudiatus ad sodalem tuum M. Marcellum demigrasti. Ci.I.C.101.a.

Mortem ne mihi minitaris,ut omnino ab hominibus,an exilium ut ab improbis demigrãdũ sit? Ci.pad.119.b.

Multa mihi dat solatia,nec tamen ego de meo statu demigro. Ci.At.65.a.

Homines ab ore improbo demigrant. Ci.In Vat.i.discedunt. *Vetat enim nos Deus iniussu suo hinc demigrare.* Ci.Tus.164.a.

Quos tu demigrare & aras & focos relinquere coegisti. Ci.I.P.99.a.

Demiror,aris. Ci.ꝯ Rul.86.a. *Hęc te sperasse assequi posse demiror.*

Me autem propter quem cęteri liberi sunt, tibi liberum non uisum demiror. Ci.Ep.108.a.

Istam auditum a te esse omnino demiror. Cic.At.237.b.& đ.D.122.b.

Quod demiror equidem. Ci.At.229.b.

Demisse.humiliter. Ci.ꝓ Dom.232.a. *Vtrum me non respondere an demisse respondere decuit?*

Me tueor ut oppressis omnibus nõ demisse, ut tantis rebus gestis parum fortiter. Ci.At.34.a.

Hanc causam te prætore demissius sperant futuram. Ci.ꝓ.S.R.20.b. *Suppliciter ac demisse agere gratias alicui.* Ci.At.284.b.

Demisse & humiliter loqui. Ci.Tus.185.b.&.233.a.

Demissus,a,um. *humilis,fractus,sordidus.*

Ci.ꝓ Clu.29.b. *At C. Fabricius a subsellijs demisso capite discesserat.*

Inuenies eum apud sororem tuam occultantem se capite demisso. Ci.ꝓ Dom.229.b.

Vides'ne tu illum tristem & demissum,iacet, diffidit &c. Ci.ꝓ Mur.134.b.

P.Sylla mærens,demissus,afflictus. Ci.ꝓ Syl.181.a.

Animus demissus atq; humilis. Ci.ꝓ Font.280.b.

Erigebat animum demissum, oppressum Oppianicus. Ci.ꝓ Clu.29.a.

Demissus,non acer,non pertinax, non litigiosus, non acerbus. Ci.đ Or.125.a.

Vt ille tum humilis,ut demissus erat. Ci.At.36.a.

Fracto animo & demisso esse. Ci.Ep.13.a.

Humilis & demissus. X.*ęquus & alacer.* Ci.I.V.69.b.

Demitigo,as. Ci.At.8.a. *Nos quotidie demitigamur.*

Demitto,tis. Ci.đ Or.133.b. *Memmius in forum descẽdens caput ad fornicem fabianum demittebat.*

Demittere se ad aurem alicuius. Ci.I.V.

Illa usq; ad talos demissa purpura. Ci.ꝓ Clu.40.b.

Si uincunt efferunt se lætitia, uicti debilitantur aíosq; demittunt. Ci.đ Fin.135.a.

In mediocri figura uersabimur, si hæc ut ante dixi, aliquantulum demiserimus. Ad Her.26.b.

Cum ipse equum demisisset in flumen, summersus equus non extitit. Ci.đ.D 95.b.

Te rogo ne contrahas aut demittas animum. Ci.Q.Fr.190.a.& đ Fin.135.a.

Sin erit in demonstratione sermo, paululum corpus a ceruicibus demittemus. Ad Her.22.a.

Cum in eum casum me fortuna demisisset,ut &c. Ci.Ep.147.a.

Demo,mis,dẽpsi,ptũ. Ci.Acad.13.a. *Cum aliquid mi*

nutatim & gradatim additur aut demitur.

Cui nihil dempsit ius. Ci.de Fin.69.b.

Demit decapite medimna DC.Ci.I.V.164.b.&.165.b.*Quantum de capite dempsisset.*

*Demere solicitudinem alicui.*Ci.At.180.a.

Dionysius Æsculapy barbam auream demi iussit. Ci.de N.76.b.

*Qui Tanusiorũ capite demebant &c.*Q.de Pet.206.a.

Democriteus,a,um. Ci.de.D.114.b.*Verũ sint ista Democritea uera.*

Democritus,ti. Ci.de Or.130.b.*De risu.*

Demolior,iris. *deturbo,deijcio,disturbo,euerto.*

Ci.Q.Fr.318.a.*Diphilus columnas demolietur.*

Quæstores statuas demoliendas locarunt. Cic.I.V.141.b. *Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit ędibus.*Ci.Off.28.a.

*Demoliri parietem.*Ci.Top.222.a.

*Partem muri demolitus est.*Ci.Ep.189.b.

Demolitio,onis. *euersio.*

Ci.I.V.141.b.*Dum ea demolitio fieret,Quæstores nõ minus triginta adessent.* & Postq̃.211.a.

Demonstratio,onis. Ci.de Or.163.b. *Gestus sententiã non demonstratione sed significatione declarans.*

*Illi conuersam iam habent demonstrationem suam.*Ci.I.V.230.b. *Demonstratio & deliberatio genera sunt causarum.*Ci.de In.44.b.

*Argumenti conclusio quæ est græce ἀπόδειξις ita definitur,ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur adducit.*Ci.Acad.8.a.

Demonstratiuus,a,um. *epidicticus.*

Ci.de In.43.b.*Causæ tres partes supponimus iudicialem,deliberatiuam,demonstratiuam.* & ibi.*Demonstratiuum genus est quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut uituperationem.*

*Id genus, quod grece ἐπιδεικτικὸν nominatur.*Ci.Or.200.a.&.201.a.*In epidictico genere.* & ibi. *De forma dicendi eius generis.*

Si ex persona causa constet, ut laudis. Ci.de Or.118.a.

Demonstrator,oris. Ci.de Or.141.a. *Simonides dicitur,ex eo quod meminisset,quo quisq; loco cubuisset,demonstrator uniuscuiusq; sepeliendi fuisse.*

Demonstro,as. *commonstro,ostendo,significo, declaro, satis signi do,præ me fero, aperte fero , non dissimulo, profiteor,digitum ad rem intendo,testificor.*

Ci.I.V.230.a.*Nam ut ante demonstrabant quid ubiq; esset,ita nunc quid undiq; ablatum sit ostendunt.*

Demonstraui hæc Cęcilio, simul & illud ostendi &c. Ci.At.2.a. *Mihi Fabius demonstrauit me a te plurimi fieri.*Cic.Ep.32.a.

*Spurina quidem cum ei rem demonstrassem , & uitam tuam superiorem exposuissem,magnum periculum summæ reip.demonstrabat,nisi &c.*Ci.Ep.141.b.

*Demonstrare amorem fraternum in aliquem.*Cic.Q.Fra.291.b.

*Demonstrare rem.i.narrare.*Ci.de Or.96.b.

Demoror,aris. *detineo,remoror.*

Ci.de Or.130.b.*Ne diutius uos demorer,exponã &c.*

*Nonnullis etiam ipsi magistratus uerebant in suspicionem,detinuisse nos & demoratos esse,dum classis Dolobellæ certior fieret de aduentu nostro.*Lent.Ep.193.a.

Demortuus,a,um. Cic.At.259.a.*Alij enim sunt alias nostriq; familiares ferè demortui.*

*Cum esset ex ueterum numero quidam Senator demortuus.*Cic.I.V.139.b.

*Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum.*Ci.I.V.201.a.et ibi.*Si quis Romæ esset demortuus. Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat,nominare.*Ad Her.4.a.

Demosthenes *audiendi Platonis studiosus fuit.* Ci.de Or.92.a.& *ibi de Demosthene multa.*

*Lectitasse Platonem studiose,audiuisse etiã Demosthenes dicitur.*Ci.de Cla.175.a.

*Demosthenes frequens Platonis auditor.*C.Or.198.a. *Ille cui sine dubio summa uis dicendi conceditur Atheniensis Demosthenes.* Ci.de Or.108.a. & *ibi multa de Demosthene.*

*Vt mirorẽtur Demosthenem maxime,quo Athenas quidem ipsas magis credo Atticas fuisse.*Ci.Or.198.b.

Vsq; adeo difficiles & morosi sumus ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes,qui q̃q̃ unus eminet inter omnes in omni genere dicendi,tamen nõ semper implet aures meas. Ci.Or.206.a. & ibi.b. *Demosthenis imago ex ære in Tusculano Bruti.*

Demoueo,es. Ci.p Syl.178.a. *Vt non alteros demouisse sed utrosq; constituisse uideatur.*

Aliquis manu demotus & actus præceps. Ci.p Cecin.194.b.

Demum. *tandem.* Ci.Tus.249.a. *Exilium & quantũ demum a perpetua peregrinatione differt?*

*Ea demum magna uoluptas est crispe Salusti, æqualẽ ac parem uerbis uitam agere.*Ci.In Sal.272.a.

Denarius,rij. Ci.I.V.134.a.*Singulis censoribus denarij trecenti ad statuam prætoris imperati sunt.*

*Emere denario,quod sit mille denariorum.*Ci.Off.70.b.*aliter mille denarium.*

*Quaternos denarios in singulas uini amphoras exegisse.*Cic.p Font.278.a.

Decidis statuisq; tu , quid ijs ad denarium solueretur. Ci.p Quin.3.b. *Antonius quingentos denarios singulis militibus dedit.* Asin.Ep.165.b.

*Vide quid narrent & quę spes sit denarij.*Ci.At.26.b.&.257.a.*Octauius quingentos denarios dat.*

*Sperauerã me ad denarios puenturũ.*Ci.I.V.192.b.

Denego,as. Ci.Ep.47.b.*Impudenter facio, qui tibi tãtum oneris imponam,potest enim mihi denegare occupatio tua. Hoc crimen optimis nominibus denegare possumus.*Ci.p Font.277.b.& p Fla.146.a.

*Quæ iucunda uidentur esse naturæ denegarem.*Cic.I.V.243.a. *Ei nihil a natura denegatum est.*Ci.de Or.220.a. *Assensero,ambitionem induxero in curiam, negauero, suffragio meo tanq̃ comitijs homini honorẽ amicissimo denegauero.*Ci.I.A.234.b.

*Aquilium non putamus,qui denegat etc.*Ci.At.1.a.

Deniq;. *ad extremum,post omnia.*

Ci.de Or.137.b.*His omnibus consideratis, tum deniq; cogito &c.*

Nihil

Nihil est deniq; in natura rerũ omnium,quod &c.Ci. de Or.138.a. Primum &c.tum &c. deniq; ad extremum &c.Ci.Post q.101.b.
Non deniq; &c.postremo &c.Ci.p Pom.11.b.
Ne sexagesimo deniq; anno macula notetur. Ci.p Qui.18.b. Mathematici,poetæ,musici,medici deniq; &c. Ci.de Fin.116.a.

Denotatus,a,um. Ci.Acad.15.a.Sapientem de quo oĩs hic sermo est,cum ei res similes accurrant,quas non habeat denotatas,retenturum assensum.

Denoto,as. Ci.p Pom.5.a.Qui una die tota Asia uno nuntio atq; una literarum significatione cives necandos trucidandasq; denotavit.

Dens,tis. Ci.de.N.53.a.Dentibus in ore constructis mãditur,extenuatur & mollitur cibus,eorum adversi acuti dividunt escas,intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. Terrorem pallor & tremor & dentiũ crepitus consequitur.Ci.Tus.113.a.
Æsculapius primus dentis evulsionem invenit. Ci.de.N.71.a. Dentes candiduli.Ci.Tus.137.b.
Dentes putridi.Ci.I.P.79.b.
Cui auro dentes iuncti essent.Ci.de Leg.181.b.
Dente maledico carpere aliquem.Ci.p Cor.67.a.

Densus,a,um. creber,crassus,plenior,cõcretus, pinguis. Ci.de.N.14.b.Locis sylvestribus sepibus densis.
Sylva densa atq; aspera.Ci.At.190.a.
Vbi illæ densæ dexteræ.Ci.At.98.b.

Dentatus,a,um. Ci.Q.Fr.316.a. Charta dentata res agetur.

Denudo,as. Ci.de Or.105.a. Spoliare atq; denudare aliquem sua ornatu.
Denudatis ac divenditis civibus.Ci.Ep.191.a.
Ne excitetur Verres,ne denudetur a pectore,ne cicatrices populus rom.aspiciat.Ci.I.V.142.a.

Denuntiatio,onis. Ci.p Fla.149.a. Vt eos qui domo exire nolebant testimonij denuntiatione terreret. & p Pl.171.b.Terrere aliquẽ denũtiatione periculi.
Quæ est enim ista a dijs profecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum?Ci.de.D.119.b.
Distinguũt illud etiam, ut sit libido earum rerum, quę dicuntur de quodã, aut quibusdã, quæ κατηγορήματα dialectici appellant, ut habere diuitias, capere honores. Ci. Tus. 213. b.

Dicrotum, ti. genus nauigij. Ci. At. 73. b. ἄφρακτα Rhodiorum & dicrotum habebam &c.

Dictamus, mi. Ci. d. N. 51. b. Herba, quæ dictamus uocatur, qua gustata sagittę excidere dicũtur ex corpore.

Dictator, oris. Magister populi. Ci. d Fin. 205. b.

Ci. d Leg. 185. b. Regio imperio duo sunto. & ibi de dictatore & magistro equitum multa.

C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius consul populi iussu regnum detulit. Ci. I. A. 177. a.

Iter eo die Miloni erat Lanuuiũ ad Flaminẽ prodẽdũ, quod erat dictator Lanuuij Milo. Ci. p Mil. 106. b.

Volet

Volet Cæsar ut Coss. roget prætor, uel dictatorem dicat. Ci. At. 151. a.

Quinto filio negotium dedit Antonius, ut eum dictatorem efficeret. Ci. At. 248. a.

Emisti bona Sex. Alpheni L. Sylla dictatore uendente. Ci. p Quint.

Sylla potuit efficere ab Interrege ut dictator diceretur. Ci. At. 151. a.

Ad Interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis. Ci. Q. Fr. 317. b.

Dictatorius, a, um. *ut dictatorius gladius.* Ci. p Clu. 43. a.

Dictatum, ti. Ci. Q. Fr. 320. a. *Mea in illum pueri omnes tanq̃ dictata perdiscant.*

Ista enim a nobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.

Quæ quidem res efficit, ne necesse sit, iisdẽ de rebus semper quasi dictata decantare. Ci. d Fin. 108. b.

Dionysius Stoicus multos uersus admiscebat orationi, sed is quasi dictata nullo delectu nulla elegantia. Cic. Tus. 180. b.

Nam ista uestra &c. dictata sunt. Ci. d Fin.

Dictatura, ræ. Ci. I. A. 153. b. *Is dictaturam, quæ uim iam regiæ potestatis obsederat, funditus ex rep. sustulit.*

Quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Ci. Off. 74. b.

Erat aliqua suspicio dictaturæ, nec ea quidem certa. Ci. Q. Fr. 316. a.

Dictio, onis. Ci. d Or. 86. b. *Græci seposuerunt a cæteris dictionibus hanc partem dicendi, quę &c.*

Totam causę meę dictionem in certas partes diuidam. Ci. p Quint. 6. a.

Is mihi causæ dictionem denuntiabat. Ci. p Sest. 21. b.

Quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda. Ci. d Ora. 90. b.

Etiam si uehementissime se ĩ his subitis dictionibus exercuerit. Ci. d Or. 97. a et ibi. b. *Eruenda deinde dictio est ex domestica exercitatione & umbratili &c.* & 134. a. *Genus facetiarum cum oratorijs dictionibus tum urbanis sermonibus accommodatum.*

Aut ob aliqua firmissima ratione nostrę dictionis incipiemus. Ci. d In. 46. b.

Fateor in forensibus causis magis assidue uersari hanc nostram dictionem. Ci. d Or. 89. b.

Dictito, as. Ci. d Or. 113. b. *Ex numero eorum, qui causas dictitarunt.* & p Do. 216. b. *Boni uiri dictitabant.*

Dicto, as. Ci. At. 111. a. *Si scriberem ipse longior epistola fuisset sed, dictaui, propter lippitudinem.*

Mihi molestior lippitudo erat etiã q̃ ante fuerat, dictare tamen hanc epistolam malui, q̃ &c. Ci. At. 128. a.

Eodem die epistolam dictaui, & Pridie dederam mea manu longiorem. Ci. At. 156. a.

Non modo Tyroni dictare sed ne ipse quidem auderẽ scribere. Ci. At. 206. a. & 77. a.

Hęc inter cœnam Tyroni dictaui. Ci. Q. Fr. 311. b.

Hæc ambulans dictaui recreandæ uoculæ causa. Cic. At. 37. b. & 236. b. *Hæc scripsi seu dictaui apposita secunda mensa.*

Ergo ego ne Tyroni quidẽ dictaui, qui totas periochas persequi solet, sed Spintari syllabatim. Ci. At. 213. a.

Rogarem te inquit ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictauisses. Ci. d Fin. 120. a.

Dictum, cti. Ci. p Fla. 161. a. *Catonis est dictum pedibus compensari pecuniam.*

Nullum meum minimum dictum non modo factum pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putarẽ. Ci. Ep. 16. a.

Hęc bona dicta, quæ salsa sunt, nam ea dicta appellãtur proprio iam nomine. Ci. d Or. 129. a.

Ne quotienscunq; potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Ci. d Or. 131. b.

Acute aut facete dictum. Ci. Ep. 135. b.

Cõmode ac breuiter & acute dictum. Ci. d Or. 140. a.

Vter nostrum est cupidior dicti? Ci. p Plan. 277. a.

Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Cic. I. A. 168. b.

Ob dictum capite & fortunis oppugnari. Ci. Ep. 59. a.

Ex dictis testium appellari. Ci. p. R. P. 124. a. & 127. b. *Dictis testium recitatis.*

Diduco, cis. *aperio, dispergo.*

Ci. Or. 207. a. *Cum autem diduxerat pugnum & manu dilatauerat, palmæ illius similẽ eloquentiã dicebat esse.*

Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem Cœperit, & subitis auris diduxerit ora. Ci. In Arat.

Riuis est diducta oratio non fontibus. Ci. d Or. 144. b.

Diducere aliqua in contrarias partes. Ci. d In. 68. a. & 61. b. *Diduci ab aliquo. i. separari.*

Diecula, læ. Cic. At. 83. b. *C. Iulius multum mali fecit, cum dieculam duxerit.*

Dies, ei. lux, iucet. Ci. At. 53. b. *Postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septemb.*

Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Ci. d Or. 144. b. *Dies nullus erat Antij cum essem, quo die nõ scirem &c.* Ci. At. 29. a.

Cum lętissimus ille ciuitati dies illuxisset. Ci. At. 283. a.

Diem ex die expectabam ut statuerem quid esset faciendum. Ci. At. 117. b.

Pecuniam ad diem soluere. Ci. At. 162. a.

Alios non soluere, aliorum diem nondum uenire. Cic. At. 124. b. *aliter esse.*

Cum latronibus non solum de die sed etiam in diem uiuere. Ci. I. A. 177. a.

Si barbarorũ est ĩ diẽ uiuere, nostra cõsilia in sempiternum tempus spectare debent. Cic. d Or. 124. a. & Tus. 234. b. *A me nominis, quod inficiatus esset diem petiuit.* Ci. p Quint. 13. b.

Venit legi dies. Ci. At. 64. b.

Diem pecunię Idibus Decembris esse. Ci. At. 158. b.

Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones fiant, nimirum Cal. Iunias. Ci. p. S. R. 39. b.

Cecinna ad constitutum diem tempusq; uenit. Ci. p Cecin. 291. a. & 188. b.

Neq; æquum est tempore & die memoriam beneficij definire. Ci. Post q̃. 203. a.

Dij nonnunq̃ præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. Ci. p Cæl. 50. a.

Emere aliquid in diem. Ci. At. 268. a.

Dabis nobis aliquem diem ut contra ista dicamus. Cic. đ.N.79.a.

Post diem tertium eius diei.Ci.At.41.a.

Ad IIII Non.Septembris dedi,cum ad eam diem &c. Cic.Ep.112.b.

Cum ego diem in Siciliam inquirendi per exiguam postulauissem.Ci.I.V.67.b.bis.

Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti in iudicium uoco. Cic.I.V.82.b.

Quibus eorum animi noctes atq; dies exeduntur.Ci.đ Fin.59.b. Consumere diem altercatione. Ci.Ep.3.a. &.55.b.Ibiq; eum consumpsi diem.

Qui dies totos de officio disserunt.Ci.Postq.207.a.

Dies noctesq; torquear.Ci.At.108.a.

Perpatare totos dies.Ci.I.V.253.b. & noctes & dies. Cic.đ.N.12.b.

Dicere diem alicui.Ci.I.V.65.b.& đ Cla.170.b.

Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Cic.At. 94.a. Diem dixisset, ut fecerat, fecissem ut ei statim tertius a prætore dies diceretur.Ci.đ Ar.245.a.

Tulliaia tibi diem dat,sponsorem appellat.Ci.At.6.a.

Cui dies dicta non est.Ci.ꝓ Dom.130.a.

Dicere diem operi faciundo.Ci.I.V.106.b.

Multus sermo ad multum diem.Ci.At.206.a.

Si dič nobis Clodius dixerit tota Italia cõcurret.C.Q. Fr.302.b. Vnũ quasi comperendinatus mediũ diem fuisse.Ci.đ Cla.172.a.

Equidem credibile non est,quantum scribam die, quin etiam noctibus,nihil est enim somni.Ci.At.213.a.

Etesiarum diebus auster me in Italiam retulit. Cic.At. 282.b.&.29.a.Nos in Formiano esse uolumus,usq; ad Pridie Nonas Maias,eo si ante eam diem non ueneris Romæ te fortasse uidebo.

Dies pro luce in genere muliebri,contra Vallam. Ci.I. V.117.a.Postera die &c. hesterna die &c. Cic.I.C. 205.b.&.116.b.

Multa prima die,cum de ipsa morte quæreremus, non pauca etiã postero cum ageretur de dolore,sunt dicta de morte.Ci.Tus.251.a.

Socios illa die quæstione liberatos fuisse. Cic. de Cla. 172.a. Vel una dies mihi erit utilis. Cic.At.203.a. &.104.a.

Vt ea die manerem in Trebulana.Ci.At.68.a.

Qui una die &c.Ci.ꝓ Pom.5.a.

Antonius diem edicti obire neglexit, & ante quartum Calendarum Decembris distulit.Ci.I.A.187.a.

O reliquas omnes dies noctesq;,quibus iste &c. Cic.ꝓ Plan.250.b. Quę formido illa dies? Ci.I.A.177.a.

Inuitat Caninius postera die familiares suos. Cic.Offi. 65.b.bis. Vt ter magistratus accuset intermissa die. Ci.ꝓ Dom.122.a.bis.

Ea ipsa die domum ad uesperum rediję.Ci.đ D.141.b.

Mercurius cœlo patre,die matre natus.Cic.đ.N.70.b.

Agere diem suum natalem.Ci.đ Fin.88.a.

Ega diem statua satis laxam.Ci.At.87.b.

Mihi decessionis dies λελωθότως obrepebat.Ci.At.95.a

Dies autem non modo leuat luctum hunc sed etiam auget.Ci.At.45.b.

Equidem credibile non est quantum scribam die. Cic. At.213.a. Producta dies in IIII Iduum Februarij. Cic.Q.Fra.307.b.

Si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Cic.Q. Fra.312.a.

Antiquior dies in tuis fuerat ascripta literis quàm in Cęsaris.Cic.Q.Fra.319.a.b.

Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, M.Antonius ad populum tulit ut quintus pręterea dies Cæsari tribueretur.Ci.I.A.181.a.

Ex multis diebus,quos in uita celeberrimos lætissimosq; tulit.Ci.đ Am.97.b.

Dare dies alicui.Cic.At.66.a. &.23.a.Dare operam alicui.&.3.b.Dare aures alicui.

Vitium in dies crescit.Ci.Top.226.a.

Differens,tis. dispar.X.congruens.

Ci.đ Fat.141.b.Quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus caussis esse factas?

Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes.Ci.đ Or.100.b.

Aliquid ab indisertis re plusquam opinione differens. Cic.Or.203.b.

Ratio &c.est communis,doctrina differens, discẽdi quidem facultate par.Ci.đ Leg.102.a.

Cum illis re congruentes,genere docendi paulum differentes.Ci.đ Leg.163.b.

Differentia,tiæ. dissimilitudo,discrimen,uarietas,distinctio,interuallum.

Ci.Offi.19.a.Qualis autem differentia sit honesti et decori facilius intelligi,q̃ explanari potest.

Atq; hæc differentia naturarum tantum habet uim, ut &c.Ci.Offi.22.b.

Qui nullam rerum differentiam esse duxerunt. Cic.de Fin.96.b.

Ita fit ut quanta differentia est in principijs naturalibus,tanta sit in finibus bonorum malorumq; dissimilitudo.Cic.đ Fin.128.b.

Sit hoc discrimen inter gratiosos ciues,atq; fortes, ut illi &c.hi &c.Ci.ꝓ Cor.65.a.

Differo, fers. reijcio,detrudo,reseruo, sustineo, sustento, profero,extraho,produco,prorogo, moram interpono, tardo,procrastino, moror, celeritatem de causa detraho,cunctor,dissimilitudinem habeo,dissimilis sum,inter esse,abesse,distare,aliud esse,non idem esse,interuallum interiectum esse.

Ci.Ep.69.b.Sin autem differs me in aliud tempus, coram tecum loquor.

Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo.Ci.Ep.19.a.

Nec totiens dilata res esset.Ci.đ Pro.72.b

Itaq; res dilata est in posterum.Ci.Ep.151.a.

Cum ego te hac noua lege uideam eodem die accusatori respondere & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturum putas? Ci.đ Fin.106.b.

Differre rem in diem tertium.Ci.At.227.a.

Seruilius rogatus rem distulit.Ci.Ep.153.a.

Quarum cum una sit,qua mores conformari putantur, differo eam partem &c.Ci.đ Fin.207.a.

Quod

Quod promulgasti misericordiæ nomine ad crudelitatis tempus distulisti. Ci. In Vat. 34. b.

Antonius diem edicti ante diem quartum calendarū decembris distulit. Ci. I. A. 187. a.

Alij tempus differrebant, alij &c. Ci. ď Pro. 74. b.

In posterum inquit diem distulit. Ci. ꝓ Deio. 147. b.

Differre rem dolaris in pasterum. Ci. I. V. 92. b.

Distulimus omnino sermonem in posterū. Ci. At. 167. b

Bonam sermonis partem in alium diem esse dilatam. Ci. ď Ora. 110. a.

Res ab ijs a Cal. Iun. dilata est ad III Nonarum Iun. Cic. At. 63. b.

Comitia in VI Cal. Sextilis dilata sunt. Ci. At. 13. a.

Transacto aut dilato iudicio. Ci. I. V. 124 a.

Eodemq; etiam illa differemus. Ci. ď. N. 63. a. & ibi. In idem tempus reseruabo. & At. 151. b. Reseruare in aliud tempus.

Proferre auctionem. Cic. At. 207. b.

Verear ne in breue tempus dilata sit abs te pernities. Ci. At. 285. a. Bru.

Si ea, qua die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diem ex die dilata. Ci. Brut. 90. b.

Differre consilia in longinquum tempus. Ci. At. 154. b.

Differre quotidie ac procrastinare aliquam rem. Cic. ꝓ. S. R. 22. b.

Res in posterum dilata est, Clodius in Quirinalia produxit diem. Ci. Q. Fr. 308. a.

Cætera præsenti sermoni reseruētur, hoc tamen nō quea differre. Ci. Q. Fr. 310. b.

Rem commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Ci. ď Or. 193. a.

Quæ differs, ut mecum coram, expectabo tabellarios. Cic. Att. 248. a.

Ipsi magnopere auctor fui ne differret tempus petitionis suæ. Cic. Att. 279. b.

Venit tempus ita maturum ut differri iam hora non possit. Ci. I. A. 209. a.

Differre uadimonium cum aliquo. Ci. ꝓ Quin. 4. a.

Cum ille tempus differret, uirgula stantem circumscribit. Cic. I. A. 218. b.

Poetæ quæstionem attulerunt, quid nam esset illud quo ipsi differrent ab oratoribus. Ci. Or. 203. a.

Hoc genus causæ a superiore hoc differt, quod in illa &c. Ci. ď In. 37. b.

In eo in quo natura hominis a reliquis animantibus differt. Cic. Offi. 19. b.

Qui hoc ab illa differt? ut ille cogatur &c. ille non cogatur? Ci. ꝓ Cec. 292. b. & ibi. Vt ista re aliquid cum aliqua ex parte differre uideatur.

Istorum aduentus in urbes non multum ab hostili expugnatione differt. Ci. ꝓ Pom. 6. a.

Inter doctum & rudem non multum differt in iudicando. Ci. ď Or. 161. a.

Nihil inter deum & deum differt. Ci. ď. N. 17. a.

Status tamen a nobis in tanta atrocitate temporis non differre nequiui. Ci. I. A. 220. a.

Multaq; alia sunt, quæ inter locum & locum differūt. Ci. ď Fat. 141. b.

Ætates nostræ nihil aut non ferè multum differunt. Ci. ď Cla. 178. a.

Compositio ab utroq; differt. Ci. Or. 214. b. & 202. b. Sed hoc differunt, quod &c.

Quasi uero paulum differat ager campanus & stellatis. Ci. ꝯ Rul. 83. a.

Hæc est una res prorsus ut non multum differat inter summos & mediocres uiros. Ci. Off. 39. a.

Videte quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & inter istorum dementiam illi &c. hi &c. Ci. ꝯ Rul. 83. b.

Sed quid inter se differant dicendū est. Ci. Top. 223. a.

Rhetorica & dialectica hoc differunt inter se, qđ hæc &c. illa autem &c. Ci. Or. 207. a. & ibi. Zeno demonstrare solebat, quid inter has artes interesset, nam &c. & ibi. Aliud uidetur oratio esse aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere.

Multi naturis differunt, uoluntate autem similes sunt inter se. Ci. ď Or. 117. a.

Quod etiam si uerbo differre uideatur, re tamē est unū & idem in omnibus causis ualebit. Ci. ꝓ Cec. 296. b.

A perfecto qui absunt, non genere differūt, ut ab Attio Terentius, sed in eadem non sunt pares. Ci. ď Opt. 243 a. & ibi. b. Oratores non generibus inter se sed facultatibus differunt.

In ea uirtute ferè melius a deteriore facultate magis q̄ genere distinguitur. Ci. ď Or. 145. b.

Hæc quæ dico cogitatione quidem inter se differunt, re uero copulata sunt. Ci. Tus. 214. a.

Est autem qui differat in omni ratione habenda inter iustitiam & uerecundiam. Ci. Off. 20. a.

At uide quid differat inter opinionem meam & tuam. Ci. I. V. 64. a.

Aliqua inter se magnitudine & quasi gradibus non genere differre. Ci. ď. N. 5. a.

Cum genere idem sit, fit aliud, quod quadam parte & specie differat. Ci. ď In. 51. a.

Peripatetici Academiciq;, qui re consentientes uocabulis differebant. Ci. ď Fin. 107. b.

Virtutes omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. Cic. ď Fin. 107. a.

Atq; Aristonis est explosa sententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter uirtutes inter quas quicq̄ omnino interesset. Ci. ď Fi. 116. b. & 97. a.

Sed eæ definitiones paulumoppido inter se differunt.

Deinde quid res cum re differat demonstrabitur, ut nō idem uideatur de utraq; existimari oportere. Cic. ď In. 81. a. & 57. b.

Occasio cum tempore hoc differt, nam genere quidem utrunq; idem esse intelligitur, uerum &c. Ci. ď In. 51. a.

Differre, distare. X. idem ualere. Ci. Top. 223. b.

Hæc res hanc habet dissimilitudinem ab illa, quod &c. Ci. l. Dissimilitudo.

Hoc ab illa longe abest. Ci. l. Absum.

Differt, hat. aliud est & aliud, distat, interest, abest, refert. Cic. de. D. 124 a. Solebat ex me Deiotarus percontari augurij nostri disciplinam, & ego illius Dij im-

mortales quantum differebat, ut quædam etiam essent contraria.

Quid inter Æthiopes & Syros differat corporibus, animis &c. Ci.d.D.128.b.

Malitia, quæ uult uideri se esse prudentiam sed abest ab ea, distatque plurimum. Ci.Off.66.a.

Difficile. difficulter, difficiliter.

Ci.d In.83.b. Difficile fieri id dicimus, quod &c.

Difficilis, le. laboriosus, operosus, difficilis factu, habens multum difficultatis & laboris, magnus, arduus, spissus, habens difficultatem, in quo multum est negotij uel operis, difficilis ad faciendum, in labore multo positus. Ci.p Plan.259.b. Sed mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur.

Dicam Attice et uersabor in re difficili ac multum & sæpe quæsita. Ci.d Leg.190.b.

Intelligo quam scopulose difficilique loco uerser. Ci.I.V.60.b

Difficile factu est, me id sentire quod tu uelis. Ci.d.N.60.a. Difficillime factu est, a Dijs artis fidem non habere. Ci.d Vn.201.b.

Quod scire uis qua quisque in te fide sit & uoluntate, difficile dictu est de singulis, unum illud audeo &c. Ci.Ep.6.a. Natura Deorum obscura est & difficiles explicatus habet. Ci.d.N.79.a.

Sed quo difficilius, hoc præclarius. Ci.Off.13.b.

Res difficiles & obscuræ. Ci.Off.4.a.

Res arduæ ac difficiles. Ci.d In.82.b.

Contortas res & difficiles perdiscere. Ci.d Or.107.a.

Nec fuisset ei graue nec difficile eam causam excipere, si &c. Ci.d In.78.b.

Quo plura & difficiliora scire uideat. Ci.d.L.179.b.

Quas enumerare magnum est, ita sunt multi. Cic.Tus.174.a.&.178.a.

Magnum opus est. Ci.At.159.a.

Magnum opus est, atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum, dicere &c. Ci.d Or.115.a. & ibi. Non mihi minus operis uidetur dicere &c.

Res perdifficiles ad iudicandum. Ci.At.142.b.

Hoc difficile est ad eloquendum. Ci.Off.25.b.

Hoc in labore multo positum est. Ci.Q.Fr.296.a.

Nihil est negotij causam hanc cognoscere. Cic.d Ora.117.b.& ibi. Causę in quibus plusculum negotij est.

Vsque eo difficiles et morosi sumus, ut etc. Ci.Or.206.a.

Parens illepidus & in liberos difficilis. Ci.d.N.74.

Senes moderati nec difficiles nec inhumani tolerabilē agunt senectutem. Ci.d Sen.78.b.

D.Bruti opera difficillimo reipub.tempore esse subuentum. Ci.I.A.201.b.

Summo & difficillimo reip.tempore. Ci.I.A.203.a.b.

Exercitum difficili reipub.tempore conficere. Cic.pro Pom.15.b.

Tēporibus illis difficillimis solutionis. Ci.p Cec.287.a

Difficiliter. difficulter.

Ci.Acad.13.b. Vt si quid cui simile esse possit, sequatur etiam ut difficiliter internosci possit. & ibi. Vt difficiliter a uera internoscatur. aliter difficulter.

Difficultas, tis. labor. Cic.Top.229.a. Quæ fieri sine summa difficultate non possunt.

Nihil construi potest, quod non incurras in magnam aliquam difficultatem. Ci.Ep.47.a.

Dum autem uerbis utitur suis delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet inuitus. Cic.d Fat.148.a. Sed difficultas laborque discendi disertam negligentiam reddidit. Ci.d.D.102.a.

Res habens multum difficultatis & laboris. Ci.p Clu.18.a.

Atque huic tuę uoluntati ac diligentiæ difficultatem afferunt publicani. Ci.Q.Fr.296.a.

Sed si Plancus destinat, tum haberes difficultatem. Cic.At.216.a.& ad Her.19.a.

Hæc ars magnam habet difficultatem. Ci.d Cl.167.a.

Vt quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatē pertimescit. Ci.d Or.94.b.

Incredibilis rei magnitudo atque difficultas. Cic.d Ora.86.a. Propter magnitudinem rerum ac difficultatem. Ci.I.V.61.a.

In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. Cic.At.120.b.

Ea difficultas induxit imperitos ut errarent. Cic.d N.34.b. Seruius multorum difficultatem exorbuit. Ci.pro Mur.128.a

Non rei solū magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas. Ci.d In.52.b.

Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus. Ci.pro Quint.2.a.

Quæ ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem pertinere. Ci.I.C.100.a.

Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus. Ci.Anteq.194.a.

Summa in difficultate nauium. Cice.I.V.246.a. & ibi. Nullis populi romani difficultatibus.

Propter nauigandi difficultatem. Ci.d Or.91.b.

Difficultas uecturæ. Ci.I.V.91.a.

Et simul ostendit se in summa difficultate nummaria eē. Ci.I.V.123.a.& ibi. Expositis suis difficultatibus etc.

Tristissimum tempus. Ci.d Pro.78.a.

In tanta atrocitate temporis tantaque perturbatione rerum. Ci.I.A.220.a.

Duris quondam temporibus reip. Ci.p Cor.61.b. & 59.a. In periculis & asperis temporibus.

Impeditis reip.temporibus. Ci.I.P.80.a.

In angustijs ærarij. Ci.p Cor.67.b.

Domesticis malis impeditus. Ci.p Sest.23.b.

Difficulter. difficiliter, difficile, ægre, uix, tristius, durius. Ci.d In.83.b. Atque in his omnibus quid difficulter fieri & quid facile fieri possit, oportet considerare.

Diffidenter. Cic.p Clu.28.a. Timide & diffidenter aliquid facere.

Diffidentia, tię. X. fidentia.

Ci.Tus.229.b. Metus est diffidentia expectati mali.

Fidentiæ contrarium est diffidentia. Cic.de In.82.b.83.a. Diffidentię oppositum est audacia.

Diffido, dis. diffisus sum, quasi despero.

Cic.Q.Fr.290.a. Tanta adhibebatur a nobis diligentia, ut rem posse confici non diffiderem.

Eudemus ita grauiter æger fuit, ut omnes Medici diffiderent.

diffiderent.Ci.d.D.91.b.

Quis est qui non sibi ac suis diffidat fortunis.Ci.Ant.q.194.a. Vides ne tu illum tristem demissum?iacet, diffidit,abiecit hastas.Ci.p Mur.134.b.

Qui autem diffidit perpetuitati bonorum timeat necesse est.Cic.d Fin.82.b.

Is certe potius qui sibi alia ratione diffideret,q̃ is,qui oī ratione confideret.Ci.p Clu.30.b.

Aliquem fugientem excipere,diffidentem rebus suis confirmare,afflictum erigere,perditum recreare.Cic.pro Pom.8.a.

Te hortor ne defatigere,neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.Ci.At.156.b.

Diffido me posse in hac causa consistere.Ci.p Quint.14.a. Inuenire se posse, quod cuperent, diffisi sunt.Cic.Acad.3.a.

Experiri id nobis,quod te assequi posse diffidas.Ci.Or.197.a. Si ille dictator sit factus penè diffidit.Ci.Q.Fra.327.b.

Eloquentia, quam omnes se assequi posse diffiderent.Cic.Ora.105.b.

Quo die audiui &c.subdiffidere cœpi.Ci.At.247.a.

Diffidere sibi.Ci.d Pro.77.a.

De Othone diffido.Cic.At.201.a.

Diffidens & desperans rebus suis.Ci.I.P.98.b.

Sed homines diffisi sunt ipsi sibi.Ci.d Pro.77.a.

Nihil affirmabo,quæram omnia,dubitans plerunq; & mihi ipse diffidens.Ci.d.D.110.a.

Parthos times,quod diffidis copijs nostris.Ci.Ep.23.a.

Huic incipio sententiæ diffidere.Ci.Tus.228.b.

Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere.Sulp.Ep.51.a.

Diffindo,dis. *Ci.d Vn.199.a.Hanc igitur omnem tan iunctionem duplicem in longitudinem diffidit.*

Saxum diffissum.Ci.d.D.85.a.

Diffisus,a,um. *Ci.p Mur.139.a.Ego quoq; diffisus ingenio meo quæsiui adiumenta doctrinæ.*

Diffiteor,eris. *Cic.Ep.148.a.Itaq; nunquam diffitebor,me &c.*

Diffluo,is. *Cic.d Offic.21.b. Turpe est diffluere luxuria. Græci diffluentes otio.Ci.d Or.154.b.*

Fluuium extra ripas diffluentem coercere.Cic.d Cla.194.b.

Diffugio,gis. *Ci.I.A.181.a.Omnes metu perterriti repente diffugiunt.& Off.75.a.*

Ministros partim amissis gladijs, partim ereptis diffugisse.Ci.p Dom.214.a.

Diffugiunt,qui sunt,metu oblato.Ci.Ep.241.a.

Diffundo,dis. *dispergo,dissipo,mano.*

Cic.d.N.54.a.Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur.&.31.a.Glacies calore liquefacta & dilapsa diffunditur.

Virtus ex bonis amici quasi diffunditur & incommodis contrahitur.Ci.d Am.105.b.

Error tam longe lateq; diffusus.Ci d Fin.88.a.

Late diffundi.Ci.d Ora.10.a. Latius manare.Cic.Off.50.a.

Ius ciuile,quod nunc diffusum & dissipatum est cogere & ad artem redigere.Ci.d Or.121.b.

Quibus uinum diffusum è pleno sit œnophoro.Cic.de Fini.69.b.

Numerus optimatium late & uarie diffusus est.Cic.p Sest.23.a.

Cn.Pompei late longeq; diffusa laus.Ci.p Cor.57.a.

Sol diem efficit toto cœlo luce diffusa.Ci.d.N.45.a.

Dij nim suam longe lateq; diffundunt.Ci.d.D.97.a.

Terra semen tepefactum complexu suo diffundit.Cic.de Sen.87.b.

Hęc beneuolentia tam late lõgeq; diffusa.Ci.d.169.b.

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.Ci.d Or.87.a.

Diffuse.disperse. *Ci.d In.60.a. Res disperse & diffuse dictæ.*

Diffusus,a,um. *Ci.d Or.161.b.Color diffusus sanguine.*

Quæ ignota quondam omnibus & diffusa late uidebantur.Ci.d Or.100.b.

Dithyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa.Ci.d Or.160.a.

Digamma. F. litera.

Cic.At.144.a.Delitium digamma uenderem.idest Formianum.nt quidam intelligunt.

Digero,ris. *concoquo,mitifico,diuido.*

Ci.At.65.a.Stomachus concaluit,ut digerat multa cruda facilius.

Habeo istius tabulas omnes, quas diligentissime legi atq; digessi.Cic.I.V.88.a.

Demetrius remp.Athenis optime digessit.Cic.p.R.P.116.a. Facies scilicet,ut mea mandata digeras,persequare,conficias.Ci.Q.Fr.315.a.

Si quis omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt.Ci.d Or.100.b.&116.b.

Qui quid cuiq; conueniat ex hac copia digeremus.Cic.d In.52.b.

Digestio,onis. *Ci.I.A.198.a.Vt digestio potius quàm declamatio uideretur.*

Digestio quæ exornatio est.Ci.d Or.162.a.

Digestus,a,um. *Ci.d Or.100.b.Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.*

Vtrum cætera nomina in codicem digesta habes? Ci.p Q.R.46.a.

Digitus,ti. *Ci.p Cæl.43.a.Aliquid primoribus labris gustare & extremis,ut dicunt,digitis attingere.*

Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusq̃.Cic.Att.103.a.

Neq; ab argento digitum discedere.Ci.I.V.207.a.

Sed ut commonstrarem & digitum ut fieri solet ad fontes intenderem.Q.d Pet.210.b.

Tollit digitum Iunius Patruus.Ci.I.V.104.b.

Digitis peccata dimetiri.Ci.Parad.120.b.

Extendere digitos aduersamq; manum ostẽdere.X.paullũ constringere,uel plane comprimere digitos,pugnũq; facere.Ci.d Fin.36.a.

Digladior,aris. *Ci.Off.6.b. Philosophi ea, quæ plerisq; uehementer expetunt, & de quibus inter se digladiari solent,contemnunt.& d Leg.188.a.*

Digladientur illi per me licet &c.Ci.Tus.219.a.

Dignatio,onis. Ci.At.163.a.Et si meus quidem est fortior,nec quicq̃ nisi de dignatione laboeat.

Digne. pro dignitate.Ci.p.S.R.24.a.
Ci.Post.q.208.a.Quis de tali ciue satis digne unq̃ loquetur. Is omnium iudicio digne ac meretur commẽdatus est.Ci.Ep.187.a.
Philosophia nunquam satis digne laudari potest.Cic.d Sen.77.b.

Dignitas,tis. honestas,honor,gradus , gradus dignitatis,gradus honoris,amplitudo,splendor,locus , decus, ornamentum,pulchritudo uirilis, forma uirilis,liberalis species.X.indignitas.
Ci.d In.83.a.Dignitas est alicuius honesta autboritas, quę & cultu & honore & uerecundia digna est.
Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis.Cic.d Or.223.b. Sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulabat.Ci.I.C.120.a.
Tua dignitas atq; amplitudo mihi cara ẽ.Ci.Ep.39.b.
Apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisti. Cic.pro Flac.
Quorum ego opera illum in locum atq; in banc celsissimam sedem dignitatis atq; bonoris ascendi. Cic.p Syl.267.b. Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. Cic.Ep.146.b.
Tenere summum gradum & dignitatis & gratię in aliquo loco.Ci.p Plan.265.b.
Dignitatem tuam & esse iam & futuram amplissimam intelligo.Ci.Ep.150.b.
Ciuitatis dignitatem & decus sustinere. Ci.Off.25.a.
Facti alicuius egregij splendorem uerbis dignitatemq; retinere.Ci.p Dom.232.a.
Hi tales uiri qui non solum consilijs suis sed etiam specie ipsa reip.dignitatem sustinent.Ci.p Dom.213.b.
In imperia atq; in publica dignitate omnia ad splendorem gloriamq; reuocanda sunt.Ci.p Fla.151.b.
Summam uidea esse in te dignitatem generis,integritatis,industrię,cæterarumq; ornamentorum omnium. Ci.

Summa est in utroq; honestas, summa dignitas.Cic.p Mur.128.b.
Species tam gratiosi liberti aut serui dignitatem nullã habere potest Ci.Q.Fr.299.b.
At dignitem dacere non babet.Ci.Or.210.a.
Ars militaris admirabilem dignitatem babet . Cic.pro Mur.129.a.
Duæ sunt artes,quæ possunt locare homines in amplissimo gradu ciuitatis.Ci.p Mur.131.a.
Aliquis in amplissimo dignitatis gradu locatus.Cic.I.A.155.b. Qui ex continuis maiorum suarum honoribus unũ ascendere gradum dignitatis conatus est. Ci.p Mur.137.a.
Vt ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur peruenisse.Ci.d Am.97.b.
In suadendo nihil optabilius quàm dignitas. Ci.d Or.139.a.idest honestas.
Vt nihil a dignitate sapientis discedas.Ci.Off.14.a.
Ac si quid affert præterea hominis aut dignitas aut in dignitas extra causam est.Ci.d Or.121.a.

Seruare dignitatem suam parcendo aduersarijs . Cic.d Ora.129.a.
Ego si dignitas est bene sentire de rep. & bonis uiris probare quid sentias,obtineo pristinã dignitatem meã sin autem in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere aut deniq; libera oratione defendere , ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis . Cice.Ep.58.a. Tranquillitas animi affert dignitatem . Cice.Off.14.b.
Pauimenta porticus summam dignitatem habebant.Ci.Q.Fr.318.a.& d Or.159.b.
Sed babet ea molestia quandam dignitatem. Ci.d Ar.253.b.
Tenendam banc oram puto, quæ dignitatem & opportunitatem habet.Ci.At.126.a.
Is qui cum dignitate est.Ci.d Am.97.b.
Etenim eo loco locati sumus &c.Ci.d Am.104.a.
In altiorem locum ascendere.Ci.l.Ascendo.
Dignitatis suæ splendorem obtinere. Ci.p Syl.167.a.
Dignitas uerborum & bonos Cæsaris laudi concessus est.Ci.d Pra.74.b.
Ergo etiam dignitas ei tribuenda est.Ci.Tus.237.a.
Venustatem muliebrem dicere debemus,dignitatem uirilem.Cic.Off 26.a.
Quare qua sine ille uirgines dignitate prędite potes ex his suspicari.Ci.d In.62.b.
Agere cum dignitate & uenustate.Ci.d Or.96.b.
in formis alijs dignitas inest,alijs uenustas.C.Off.21.b.
Pueri magna præditi dignitate.Ci.d In.62.a.b.
Vt ea quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem moderanda sint.Ci.Off.20.b.
Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis.Ci.Off.26.b.
Sententiarum exornatio est, quæ non in uerbis sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem . Ad Her.28.a.
Dignitas est oratia cum aliqua grauitate & uocis remissione. Ad Her.20.b.

Digno,as. tribuo,dignum babeo uel existimo.
Ci.d In.76.b.Qui ob egregiam uirtutem tali honore dignati sunt.
Obseruantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & bonore dignantur. Cic.d In.82.b.
Res dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur.Ci.d Or.145.a.
Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda & quadam æstimatione dignanda docebat.Ci.Aca.45.b.
Æterno cunctus æuo qui nomine dignant. Ci.In Arat.

Dignus,a,um. honestus,dignitate præditus,plenus dignitatis,habens dignitatem,qui cum dignitate est,idoneus, egregius, summum dignitatis gradum tenens.
Ci.p Arch.186.b. Omnes eum cognitione & bospicio dignum putauerunt.
Deiotarus sæpe a Senatu regali nomine dignus existimatus est.Ci.d Ar.250.b.
Suscipe curam & cogitationem dignissimam tuę uirtutis, ut &c.Ci.At.133.a.
Et hunc unum esse in hac ciuitate dignum huius imperij . dicit.

dicit.Ci.d Ar.256.b.
Non potest qui dignus habetur patronus consularium indignus consulatu putari.Q.d Pet.105.a.
Qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta poterit?Ci.p Quint.17.b.
Quid docto homine & amico dignum fuerit. Cic.At.214.a.i.quid docto homini conueniens fuerit.
Quod non decorũ est nec dijs dignum.Ci.d.D.104.a.
Quo nomine dignus est nemo,nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere.Ci I.A.210.a.
Posteaq̃ illum,ne cui satis faceret quidem,me dignum habere sensi.Ci.Ep.122.a.
Res familiaris, quæ mihi multo minor est q̃ habere dignus sum.Ci.In Sal.273.b.
Cum omnes te luce dignum non putarent.Ci.I.P.30.a.
Præclara uoluntas atq; omni laude digna. Cic.p Do.239.b.
Res est idonea de qua quæratur,& homines digni qui bus cum disseratur.Ci.Acad.5.b.
Philippus uir auo,patre maioribusq; suis dignissimus. Cic.I.A.188.a.
Aliquem esse dignum uel indignum suis maioribus.Ci. d Or.135.a.& d Fin.77.b.
Præbere se dignum maioribus suis.Ci.Ep.29.b.
Vel quia totum negotium non est dignum uiribus nostris,quia maiora in rep.onera sustinere & possim & soleam.Cic.Ep.24.a.
Vt dignum aliquid & consulatu meo & uestra expectatione efficerem.Ci.Ep.147.a.
Qui modeste paret uidetur qui aliquando imperet dignus esse.Ci.d Leg.184.b.
Dignissima autem dona habentur, & formæ ab uno pictore uno absolutæ die.Ci.d Leg.179.a.
Venit tempus Quirites serius omnino q̃ dignum populo rom.fuit,sed tamen &c.Ci.I.A.209.a.
Laudabile esse demonstrabimus ab idoneis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, quæ a deteriore ordine improbetur.Ad Her.17.b.
Digredior,ris. discedo,a re discedo,aberro ad alia,aberro a proposito,diuerto.
Cic.Ep.195.b.Et si perinquo patiebar animo te a me digredi.&.55.b. Cũ ab eo digressus essem, eo consilio ut &c. Parens eius omnibus illis rebus interfuit, nũq̃ est a me digressus.Ci.p Syl.173.b.
Timebam ne a me digredi non posset.Ci.At.43.a.
Luna tum congrediens cum sole,tum digrediens. Cic.d N.46.b. Dolore efferri & iracundia longius digredi,quàm sapientis hominis cogitata ratio postulat.Cic. d Ar.244.a.
Nobis de causa digredi, nisi per locum communem displicet.Cic.d In.60.a.
Digredi ab eo,quod proposueris.Ci.d Or.137.b.
Sed iam ad id,unde digressi sumus,reuertamur. Cic.d Cla.193.a.
Verum hæc longius q̃ uoluntas fuit,a proposito digressa est oratio mea.Ci.I.V.284.b.
Delectandi causa digredi parumper a causa.Ci.d Cla.195.b.
Sed eò iam,unde huc digressi sumus reuertamur.Cic.d N.71.b. Ne ab eo quod propositũ est,longius aberret oratio.Ci.p Cecin.195.a.b.
Danda igitur opera est,ut etiam si aberrare ad alia cœperit,ad hæc reuocetur oratio.Ci.Off.27.b.
Paululum digredi de cursu.Ci.Part.231.a.
Digressio,onis.X.congressio.
Ci.Q.Fr.314.a.Id minus miserum fuit q̃ fuisset tũ congressio tum uero digressio nostra.
Digressio a proposita oratione.Ci.d Cla.192.a.
Causæ quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem.Ci.d Or.137.b.&.161.b.Ab re non longa digressio,tum reditus ad rem.
Declinatio breuis a proposito.Ci.d Or.162.a.
Ἐκβολὴ λόγου,ut ait Thucydides.Ci.At.99.a.
Digressio aut sui laudem aut aduersarij uituperationẽ continet,aut in aliam causam deducit, ex qua conficiat aliquid confirmationis,aut reprehensionis,non argumẽtanto sed augendo per quandam amplificationem. Cic. d In.60.a.
Digressus,sus. digressio,discessus.
Ci.At.3.b.Vt primũ a tuo digressu Romã ueni,cõfeci. Congressus nostri lamentationem pertimui, digressum uero non tulissem.Ci.Q.Fr.304.a.
Dijudicatio,onis. disceptatio.
Ci.d.L.167.b.Nam ista quidẽ magna dijudicatio est. & ibi.Hoc dijudicari nunq̃ poterit.
Dijudico,as. discerno,distinguo,discepto.
Ci.d Or.61.a.Omnes tacito quodam sensu quæ recta ac praua sunt dijudicant.
Quibus rebus beneuolus & simulator dijudicari possint.Q.d Pet.210.b.211.a.
Nõ facile dijudicat amor uerus & fictus.Ci.Ep.135.b.
Honesta & turpia natura non opinione dijudicanda sunt.Ci.d Leg.165.a.
Idq; aut nunquam dijudicari poterit,aut ita dijudicabitur.Cic.d Or.118.b.
Vt sine ullo errore dijudicare possimus.Ci.Off.55.b.
Vera a falsis dijudicare et distinguere.Ci.Part.241.b.
Nec habent istam artem, qua uera & falsa dijudicent. Cic.Acad.27.a.
Attendes igitur ut soles & eam controuersiam dijudicabis,quæ &c.Ci.d Fin.91.a.
Vtrum igitur inter has sententias dijudicari malumus? an ad propositum redire?Ci.Tus.153.a.
Qui tam callide uerbis controuersias non æquitate dijudicas.Cic.p Cecin.194.a.& ibi. Iura non utilitate cõmuni sed literis exprimis.
De controuersijs uult dijudicari.Ci.p Quint.7.b.
Recte dijudicare aliquid.Ci.Off.65.a.idest de eo sententiam ferre.
Dijungo, gis. Ci.At.99.b. Dijungere me ab illo uolo.
Dilabor,ris. Ci.d Leg.170.a. Fibrenus diuisus in duas partes,rapideq; dilapsus cito in unum confluit.
Male parta male dilabuntur.Ci.I.A.173.a.
Præclarissime constituta resp.dilapsa est.Cic.Off.50.a.
Glaciem calore liquefactum & dilapsam diffundi. Cic. d.N.31.a.

Hi simulac fortuna dilapsa est, deuolāt omnes. Ad Her. 29.b. *Ne elati uoluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.* Ci. Off. 21.a.

In relationem criminis dilabi. Ci. d In. 71.a.

Sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unū aliquid effugerit. Ci. Tus. 211.a.

Sunt alij plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur. Ci. I. A. 248.a.

Dilacero, as. Ci. d. N. 7.b. *Distractione humanorū animorum discerpi & dilacerari deum.*

Dilanio, as. Ci. p Mil. 108.a. *Tu cadauer P. Clodij nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.*

Dilapido, as. Cic. Octu. 329.b. *M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat uectigalia.*

Dilargior, iris. Ci. ꝯ Rul. 82.a. *L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus uoluit dilargitus est.*

Dilatatus, a, um. Ci. d Cla. 194.a. *Illa ipsa eloquentia quam dialecticam dilatatam esse putant.*

Dilatio, onis. *prolatio, mora, retardatio, procrastinatio.* Ci. I. A. 183.b. *Quæ est igitur expectatio? aut quę uel minima dilatio temporis?*

Dilatio comitiorum. Ci. p Pom. 4.a.

Dilato, as. *collato, late explico, propago.* X. *coangusto, coarcto, anguste refercio.*

Ci. p Flac. 148.b. *Sed non dilatabo orationem meam, etenim posset esse infinita.*

Vestra gloria quantis in angustijs se dilatari uult? Cic. d Som. 130.b.

Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Ci. Off. 15.b.

Vtrunq; eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. Ci. d Fin. 100.b. & Acad. 11.b.

Hæc lex dilatata in ordinem cūctum, coangustari etiā potest. Ci. d Leg. 190.b.

Cato nullum sequitur florem orationis neq; dilatat argumentum, sed &c. Ci. Parad. 116.a.

Hæc enim quæ dilatantur a nobis Zeno sic premebat. Ci. d. N. 30.a. *Dilatare manum.* Ci. Or. 207.a.

Dilatare literas. Ci. d Cla. 188.b.

Dilatari. X. *contrahi, comprimi.* Ci. d. N. 53.a.

Istum enim locum illa uetus Zenonis breuis conclusio dilatauit. Ci. d. N. 64.a.

Ex uerbo dilatare orationem. X. *ex uerbo contrahere.* Cic. Part. 231.a.

Angusta quædam atq; concisa & alia est collatata et diffusa oratio. Ci. Or. 215.a.

Dilaudo, as. Ci. At. 91.b. *Libri, quos tu dilaudas.*

Diligens, tis. *attentus, sedulus, diligentiam adhibens, assiduus.* Ci. I. V. 102.a. *Qui in re aduentitia & hereditaria tam diligens & attentus esset.*

M. Laterensis homo studiosissimus & diligentissimus salutis meæ. Ci. p Plan. 259.a.

Cares in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt. Cic. d. D. 100.a.

Homo nauus & industrius experientissimus & diligentissimus arator. Ci. I. V. 158.b.

Q. Pompeius castissimus uir atq; omnis officij diligentissimus. Ci. p Cæl. 13.a.

Diligentissimus omnium in promerendo, ut sibi magni honores haberentur. Ci. Q. Fr.

Quædam etiam negligentia est diligēs. Ci. Or. 204.a.

Medici assiduitas & tota domus in omni genere diligens. Ci. At. 197.b.

Non amo nimium diligentes. Ci. d Or. 134.a. *Dictum Africani censoris.*

Quem tu ad custodiendum te diligentissimum fore putasti. Cic. I. C. 101.a.

Assidua & diligens scriptura. Ci. d Or. 97.a.

Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. Cic. At. 70.b.

Tribuere alicui diligentem cultum. Ci. d In. 82.b.

A deligendo diligens. Ci. d. N. 46.a.

C. Quintius sanè suarum rerum paterfamilias & prudens & attentus. Ci. p Quint. 2.a.b.

Diligenter. *accurate, exquisite, studiose, summa cum cerimonia, magna cum cura & diligentia.*

Ci. At. 262.b. *Studiose diligenterq; curare aliquid.*

Liber tuus & legitur a me diligenter & custoditur diligentissime. Ci. Ep. 82.a.

Et sum a uobis benigne ac diligenter auditus. Ci. I. A. 260.a. *Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid.* Ci. d. D. 81.b. *Iterum multo diligentius meliusq; dixit.* Ci. d Cla. 272.a.

Diligentia, tiæ. *assiduitas, sedulitas.*

Ci. At. 31.a. *Terentię pergrata est assiduitas tua & diligentia.* *Omnes in hac re habenda ratio & diligentia est, ut &c.* Ci. d Am. 113.a.

Diligentia cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum ualet, hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur. Ci. d Or. 122.a. & ibi. *Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, labore, complectar uno uerbo, quo sępe iam usi sumus, diligētia, qua una uirtute reliquæ uirtutes omnes continentur.*

Excitanda est animaduersio & diligentia, ut nequid temere ac fortuitu, inconsiderate negligenterq; agamus. Ci. d Off. 21.a. *Mea summa et uobis cognita in rēp. diligentia.* Ci. p Mur. 144.b.

Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoq; ad memoriam rerum nostrarum excitarem. Ci. Top. 221.b.

Demosthenes īpedimenta naturæ diligentia industriaq; superauit. Ci. d Or. 208.a.

Magna cum cura & diligentia scribere aliquid. Cic. d In. 16.a. *Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum.* Ad Her. 30.b. & 32.a. *Diligentia est accurata conseruatio suorum.*

Conferre diligentiam ad aliquam rem. Cic. Ep. 144.a.

Domus finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio, et tamen adhibenda dignitatis commoditatisq; diligentia. Ci. Off. 28.a.

Diligo, gis. *amo, charum habeo.*

Ci. p Cor. 67.a. *Vt eos diligitis et charos hētis, sic etc.* *Et eum non solum beneficio sed amore etiam & perpetuo quodam iudicio meo diligebā.* Ci. Ep. 11.a. et. 181.a. *Dilexi te quo die cognoui, meq; a te diligi iudicaui.*

Fidem eius est complexus, officia obseruantiamq; dilexit. Ci. p Cor. 68. a.
Te ob eo mirifice diligi intelligebam. Ci. d N. 13. a.
Quos ego ambos unice diligo. Ci. Ep. 64. b. & . 162. b.
Hic ob illo dilectus est. Ci. p Plan. 264. b.
Tuam quidem & in agendis nostris rebus & in consilijs ineundis, mihiq; dandis, in ipsis literis, quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Cic. At. 197. b.
Colere & diligere aliquem. Ci. d Leg. 115. a.
Vsq; eò ne te diligis & magnifice circunspicis ut ita pestas. Cic. p. Q. R. 45. b. Qui me admodum diligit. Ci. Ep. 57. b. & . 31. a. Valde hominem diligo.
Tantum accessit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, ante dilexisse. Ci. Ep. 133. a.
Vt scires eum non a me diligi solum sed etiam amari. Ci. Ep. 222. a.
Dilorico, as. Ci. d Or. 119. b. Qui in causa perorandanon dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam.
Dilucescit, bat. lucescit, lucere incipit.
Ci. I. C. 112. a. Ipsi ad me, cũ iã dilucesceret, deducuntur. Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi, diluxit, patet, uidemus omnia. Ci. I. A. 140. a.
Dilucide. lucide. Ci. In Vat. Mea lex dilucide uetat. & Or. 104. a. Dilucide planeq; dicere.
Plane & dilucide loqui. Ci. d Or. 96. b.
Quae est a te explicata dilucide. Ci. d. D. 104. b.
Dilucido, as. Ad Her. 17. b. Nam quod in docendo rei dilucidandae causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.
Dilucidus, a, um. apertus, euidens.
Ci. Or. 198. b. Contra tenues, acuti, omnia docentes, dilucidiora non ampliora facientes.
Ac uerbis quoq; dilucidis utendum est. Ci. d In. 48. b.
Quo breuior eo dilucidior erit narratio. Ad Her. 3. b. & . 35. a. Perspicua & dilucida expositio.
Diluculo. summo mane.
Ci. At. 259. b. VI iduum cum ante lucem surrexissem, ue ni diluculo ad pontem Tiretium, qui est Minturnis.
Primo diluculo nuntius hic Ameriam uenit. Cic. pro. S. R. 21. b.
Diluo, is. confuto, abstergeo.
Ci. p. S. R. 25. a. Ego quo ratione res tam leues infirmẽ ac diluam reperire non possum.
Mors P. Clodij, de qua si nollem diluere crimen, ut diluitamen &c. Ci. p Mil. 115. a.
Quae tu diluas oportet & falsa esse doceas. Ci. p Cael. 44. b. Diluere crimina aduersariorum. Ci. I. V. 251. a. & d Cla. 190. b.
Diluere, quae contra dici possunt. Ci. d In. 78. a.
Alterutra pars diluitur. Ad Her. 23. b.
Diluere contrarias argumentationes. Ad Her. 30. a. & d In. 57. a.
Diluere crimina. X. inferre crimina. Ad Her. 35. a.
Quae cogitatio una maxime omnes molestias extenuat & diluit. Ci. Tus. 198. a.
Dimano, as. profluo. Ci. p Cel. 38. b. Meus hic forensis labor uitaeq; ratio dimanauit ad aestimationem bonum paulo latius commendatione ac iudicio meorum.
Dimensio, onis. Cic. Tus. 160. a. In illo libro pusionem quendam Socrates interrogat geometrica quędam de dimensione quadrati.
Dimetior, iris. dimensus sum. Cic. d Sen. 89. b. At qui ego isto sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. & ibi. A quo essent illa dimensa atq; descripta.
De syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur. Cic.
Studiam dimetiendi penè coeli atq; terrę. Ci. d Se. 87. a.
Dimetiri pecunia digitis, aut uersus pedibus. Ci. Parad. 120. b. Quem dimensa ratio docuit quid occiderit. Cic. Or. 215. a.
Dimicatio, onis. discrimen, contentio.
Ci. Or. 201. a. Sed haec ludorum atq; pompae, nos autẽ iam in aciem dimicationemq; ueniamus.
In extremo discrimine ac dimicatione fortunę, uel fortunarum. Ci. p Plan. 265. b.
Si qua subeunda dimicatio erit. Ci. p Syl. 182. a.
Is nec inimicitias nec uitae dimicationes pro me sibi defugiendas putauit. Ci. p Plan. 275. b.
Totis eius in remp. nostram labor, assiduitas, dimicatio. Ci. p Cor. 56. a.
Dimico, as. confligo. Ci. d N. 27. a. Cum A. Postumius cum Octauio Manilio praelio dimicaret.
Qui de uita gloriae causa dimicant. Ci. p Arch. 198. a & . 191. a. Vt de omnibus fortunis reip. dimicem. Ci. At. 131. a. & . 102. a. De sua potentia dimicant homines periculo ciuitatis.
Cum Pyrrho de imperio dimicabatur. Ci. Off. 8. b.
Rei de capite dimicantes. Ci. p Sest. 3. a.
Alteri dimicant, alteri uictorem timent. Ci. Ep. 80. b.
Conuenit dimicare pro patria. Ci. Tus. 218. a.
Dimidiatus, a, um. medius. Ci. I. V. 134. b. Exemit ex anno unum dimidiatumq; mensem.
Ferre plus dimidiati mensis cibaria. Ci. Tus. 182. b.
Apparebat epigrãma exesis posterioribus partibus uersiculorum, dimidiatis ferè. Ci. Tus. 241. a.
Dimidium dij. dimidia pars. I. Dimidius.
Dimidius, a, um. Ci. Ep. 217. a. Heres ex parte dimidia & tertia est capito, in sextante alij.
Itaq; populus rom. neq; solios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos sacerdotes. Ci. p Dom. 220. b.
Luna maior q̃ dimidia pars terrae. Ci. d N. 46. b.
Is emit domum propè dimidio carius quàm aestimabat. Ci. p Dom. 236. b.
Recte non credis de numero militum, dimidio plus scripsit Clodio. Ci. At. 143. a.
Addicitur medimnis M M dimidio fere pluris q̃ uno superiore. Ci. I. V. 164. b.
Ambulatiuncula propè dimidio minoris constabit illo loco. Ci. At. 214. b.
Habebat iste quosdam discipulos, quos dimidio redderet stultiores q̃ acceperat. Ci. p Fla. 156. a.
Tu fine me cum Flauio decidisti, utrũ pro dimidio parte an pro tota. Ci. p. Q. R. 90. a. Ex ea pecunia partẽ dimidiam ferè exegit. Ci. At. 171. a.

Emptores accederent ad dimidias partes emendas. Cic. I.V.156.a.bis.&.173.a. Cũ ex eo agro dimidio plus abstulerit, q̃ populo rom. miserit.

Si ut, quæ dimidiæ essent, decumę uacarentur, paruo uẽdidisti. Ci.I.V.173.a.

Ex sua cuiusq; parte ne minus dimidium ad fratrẽ perueniret. Ci.I.V.101.a.

Dimidium eius, quo Pompeius erat usus, imperauit. Cic. pro Flac.152.b.

Dixit se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. Ci.đ Or.141.a. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Ci.Q.Fr.309.b.

Diminuo, is. imminuo, minuo, attenuo, detraho, exhaurio, decerpo, derogo, decedo, remitto, leuo, ad pauciora redigo, diripio, diminutionem facio.

Ci.đ Or.168.b. Ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore uerba uno meo diminueretur.

Sed quantum de mea authoritate diripuisset, tantum se de huius p̃sidijs diminuturũ sperauit. Ci.p Syl.167.a.

Separatione partium magnitudines sunt artium diminutæ. Ci.đ Ora.154.b.

Si sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit. Cic. pro Cecin.292.a.

Interitu talis auguris dignitatem nostri collegij diminutam dolebam. Ci.đ Cla.165.a.

Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuẽdo. Ci.At. Ne quid de bonis L. Flauij diminueretur. Ci.Q.Fr 301.b.

Veruntamen maturabimus & quod negotia diminutũ fuerit, exæquabimus industria. Ad Her.6.a.

Diminuere de aliqua re. Ci.đ In.66.a. et đ Or.160.b.

Diminutio, onis. imminutio. X. accretio.

Ci.Ep.50.b. De imperio præterea tanta diminutio facta est &c. & đ Ar.253.a.

Neq; de bonis priuatorum publice diminutio fiat. Cic. Off.48.b.

Nõ queror diminutionem uectigaliũ. Ci.ꝯ Rul.64.b.

Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorũ notans dies. Ci.Tus.162.b.

Diminutio libertatis. Ci.ꝯ Rul.69.a. & diminutio ciuium. Ci.I.C.116.a.

Diminutio capitis. Ci.đ Pro.73.b.

Mulctari imperatorem diminutione prouincię contumeliosum est. Ci.đ Pro.76.b.

Diminutus, a, um. Cic.p Cecin.285.b. Pars aliqua iuris diminuta &c.

Qui capite non sunt diminuti. Ci.Top.223.a.

Ne patres auxilio diminuti deficiant. Ci.đ Ar.253.a.

Prædijs diminutis. Ci.p Syl.177.b.178.a.

Dimissio, onis. Ci.Parad.125.a. Dimissiones libertorũ ad fænerandas diripiendasq; prouincias.

Dimissus, a, um. Ci.Acad.4.a. In ista philosophia, quæ nunc prope dimissa reuocatur.

Dimitto, tis. amitto, missum facio, remitto, depono, omitto. Ci.p Cor.61.a. Sui quenq; iuris & dimittendi & retinendi esse dominum.

Libertatem meam neq; dimisi unquam neq; dimittam. Ci.p Plan.279.a.

Non cum uitæ tempore dimittendam esse commemorationem nominis nostri. Ci.p Arch.191.a.

Is hæc perpeti, si acciderent, maluit, q̃ custodiam mei capitis dimittere. Ci.p Plan.180.a.

Ego non dimittam istam curam. Ci.At.226.b.

Tũ Neuius pueros circũ amicos dimittit. Ci.p Quĩ.4.a.

Sed dimittamus fabulas &c. Ci.Off.72.a.

Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. Ci.đ Fat.141.a.

Si aliquid de summa grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset. Ci.I.A.246.a.

Augures possunt concilia uel instituta dimittere, habita rescindere. Ci.đ Leg.176.a.

Hæc ego omnia uix iam cœtu nostro dimisso comperi. Ci.I.C.99.a. Hoc concursu optimatum comitia dimittuntur. Cic.At.9.b.

Res illo die nõ peroratur, dimittitur iudicium. Ci.I.V.123.a.&.234.a. Prætor dimitti iubet Senatũ. &.123.a. Dimisso atq; ablegato consilio. &.125.a. Qui honestos homines ableges, consilio p̃ dimittat.

Dimittere consilium. Ci.In Vat.30.a.

De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. Ci.đ Or.93.a. Discedentem te non sine magno dolore dimittam. Ci.At.191.a.

Dimittere aliquem a se. Ci.đ Or.94.b.&.95.b.i.a mãdare. & Ep.225.a.&.226.b.

Aliquem dimittere abs se, & mandare in ultimas terras. Ci.p Syl.178.a.

Dimittere eũ, quem manu comprehenderis. Ci.Or.205.b.&.206.a. Quoniam Demosthenem totum cognouisti, nec eum dimittis è manibus.

Dissipatio, onis. dissolutio.
Ci. đ. N. 15.b. Epicurus corporum concretionem fugit; ne interitus & dissipatio consequatur.
Dissipatio pecuniæ publicæ. Ci. At. 196.a.
Tantam ei pecuniam decreuistis, quantam ex bonis patrijs in prædæ dissipatione inimicus uictor redegisset. Cic. I. A. 248.a.
Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine deposco. Ci. I. A. 248.a.

Dissipatus, a, um. dispersus, dissolutus.
Ci. p Sest. 22.a. Homines dissipatos unum in locum cõgregare. & Tus. 161.a.
Depulsis ac dissipatis copijs hostium. Cic. p Do. 216.a.
Prorsus dissolutum offendi nauigium uel potius dissipatum. Cic. At. 243.a.
Curio cum tardus in cogitando tum in struendo dissipatus fuit. Ci. đ Cla. 184.a.
Aliquis fractus & propè dissipatus. Cic. Postq̃. 209.b.

Dissipo, as. dispergo, disperdo, dissoluo, diffundo, consumo, conficio, distraho.
Cic. đ. N. 33.b. Ignis quocunq; inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.
Nihil superest, libidines totum dissipauerunt. Cice. de Ora. 129.b.
Euersa domus est, dissipati liberi, rapta coniunx. Cic. p Sest. 28.a.
Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Cic. I. P. 99.b.
Mihi, quod potuit sceleratorũ furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit. Ci. Postq̃. 202.a.
Qui discedere animum censent, alij dissipari statim, alij diu permanere, alij &c. Ci. Tus. 152.a.
Simia omnia, quæ erant ad sortem parata, disturbauit, & aliud alio dissipauit. Ci. đ. D. 96.a.
Subsellia dissipauit, urnas deleuit. Ci. In Vat. 36.a.
Simia urnam euertit, sortes dissipauit. Ci. đ. D. 122.b.
Medeam prædicant in fuga fratris sui membra in ijs locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse. Ci. p Põ. 8.a.
Capere occidere et dissipare hostes. Ci. Ep. 13.b. et. 190 a. Dissipare classem. Animum dissipari, dissolui, & interire. Ci. Tus. 152.a. Facilius est apta dissoluere, q̃ dissipata connectere. Ci. Or. 220.a.
Disperdere ac dissipare patrimonium. Ci. ꝯ Rul. 61.a. & 84.a. Effusis ac dissipatis fluctibus uestris.
Habemus etiam rationem rei familiaris tuę, quam dissipari nolumus. Ci. Ep. 53.a.
Dissipare fortunas. Ci. Ep. 56.b.
Postremo a parco patre, quod sumas, quanto dissipas libentius. Ci. đ. N. 74.b. Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. Ci. đ Am. 100.a.

Maledicto nihil facilius emittitur, nihil latius dissipatur. Ci. p Plan. 271. a.
Distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium &c. Ci. p Fla. 149. a.
Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus dispersa et dissipata quondam fuerunt. Ci. d Or. 100. b.
Dissipare famam uel rumorem. Ci. I. A. 261. a.
Cum istius amici sermones huiusmodi dissipauissent, me &c. Cic. I. V. 79. b. a.
Genus hominum in montibus & syluis dissipatum. Ci. d Or. 88. a. & 121. b. Ius ciuile quod nunc fusum & dissipatum est, in certa genera cogere, & ad artem facile redigere.

Dissocio, as. Ci. d Am. 110. a. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. Postea dissociati a Socrate diserti a doctis. Ci. d Or. 149. b.
Dissociatis animis ciuium. Ci. At. 65. a.

Dissolubilis, le. dissipabilis. X. indissolubilis.
Ci. d N. 65. b. Animal mortale, dissolubile, & diuiduũ est. & 6. a. Coagmentatia dissolubilis.

Dissoluo, uis. rescindo, ære alieno me libero.
Ci. I. A. 156. b. In maximis rebus idest in legibus acta Cæsaris dissolui ferendum non puto.
His uerbis scripta est ista proscriptio ut se ipsa dissoluat. Ci. p Dom. 123. a.
Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur. Ci. I. A. 156. a.
Dissoluere æs alienum. Ci. p Syl. 177. b.
Per te C. Aquili decidit Quintius quod liberis Scapulæ dissolueret. Ci. p Quint. 3. a.
Pecuniã tenere nec quicq̃ ulli dissoluere. C. I. V. 187. b.
Tibi assentior maiorem eius πρᾶξιν fore, si mihi quod debet, dissoluerit. Ci. At. 234. b.
Illi turpe erit eo nomine, quod satisdare debeat, procuratores eius non dissoluere. Ci. At. 261. a.
Ego uero Ligurgo maximã gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutuatione & sine uersura possem dissoluere. Ci. Tus. 170. a.
Quam si ad se quisq; rapit, dissoluetur omnis humana consociatio. Ci. Off. 57. a.
Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. Cic. p Quint. 3. a.
Compositi oratoris bene structam collocutionem dissoluere permutatione uerborum. Cic. Or. 210. a. & ibi. b.
Isti ut est in prouerbio, Scopas (ut ita dicam) mihi uidentur dissoluere.
Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. Ci. d Sen. 91. a.
Indissolubiles quidem esse non potestis, non tamen dissoluemini. Ci. d Vn. 202. a.
Fraus constringit non dissoluit periurium. Ci. Of. 75. a.
Id iam mala consuetudine dissolutum est. Ci. pro Ceci. 286. a.
Misericordia commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate. Ci. p Mur. 139. b.
Quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. Ci. d Leg. 175. b.
Interea dissoluant iudicia publica, de causilijs aduocẽt quos uelint. Ci. ꝯ Rul. 73. a.
Pecuniamq; ex S. C. & ex lege dissoluerant. Cic. I. V. 246. a.
Ars quæ rem dissolutam & diuulsam conglutinaret et ratione quadam constringeret. Ci. d Or. 100. b.
Dissoluere amicitiam. Ci. p S. R. 37. a. & p Q. R. 51. a. Dissoluere societatem.
Dissolui, dissipari, interire. Ci. Tus. 153. a.
Chrysippus multa contra sensus, quæ in consuetudine p bantur, dissoluit. Ci. Acad. 19. a.
Illa autem, quæ Carneades afferebat, quemadmodum dissoluitis? Ci. d N. 65. a.
Dialectici multa inueniunt, quæ non possunt ipsi dissoluere. Ci. d Or. 123. a. & ibi &c.
Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon uocant, dialectici dicent. Ci. d D. 110. b.

Dissolute Ci. At. 228. a. Ei nec crudeliter quicq̃ eripui nec dissolute quicq̃ remisi.
Factum clementer. X. factum dissolute. Ci. I. V. 239. a.
Ius suum dissolute relinquere. Ci. p Cec. 305.
Res confecta est minus quidem illa seuere q̃ decuit, non tamen omnino dissolute. Ci. I. A. 205. b.

Dissolutio, onis. Ci. d Leg. 162. a. Mors est dissolutio naturæ. Hi qui post iudiciorum dissolutiones ædiles facti sunt. Ci. I. V. 231. a.
Quæro autem quid sit, quod cum dissolutione. i. morte sensus omnis extinguatur. Ci. d Fin. 86. a.
Hæc utrum tandem lex est? an legum omnium dissolutio. Ci. I. A. 157. a.
Dissolutio criminum ab aratore quæritur. Ci. pro Clu. 18. a. Confutatia est contrariorum locorum dissolutia. Ad Her. 1. b.
Si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi & dissolutio. Ci. Ep. 61. b.
Dissolutionibus relaxare constructionem. Ci. pt. 231. b.

Dissolutus, a, um. nimium remissus.
Ci. Bru. 91. b. Nec dissolutum a te quicquã homines expectant, nec crudele.
Crudelis in animaduertendo, dissolutus in permittenda. Ci. I. V. 237. a.
Verres negligens ac dissolutus. Ci. I. V. 184. b. & 176 b. Vir omnium dissolutissimus.
Dissolutus in re familiari ac negligens. Cic. p Quĩ. 6. b. & 7. a. Dissolutus, profusus, perditus, nepos.
Adolescẽs pditus et dissolutus. Ci. Tus. 221. a. et. 218 a
Ne tua liberalitas dissolutior uideatur. Cic. At. 274. b.
Negligere quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis sed omnino dissoluti. Ci. Off. 10. a.
Dissoluta græcorum consuetudo & impudens licentia. Ci. p Fla. 150. a.
O consilia dissoluta & perdita. Ci. ꝯ Rul. 77. a.
Iudicium dissolutum perditum nũmarijs. C. I. V. 177. a.
Nihil populare ac dissolutum. Ci. At. 18. b.
Alterum nimis uinctum. X. alterum nimis dissolutum. Cic. Ora. 216. a. Dissolutum offendi nauigiũ uel potius dissipatum. Ci. Att. 243. a.
Dissoluta argentaria. Ci. p Cec. 287. a.
Quod dissolutum sit, id esse sine sensu. Ci. d Fin. 86. a.

Dissuadeo

Dissuadeo,des. detterreo.

Ci.p Rul.86.b. *Quis unq̃ tam secunda concione legem agrariam suasit, quam ego dissuasi, si hoc dissuadere est ac non disturbare ac peruertere.*

Dissuadentibus aut utilitas labefactando est, aut efficiẽdi difficultates efferendæ. Ci.Top.238.a. *neq; alijs ex præceptis, sed ijsdem ex suasionis locis.*

Non modo non censuit captiuos remittendos uerũ etiã dissuasit. Ci.Off.72.a.74.a. *Cum præsertim de captiuis dissuasurus esset.*

Dissuasio,onis. X. suasio.

Ci.p Clu.47.a. *Dissuasio rogationis eius, quæ contra coloniam narbonensem ferebatur.*

Deliberatiuum genus est quod habet in se suasionem et dissuasionem. Ad Her.1.a.

Dissuasor,oris. Ci.d Or.133.a. *Dissuasor legis.* X. author legis.

Auctor quasi dissuasor consilij mei. Ci.At.282.b.

Dissuo,is. Ci.d Am.110.b. *Tales igitur amicitiæ dissuendæ magis sunt, q̃ discindendæ.*

Amicitiam magis decet sensim dissuere q̃ repente præcidere. Ci.Off.24.b.

Distans,tis. disiunctus, diuersus.

Ci.Or.201.b. *Naturæ uariæ & uoluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi.*

Tot res tam dissipatæ tam distantibus in locis positæ. Ci.I.A.173.a.

Distantia,tiæ. Ci.d Am.110.a. *Tãta est inter eos, quãta maxima esse potest, morum studiorumq; distantia.*

Distentus,a,um. Ci.At.246.b. *Intelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotijs, qua de Bruto.*

Diuina prouidentia distenta cœlũ uersans, terras tuẽs, maria moderans. Ci.d.N.79.a.

Breuitate epistolæ scire poteris eum ualde esse distentum. Cic.At.150.a.

Et si distentus tum opera tum animo sum multo magis. Ci.Q.Fra.327.a.

Distermino,as. Ci.In Arat. *Quas interuallum binas distermi nat unum.*

Distincte. disposite, distribute.

Ci.d Or.147.b. *Distincte, explicate, abundanter, & illuminate dicere.*

Qui profitentur se neq; distincte, neq; distribute, neque eleganter, neq; ornate dicere. Ci.Tus.176.a.

Articulatim distincteq; dicere. Ci.d.L.163.a.

Partite, definite, distincte dicere. Ci.Or.205.b.

Num conturbo te? non enim fortasse satis quę distinctius dicuntur intelligis Ci.I.A.166.b.

Distinctio,onis. Ci.d Leg.172.a. *Lex est distinctio iustorum & iniustorum.*

De his igitur, quæ diximus, hęc sit prima distinctio. Ci.d Vn.196.a.&.199.b. *Animus dijudicat quæ distinctio sit inter ea, quæ gignuntur, & ea quæ sunt semper eadem.* *Facilis est distinctio ingenui & illiberalis ioci.* Ci.Off.21.a.

Facilis & expedita distinctio. Ci.d Fin.55.b.

Numerus in continuatione nullus est, nam distinctio numerum conficit. Ci.d Or.160.a.&.162.b. *Eiusdẽ uerbi crebrius positi quædam distinctio.*

Oratio non spiritu pronuntiantis nec interductu librarij, sed numero coacte debet insistere. Ci.Or.219.b.

Distinctio ueri & falsi. Ci.d Fin.62.a.

Quæ est tandem ista distinctio, quæ uera, quæ falsa habet? Ci.d.D.135.a.

Causarum distinctio ac dissimilitudo. Ci.d Fat.149.a.

Sed illam distinctionem tuam nullo pacto probo, scribis enim &c. Ci.At.273.b.274.a.

Distinctio omnium siderum. Ci.d.N.29.a.

Distinctus,a,um. interpunctus.

Ci.Or.201.b. *Distincta alios & interpuncta, interualla, moræ, respirationesq; delectant.*

Illi autem octo cursus septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Ci.d Som.129.a.

Oratio artificio quodam & expolitione distincta. Cic.d Ora.89.a.

Regio, quæ mari cincta & portubus distincta esset. Cic.p Flac.151.b.

Narratio distincta personis, interpuncta sermonibus. Cic.d Or.138.b.

Cœlum astris distinctum & ornatum. Ci.d.N.45.a.& 46.a. *Litora distincta tectis & urbibus.*

Pocula gemmis clarissimis distincta. Ci.I.V.214.a.

Distineo,nes. impedio, impeditum teneo.

Ci.p.S.R.22.a. *Sylla tot tantisq; negotijs distentus est, ut respirare libere non possit.* & At.8.b.

Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum ita distinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur. Cic.Ep.96.b. *Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear.* Ci.At.37.b.

Nam antea distinebar maximis occupationibus. Ci.Ep.201.a. *Metuendũ est ne imperita multitudo per me pacem distineri putet.* Ci.I.A.245.a.

Distineor tamen & diuellor dolore. Ci.p Plã.276.a.

Distinguo,guis. separo, disiungo, secerno, discerno, interpungo, uario.

Ci.Parad.121.b. *An tu ciuem ob hoste natura ac loco non animo factisq; distinguis?* &.120.a. *Causa igitur hęc non natura distinguit.*

Sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio. Ci.I.V.220.b. *Agnationibus familiarum distinguũtur status.* Ci.d Leg.160.b.

Rursus autem distinguendum est, & ita dicendum, ipsius indiuidui hanc esse naturam, ut &c. Ci.d Fat.145.a.

Gręcus primo distinguere atq; diuidere illa quemadmodum dicerentur. Ci.I.P.94.b.

Decorum quidem totum cum uirtute confusum est, sed mente & cogitatione distinguitur. Ci.Off.19.b. & ibi. *Quod cogitatione magis a uirtute potest q̃ re separari.* *Aliquo non nomine sed genere toto disiungi.i.disiũgo.* *Quomodo autem distingui possunt uera somnia a falsis?* Ci.d.D.138.a.

Populus romanus distinguit rationem officiorum & tẽporum, uicissitudinem laboris & uoluptatis. Ci.p Mur.142.b.&.136.a. *Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi Syllani temporis calamitate.*

Numerum in guttis cadentibus, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. Ci. d Or. 160. a.
Seruos non numero distinguunt sed appellant uno fami liæ nomine. Ci. p Cec. 295. b.
Oratorũ genera distinguere ætatibus. Ci. d Cl. 171. a.
Aer nocte ac die distinguitur. Ci. d N. 46. a.
Quid inter naturam & rationem intersit, non distinguitur. Ci. d. N. 64. b.
Sophistarum distinguenda similitudo. Ci. Or. 102. b.
Distinguere rem ambiguam. Ci. d Cla. 178. a. & Ora. 198. a. & d Fin. 53. a.
Secernenda distinguere. Ci. Top. 223. a.
Artem si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio. Cic. Acad. 7. a.
Signa conturbantur, quibus uoluntas a simulatione distingui posset. Ci. At. 121. b.
Qui igitur distiguemus bonos a malis? Ci. d Or. 131. a.
Vera a falsis dijudicare atq; distinguere. Cic. pt. 142. b.
Oratoris est formare orationem eamq; uariare & distinguere, quasi quibusdam uerborum sententiarũq; insignibus. Ci. d Or. 112. a.
Distinguere orationem uarietate. Ad Her. 22. a.
Distinguere historiã uarietate locorũ. Ci. d Or. 113. b.
Distinguere & illustrare orationem. Ci. d In. 67. b.
Quorum omnium multitudo insatiabili uarietate distinguitur. Ci. d. N. 45. b.
Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem, ut postea uariari uoluptas distinguiq; possit, augeri amplificariq; nõ possit. Ci. d Fi. 57. a. 56. b
Via illa nostra castris thraciis distincta est & notata. Cic. d Pro. 69. b.
Hæc oratio describi ac distingui potest, ut Flacco &c. Lælio autem &c. Ci. p Fla. 153. b.
Narratio distincta personis, interpunctã sermonibus. Ci. d Ora. 138. b.
Cœlum astris distinctum & ornatum. Ci. d. N. 45. a.
Oratio articulis membrisq; distincta. Ci. d Or. 160. a.
Disto, as. absum, differo, diuersus sum, interest.
Ci. d Or. 103. a. Multum inter se distant istæ facultates longeq; sunt diuersæ atq; seiunctæ.
Hominum uita plurimum distat a uictu cultuq; bestiarum. Ci. Off. 35. b.
A quo genere ne illud quidem plurimum distat. Cic. d Ora. 133. a. Multum distat argumentatio tua ab re ipsa atq; a ueritate. Ci. p S. R. 25. b.
Quanq̃ enim uocabula propè idem ualere uideantur, tamen quia res differebant, nomina rerum distare uoluerunt. Ci. Top. 223. b.
Quid enim tam distans quàm a seueritate, comitas? Cic. Ora. 199. b.
Cum a ueris falsa non distent. Ci. Acad. 15. b.
Contrarium est quod positum in genere diuerso, ab eodem cui contrarium est, plurimum distat, ut frigus calori, uitæ mors. Ci. d In. 51. b.
Nulla re lõgius absumus a natura ferarũ. Ci. Of. 11. a.
Terræ ab huiusce regionis, quam nos incolimus continuatione distantes. Ci. d. N. 59. a.
Sidera inter se & altitudine & humilitate distantia. Ci. Tus. 141. b.
Distorqueo, es. Ci. d Or. 133. b. Gallus pictus in Mariano scuto sub nodis distortus, eiecta lingua &c.
Distortio, onis. Ci. d Fin. 133. b. Distortio & deprauatio membrorum.
Distortus, a, um. contortus. Ci. p Mur. 138. b. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos.
Multa sunt genera enuntiandi, sed nullum est distortius q̃ hoc &c. Ci. d Fat. 145. a.
Distractio, onis. Ci. Off. 59. a. Nulla est nobis societas cum tyrannis sed potius summa distractio.
Distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari deum. Ci. d. N. 7. b.
Distractus, a, um. Ci. p Dom. 226. b. Vis oriens & cõgregata. X. iam distracta & extincta.
Distraho, his. diuello, disiungo, dissipa, deduco.
Ci. d. N. 65. a. Indiuiduum corpus est quod dirimi distrahiq; non potest.
Ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas. Cic. p Quint. 9. a. Vt ab his membra diuelli citius et distrahi posse diceres. Ci. p Syl. 178. a.
Qui hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Cic. Off. 54. b.
Distrahi in contrarias partes. Ci. Tus. 140. a.
Quos aut mors eripuit nobis aut distraxit fuga. Cic. Ep. 56. b. Sed diligentius est uidendum ne distracti pares aduersarijs esse non possimus. Ci. At. 130. b.
Postea uero q̃ Pompeius se totum Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere coner? Ci. I. A. 165. a.
Vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reduces. Cic. Att. 133. a. In deliberando sæpe animi in contrarias partes distrahuntur. Ci. Off. 2. b.
Distrahar, tum hoc tum illud uidetur. Ci. Acad. 34. a.
Fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi. Ci. Off. 3. a.
Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Ci. p Cecin. 186. a.
Me piget, qui sim passus a tali amicitia distrahi. Cic. p Dom. 219. a. & 1 32. b. Distrahi a complexu suorum.
Ameq̃ copiæ illius nos a nobis distrahãt. C. At. 130. a.
Oratoris industriam in plura studia distrahi nolim. Ci. d Or. 107. a. Nemo eum a me diuellat ac distrahat. Cic. p Plan. 281. a.
Vt ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possint. Cic. d Fin. 59 a.
Metuebã ne a me distrahi non posses. Ci. Q. Fr. 304. a.
Vas ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Ci. p Pam. 5. b.
Distrahere noces. Ci. Or. 111. a.
Qui non idem consilium quod tu secuti sunt, eos uideo i dua genera esse distractos. Ci. Ep. 52. b.
Distribuo, is. diuido, partior, tribuo.
Cic. At. 111. a. Sanè commode Pompeius distribuit bis nos singulis patribus familiarum.
Nonnullos scribis suis, filio cohortiq; distribuit. Cic. I. V. 148. a. i. seruos.

Fuisti igitur apud M.Leccam ea nocte Catilina, distribuisti partes Italiæ, statuisti quo quenq; loco proficisci placeret. Ci.I.C.99.a.

Vt urbem omnibus ex partibus quemadmodum descriptum distributumq; erat incenderent. Ci.I.C.112.a.

Athenienses unde fruges & leges ortæ et in oẽs terras distributæ putantur. Ci.p Fla.159.a.

Orbem terrarum distributis imperijs ardere bello. Cic. Ep.46.a.&.183.a. Pecuniæ maximæ distribuuntur.

Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria distributam comprehensamq; habeas. Q.d Pet.209.b.

HS quadraginta millia nummum in singulos iudices distributa cum sententiarum numerum conficere debebãt. Cic.p Clu.33.a.

Ex armamentis publicis arma populo romano C. Mario consule distribuente dantur. Ci.p Rab.94.a.

Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. Ci.d Or.94.a.

Oratio quæ est in ius religionis, & in ius reip. distributa. Cic.p Dom.219.b.

Est enim animus in partes distributus duas, quarum etc. Ci.Tus.185.b. Omnem uim loquendi in duas tributam esse partes. Ci.d Fin.67.b.

Causarũ diuisio in duas partes distributa est. Ad Her. 3.b. In tres partes a plerisq; distributa sapientia est.

Distribute. distincte. Ci.Tus.176.a. Qui profitentur se neq; distincte, neq; distribute, neq; eleganter neq; ornate scribere.

Distributio, onis. diuisio, partitio, descriptio.
Ci.p Clu.28.a. Mihi certum est, hanc tandem distributionem inuidiæ & criminum seruare.

Nam aut temporum seruantur gradus aut generum distributiones. Ci.Part.230.b.

Cœli distributio & certarum rerum notatio docet unde fulmen uenerit. Ci.d D.137.b.

Aberrare a distributione. Q.d Pet.212.b.

Deinde dubitatio, tum distributio. Ci.d Or.262.a.

Distributio diuiditur in enumerationem & expositionem. Ad Her.3.b.

Distributor, oris. Cic.I.P.87.a. Vos rogatores, uos distributores, uos custodes fuistis tabularum.

Districtus, a, um. Cic.d Ar.258.a. Suffragia districta tenentur a paucis.

Quandiu Crassi fuit ambitionis labore uita districta. Cic.d Ora.143.a.

Sic habeto nunquam me a causis & iudicijs districtiorem fuisse. Ci.Q.Fr.317.a.

Districtos in remp. gladios retudimus. Cic.I.C.111.a.

Distringo, gis. Cic.Off.75.a. Fraus enim distringit nõ dissoluit periurium.

Rep nihil est carius, in qua tu non ualde te iactas, districtus enim mihi uideris esse. Ci Ep.20.a.

Videbam me hoc iudicio districtum & obligatum fore. Cic.I.V.70.b.

At ille ut ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitq; &c. Cic.Off.74.b.

Disturbatio, onis. Cic.Offic.71.a. Vt in disturbatione Corinthi &c.

Disturbo, as. deijcio, demolior, dissipo, peruerto.
Cic.d N.33.b. Ignis quocunq; inuasit, cuncta disturbat & dissipat.

Qui fidem lædit, quantum in ipso est, disturbat uitæ societatem. Ci.p S.R.37.a.

Huc etiam nisi uenirem fabros se missurum & domum meam disturbaturum esse dixit Ci.I.A.198.a.

Si hoc dissuadere est ac non disturbare atq; peruertere. Cic.ƺ Rul.86.b.

Ille ambitus iudicium tollere ac disturbare uoluit. Cic. p Syl.169.b.

Vi & armis disturbare iudicia. Ci.p Syl.180.b.

Disturbari tecta, diripi fortunas. Ci.p Dom.232.b.

Disturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur & ad tectum iam penè peruenerat. Cic.At.55.b.& p D.234.a. Disturbare porticum.

Pontes disturbat, cistas deijcit. Ad Her.4.b.

Quibus spectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur. Cic.p Dom.236.a.

Cum quidam agrariam curationem ligurirent, disturbaui rẽ, totamq; integrã uobis reseruaui. Ci.Ep.178 a.

Simia & sortes ipsas & cætera quæ erant ad sortem parata disturbauit, & aliud alio dissipauit. Ci.d.D.96.a.

Dithyrambicus, a, um. Ci.d Opt.143.a. Dithyrambici poetæ.

Dithyrambus, bi. Ci.d Or.160.a. Inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus, cuius mẽbra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa.

Ditio, onis. imperium. Ci.I.V.65.a. Nationes, quæ in amicitiã populi rom ditionemq; essent. &.213.b. Quæ in eorum regno ac ditione sunt.

Cæsar totam Galliam in nostram ditionem redegit. Ci. d Pro.75.b.

Vrbesq; Achaię multas sub imperium populi rom. ditionemq; subiunxit. Ci.I.V.87.a.

In ditione ac potestate alicuius esse. Cic.p Quint.1.b. &.17.b. Si fas est respirare P.Quintium contra nutum ditionemq; Næuij.

Redigere aliquem in suam ditionem & potestatem. Cic.ƺ Rul.81.a.

Iupiter Opt.Max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur. Ci.Anteq.190.b.

Tenere aliquem in sua potestate & ditione. Ci.I.V.96 a.& ƺ Rul.74.a.

Ditior, us. diuitior. Ci.d Am.107.a. Ditior mihi & affluentior uidetur esse uera amicitia.

Vt quisq;, quod plurimi est possidet, ita ditissimus habẽdus est. Ci.Parad.125.a.b.

Dito, as. Ci.Off.31.a. Si contigerit ea uita sapienti, ut omnium rerum affluentibus copijs ditetur.

Vrbs triumphis ditata. Ad Her.40.b.

Diu. perdiu, multos annos, multos dies, porrò, multorum annorum memoria.
Ci.d Sen.91.b. Quanquam (o dij boni) quid est in hominis uita diu.

Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo aliquid extremum est? Ci.p Mar.135.a.

Neq; diu uox illa extitit. Ci.d.D.101.b.

Aiebant illum primum sanè diū multa contra. Ci.At.

Sed hęc satis diu multumꝙ; defleta sunt. Ci.I.A.248.a.

Nec ea quisquam nisi diu multumꝙ; scriptitarit, consequetur. Ci.đ Or.97.a.& 96.a. Omnia iam ex ea, quæ diu cupio, cognoscam.

Vis improbarum diu collecta & inueterata tacito odio iam erumpebat in actum. Ci.ꝑ Dom.225.b.

Hæc diu multum & multo labore quæsita una eripuit hora. Ci.ꝑ Syl.181.a.

Quę singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdere. Ci.I.V.66.a.

De Capua multum est ac diu cõsultum. Ci.ↄ̄ Rul.81.b.

Hic satis diu in miserijs fuit, satis multos annos ex inuidia laborauit. Ci.ꝑ Clu.60.a.

Perdiu nihil de te audiui. Ci.At.50.a. & 61.b. Libri oratorij diu ac multum in manibus fuerunt.

Sæpe ac diu iacui &c. Ci.ꝑ Quint.18.a.

Vtrum difficilius esset &c. diu multumꝙ; dubitaui. Cic. Or.197.a. Qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subito ad patriæ periculũ conuerterunt. Ci.Ep.174.b.

Hoc non potest in delectatione esse diuturna. Ci.đ Or.252.a.i. hoc non potest diu delectare.

Diuarico,as. Ci.I.V.220.b. In ea statua Sopatrum diuaricari ac deligari iubet.

Diuello,lis. distraho, separo. Ci.ꝑ Plan.281.a. Nemo eum a me diuellat ac distrahat.

Neꝙ; diuelli ab eo possunt. Ci.I.C.109.a.

Magno dolore a te diuellor. Ci.ꝑ Mil 121.a.

Res a natura copulatas errore diuellere. Cic.Off.66.b.

Vt ab his membra diuelli citius & distrahi posse diceres. Ci.ꝑ Syl.178.a.

A quibus cũ summo dolore diuellitur. Ci.ꝑ Do.233.a

Affinitas filij istius uiuis diuelli non poterat. Ci.ꝑ Qui. 4.b. Cum tot rerum tanta uarietate diuellerer. Ci.I. V.132.b.

Aliqua diuulsa & quasi discerpta cõtrectare. Ci.đ Or. 245.a. Consensus ordinum est diuulsus. Ci.đ Arusp. 258.a. Vt ab ea nulla modo nec diuelli nec distrahi possint. Ci.đ Fin.59.a.

Distineor tamen & diuellor dolore. Ci.ꝑ Plan.276.a.

Diuendo,dis. Ci.ↄ̄ Rul.62.a. His permittit sua lege, ut Decemuiri bona populi rom. possint diuendere.

Diuersor,aris. apud hospitem sum.

Ci.I.V.89.a. Verres Rubrium delicias suas parum lautæ diuersari dicit.

Domus in qua iste diuersabatur. Ci.I.V.90.a.& 108. a. Lyso apud quem diuersatus es.

Vedius diuersatus est Laodiceæ apud Pompeium. Cic. At.89 a. Hac te in domo tandiu diuersari nõ pudet. Ci.I.A.173.b. Nuper cum Athenis imperator apud Aristonem diuersarer. Ci.Tus.232.b.

Inuito eum per literas, ut apud me diuersetur. Cic.At. 204.b.

Diuersor,oris. Ci.đ In.64.a. Caupo cum quibusdã diuersoribus illum, qui ante exierat, consequitur.

Diuersoriolum,li. Ci.At.225.a. Accepi VII Calendarum in diuersoriolo tuas literas.

Diuersorium,rij. hospitium.

Ci.I.A.184.a. M. Varro uoluit uillam illam esse studiorum suorum non libidinum diuersorium.

Requiescam in Cæsaris sermone tanꝗ in aliqua peropportuno diuersorio. Ci.đ Or.130.b.& ibi. Non nimiũ liberale hospitium dices, nam te statim extrudam & eijciam. & 135.b. Qui hæc diuersoria sermonis tam libenter acquieturum te esse dicebas.

Nam & uilla & amœnitas illa commorationis est non diuersorij. Ci.Ep.92.b.

Ex uita ista discedo tanꝗ ex hospitio nõ tanꝗ ex domo, commorandi enim natura diuersorium nobis non habitandi dedit. Ci.đ Sen.94.b.

Cogito in hortis Crassipedis quasi in diuersorio cœnare. Cic.At.61.a.

Nę ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Ci.Ep.106.a.

Officina nequitiæ, diuersorium flagitiorum omnium. Ci.ꝑ S.R.41.a.

Diuersus,a,um. dispar, distans, uarius, impar, dissimilis, disiunctus, contrarius ferè, totus alius, disparilis.

Ci.đ In.63.b. Separatim sunt aliæ cuiusꝙ; generis & diuersæ præceptiones.

Duo loca disiũctissima maximeꝙ; diuersa. Ci.ꝑ Põ.5.b.

Duo aliqua inter se maxime diuersa. Ci.đ Sam.129.b.

Ex tam longinquis & tã diuersis locis. Ci.ꝑ Põ.12.b.

Corinthus duo maria maxime nauigatione diuersa penè coniungit. Ci.ↄ̄ Rul.83.b.

Difficile est ea, quæ utilitate & propè natura diuersa sunt, uoluntate coniungere. Ci.Q.Fr.297.a.

Cætera quæ constant ex uarijs & diuersis studijs. Cic. đ Or.108.a. Hęc uidentur esse a proposita ratione diuersa. Ci.đ Cla.193.a.

Epicurus, qui a te totus diuersus est. Ci.Acad.25.b.

Hoc est diuersum a reliquis. Ci.đ Opt.243.a.

Varię & diuersæ & in omnem partem diffusæ disputationes. Ci.đ Or.148.b.& ibi. Familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctę & dispares.

Confluxerunt in hanc urbem multi ex diuersis locis. Ci. đ Cla.188.b. Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. Ci.I.C.106.b.

Quod ex aliqua disiuncto diuersoꝙ; monstro significatum caueremus. Ci.đ Ar.249.a.

Quæ a diuersis emebantur. Ci.I.A.178.a. idest a diuersis hominibus.

Hoc igitur uitandum est, ne cuius genus posueris, eius se cum aliquam, sicuti diuersam & dissimilem partem ponas, in eadem partitione. Ci.đ In.49.b.

Portus qui diuersos iter se aditus habẽt. C.I.V.227.b.

Longe diuersus. Ci.Top.225.a.

Cęsaris autem longissime diuersa ratio. Ci.I.A.204.a.

Varia & diuersa genera bellorum. Ci.ꝑ Pom.9.b.

Diuerticulum,li. flexio uiæ.

Ci.I.P.90.b. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesꝙ; quæsisti? Saturius aliud fraudis & insidiarum in eadem uestigia diuerticulum reperit. Ci.ꝑ Q.R.53.b.

Ne diuerticula peccatis darentur. Ci.Part.242.a.

Diuerto,tis. diuertor,de uia decedo.
Ci.d.D.92.b.Cum duo quidam iter una facerent,alter ad cauponem diuertit alter ad hospitem.
Cum domum regis hospitis tui diuertisses. Ci.p Deio. 146.b. Hortensius ad Terentiam salutatum diuerterat.Cic.At.169.a.
Diuertere ad amicos.Ci.I.V.79.a.& d Fin.225.a.Diuertere ad hospitem.
Diuerti ad illum de quo tecum mane. Ci.At.222.b. & ibi.Ille ad quem diuerti.
Cimon imperauit uillicis suis ut omnia præberentur,qui cunque Laciades in uillam suā diuertisset.Cic.Off.46.b.
Clodius Aritia rediens diuertit ad Albanum. Cic.pro Mil.111.a.& ibi.Suspicari debuit Clodium ad uillam suam diuersurum.
Nuntiant se Pompeij conueniendi causa diuertisse Messaliam.Ci.I.A.248.b.
Sed redeamus ad illud unde diuertimus.Ci.Ep.199.a.
Diuertor,ris.diuerto. Ci.At.41.a.Sed itineris causa ut diuertar,primum est deuium.
Qui Cobiacho diuerterentur,neque Tolosam ire uellet. Ci.p Font.278.a.
Diues,tis. fortunatus,locuples,copiosus,beatus, affluens, opulentus,pecuniosus,ditior,refertus,omnibus copijs circunfluens,opibus & copijs præditus,omni copiarum genere abundans,diuitijs affluens,cui amplissimæ fortunæ sunt,qui habet q plurimum.
Cic.Parad.124.b.Animus hominis diues non arca appellari solet, quāuis illa sit plena, dum te inanem uideo, diuitem non putabo.
Inde ille diuitior & licentior fluxit Dithyrambus.Ci.d Ora.160.a.
Diues est cui tanta possessio est,ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit.Ci.Parad.124.a.
Solos sapientes esse, si mendicissimi sint, diuites. Cic.p Mur.138.b. P.Crassus cum cognomine diues,tum copijs.Cic.Off.45.a.
Diues, fortunatus,opulētus.X.pauper,humilis.Ci.Off. 48.a.& 47.b.Qui se locupletes, honoratos & beatos putant,hi ne obligari quidem beneficio nolunt.
Rectius enī appellabitur diues q Crassus, qui nisi eguisset,nunquam Euphratem nulla belli causa trāsire noluisset.Ci.d Fin.105.b.
Ex pauperrimo diues factus est.Ci.In Vat.35.a.
Ex mendicis fieri repente diuites.Ci.I.A.216.a.
Neminem esse diuitem qui non exercitum alere possit suis fructibus.Ci.Parad.124.b.& 126.b.Hic non modo non copiosus & diues sed etiam inops & pauper æstimandus est. Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus.Ci.p Q.R.52.b.
Copijs & opibus affluens.Ci.p Rul.82.b.
Omnibus rebus ornatus & copiosus.Ci.I.C.108.a.
Aliquis pecunia princeps suæ ciuitatis.Ci.p Fl.161.a.
Diuexo,as. Ci.I.A.231.a. Omnia diuexare & diripere cupiens.& 250.b.Diuexat agros &c.
Diuido,dis. partior,dispertio,distribuo,dispertio, partibus distribuo,seco,digero,distinguo,tribuo, discrimino,distrabo,segrego,describo,cōijcio,cōsumo excludo.
Ci.At.79.a. Amanus Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit.
Omne corpus secari ac diuidi potest.Ci.d N.65.a.b.
Fluuius diuisus æqualiter in duas partes latera hæc insulæ alluit.Ci d Leg.170.a.
Diuisi illas tabulas toti Italiæ, diuisi in omnes prouincias.Ci.p Syl.175.a.
Nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus.Ci.d Leg.165.a.
Ambigue dicta diuidere & explanare oportet.Ci.Or. 207.a.& 209.b.Diuidere in partes.
Post diuidere causam aut proponere.Cic d Or.116.a.
Partiri ac diuidere genus uniuersum in species certas,ut nulla neque prætermittatur neque redundet.Ci.Or.207.b.
Religio in sacra & in auspicia diuisa est,tertium adiunctum est &c.Ci.d N.60.b.
Quæ ad faciendam fidem pertinent,ea in confirmationem & in confutationem diuiduntur.Ci.Part.232.b.
Aristoteles bona diuisit tripartito.Ci.Tus.236.a.
Epicurus nihil de diuidendo & partiendo docet. Cic. d Fin.53.a.
Quomodo autem philosophus loquitur?tria genera cupiditatum,naturales & necessarias,naturales non necessarias,nec naturales nec necessarias,primum diuisit ineleganter,duo enim genera quæ erant,fecit tria, hoc est non diuidere, sed frangere rem,qui si diceret, cupiditatū esse duo genera,naturales & inanes,naturaliū quoque duo,necessarias & non necessarias,confecta res esset,uitiosum est enim in diuidendo partem in genere numerare.Ci.d Fin.70.a.
Hæc sunt quidem concinne distributa sed non perite. Cic.d Ora.116.a.
Hoc igitur uitandum est,ne cuius genus posueris, eius sicuti diuersam partem ponas in eadem partitione.Cic.d In.49.b. Academiam ex duobus libris contuli in quatuor.Ci.At.207.b.
Diuiduus,a,um. Cic.d Vn.198.b.Id quod interiecit inter indiuiduum & id quod diuiduum est in corpore.
Diuinans,tis. prædicens futura.
Ci.d.D.112.a.Quædā casu eueniunt ut prædicta sunt a diuinantibus.
Diuinatio,onis. augurium,prædictio,præsensio uel scientia rerum futurarum, auguratio, ariolatio,oraculum, coniectura.
Ci.Ep.45.a.Quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione non despero.
Quare,quādo ut augures et astrologi solēt,ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te authoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio.Ci.Ep.13.b.
Chrysippus diuinationem definit his uerbis,uim cognoscentem & uidentem & explicantem signa, quæ a Dijs hominibus portendantur,officium autem eius esse præcognoscere,dei erga homines mente qua sint,quidque significent &c.Ci.d.D.135.b.
Diuinationem,quam græci μαντικὴν appellant,esse censeo,& huius hanc ipsam partem,quæ est in auibus,cæterisque signis disciplinæ nostræ.Ci.d Leg.176.a.

Diuinatio est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio atque præsensio. Ci. d. D. 111. a.
Diuinatio quam græci μαντικὴν appellant, idest præsensio & scientia rerum futurarum. Ci. d. D. 80. a.
Potest autem quis cum diuinationem habeat, errare aliquando. Ci. d. D. 95. b. a. & 96. b. Fiunt certæ diuinationum coniecturæ a peritis.
Xenophanes diuinationem funditus sustulit. Ci. d. D. 82 & 82. a. Sequitur μαντικὴ uestra, quæ latine diuinatio dicitur. Ci. d. N. 12. b.
Iam ista diuinatio est, quo si licet uti, uide ne meo coniectura multo sit uerior. Ci. p Clu. 37. b.
Multa diuturnus usus ita notauit, ut artem diuinationis efficeret. Ci. d. N. 59. b. (R. 34. b.
Eo rem adducam ut nihil diuinatione opus sit. Ci. p. S.
Diuinatio quoque genus erat causæ, cum de constituendo accusatore quærebatur.
Apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium, & T. Neronem, et C. Antonium, putabamus fore ut Gabinio daretur. Ci. Q. Fr. 322. b.
De diuinatione Appius cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pylioque cessit. Ci. Ep. 117. a.
In publicis quæstionibus cauetur legibus ut ante si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare nec ne. Ad Her. 4. b.
Constituere accusatorem uel patronum causæ uel locum reo. l. Constituo.

Diuine. diuinitus. Ci. At. 157. a. Nunquam de rep. nisi diuine cogitaui. Multa diuine præsensa reperiri. Ci. d. D. 106. a. i. diuinitus.

Diuinitas, tis. Ci. d. Or. 116. b. Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam uidetur alterum humanitatis.
Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis authores. Ci. d. D. 125. a.
Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic. Or. 202. b. Aristoteles menti tribuit omnem diuinitatem. Ci. d. N. 8. b.
Diuinitas unde animos haustos aut acceptos aut libatos habemus. Ci. d. D. 113. b.

Diuinitus. diuine, diuino numine.
Ci. At. 12. a. Ille locus inductus est a me diuinitus.
Varro satis mihi facit, Pompeius loquitur diuinitus. Ci. At. 32. b. Multa prouidit diuinitus. Ci. p Syl. 175. a.
Aliquid ad nos diuinitus delatum. Cic. d. Ora. 102. a. idest a deo.
Quæ diuinitus acciderunt. Ci. Part. 237. a. & d. Or. 27. a.

Diuino, as. auguror, coniicio, futura significo, in posterum præsentio, præsagio, ariolor, oraculum edo, coniectura prospicio. Ci. At. 257. b. Non equidem hoc diuinaui sed aliquid tale putaui fore.
Nemo diuinare poterat te postulaturum. Ci. p Qui. 12. a.
Quod futurum est latrocinio Tribunorum non diuino. Cic. Q. Fra. 307. b.
Veteres ut sapere sic diuinare regale ducebant. Ci. d. D. 99. a. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic etc. Ci. Ep. 45. a. & 79. a. Diuinare futura.
Diuinare de aliqua re. Ci. Bru. 289. b.
Non ariolari &c. sed coniectura prospicere. Ci. l. Ariolor. Est quiddam in nobis præsentiens atque diuinans. Cic. d. D. 90. a.
Diuinare, coniicere, augurari. Ci. I. V. 112. a.
Morientes diuinare. Ci. d. D. 94. a. & ibi. Animi futura augurantur. & 80. a. Omnes significari futura & a quibusdam intelligi prædicique posse censent.

Diuinus, a, um. cœlestis, dæmonios, memorabilis, singularis, inauditus, incredibilis, diuinans.
Ci. d. Fin. 73. a. Homo diuinum animal &c.
Homo diuinus in dicendo. Ci. d. Or. 88. a.
Idibus Maijs Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Ci. Q. Fr. 310. b.
Hæc in te Sulpiti diuina sunt. Ci. d. Or. 95. a.
Gn. Pisonis diuina quædam & inaudita uirtus. Cice. Postquam. 199. b.
Tum illæ cœlestes diuinæque legiones Martia & quarta &c. Ci. I. A. 100. a.
Qui nullam uim cœlestem existimat numen' ue diuinum. Cic. p Mil. 117. b.
Patera, qua ad res diuinas utebantur. Ci.
Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario quotidie facere uidisti. Ci. I. V. 203. b.
Sors diuina. Cic. I. A. 188. b.
Melancholicos habere aliquid in animo præsagiens atque diuinum. Ci. d. D. 97. b. & 103. b. Nec Pherecides potius diuinus habebitur quam Physicus.
Hoc loco Chrysippus æstuans falli sperat Chaldæos cæterosque diuinos. Ci. d. Fat. 143. a.
O diuina Senatus admurmuratio. Ci. I. V. 244. a. i. quæ diuinabat.

Diuisio, onis. partitio, distributio, diuortium, dissidium, sectio. Ci. d. N. 61. a. Quadripartita fuit diuisio tua, primum ut nelles docere deos esse, deinde quales essent, tum ab ijs mundum regi, postremo consulere eos rebus humanis, hæc si recte memini partitio tua fuit.
Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Ci. Off. 54. a.
Diuisio trium regnorum cœli, maris, & inferorum. Cic. d. N. 39. a. Causarum diuisio in duas partes distributa est. Ad Her. 3. b.

Diuisor, oris. Cic. I. A. 233. a. Nuculo & Lento Italiæ diuisores lege ea, quam Senatus per uim latam iudicauit. & 198. a. b. Tantum quisque habebat possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius.
Doce per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Cic. p Plan. 262. b.
Diuisores omnium tribuum noctu ad istum uocati. Cic. I. V. 70. b. & d. Ar. 253. b.
In furis ac diuisoris disciplina educatus. Cic. I. V. 284. a. & 210. a.
Num honestum uerbum est Diuisor? at inest obscœnum, cui respondet Intercapedo. Ci. Ep. 140. b.

Diuitiæ, arum. opulentia, amplæ fortunæ, magnæ fortunæ atque copiæ, summa copia, opes & copiæ, omnium rerum abundantia. X. summa inopia.
Ci. At. 3. a. Quod si assequar, superabo Crassum diuitijs.
Diuitiæ opportunæ sunt, ut utare, opes ut colare, honores ut

res ut laudere.Ci.ď Am.100.a.
Expetuntur diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tū ad perfruendas uoluptatesCi.Off.5.b.
Diuitijs augere aliquem. Cic.ꝫ Rul.80.a. *& fortunis locupletare.*
*Homines diuitijs affluentes.*Ci.ď Am.106.a.
*Diuitię atq; ornamenta ingenij alicuius.*Ci.ď Or.98.a.
*Infinita pecuniæ cupiditas est.*Ci.Off.6.a.
*Vt nuper M.Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei,qui i rep.princeps uellet esse,cuius fructibus exercitum alere non posset.*Ci.Off.6.a.
Diuortium,tij. *affinitatis dissidium,discidium,dissidium.* Ci.Top.122.a.*Si uiri culpa factum est diuortiū, pro liberis manere nihil oportet.*
*Lentulus cum Metella fecit diuortium.*Ci.At.206.a.
*Valeria diuortium sine causa fecit,nuptura est D. Bruto,nondum retulerat.*Cæl.Ep.116.a.
Sæpe fieri diuortia atq; affinitatum dissidia uidemus. Cic.p Clu.57.b.
Sed quid est quod audio Spinterem fecisse diuortium. Cic.Att.103.b.
*Mater,quæ si iudicaretur,certis quibusdam uerbis fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.*Cic.ď Or.100.a.
*Antonius cum Mima fecit diuortium.*Ci.I.A.173.b.*& ibi.Ille uxorem suam suas res sibi habere iussit, ex XII tabulis causam addidit,exegit.*
*Vxor a Dolobella discessit.*Ci.Ep.115.b.
*Ecce autem subitum diuortium,discedit a Melino Cluētia.*Ci.p Clu.20.b.
*Sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia.*Ci.ď Or.149.a.
Amanus Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit. Cic.Att.79.a.
*Qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarum diuortijs.*Ci.Ep.13.a.
Diurnus,a,um. Ci.ꝫ Rul.67.a.*Quę mihi nullam partem neq; diurnæ neq; nocturnę quietis impartiunt.*
*Diurni nocturniq; metus.*Ci.Off.69.a.*& ď Sen.94.a.*
Diurni nocturniq; labores.
*Annuum,menstruum,diurnum,nocturnum spatium.*Ci. ď In.51.a.
Diutinus,a,um.diuturnus. Ci.Off.23.a. *Multa passus est Vlysses in illa errore diutino.aliter diuturno.*
*Libertatis desiderio & odio diutinæ seruitutis.*Cic.Ep. 171.b.
Diutissime. Ci.Q.Fr.190.a.*Vt te q̄ diutissime iucunda opinione oblectarem.*
*Quod te q̄ diutissime torsit.*Ci.I.P.99.a.*&*Am.96.a.
Diuturnitas,tis. *longinquitas temporis uel temporum, numerus dierum.*
Cic.ď Leg.174.b. *Nam illud uel aspersione aquæ uel dierum numero tollitur,animi labes diuturnitate uanescere non potest.*
*Non stabilis opinio permaneret,nec confirmaretur diuturnitate temporis.*Ci.ď.N.16.b.
*Diuturnitas memoriæ.*Ci.ď Or.95.b.
*Diuturnitas pacis otium confirmauit.*Ci.ď Or.86.a.
Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem gloriæ Ci.At.115.b.
*Quod imperij diuturnitati modum statuendum ueteri exemplo putauistis.*Ci.p Pom.9.a.
*Diuturnitas maximos luctus uetustate tollit.*Ci.Ep.72.b
*Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beate uiuē dum aliquid afferre.*Ci.ď Fin.83.a.
*Dolor in longinquitate leuis,in grauitate breuis esse solet,ut eius magnitudinem celeritas,diuturnitatem alleuatio consoletur.*Ci.ď Fin.57.a.
Diuturnus,a,um. *longus, diutinus, longinqui temporis, longinquus.*
Ci.Off.41.b.*Nec simulatum quicq̄ pōt esse diuturnum.*
*Nihil mihi diuturnum uidetur in quo est aliquid extremum.*Ci.ď Sen.91.b.
*Et q̄ diuturna ista obseruatia fuit?aut q̄ longinquo tempore obseruari potuit?*Ci.ď.D.114.a.
*Diuturnam sitim expleui.*Ci.ď Sen.82.a.
*Tantum ac tam diuturnum bellum.*Ci.p Pom.10.b.
*Diuturna perpessio rerum difficilium.*Cic.ď In.02.b.
*Hoc non potest in delectatione esse diuturna.*Ci.ď Or. 151.a. *Diuturnum silentium.*Ci.p Mar.
*Diuturnus morbus.*Ci.p Syl.181.b.
*Diuturna pax.*Ci.p Pom.12.b.*& ď* Pro.70.a.
Dius,a,um. Ci.I.V.86.a.*Sub dio.i.sub aere.*
Diuulgatus,a,um. *peruulgatus,peruagatus, celebratus, sermone tritus,sermonibus celebratus.*
Ci.Ep.160.b.*Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adipiscare,ut pleriq; præpropera festinatio abducet a tantis laudibus.*
*Vulgaris & peruagata declamatio.*Ci.p Plā.168.b.
*Quid in græco sermone tam uulgatum,tritum, & celebratum est?*Ci.p Fla.160.a.
In rebus celebratissimis sermone omnium uersor. Cic.I. A.171.b. *Manarat sermo in consilio.*Ci.p Cl.31.b.
Sermo,qui tum ferè erat multis in ore. Ci.ď Am.95.b.
*Res agitata in concionibus,iactata in iudicijs, commemorata in Senatu.*Ci.p Clu.18.b. *et.14.b.Res clara atq; omnium sermone celebrata.*
Res patefacta & in forum prolata. Ci.p Clu.34.a.*&* p Dom.241.b.
*Ratio dierum peruulgata & cognita.*Ci.p Mur.129. b.*&.*130.b.*Rebus prolatis.*
*Completi sunt animi auresq; omniū,me &c.*Ci.ꝫ Rul. 87.b. *Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est.*Ci.p Cel.52.b.
Diuulgo,gas. *foras do,edo,i medium profero,in uulgus indico,in apertum refero,celebro,percrebesco, peruulgo,palam recito.*
Ci.Or.107.a.*Hunc librum etiam si minus uestra commendatione,tuo tamen nomine diuulgari necesse est.*
*Inimici hanc rem sermonibus diuulgare uoluerunt.*Ci. pro Font.278.a.
*Volo eum librum diuulgari.*Ci.At.199.b.
Hermodorus,qui solitus est Platonis libros diuulgare.
*Liber ἀνέκδοτος.*Ci.At.231.b.
*Hæc nullo pacto diuulganda sunt.*Ci.I.A.161.a.
*Non supprimenda res erat,sed diuulgāda.*Brut.91.a.

Quare uisum est occultius agendum, neq; ulla modo di uulgandum, de te iam esse confectum. Ci. Ep. 29. a.
Cuius primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes li bidines diuulgatum. Ci. Postq. 206. a.
Res percrebuit, in ore atq; in sermone omnium cœpit es se. Ci. I. V. 120. a.
Quæstus forēsis in mediū proferebatur. Ci. p Cl. 38. b.
Lex in publicum proponitur. Ci. ℥ Rul. 68. b.

Diuulsus, a, um. Ci. ď Or. 100. b. *Ars, quæ rem dissolu tam diuulsamq; conglutinaret & ratione quadam con stringeret.*

Diuus, a, um. Ci. ď Leg. 173. a. *Ad diuos adeunto caste. Præsentiam sæpe diui suam declarant.* Cic. ď N. 17. a. & ď D. 15. a.
Est ergo flamē diuo Iulio M. Antonius. Ci. I. A. 181. a.
Diuos eos, qui cœlestes semper habiti, colunto. Ci. ď Le. 173. a.

Do, das. impertio, largior, defero, numero, soluo, dono. Ci. ď Vn. 198. a. b. *Ad hanc conuersionem quæ pedibus & gradu nō egeret, ingrediēdi mēbra non dedit deus.*
Domitius quod per cærimonias, populi fieri non pote rat, ratione assecutus est, ut id quoad liceret, populi ad partes daret. Ci. ℥ Rul. 69. b. 70. a.
Si rationem hominibus Dij dederunt, & malitiam de derunt. Ci. ď N. 75. a.
Hoc tantum bonū quod a Dijs immortalibus ablatum & datum est. Ci. p Pom. 13. a.
Commodo quibus utimur a Deo nobis dari atq; imper tiri uidemus. Ci. p. S. R. 40. a.
Dare potestatem, honorem, authoritatem & ornamen ta alicui. Ci. I. V. 252. b.
Dare perniciem, mœrores, luctum, exitium, exilium, ali cui. Ci. ď. N. 73. a. in uersu.
Hæc turba & barbaria forensis dat locum uel uitiosissi mis oratoribus. Ci. ď Or. 94. b.
Iniuria tua dedit mihi reditum gloriosum, non exitū ca lamitosum. Ci. Parad. 121. a.
Is se acerrimum tui defensorem fore ostendit, quod dat accipimus. Ci. Ep. 2. b.
Si se dant, & sua sponte, accipio, quod detur. Ci. ď Or. 125. b. *Hoc & si multis modis reprehendi potest, ta men accipio, quod datur.* Ci. ď Fin. 82. a.
Et tamen ob illa aperte, tecte, quicquid est datum liben ter accepi. Ci. At. 9. a.
Do hoc illi mortuæ, do cæteris amicis. Ci. Ep. 50. b.
Atq; hoc debitis, ut opinor. Ci. ď Fin. 82. b.
Ne me dem incertæ & periculosæ fugæ. Ci. At. 216. b.
Dare se labori atq; itineribus. Ci. I. V. 141. a.
Dare se rei familiari uitæq; rusticæ. Ci. p. S. R. 21. b.
Ego me do historiæ. Ci. At. 27. b.
Dare æstiuos menses rei militari, hybernos iuris dictio ni. Ci. At. 75. b.
Dare operam alicui. Ci. At. 23. a. & 69. b.
Dare aures alicui. Ci. At. 3. b. et. 66. a. *Dare dies alicui.*
Dare tempus alicui rei. Ci. L. A. 235. b.
Video ut se huic dent, ut daturi sunt. Cic. At. 138. a. & 209. b. *An ijs, me dem, qui patiuntur.*
Do te homini. Ci. Ep. 22. a.

Neq; sermonibus uulgi te dederis. Ci. ď Sam. 130. b.
Da quæso te huic etiam generi literarū. Ci. Acad. 41. a.
Dare se ad aliquam rem faciendam. Ci. ď. N. 3. b.
His literis scriptis me ad συντάξεις dedi. Ci. At. 245. a.
Dare se ad ludendum. Ci. ď Fin. 115. a.
Si te ad ius respondendum dedisses. Ci. ď Leg. 158. a. et ibi. b. *Cicero se ad dicendum dedit.*
Q. Scæuola nemini se ad docendum dabat. Cic. ď Cla. 293. b. *Familiariter me in eorum sermonem insinuo ac do.* Ci. ℥ Rul. 68. a.
Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Cic. I. V. 143. a.
Is dedit se in consuetudinem &c. Ci. I. P. 94. a.
Qui ad meam gloriam augendam tanto studio te dedi sti. Q. ď Pet. 207. a.
Do te in sermonem. Ci. At. 212. a.
Dare se ad lenitatem. Ci. Ep. 202. b.
Is se in cruciatum dari cupit, dum hac de re quæratur. Ci. p. S. R. 38. a. *Dare se in tormenta.* Ci. Tus. 244. a.
Dare patronum alicui. Ci. ď Or. 134. b.
Consules Plancum dederunt. Cic. At. 263. b. i. iudicem uel arbitrum.
Ea litera de accusatore solet dari iudici. Ci. Part. 241. a. i. transferri in iudicem.
Dare literas. Ci. At. 73. a. *Hui toties' ne me literas de disse Romam, cum ad te nullas darem? at uera posthac, frustra potius dabo, q̄ si recte dari poterint, committam ut non dem.*
Datur mihi epistola a sororis tuæ filio. Ci. At. 217. b.
Fessulanus mihi literas tuas dedit. Ci. At. 70. a. & 221 a. idest reddidit.
Dare literas alicui ad aliquem. Ci. I. C. 111. b.
Epistola quam de nocte dotarus eram. Ci. At. 122. a. et 76. a. *Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum po teris per magistros scripturæ.* & ibi. *Tarde tibi redditu ra dabam familiari homini ac domestico.* & 75. b. *De deram Epheso pridie, has dedi Trallibus.*
Dare mādata alicui ad aliquē. Ci. At. 126. b. et. 134. b.
Dare gladiatores. Ci. In Vat.
Dare munus populo. Ci. Q. Fr. 327. b.
Dare aliquid crimini. Cic. I. V. 59. b. & ď In. 71. b. & 73. b. *Veritus est ne sibi crimini daretur, eos &c.* Ci. I. V. 78. b. & 250. b.
Dare aliquid uitio. Ci. Ep. 179. a
Obliuiscemurq;, quæ uirtuti ipsi principia dederimus. Cic. ď Fin. 115. a.
Do pra dic. Cic. Acad. 40. b. *Sed da mihi nunc, satis' ne probas?*

Doceo, ces. trado, instituo, ad faciendum aliquid insti tuo, præcipio, erudio, educo, præcepta do, optimarū ar tium uias trado, ætatem puerilem ad humanitatem in formo, hęc uox huius præceptis conformata, disciplinam trado. Ci. p. Q. R. 49. b.
Ci. ď Or. 128. b. *Aut si qua est ars salis, eam nos tu po tissimum docebis.*
Quid nunc te asine literas doceam? non opus est uer bis sed fustibus. Ci. I. P. 95. a.
Quamobrem hac nos doce Sulpiti, ut in dicēdo irasci ut dolere

ut dolere possitis. Ci. d Or. 126. b.
Docet me eiusmodi rem & factum simul Sex. Nęuij, qđ si solum proferretur, satis esse deberet. Ci. p Qui. 14. b.
Deinde nos idem iste Mithridates docuit id, quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. Cic. pro Pom. 7. a.
Iureconsulti, ignoratione docendi, (nam non solum scire aliquid artis est, sed quaedam etiam ars docendi,) quod positum est in una cognitione, id in infinita dispartiuntur. Ci. d Leg. 179. b.
Senectus adolescẽtes docet, instituit, ad omne officij munus instruit. Ci. d Sen. 81. b.
Ad hanc legem non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus. Ci. p Mil. 103. a.
Itaq; cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia. Cic. Off. 55. a.
Nihil arbitror fore, quod reprehendas, si qua erũt docte me. Ci. At. 118. b.
Doceri literis, hoc fieri non posse. Ci. At. 157. a.
Cum interea ne literas quidem ullas accepi, que me docerent, quid ageres. Ci. Ep. 34. a.
Vt mori mallet q̃ de his rebus Syllam doceri. Cic. p. S. R. 21. b. Docere pontificum collegium de rebus diuinis. Ci. p Dom. 219. b.
Equidem soleo dare operam ut de sua quisq; re me ipse doceat. Ci. d Or. 118. a. & 156. b. & 115. a. Cum docendus iudex est, aut dedocendus.
Docere iudicem de iniurijs suis. Ci. I. V. 226. b.
Doceri de aliqua re. Ci. d Cle. 182. b. & p. S. R. 39. b.
Aliquem doceri ab aliquo de aliqua re.
De rationibus prouincie, quid uellem fieri, ut is nos doceret & commonefaceret. Ci. Ep. 61. b.
Dumus,mi. Ci.Tus.241.a.*Animaduerti columellã nõ multum è dumis eminentem.*
Duntaxat.Ci.I.P.86.b.*Atq; ille discessus,dolor meus diu taxat,uestrum quidem scelus ac dedecus haberetur.*
Hæ artem quidem & præcepta duntaxat requirunt. Cic.de Or.229.b.
*Coluntur autem simulatione amicitiæ duntaxat ad tẽpus.*Ci.de Am.106.a.
*Nos animo duntaxat uigemus.*Ci.At.57.a.
*Quod ipsum & si non iniquum est in tuo duntaxat pe riculo,tamen &c.*Ci.p Deio.144.a.& de Fin.69.a.
Duo. gemini,bini,duplices.
Cl.I.V.113.a.*Horum pater abhinc duo & uiginti an nos est mortuus,duo pro duos.*
Si duo præterea tales idea tulisset,Terra uiros. Virg. 194.a.duo pro duos.
*Duos duarum ætatum plurimi facio Cn.Pompeium & M.Brutum.*Ci.Ep.32.b.
*Video sepulchra dua duorum corporum.*Cic.Or.111. b.ex Accio.& ibi.*Mulier una duum uirum.*
Oratio, qua anno duodequinquagesimo usus est. Cic. de Cla.179.a.
*Vos geminæ uoragines,scopuliq; reip.*Cl.I.P.88.a.
Consiliũ nobis certe non defuisset, εὐρεῖ δὲ ἐγχειρεῖν. Ci.At.139.a.
Duodecim. Cic.de Leg.182.a.*Discebamus enim pueri duodecim,ut carmen necessarium.*&.181.a.*Quid:qui post duodecim in urbe sepulti sunt.*
Duplex,cis. geminus.i.coagmentatus.
Ad Her.22.a.*Duplices similitudines esse debent, unæ rerum,alteræ personarum.*
*Itaq; disseruit,duas esse uias,duplicesq; cursus animorum è corpore excedentium.*Ci.Tus.163.b.
*Par,duplex,sesquiplex.*Ci.Or.216.a.
Præter quadruplices stellas in frõte locatas. Ci.i Arat.
Gemino lucernæ lumine declarari dissensionem. Cic.de D.133.b.
Dupliciter.bis. Ci.Or.287.b.*Is se maledictis non absti net,iis quidem,quæ in ipsum dupliciter recidunt.*
*Dupliciter delectatus tuis litteris,& quod &c.& quod &c.*Ci.Ep.138.a.et.136.a.*Qua culpa mihi uideor du pliciter carere.*
Simpliciter & singulari modo. X.*dupliciter & biparti to.*Ad Her.4.a.
Quę cum exposuit,adiungit,dupliciter dici,assensus su stinere sapientem, uno modo cum &c. altero cum &c. Ci.Acad.16.a.
Duplico,as.gemino,itero. Cic.de D.117.a.*Facile fuit, quas nos habemus duplicare.* & p Dom.231.a. *At id nec propositum ullum fuit,& si fuisset,duplicata gloria discessissem.*
*Duplicari solicitudines.*Ci.Ep.70.b.
*Exercitum Deiotari aduentu cum omnibus suis copijs duplicaturi eramus.*Ci.At.78.
Verba geminata & duplicata uel etiam sæpius iterata. Cic.Part.231.b.
*Cum duplicantur iterantur; uerba.*Ci.Or.209.a.
*Verba duplicata & idem significantia.*Ci.Part.231.b. &.234.b.*Verba iterata duplicata.*
Duplus. altero tanto.
Ci.de Vn.199.a. *Vnam principio partem detraxit ex toto, secundam autem primæ partis duplam,deinde ter tiam quæ esset secundæ sesquialtera, deinde quartam, quæ secundæ dupla esset,quintam inde,quæ tertiæ tri pla,tum sextam octuplam primæ,postremo septimam, quæ septem & uiginti partibus antecederet primæ.*
Prætor iudicauit,ut si iudicatum negaret, in duplũ iret. Cic.p Flac.156.b.
*Subire pœnam dupli.*Ci.Off.44.b.In Cod.Germ.
*Duobus partibus amplius sustulisti,quàm Romam misi sti.*Ci.I.V.158.a.
*Duplo maius et altero tanto maius idem.*Ci.Or.215.b.
*Duplum & triplum interuallum.*Ci.de Vn.199.a.
Dure. crudeliter,grauiter.
Ci.At.274.b.*Nihil disserui durius.*& At.2.a.*Durius accipere aliquid.*
Duresco,scis. Ci.de N.31.a.*Aquilonibus reliquisq; fri goribus durescit humor.*
Duritas,tis.acerbitas. Ci.Or.201.b.*Duritas & seueri tas & quasi mœstitia orationis.*
Quanta in altero duritas?in altero comitas? Cic.de Sen.90.b.
*Duritas.*Ci.In Vat.30.b.aliter diritas.
Duriter. Ad Her.27.a.*Verba duriter aliunde trans lata.*
Duritia,tiæ.durities. Ci.p Dom.232.b. *Animi duri tia sicut corporis,quod cum uritur non sentit,stupor po tius est q̃ uirtus.*
Patientiam duritia immanis imitatur. Cic.Part.237.a.
*Qui patientiam & duritiam in Socratico sermone ada marat.*Ci.de Or.148.b.
*Duritia uirilis.*Ci.Tus.243.a.
Durities,ei.duritia. Ci.p Dom.233.a.*An ego tantam animi duritiem habere possim,ut possem &c.*
Duro,as. sto,maneo,diuturnus sum, stabilis permaneo.
Ci.de Sen.92.b.*Iam sensus moriendi, si aliquis esse po test,is ad exiguum tempus durat,præsertim in sene.*
*Ipsa illa delinitio multitudinis ad breue exiguumq; du ratura est tempus.*Ci.Off.45.a.
*Multa diutius commemoratione manent,q̃ natura stare potuerunt.*Ci.de Leg.156.a.
*Quę nuptię non diuturnę fuerunt.*Ci.p Clu.24.b.
*Memoria tantorum periculorum in omnium gentiũ ser monibus ac mentibus semper hærebit.*Ci.I.C.123.b.a.
Durus,a,um. crudelis,asper,agrestis.
Ci.de Cla.175.a.*Vir ut uita sic oratione durus, incul tus,horridus.*
*Durus homo uel potius uix homo.*Ci.Off.43.a.
*Duri fuimus in Dolobella.*Ci.Bru.91.a.

Durus, ferreus, inhumanus. Ci. I. V. 260. a.
Senex durus & pene agrestis. Ci. p Cæl. 45. a.
Durum agrestemq́ se præbere. Ci. Or. 210. b.
Duriorem se prębere miserę & afflictæ fortunæ alicuius. Ci. At. 221. b. X. facilem se prębere.
Asper & durus oratione & moribus. Ci. d Fin. 224. a.
Attilius poeta durissimus. Ci. At. 235. b.
Accessit his tot doctrina nõ moderata nec mitis, sed paulo asperior ac durior. Ci. p Mur. 138. b.
Quis tam animo agresti ac duro est. Ci. p Arc. 189. a.
Nam ipse durus est pręter ęquum & bonum. Cic. d In. 48. a. Marius, qui durior ad hæc studia uidebatur. Cic. p Arch. 189. b.
Annona in meo reditu facta erat durior. Cic. p Dom. 216. a. & 231. b. Hęc durissima reip. tempora.
Durissima seruitus. Ci. Parad. 123. b.
Prouidete ne duriorem nobis conditionem statuatis. Ci. pro. R. P. 125. a.
Cupiditas honoris q̃ dura est domina. Ci. Para. 123. b.
Neminem puto esse tam durum cui non oratio tua miseranda uisa sit. Ci. d Or. 134. b.
Quanquam id nomen durius effecit iam uetustas. Cic. Off. 8. b.
Verbum durum, insolens, humile. Ci. d Cla. 190. b.

Duumuir, ri. Ci. Or. 211. b. Planè duorum uirorum iudicium, aut trium uirorum capitalium, aut decem uirorũ litibus iudicandis dico nunquam, atqui dixit Accius sepulchra dua duorum corporum.
Triumuiri, quinqueuiri, decemuiri &c. Ci. ꝯ Rul. 69. b.
Quatuor uiri, quos municipes fecerant. Ci. p Cl. 22. b.
Septemuiralis, & Septemuiratus, uide locis suis.

Dux, cis qui ducit exercitum, ductor, imperator, prætor, princeps, signifer, qui ordines ducit, præfectus.
Ci. I. V. 154. a. Dux præfectusq́ classis.
Planè hoc spectat Octauius ut se duce bellum geratur. Cic. At. 257. a.
Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt, planè nesciebam te tam peritum esse rei militaris. Ci. Ep. 142. a.
Sed tamen ille dux Gracię &c. Ci. d Sen. 83. a.
Prętor, dux, & imperator. Ci. p Fla. 152. b.
Induciomarus dux Allobrogum. Ci. p Font. 283. a.
Prębere aliquem ducem exercitui. Ci. p Dom. 231. a.
Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. Ci. p Plan. 275. a.
Dux & signifer calamitosorum. Ci. p Mur. 136. a.
Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Annibale. Ci. d Am. 102. b.
Imperator eorum castrorum, duxq́ hostium. Ci. I. C. 98 a. & I. V. 78. a. Duces hostium.
Nec maior pœna statuenda est ijs, qui secuti erunt alterũ, quàm ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces. Ci. d Am. 204. a. & 103. b. Nec se comitem illius furoris sed ducem præbuit. & ibi. Nec paruit illius temeritati sed prę fuit. & 99. a. Natura optima rectè uiuendi dux.
Magistra ac duce natura. Ci. d Fin. 63. b.
Naturam debemus ducem sequi. Ci. Off. 16.
Dijs immortalibus ducibus hanc uoluntatem suscepi. Ci. I. C. 115. b.
Author publici consilij, dux regendę ciuitatis, sententiæ princeps in Senatu. Ci. d Or. 148. b.
Præbere se authorem, principem & ducem Senatui. Ci. Ep. 146. b.
Dux & magister ad faciendum aliquid. Ci. I. V. 159. a.
Duces improuidi & negligentes. Ci. At. 125. a.
Sed tamen eorum omnium hic dux est atq́ princeps. Ci. d Ar. 257. a.
Belli duces præstantissimi. Ci. d Or. 85. b.
Murena multos annos legatus fuit, exercitus duxit, maximas res gessit. Ci. p Mur. 145. a.
Ad hostiam deligendam potest dux esse uis quędam sentiens. Ci. d. D. 105. & 116 b. Ad hostiam deligendam ducem esse uim quandam &c.
Vt ad rem gerendam non superstitionem habeas sed rationem ducem. Ci. d. D. 125. b.
Mors claris uiris & fœminis dux est in cœlum. Cice. Tus. 154. a.
Cn. Pompeio duce tanti belli. Ci. p Pom. 10. b.
Dux tanta authoritate. Ci. At. 106. a.

Dyarrhœa, rhœæ. Ci Ep. 107. b. Apud Lentulum tantã me διάρροια arripuit, ut &c.

Dynastes, stæ. Ci. At. 28. a. Erit nebulo iste cum ijs dynastis in gratia.
Itemq́ si cæteri reges, Tetrarchę, dynastę &c. Ci. I. A. 257. a.

Dypilus, li. locus. Ci. d Fin. 114. a.

Dyrrhachium, chy. Ci. At. 129. b.

Dysenteria, rię. Ci. Ep. 107. b. Sanè δυσεντερίαν pertimueram. & ibi. Δυσεντερικὰ πάθη, morbus edacitatis.

Dysuria, rię. Ci. Ep. 107. b. Δυσουρικὰ πάθη, morbus turpioris intemperantię.

E Littera. ex. Ci. Or. 147. b. Vt iota litteram tollas & e plenissimum dicas.
Caeterorum artiũ studia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. Ci. de Or. 96. a.
Quicquid habuit, id totum habuit è disciplina. Cic. de Cla. 109. b.
Passe acerbos è Zenonis schola exire. Ci. de N. 75. b.
E Philotimo litteras accepi. Ci. At. 116. a.
Q. Vettius Vettianus è Marsis. Ci. de Cla. 179. b.
Eunuchi è Syria Ægyptoq;. Ci. Or. 220. a.
E saxo sculptus aut ebore dolatus. Ci. Acad. 25. b.
Lapidē è sepulchro uenerari pro deo. Ci. p Pl. 279. b.
E poeticis numeris. / Ex poeticis numeris. — Ci. Or. 214. b.
E breuibus. / Ex longis. — Ci. Or. 215. b.
Ex usu dicam & è rep. quod in altero uocalis exciperet, in altero esset asperitas nisi litteram sustulisses. Cic. Or. 212. a.
E rep. idest ex utilitate reip. Ci. I. A. 189. a.
Senatus consultum è rep. factum. Ci.
Senatus censet, atq; è rep. existimat, ædiles &c. Cic. I. A. 224. a. Facis ex tua dignitate & è rep. Ci. At. 273. b. Brutum bene & è rep. & sua maiorumq; suorum dignitate consuetudineq; fecisse. Ci. I. A. 229. b.
Aliquem rectè, atq; ordine exq; rep. fecisse. Ci. I. A. 191. a. & ibi. Vt consules de his rebus ad Senatum referant, ita uti de rep. fideq; sua censuerint. & 201. b. Id eum recte & ordine, exq; rep. fecisse.
Ea prædia si dicam non esse è rep. diuidi, docere te uideor unum rogare. Ci. Ep. 207. a.
Ea re. propterea, ob eam rem.
Ci. At. 223. a. O rem turpem & ea re miserã, sic n. &c.
Is metuit, & ea re fugit. Ci. Ep. 217. a.
Deinde ea re non uenit in mentem, quia nihil attinuit. Ci. I. A. 191. a.
Id ea re quia turpe est, non est faciendũ. Cic. Off. 62. b.
Ea re utrunq; scripsi, ut & c. Ci. Ep. 221. b.
Et ea re traduci non potuerunt. Ci. de In. 74. b.
Eatenus. hactenus, usq; dum, usq; ad eum finem, usq; eò quoad, usq; eò ne.
Ci. Q. Fr. 291. b. Ferre aliquem eatenus, quoad per se negligat &c. & infra, comites autem duntaxat finibus ijs præstabis, quos ante præscripsi.
Verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. Ci. de Opt. 245. a.
Sed hoc ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præstare uoluerunt. Ci. de Leg. 158. b.
Dij eatenus nobis declarantur, quo ipsi uolunt. Cic. de Vn. 201. a.
Eblandior, ris. blanditijs quasi extorqueo.
Ci. At. 263. b. Enitere, elabora, uel potius eblandire, effice, ut Plancus &c.
Comitijs ædilitijs studium esse populi, non iudicium, eblandita illa non enucleata esse suffragia. Ci. p Plan. 261. a.
Ebrietas, tis. Ci. Tus. 214. b. Inter ebrietatem & ebriositatem interest, aliudq; est esse amatorē, aliud amantem.
Ebriositas, tis. affectio uel habitus, cum quis & cito & facile ebrius fit.
Ci. Tus. 214. b. l. ebrietas, proxime supra.
Ebriosus, a, um. Ci. de Fat. 142. a. Stilponem ferunt & ebriosum & mulierosum fuisse.
Vtimur exemplis furiosorũ, ebriosorũ etc. Ci. Aca. 14. a.
Ebrius, a, um. temulentus, uinolentus, uino languidus, uino obrutus, uino confectus. X. sobrius, siccus.
Ci. p Mil. 113. b. Seruos Milonis apud se ebrios factos dixit. Personabant omnia uocibus ebriorum. Cic. I. A. 190. a.
Quid dicam insanis? quid ebrijs? q̃multa falsa uidẽtur? Ci. de D. 133. b.
Ebullio, lis. propriè, efferuesco, metapho. quasi iacto uel ostento. Ci. Tus. 199. b. Qui si uirtutes ebullire uolent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi &c.
Dixerit hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem, qd quidem solet ebullire nonnunq̃. Ci. de Fin. 143. b.
Ebur, oris. Ci. de Leg. 179. a. Ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo.
Marmorea tecta ebore & auro fulgentia. Cic. Parad. 210. a. & I. V. 201. b.
Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ. Cic. de Cla. 101. b.
E saxo sculptus aut ebore dolatus. Ci. Acad 25. b.
Eburneus, a, um. Ci. I. V. 200. a. Signum aeneum, marmoreum, eburneum.
Eburneola fistula. Ci. de Or. 164. a.
Ec. num uel an in compositione.
Ci. At. 23. b. Sed heus tu ecquid uides Cal. uenire? et de Ar. 251. b. Ecquid scis &c.
Ecquid in Italiam uenturi sitis, fac sciam. Ci. Ep. 102. b.
Deinde fingas, quem me esse deceat, & ubi me plurimũ prodesse reip. sentias, ecquæ pacifico personæ desideretur, an in bellatore sint oĩa. Ci. At 128. b. & Ep. 124. a.
Dubium est, ecquæ nam fieri possit accessio. Cic. de Fin. 221. b. Ecquæ lex, ecquod artificium &c. ecquo ab alio, fieri potuerit. Ci. de In. 67. a.
Percunctantibus nobis ecsi quid Romæ fortè noui. Cic. Acad. 39. a. & 31. a. & Tus. 151. a.
Quid illa, ecquonam modo ecquonam loco artis indigent? Cic. Part. 234. a. & 235. a. Vt cum quæritur ecquisnam &c.
Ecce. Ci. At. 15. b. Ecce aliæ deliciæ equitũ uix ferẽdę.
Ecce tuæ litteræ de Varrone. Ci. At. 208. b.
Ecce autem subitum diuortium. Ci. p Clu. 20. b.
Ecce illa tempestas &c. Ci. de Pro. 70. a.
Ecce autem noua turba atq; rixa. Ci. I. V. 234. b.
Ecce autem alia pusilla epistola. Ci. At. 89. a.
Sed ecce nuntij scribente me hæc ipsa noctu in Caleno. Ci. At. 121. a. & ibi. Ecce litteræ Cęsarem ad Corfiniũ. & 123. a. Ecce subito litterę Domitij ad illum. & 116. b. Ecce postridie Cassij litteræ.
Ecce ijsdem autoribus restituti sumus. Ci. de Ar. 254. b.
Ecce autem de transuerso L. Cæsar ut ueniam ad se rogat. Ci. At. 240. a.
Ecce tibi qui rex populi Romani esse concupierit. Cic. Off. 68. b.

Ecce ex altera parte sebosus &c. Ci. At. 30. b.
Ecce autem repente &c. Ci. I. V. 69. b.
Cum subito ecce idem &c. Ci. p Cecin. 290. b.
Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo esset iudicandum. Ci. p Clu. 33. a.
Ecce tibi iste &c. Ad Her. 27. a.
Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est, dici aliter non potest. Ci. d Fin. 85. a.

Ecdicus, ci. Ci. Ep. 224. a. Milasij & Alabandenses pecuniam Cluuio debêt, dixit mihi Euthydemus se curaturũ, ut Ecdici Milasij Romã mitterentur, &c.

Echineis. insula in Ægeo. Ci. In Arat.

Eclipsis, psis. defectio. Ad Her. 23. a. Eclipsis solis et lunę.

Econtra. Ci. I. A. 168. a. l. Contra.

Econtrario. Cice. d Fin. 133. a. E` contrario moderati habitus &c.

Eculeus, lei. genus tormenti, ut rota.
Ci. I. A. 232. a. Ponite ante oculos uincula, uerbera, eculeum, carnificem, tortoremq; samarium.
Fodti enim i eculeo quæstio, iuris in iudicio. Ci. p Mil. 212. b. & p Deio. 144. b.
Eculeo torqueri. Ci. d Fin. 99. a. & Tus. 230. b. 231. a.

Edacitas, tis. uitium uentris & gutturis.
Cic. Q. Fr. 328. b. Sine matre edacitatẽ pueri ptimesco.
Epicurei [Greek] morbum edacitatis putant. Ci. Ep. 107. b.

Edax, cis. Ci. Ep. 138 b. Cum homine edaci tibi res est.
Edacem enim hospitem amisisti. Ci. p Flo. 154. b.

Edera, ræ. Cic. Q. Fr. 319. a. Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera, bis.

Edico, cis. indico. proscribo, expono, edicere non solũ prętoris est sed etiam consulis. Ci. I. P. 83. a.
Ci. I. V. 122. a. Si quis eum pulsasset, edixit sese iudiciũ iniuriarum non daturum.
Edictum quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Ci. Off. 68. a.
Quid est causæ quin si longe aliter possedit q̃ prætor edixit, iste ex edicto non possederit. Cic. p Quint. 15. b.
Consul edicit, ut Senatus Senatusconsulto ne obtemperet. Ci. I. P. 83. a.
Ne absens censeare curabo edicendum & proponẽdum locis omnibus. Ci. At. 17. b.
Iste locare incipit non proscripta neq; edicta die. Cice. I. V. 104. b.
Iustitium edici, saga sumi dixi placere. Ci. I. A. 206. a. & d Ar. 257. a. Iustitium edici.
Antonius edixit, ita ut me & Lælium exciperet. Ci. At. 174. a. Comitia edicta sunt ad XI Calendarum Febr. Ci. Q. Fr. 307. a.
Edixit ut quisq; &c. Ci. d. N. 77. a.
Prætorem edicere, ne fiat aliquid. Ci. Q. Fr. 295. a.
Suade igitur istam ipsam legem, ut ego possim edicere &c. Ci. d Leg. 174. a.
Quæ prętores edicere consueuerunt. Ci. d In. 70. b.
Alius igitur finis amicitiæ cõstituẽdus est, si prius quid Scipio reprehendere solitus sit, edixero. Ci. Am. 107. a.
Nullus locus ferè ob eo sine conformatione sententię edicitur. Ci. d Or. 209. b. aliter inducitur.

Est enim tibi edicendum, quę obseruaturus sis in iure dicendo. Ci. d Fin. 80. a.

Edictum, cti. interdictum. Ci. I. V. 95. b. Hi qui decretis edictisq; tuis in te concitati sunt.
Qui plurimum tribuunt edicto prætoris, edictum legẽ annuam dicunt esse. Ci. I. V. 98. b.
Qui Romæ totum edictum & omnia decreta uendidit. Ci. I. V. 132. b.
Edictum quod cõmuniter compositum fuerat, solus edixit. Cic. Off. 68. a.
Senatum censere, ædiles curules edictum quod de funeribus habeant, Seruij Sulpitij funeri remittere. Cic. I. A. 223. a. Quod prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubet. Ci. p Quint. 11. a.
Pecuniam neq; ex edicto neq; ex decreto depositam habui. Ci. Ep. 224. a.
Si ex edicto possedisti, quæro cur bona nõ uenierĩt. Ci. p Quint. 13. a. & 15. b. Qui ex edicto meo in possessionem uenerit.
Flaccus sanxit edicto ne frumentum ex Asia exportari liceret. Ci. p Fla. 160. a.
Edictum & intercessio Tribunorum. Ci. p Pom. 15. a.
Edictum ut ne quis cum telo seruus esset. Ci. I. V. 255. a. & 236. b.

Edisco, scis. memoriæ mando.
Ci. d Or. 97. b. Exercenda est etiam memoria, ediscẽdis ad uerbum q̃plurimis & nostris scriptis & alienis.
Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit. Ci. p Mur. 129. a.
Est enim non magnus sed aureolus & ad uerbum ediscendus libellus. Ci. Acad. 34. a.
Non leguntur modo sed ediscuntur. Ci. Tus. 180. b.
Quis uestrũ nõ edidicit Epicuri [Greek]. Ci. d Fi. 68. b. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum & habeat in ore &c. Ci. Ep. 92. a.
Qui istam artem facillimam non ediscunt. Cice. d Ora. 106. b. & 105. a.

Edissero, ris. expono. Ci. d Leg. Neq; necesse est edisseri a nobis quæ finis funestæ familiæ.

Editio, onis. Ci. p Plan. 167. a. Ista editio summam habet acerbitatem.

Edititius, tij. Ci. p Plan. 266. b. Nec quicq̃ aliud i hac lege nisi edititios iudices es secutus.

Editus, a, um. Ci. I. V. 225. a. Locus p̃celsus atq; editus.
Hercules Iouis satu editus. Ci. Off. 21. a.

Edo, dis, edidi, editum. emitto, foras do uel profero, in apertum profero, expromo.
Ci. p Syl. 175. a. Illas tabulas describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulgari atq; edi populo imperaui.
Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet. Ci. Acad. 4. a.
Leges autem edentur a me non perfectæ &c. Ci. d Leg. 173. b. Quos iampridem ad te misissem, si esse edendos putassem. Ci. Ep. 16. b.
Vt illos de rep. libros edidisti. Ci. d Cla. 166. b.
Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atq; edere. Ci. d Or. 95. a.

Is me

Is me rogat ut annales suos emendem & edam. Ci.At. 32.a.et.255.a.*Eas epistolas prospiciam,corrigam,tum denique edentur.*&.210.b.*Dic mihi places' ne tibi primum edere iniussu meo?*

*Nam nonnulli cum procemium meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt,ut &c.*Ci.đ Or.138.a.

*Scriptores qui nondum ediderunt,de quibus existimari non potest.*Ci.đ Leg.157.a. et.193.b.*Qui magistratu abierint,apud Censores edant,exponant,quid in magistratu gesserint.*

*Iudicium quin acciperet,in ea ipsa uerba,quæ Nænius edebat,non recusasse.*Ci.p Quint.11.b.&.12.a.*Se iudicio id quod edat accipere.*

*Deinde posteaq̃ est editum,expositis a Cn.Flauio primum actionibus,nulli fuerunt &c.*Ci.đ Or.100.b.

Nec scriptum habeo,nec possum edere. Ci.I.V.207.a.

*Tabellæ recitatæ uobisque editæ sunt.*Ci.p Clu.56.b.

Socium tibi in eius bonis edidisti Quintium. Cic.pro Quint.14.a.

*Edere rationẽ alicuius rei cupiã.*Ci.At.75.a.&.102.b.*Edere rationes alicui.*

*Qui nascitur,in lucem edi dicitur.*Ci.Tus.173.b.

*Simulatque editi ĩ lucẽ & suscepti sumus.*Ci.Tus.190.a.

Crocodilos cũ in terra partum ediderint,obruere oua. Ci.đ.N.52.a.

Edere exemplum seueritatis alicubi Cic.Q.Fr.300.a.

*Oues nullum fructum edere ex se sine curatione hominum possunt.*Ci.đ.N.58.a.

Ager,qui meliores fœtus possit & grandiores edere. Ci.đ Or.120.b.

*Hęc ex oraculo Apollinis edita tibi puta.*C.At.274.a

*Apollo Pythius oraculo edidit Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram.*Ci.Off.49.b.

*Illud naturale genus diuinandi cõcitatione mentis edi & quasi fundi uidebatur.*Ci.đ.D.114.a.

Tibi familiari meo prius edituri fuerunt indicium scribæ mei, si noluisses quàm in codicem referrent. Cic.p Syl.175.b.

*Post autem aliquanto Vulturij iam indicio exposito atque edito surrexit.*Ci.I.C.113.a.

Is meum nomen operarijs ediderat,imperitis iniecerat. Ci.p Dom.216.a.

Non ĩtelligo cur uno in genere tribus edi uoluerit. Ci.p Plan.266.b.*ab accusatore.*

Clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt. Cic.p Plan.267.b.

*Cuius in complexu libenter extremũ uitę spiritum ediderim.*Ci.I.A.243.a.

*Edere clamores.*Ci.đ Fin.69.b.& đ.D.119.a.

*Edere magnam ruinam.*Ci.đ Leg.163.b.

*Memini nos miros risus edere.*Ci.Q.Fr.312.a.

*Edere scelus in aliquem.*Ci.p Sest.16.a.

*Edere facinus.*Ci.I.A.250.b.

Infinita sunt scelera quæ ab illo in patriam sunt edita. Ci.đ Ar.257.a.

*Edere animam.*Ci.p Sest.21.a.

Edo,es,edi,esum. *comedo,cibum capio.*

Ci.đ Am.109.a.*Multos modios salis simul edendos esse,ut amicitiæ munus expletum sit.*

*Itaque & edit & bibit ἀδεῶς & iucunde,opipare sanè & apparate.*Ci.At.222.a.

*Catulus fœnũ alios aiebat eẽ oportere.*Ci.đ Or.130.a

*Mergi pullos in aqua iussit ut biberent, quoniam esse nolent.*Ci.đ.N.27.b.

Nunquam sitiens biberat,nec esuriens ederat. Ci.Tus.247.a. *Primum ita non religiosi ut edant de patella.*Ci.đ Fin.69.a.

Edoceo,ces.doceo. Ci.Postq̃.110.b.*Qui meam causam prudentibus commendarit,imperitos edocuerit.*

*Quem Minerua omnes artes edocuit.*Sal.In Ci.271.a

*Edocuit tamen ratio &c.*Ci.Tus.208.a.

*Id magis uerisimele aiunt,quod usus rei ab se experiendo edocet.*Ad Her.13.a.

Edolo,as.dolo. Ci.At.120.a.*Omisi ea,quæ in manibus habebam,quod iusseras edolaui.*

Edomo,as.domo. Ci.đ Fat.141.a. *Vitiosam naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina,ut etc.*

Edormio,mis. Cic.I.A.166.a.*Edormi crapulam & exhala.* *Cumque edormiuerunt, illa uisa q̃ leuia fuerint,intelligunt.*Ci. Acad.14.a.

Educatio,onis. Ci.đ Or.154.a.a.*Institutus liberaliter, educatione doctrinaque puerili.*

*Id difficile factu est, nisi educatione quadam & disciplina.*Ci.đ Leg.190.a.

*Fœtus & educatio bestiarum.*Ci.đ Fin.103.a.

*Partus & educatio ferarum.*Ci.p Sest.28.b.

Educator,oris. Cic.đ.N.43.a. *Omnium rerum sator, educator, & alter mundi est.* & p Plan.276.b.*Educator alicuius.*

Educatrix,cis. Ci.đ Leg.168.b.*Earum rerum parens est educatrixque sapientia.*

Educo,as. *educaui & eduxi,alo.*

Ci.I.V.260.b.*Qui a parẽtibus suscepti educatique sunt.*

*Non est boni parentis quem procrearit & eduxerit,eũ non & uestire & ornare.*Ci.đ Or.119.b.

Habemus hominem in fœcialium manibus educatum, Ci.I.V.245.b.

Homo ingenuus liberaliterque educatus. Ci.đ Or.96.a. &.201.a.*Educata huius nutrimentis eloquentia est.*

Apud quos,quo more,cuius arbitratu sit educatus. Ci.đ In.50.b. *Sed ut ea quæ orta sunt educet atque confirmet.*Ci.đ Or.141.b.

*Vt in gignendo in educando.*Ci.đ Fin.27.b.

*Filius non tam in gremio q̃ in sermone matris educatus.*Ci.đ Cla 183.b.

Educo,cis. Ci.đ Or.100.a.*P. Rutilius Macinum de Senatu iussit educi.*

*Educ tecum omnes tuos.*Ci.I.C.99.b.

Si nobiscum eũ rus aliquo eduximus. Ci.Q.Fr.314.a.

Quamuis ex angustijs oratorem educere ausus es. Cic.đ Or.154.a. *Sortiri tribus et educere, quas uelis.* Cic.ꝯ Rul.70.a.

*Cum in ius ipsum eduxi,expressi, ut conficere tabulas se negaret.*Ci.I.V.171.b.

*Si lacus ita esset eductus,ut ad mare peruenire non posset.*Ci.đ.D.101.a.

Educere exercitum in expeditionem. Ci.d.D.95.b.
Eum per manum seruule seruatum & eductum. Ci.At.7.a. *Educere gladium e uagina.* Cic.d In.63.b.& I.C.112.a.

Effaris, uel re, tur. *eloquor, enuntio.*
Ci.In Sal.275.b. *Mihi ratio habenda est, ut ea dicam, quæ honeste effari possim.*
Nec ullum uerbũ solẽne potuit effari. Ci.p Do.241.a.
Quod ita effabimur, aut uiuet cras &c. Ci.Aca.24.b.
Hęc pater effatus &c. Ci.d.D.89.a.
Effari & nuncupari latine dici posse. Cic.d Or.157.a.
Effari templum. Cic.At.218.b. *Opinor augures nihil habere ad templum effandum.*
Vrbem & agros & templa liberata & effata habẽto. Ci.d Leg.173.b.

Effatum, ti. *pronuntiatum.* Ci.Acad.13.b. *Nempe fundamentum dialecticæ est quicquid enuntiatur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum.*
Alterum genus sacerdotum, quod interpretetur fatidicorum & uatum effata incognita. Ci.d Leg.173.b.

Effectio, onis. Ci.d Fin.99.b. *Quemadmodum opportunitas non fit maior productione temporis, sic recta effectio, (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) igitur effectio crescendi accessionem nullam habet.*

Effector, oris. *perfector, architectus, molitor.*
Ci.d Vn.197.b. *Effector mundi & molitor deus.* & Tus.163.a. *Effector tanti operis ac muneris.*
Magna stultitia est eorum rerum deos facere effectores. Ci.d.D.120.a. *Horum operũ ego parens effectorq; sum* Ci.d Vn.202.a.
Effector alicuius operis. Ci.At.124.b.
Stylus optimus dicendi effector & magister. Ci.d Or.97.a.

Effectrix, cis. Ci.d Fin.76.a. *Pecunia est effectrix multarum & magnarum uoluptatum.*

Effectus, a, um. *ut locus ab effectis rebus.* Ci.To.222.b.

Effectus, ctus. *quod effectum est, euentus quandoq;.*
Ci.d Fin.97.a. *Sic in libidine peccatum est etiam sine effectu.* & ibi. *Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, quæ sunt in effectu, sic timere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu.*
Radices quarum causam ignoramus, uim & effectum uidemus. Ci.d.D.112.a.
Effectus eloquentiæ est audientiũ approbatio. Ci.Tus.175.b.
Vt enim causa effectum indicat, sic quod effectum est quę fuerit causa demonstrat. Cic.Top.226.b.

Efferatus, a, um. *immanis.* Ci.d.N.14.a. *Multas esse gẽtes sic immanitate efferatas, ut &c.*
Sunt enim multa efferata & immania. Ci.Tus.216.a.

Effero, as. *quasi ferum facio.*
Ci.d.N.46.b. *Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari.*

Effero, fers. *extuli, elatum, edo, profero, efficio, pronuntio.* X. *affero.* Ci.d Cla.166.a. *Ager, qui multos annos quieuit, uberiores efferre fruges solet.*
Cum ager id quod perraro euenit cum decimo extulisset. Ci.I.V.172.a.& 193.a. *Id perdere aratorẽ quod agri segetesq; extulissent.*
Quæ efferunt aliquid ex se, perfectiora sunt q̃ ea, quæ ex his efferuntur. Ci.d.N.43.a.
Bibulus pedem porta non plus extulit q̃ domo sua. Ci.At.97.a.& 101.a.
Vt quam existimationem & honestatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre. Cic.p S.R.18.b.
Qui ex ædibus eius, siquid telorum esset, efferret. Ci.I.C.112.a.& ibi. *Maximum sicarum numerum extulit.*
Iam ista tua culpa est, qui uerecundiam tecum extuleris & non hic nobiscum reliqueris. Ci.Ep.e04.a.
Quod uero non cruentum mucronem, ut uoluit, extulit, quanta laudem &c. Ci.I.C.104.b.
Cum casu in eodẽ causa cum funere efferretur anus Iunia. Ci.d Or.129.b.& p Flo.154.b.
Si Cæsar funere elatus esset. Ci.At.226.b. & 238.a.
Cn.Lucullus matrem efferebat.
Cũ tua rogatiõe funere elata resp. est. Ci.p Do.221.b.
Cur Maximus filium extulit consularẽ? Ci.d.N.76.a.
Efferri ante lucem. Cic.d Leg.183.b.i.ad sepulturam.
Cum pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset. Ci.d Or.104.b.
Patriam demersam extuli. Ci.p Syl.184.a.
Populus rom. qui te per omnes honorũ gradus ad summum imperium extulit. Ci.I.C.103.a.
Quæ res extulit eum? una commendatio huius. Cic.p Q.R.50.a.
Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, uirtus extulit ad laudem, eundem Tribuni furor depulit ad calamitatem. Ci.Anteq̃.194.b.
Hi quos fortuna extulit, aut &c. Ci.p Cor.52.a.
Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidã dolor, quis nõ ignosceret? Ci.d Ar.247.b.
At te ipsum Cato nunc & animi quodam impetu concitatum & ui naturæ atq; ingenij elatum iam ætas mitigabit. Ci. *Dolore efferri & iracundia longius digredi q̃ deceat.* Ci.d Ar.244.a.
Læsi dolent, irati efferuntur. Ci.p Cęl.41.b.
Efferre animos. Ci.p Dom.141.b.
Quę q̃q̃ sunt abscissę, tamen efferent se aliquando et ad renouandum bellum reuiuescẽt. Ci.d Pro.76.a.
Sed certe non continebuntur, progredientur longius, efferentur. Ci.9 Rul.85.b.
Efferri lætitia. Ci.p Deio.148.b.
Si uincunt, efferunt se lętitia, uicti debilitãtur, animosq; demittunt. Ci.d Fin.135.a.& *efferri lætitia.* Cic.Tus.231.a. *Efferre se insolenter.* Ci.Tus.217.a. & *efferri ira.* 219.a.
Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. Cic.Ep.13.a.& *gaudio sum elatus.* 151.a. & *elatus lætitia.* 211.b.
Aliquid se gloria et pdicatione efferẽs. Ci.pad.118.a.
Efferri studio in aliqua re. Ci.At.5.a.i. *Elatus.*
Efferor studio te uidendi. Ci.d Sen.94.b.

Cupiditatibus

Cupiditatibus infinitis efferri. Ci. In Sal. 274. a.
Efferre aliquem in cœlum laudibus. Cic. đ Cla. 191. a.
Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum. Cic. pro Mur. 127. a.
Efferre aliquem uerbis. Ci. đ Or. 147. b.
Efferre aliquẽ summis laudibus in cœlũ. Ci. Ep. 133. a
Peto a uobis inquit, ne has meas ineptias efferatis. Cic. đ Ora. 94. a.
Res alio atq; alio elata uerbo. Ci. Or. 203. a. & 211. b. Efferre sententiam grauem inconditis uerbis.
Eadem enim sunt elata primum a pluribus &c. Ci.
Verba, quę similiter iisdem casibus efferuntur. Ad Her. 30. b.

Efferuesco, scis. efferbui, erumpo.
Ci. đ. N. 31. b. Aquę, quę efferuescũt subditis ignibus.
Totus pontus armatus efferuescens in Asiam atq; erumpens. Ci. đ Pro. 70. b.
Censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescat hęc gratulatio. Ci. Ep. 117. a.
Si nimium efferbuisse uidetur huius in gerendis inimicitijs uis, ferocitas, pertinatia. Ci. p Cæl. 53. b.
Sic campus atq; illæ undæ comitiorum ut mare profundum & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu, ut &c. Ci. p Plan. 261. a.
Pontidius efferuescens in dicendo. Ci. đ Cla. 187. a.
Verba efferuescentia. Ci. đ Or. 116. b.

Efficacitas, tis. Ci. Tus. 115. b. Itemq; uiribus corporis & neruis & efficacitati similes, similibusq; uerbis animi uires nominantur.
Qui tantum habet in libidine artis & efficacitatis, ut &c. Q. đ Pet. 206.

Efficax, cis. qui multum habet efficacitatis.
Ci. Ep. 120. a. Nosti Marcellum q̃ tardus & parum efficax sit, itemq; Seruius, q̃ cunctator.

Efficiens, tis. conficiens, quod efficit.
Ci. đ. D. 106. b. Nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat.
Sed causas id efficientes non habebat. Ci. đ Fat. 146. a.
Causa autem & ratio efficiens magnos uiros est in priore. Ci. Off. 14. a.
Cyrenaici uirtutem censuerunt esse laudandam qđ efficiens esset uoluptatis. Ci. Off. 75. b. & đ Fin. 68. b.
Philosophi uirtutem diuidebant in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens, eaq; efficeretur aliquid, in eo quod efficeret uim esse censebant, in eo, quod efficeretur, materam quandam. Cic. đ Fin. 43. b.
Res effectæ ab efficientibus causis. Ci. Top. 215. b.
Res efficientes, quæ causę appellantur. Cic. Top. 225. b.
Origo etc. idest causa efficiens. Ci. Tus. 195. a.
Efficiens causa, aliter conficiens. Ci. Top. 238. a.

Efficienter. Ci. đ Fat. 147. a. Quod cuiq; efficienter antecedat.

Efficientia, tiæ. uis efficiendi.
Ci. đ Fat. 144. a. Interest inter causas fortuito antegressas & inter causas cohibentes in se efficientiã naturalẽ.
Cum aspexissent solem, eiusq; tum magnitudinem pulchritudinemq; tum etiam efficientiam cognouissent, qđ is diem efficeret toto cælo luce diffusa. Ci. đ. N. 45. a.

Effico, cis. facio, re ipsa facio, efficiens sum, effector sum, persequor, concludo, conflo, effero.
Ci. At. 204. a. De pecunia uero, uideo a te omnem diligentiam adhiberi, uel potius iam adhibitam esse, efficis enim, a te hortos habeo.
Causæ quæ sine ulla appetitione animi, sine uoluntate suum quasi opus efficiunt. Ci. Top. 226. a.
Feci igitur atq; effeci, ut neuter quenq̃ omnium pluris q̃ me faceret. Ci. At. 98. b.
Hoc ille in nostros mores induxit, solus auxit, solus effecit. Ci. đ Or. 119. b.
Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atq; edere. Ci. đ Or. 95. a.
Sed potius debet eniti & efficere, ut excitet &c. Cic. đ Am. 107. a.
Vt innumerabiles mundos natura effectura sit, efficiat, effecerit. Ci. đ. N. 12. a.
Enitere, elabora, uel potius, eblandire, effice. Cic. Att. 263. b. Maius opus institutum est, quàm effici potuerit. Ci. Or. 120. a.
Quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honestum. Ci. Of. 4. a.
Sic habeto quicquid arte effici potuerit, (nõ enim etc.) sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum beneuolentiam conciliandam summo studio me consecutum esse. Ci. Ep. 135. a. b.
Nam in me quidem iampridem effectum est, quod futurum fuit. Ci. Or. 206. b.
Heri effeci epistolam ad Cæsarem, tibi enim placebat. Ci. At. 213. a.
Nec adhuc frequentem Senatum efficere potuit. Cice. Ep. 115. a.
Ea nix in fœnus Pompeij, quod satis sit, efficiũt. Ci. At. 85. a. & ibi. Nec id satis efficitur in usuram menstruam.
Hoc nec istinc nec effici põs sine tua ope. Ci. At. 260. a.
Caueamus quantum efficere & consequi possimus, ne &c. Ci. Q. Fr. 297. b.
In latere & cæmento ex quibus urbs effecta est. Cice. đ. D. 129. a.
Hinc omnia effingis atq; efficis. Ci. đ. N. 14. a.
Si uirtus efficiens utilitatis esset. Ci. Of. 54. b.
Quæ L. Antonius in Parmensium uxoribus effecerit. Ci. I. A. 250. b.
Doloris amotio successionem efficit uoluptatis. Cice. đ Fin. 56. b.
Ego quia non idem in tua causa efficio, uitam mihi acerbam puto. Ci. Ep. 1. a.
Quod sentias aut re efficere aut deniq; libera oratione defendere. Ci. Ep. 58. a.
Vsus progrediens familiaritatẽ efficit. Ci. đ Fi. 131. a.
Cuius muneris colendi efficiendiq; causa nati sumus. Ci. đ Leg. 159. a.
Tu mandata effice, quę recepisti. Ci. At. 10. a.
Statimq; illa mirabilia facinora effecit. Ci. I. A. 181. a.
Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis, quod proposuit, efficit. Ci. Parad. 116. a.
Quare hoc quidem effectum sit, in officijs deligendis

hoc genus officiorum excellere, qđ &c. Ci. Off. 31. b.
Efficere & concludere rationem. Ci. đ Fin. 53. a.

Effigies, ei. species, imago, simulachrum.
Ci. đ Fin 76. b. Filia effigies moris, sermonis, oĩ mel.
Reliquit effigiem & humanitatis & probitatis suæ filium. Ci. đ Fin. 76. b.
Cyrus ille a Xenophonte non ad fidem historię scriptus sed ad effigiem iusti imperij. Ci. Q. Fr. 194. a.
Consiliarum relinquere & uirtutum nostrarum effigiem multo malle debemus summis ingenijs expressam & politam. Ci. p Arch. 191. b.
Plurima in XII tabulis antiquitatis effigies. Cic. de Ora. 101. a.
Effigies simulachrumq; Mithridatis. Ci. I. V. 141. a.
Hominis effigies & imago. Ci. đ. N. 11. b.
Quædam effigies spirantis mortui. Cic. Q. Fr. 303. a.
Res alit ipsas rerum effigies notaret. Cic. đ Or. 141. a.
Eminens effigies uirtutis. / Adumbrata imago glorię. } Ci. Tus. 190. b.

Effingo, gis. exprimo. Ci. p S. R. 16. a. Vt effictos mores nostros in alienis personis & expressam imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus.
Mores oratoris effingit oratio. Ci. đ Or. 115. a.
Tum natura speciem ita formauit oris, ut in eo penitus reconditos mores effingeret. Ci. đ Leg. 161. a.
Quæ porrò tam immensa magnitudo, quæ illa tã multa possit effingere? Ci. Tus. 161. a.
Hinc omnia effingis atq; efficis. Ci. đ. N. 14. a.
Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. Ci. đ. D. 85. a.
Natura sui dissimilia nõ potest effingere. Ci. đ. N. 64. a
Effingere omnia, quæ memoria tenere uelis. Ci. đ Or. 141. a. & b. Ea animis effinguntur nostris.
Exprimere & effingere formã alicuius. Ad Her. 39. b.
Visum igitur impressum effictumq; unde esset &c. Ci. Acad. 6. a.

Efflagitatio, onis. Ci. At. 187. a. Efflagitatio omnium &c. & Plan. Ep. 159. a.

Efflagito, as. Ci. p Mil. 119. b. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirũt, quàm qui illam efflagitant.
Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Ci. Q. Fra. 313. a.
Iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata est. Ci. I. V. 56. a.
Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam. Ci. At. 187. a.
Cum iste a Dolabella efflagitasset, ut etc. Ci. I. V. 88. b.
Auxilium ab alienis efflagitabitis? cum ciues uestras deseratis? Ci. Anteq. 194. a.

Efflo, as. Ci. p Mil. 111. a. Clodius Cyrum animam efflantem reliquit.
Nam & agere animã & efflare dicimus. Ci. Aca. 11. a.
Abijcit efflantem & laceratum affligit in unda. Cic. đ D. 101. a.

Effloresco, scis. Cic. đ Or. 16. b. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.
Vtilitas efflorescit ex amicitia etiam si tu eam minus secutus sis. Ci. đ Am. 115. a.
Post anapestus procerior quidam numerus effloruit. Ci. đ Ora. 160. a.
Amputanda multa sunt illi ætati, si quidem efflorescit ingenij laudibus. Ci. p Cæl. 53. b.
Et apparebit eas penitus ex ea causa, quæ tum agatur, effloruisse. Ci. đ Or. 138. a.
Cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere &c. Ci. đ Fin. 63. a.

Effluo, is. Cic. đ Or. 136. b. Quod semel esset infusum nunq̃ effluere posse.
Considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat. Ci. At. 101. b. Siue deest naturæ aliquid siue abundat atq; effluit. Ci. đ. D. 93. b.
Et si effluunt multa ex uestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe perueniant. Cic. p Dom. 237. b.
Quondam iactis imber effluxit. Ci. đ. D. 100. a.
Præterita ętas, q̃uis longa cum effluxerit, non potest cõsolari stultum senem. Ci. đ Sen. 78. a.
Huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Ci. đ Clo. 184. a.
Cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterit, effluxit. Ci. đ Sen. 91. b.
Hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. Ci. I. V. 213. a.
Antẽq̃ planè ex animo tuo effluo. Ci. Ep. 102. a.
Nec præteritas uoluptates effluere patiatur. Ci. đ Fin. 57. b. Cum una cum sanguine uitam effluere sentiret. Ci. Tus. 187. b.
Influere. X. effluere. Ci. đ Vn. 103. a.

Effodio, dis. Ci. Off. 35. a. Nec ferrum, aurum, æs, argẽtum effoderetur penitus abditum &c.
Hi duos oculos orę maritimę effoderũt. Ci. đ. N. 78. b.
Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Ci. p Mar. 132. b.

Effœderatus, a, um. Ci. I. V. 205. b. In Mamertinorum solo effœderato, atq; pacato.

Effœminate. Ci. Of. 4. a. Caueatq; ne quid indecore effœminateq; faciat.

Effœminatus, a, um. qui animum gerit muliebrem.
Cic. Of. 16. a. Ne quid effœminatum aut molle, aut ne quid durum aut rusticum sit.
Homo effœminatus. Ci. p Mil. 119. a.
Impudicus & effœminatus. Ci. I. A. 185. b.
Videndum est in utrisq;, ne quid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectumq; faciamus. Ci. Tus. 113. b.
Illa uox furialis nefarijs stupris effœminata. Cic. pro Plan. 177. b.

Effœmino, as. Ci. Tus. 169. a. Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effœminamur.
Fortitudinis quædam præcepta sunt, quæ effœminari uirum uetant in dolore. Ci. đ Fin. 84. b.
Effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Ci. đ. N. 39. a. i. aerem.

Effœtus, a, um. Ci. đ Sen. 13. a. Intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Effrenate. Ci. đ Sen. 85. a. Voluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitantur.

Effrenate ferri.Ci.Tus.192.a.
Libertatis auida legio effrenatius in aciem hostium irrupit.Ci.I.A.263.a.

Effrenatio,onis. Ci.I.A.192.b.Quae effrenatio impotentis animi?

Effrenatus,a,um. proiectus,praeceps,indomitus, profusus,impotens. Ci.Off.18.b.Homines secundis rebus effrenatos, sibiq; praefidentes tanq̃ in gyrum rationis & doctrinę duci oportet.
O libidinem effrenatam & indomitã. Ci.p Cl.20.b.
Noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam. Ci.I.A.244.b.
Indomitę atq; effrenatę cupiditates.Ci.I.V.88.a.
Quo te ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Ci.I.C.102.a.
Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. Ci.d Or.111.b.
Effrenatus & praeceps furor alicuius.Ci.d Ar.243.b.
Mens & effrenata & praeceps.Ci.p Cael.44.b.
Praiecta quędã et effrenata cupiditas.Ci.p Do.236.a
Libido efficit effrenatam appetentiam.Ci.Tus.112.b.

Effringo,gis. Ci.I.V.211.b.Effrigi fores,reuelli claustra.& .222.a.Conuulsis repagulis,effractis q; ualuis.
Ianua qua effracta & reuulsa tota pateret prouincia. Ci.p Mur.132.a.
Fores effregit,restituentur.Ci.p Cęl.45.b.

Effugio,gis. euito,elabor,euolo.
Ci.p Pom.8.a.Rex ipse è manibus effugit.
Aut eum effugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem.Ad Her.7.
Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimum.Ci.Q.Fr.305.b.
In quibus non dubito quin offensionem negligentię uitare atq; effugere non possim.Ci.I.V.97.a.
Theophrastus moleste tulit, se nõ effugere hospitis speciem,cum aetatem ageret Athenis.Ci.d Or.180.a.
Effugere uituperationem.Ci.At.256.b.& effugere offensionem alicuius.Ci.Ep.49.a.
Et is est reus auaritiae, qui in maledicentissima ciuitate in suspiciosissimo negotio maledictum omne non modo crimen effugit?Ci.p Fla.147.
Nihil te effugiet,atq; omne quod erit ĩ re occurret atq; incidet.Ci.d Or.122.a.
Dolorum effugiendorum gratia.Ci.d Fin.56.b.

Effugium,gij. Ci.d.N.50.a. Quasdam animantes habere effugia pennarum.
Non modo effugium sed ne moram quidem mortis afferre qui potuit.Ci.I.V.170.a.

Effundo,dis.profundo. Cic.d Ora.98.a.Effudi nobis omnia quae habebam.
Testis effudit,quę uoluit omnia.Ci.p Fla.154.b.
Haec enim aetas effudit hanc copiam. Ci.d Or.167.b.
Segetes foecundae effundunt herbas inimicas frugibus. Ci.Or.201.b.
Q d ego adiũ effudisse me ob arbitrabar. Ci.Ep.15.
Magno timore percuisa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat.Ci.At.274.a.
Vox in coronam turbamq; effunditur.Ci.p Fl.160.b.
Effundere furorem in aliquem.Ci.Ep.198.b.
Qui oẽs iudices Tribunus è carcere in forũ effudit.Ci.d Ar.251.b.
Quod in me carcerem effudistis.Ci.I.P.82.b.
Mare medium terrae locum expetens conglobatur undiq; ęqualiter,neq; redundat usq̃,neq; effunditur.Ci.d N.49.a. Per eas ipsos dies effudi(si ita uis)honores in mortuos.Ci.At.283.a.
Effudi plurimas lacrymas.Ci.p Plan.281.a.
Brutus effudit illa omnia,quę tacuerat. Ci.At.256.b.
C.Cęsar patrimonium suum effudit, q̃q̃ non sumus usi ea uerbo,quo decuit,non enim effudit, sed in salutem reip.collocauit.Ci.I.A.184.a.
Consules ex Italia profugisse,cunctum Senatum,totam Italiam esse effusam.Ci.p Deio.145.b.
Pompeius in nos suauissime est effusus.Ci.At.60.a.
Effundere patrimonium.Ci.Off.44.a.
Per luxuriã effundere & cõsumere oẽs fortunas.Ci.p S.R.19.b.&.29.b.Sumptus effusi cum dedecore.
C.Gracchus cum largitiones maximas fecisset & effudisset aerarium uerbis tamen defendebat aerarium. Ci.
Effusis ac dissipatis fructibus uestris.Cic.ꝯ Rul.84.a.
An temperantem eum dices,qui se in aliqua libidine cõtinuerit,in aliqua effuderit?Ci.Parad.119.b.

Effuse. Ci.p.S.R.22.a.Large effuseq; donare alicui. & p Cael.45.b.
Cum & inaniter & effuse animus exultat, tum illa laetitia gestiens uel nimia dici potest.Cl.Tus.212.a.
Id nemo tam effuse petulans conatus est.Cic.I.P.81.b.

Effusio,onis. Ci.pi.237.a.Liberalitatẽ effusio imitat.
Pro ipsius in alios effusione.Ci.At.102.a.
Eadem uitio est effusio aĩ in lętitia,quo in dolore contractio.Ci.Tus.224.a.& d.N.31.a.Aquę effusio.
Quid dicam aduentus meos?quid effusiones hominum ex oppidis?quid concursum ex agris?Ci.I.P.90.b.

Effusus,a,um.prodigus. Ci.p Cael.40.a.Quis in largitione effusior?

Effutio,tis.inaniter fundo. Ci.d.N.45.a.Quidam temere de mundo effutiunt. Nec hoc sic agit, ut ex tẽpore quasi effutire uideatur.Ci.Tus.245.b.
Quàm bellum erat confiteri potius nescire,quod nescires,q̃ ista effutientem nauseare.Ci.d.N.18.a.
Quarum partim ficta sunt aperte, partim effutita temere.Ci.d.D.132.a.

Egens,tis. indigens,qui eget,qui in egestate est,cui quęsito opus est.X.locupies.
Cic.At.85.a.Nihil illo regno spoliatius, nihil Rege egentius.
Serui & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Ci.At.126.b.
Qui in sua re fuisset egentissimus,erat(ut fit)insolens in aliena.Ci.p.S.R.22.a.
Asclepiades fortuna egens.Ci.p Fla.153.b.
Ipse egens rebus omnibus.Ci.Ep.93.b.
Egens aeque est is, qui non satis habet,ut is cui nihil satis potest esse.Ad Her.29.b.
Egestates tot egentissimorũ hominum.Ci.At.140.a.& 118.b.Vagantur egentes cum coniugibus & liberis.

Egeo,es. mihi opus est, mihi quæsito opus est, indigeo. X.q̃plurimum habeo,abundo.
Ci.d̃.N.49.a.Quæ ut fierem,ratione eguerunt.et.55.a.Cum oculis ad cernendum non egeremus.
Quæ se ipsis contenta sunt meliora, quàm quæ egent alijs.Ci.Top.226.b.
C.Macer authoritate semper eguit.Ci.d̃ Cla.186.b.
Etiam si ille bis non eget.Ci.Off.10.b.
Ne bibliothecis quidẽ græcis egebimus.Ci.Tus.176.a
Vt græcis de philosophia literis non egeant . Cic.d̃.D. 209.b.
Incredibile est q̃ egeam tempore.Ci.Q.Fr.325.b.
Tu quanq̃ consilio non eges uel abundas potius &c. Ci.Ep.153.a.
Earum rerum quibus abundaremus expartatio, & earum quibus egeremus inuectio.Ci.Off.35.a.
Egere auxilio alicuius.Ci.Ep.28.b. & egere consolatione.71.b.
Recte sic censeo cedendum de oppidis ijs, egeo consilij, quod optimum factu uidebitur, facies. Ci.At.116.a.
Egebat,immo locuples erat.Ci.p.Q.R.48.b.
Themistoclis liberi eguerunt.Ci.At.284.b.
Quandam felix &c.nunc ab amicis circumuentus eget indigne.Ci.Antequam.195.a.
Eorũ,qui egent infinita est multitudo.Ci.Off.12.a.
Amici egentes abundant Ci.d̃ Am.100.a.
Illi opera mea nihil opus est.Ci.At.261.a.

Egestas,tis. inopia,indigentia,mendicitas,domestica difficultas.X.abundantia,copiæ.
Ci.Parad.124.b.Ista paupertas uel potius egestas & mendicitas tua.
Egestates tot uehementissimorum hoĩum.Ci.At.140.a.
Qui egestatem & luxuriam domestico latrocinio sustẽtauit.Ci.Postquam.206.a.
Degere uitam in egestate.Ci.p.S.R.42.b.&.32.b.
Copiæ cum egestate confligunt.Ci.I.C.109.b.
Si propter inopiam in egestate estis,pecunias non habetis:Ci.d̃ In.58.b.
Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam.Ci.I.P.84.a.

Eglogarius,rij. Ci.At.252.a.Sed notentur eglogarij, quos &c.

Ego.mei. Ci.I.C.118.a.Ego sum ille consul, qui &c.
Atq; idem ego,neq; &c.Ci.p Syl.170.b.
Si ego idem in Senatu &c.Ci.I.C.98.b.
Nihil malo quàm & me mei similem esse, & illos sui. Ci.At.152.a.

Egredior,ris. Ci.p Quint.6.a. Certos mihi fines terminosq; constituam extra quos egredi nõ possim. et ibi. Si extra hos cãcellos egredi conabor,quos mihi ipse circumdedi. Cum egredientem insequi cœpissem.Ci.de Ar.243.b. Cum Senatum egressum uidi ad complectendum conseruatorem suum.Ci.I.P.90.a.
An tu egressus porta capena,putas &c.Ci.Tus.151.a.
Tarquinius simul è portu egressus ẽ &c.Ci.At.96.b. &.208.b. Nos pedem è uilla adhuc egressi nõ sumus.
Egredi urbe.Ci.I.C.104.b.
Roma est egressus ad bellum.Ci.p Lig.137.b.
Roma egreditur Quintius &c.Ci.p Quint.4.a.
Ex prouincia egredi.Ci.Ep.241.b.
Egredi è naui.Ci.I.V.212.b.
Egredi a proposito ornandi causa.Ci.d̃ Cla.171.b.

Egregie. Ci.d̃ Or.133.b. P.Cornelius egregie fortis & bonus imperator.
Seruus egregie fidelis.Ci.Q.Fr.293.a.
Egregie subtilis scriptor.Ci.d̃ Cla.167.b.
Dolobellam ualde tibi placere uideo,mihi quidẽ egregie.Ci.At.235.b. Pauci possunt egregie pĩgere.Ci.d̃ Cla.188.b. Egregie gratum.Ci.At.37.a.
Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.Ci.d̃ Or. 101.b.

Egregius,a,um. excellens,præstans,præclarus.
Ci.I.A.153.a.Præclara tum oratio Antonij , egregia etiam uoluntas. Egregia & præclara indoles.Ci.d̃ Or.95.b.&.85.b.Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse.
Lælius in laude bellica egregius.Ci.d̃ Cla.172.a.
Vir ĩ procuratione ciuitatis egregius.Ci.d̃ Or.103.a.
Egregium opus.Ci.d̃.N.21.a.
Egregia pulchritudo,unica turpitudo. Ad Her.23.a.
Egregius color,integra ualetudo.Ci.d̃ Fin.78.a.
Ciuis egregius.Ci.Ep.22.a.

Egressus, sus. Ci.I.P.86.a.Qui frequentia sua egressum uestrum in prouinciã ornauerũt & celebrauerũt.

Eheu. Ci.Anteq̃.197.b. Eheu conditionem huius tp̃is.

Eho. Cic.Or.211.b.Eho tu cognatum tuũ non noras?

Eiectus,a,ũ. ut eiectũ cadauer.Ci.I.P.83.a.l.Cadauer.

Eiero,as.eiuro. Ci.d̃ Or.135.a. Non ego mihi illum iniquum eiero,uerum omnibus.

Eijcio,cis. expello,exturbo,extrudo,detrudo,deijcio,extermino,effundo,profundo,moueo.
Ci.d̃ Or.130.b.Non nimium liberale hospicium meũ dices,nam te in uiam statim extrudam & eijciam.
Ex urbe expelli,exterminari,eijci.Ci.p Mil.122.b.
C.Cotta eiectus est è ciuitate.Ci.d̃ Or.143.b.et ibi.a.
Expelli atq; eijci è prædio.Ci.p Quint.4.b.
Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.Ci.Q.Fr.312.a.
Quid si se eiecerit, secũq; suos eduxerit.Ci.I.C.103.b. &.106.b.A me in exilium eiectus est Catilina.
Gallus pictus eiecta lingua,buccis fluentibus.Ci.d̃ Or. 133.b. Eumq; ex numero hominum eijciendum,ex finibus humanę naturæ exterminandum puto. Cic.I.A. 246.a. Ita postremo eijciuntur,ut ne ad saxa quidẽ mortui conquiescant.Ci.Or.206.a.
Amorem illum penitus insitum eijcere ex animo.Cic.p S.R.27.a.
Eijcere nos magnũ fuit,excludere facile ẽ.Ci.Ep.234.a

Eiulatio,onis.eiulatus. Ci.d̃ Leg.182.b.Lessus, quasi lugubris eiulatio.

Eiulatus,tus.eiulatio. Ci.d̃ Ar.252.b.Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miseri,q̃ &c.
Eiulatus ne mulieri quidem concessus est . Cic.Tus. 187.a.

Eiulo,as. Ci.Tus.178.b.Aspice philoctetam magnitudine dolorum eiulantem.

Eiuro,as.eiero. Ci.I.V.278.b.Negotiatores putant esse turpe id forum sibi iniquum eiurare,ubi negatientur, prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat.

Itaq ut alacres illi inter se quasi uicissent,gratulabantur, sic me iniquum eiurabant,de me querebantur. Ci.I.A.242.b.

Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. Ci.Ep.136.b.

Eiusmodi. talis,eius generis, generis eiusdem, eiusdem modi. Ci.p Pom.4.b.Genus belli est eiusmodi, quod maxime uestros animos excitare debet.

Si id tale esset ob eo quod est, ut eiusmodi ob eo quod non est,posset esse.Ci.Acad.19.b.& ibi.Nullum tale esse uisum a uero ut non eiusdem modi etiam a falso possit esse.

Reliqua sunt eiusmodi,ut &c.Ci.Ep.55.b.bis.

Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione, quanquam omnia metuenda sunt,nihil magis quàm perfidiam timemus.Ci.Ep.5.a.

Nam cum compresserat digitos pugnumq fecerat,dialecticam aiebat eiusmodi esse.Ci.Or.207.a.

Et cætera generis eiusdem.Ci.Top.224.b.

In Epicuri nos aduersarij nostri castra conecimus. Cic. Ep. 138. b. Qui me ex nostris penè conuellis hortulis, deduxitq; in Academiam perpauculis passibus. Cic. d Leg. 167. a.

Epicus, a, um. Cic. d Opt. 143. a. Ennius summus poeta epicus.

Epigramma, tis. Ci. p Arch. 190. b. Epigramma in eũ fecit, tantummodo alternis uersibus longiusculis.
Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus. Ci. At. 13. b.
Epigramma græcum nobile incisum habuit in basi. Ci. I. V. 229. b.
Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleõbrotum est. Ci. Tus. 166. a.

Epilogus, gi. peroratio, conclusio.
Ci. d Cla. 176. a. Peroratio, qui epilogus dicitur.
Orator ĩ epilogo misericordiã mouet. Ci. d Or. 134. b.
Num etiam rhetorum epilogum desideramus? Ci. Tus. 273. a. Vt miserabiliores epilogos possem dicere. Cic. p Plan. 177. a.
Conclusiones, quæ apud græcos ἐπίλογοι nominantur,

tripartitæ

tripartitæ sunt, nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Ad Her. 15. a.

Patronus causæ in epilogo pro reo dicens. Cic. d' Fin. 211. a.

Epiphora, ræ. Ci. Ep. 266. a. Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit.

Epiroticus, a, um. Ci. At. 203. b.

Episcopius, a, um. Ci. At. 231. a. Conscendens ab hortis in phasellum episcopium.

Episcopus, pi. Ci. At. 109. a. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hęc maritima ora habeat ἐπίσκοπον.

Epistola, læ. litteræ, codicilli.

Ci. Q. Fr. 297. b. Hoc est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de ijs rebus, quas ignorat, certior fiat.

Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. & ibi. Reliqua sunt epistolarum genera duo, unum familiare & iocosum, alterum seuerum & graue.

Quid simile habet epistola aut iudicio aut concioni? Cic. Ep. 239. a.

Habes epistolam plenam festinationis & pulueris, reliquæ subtiliores erunt. Ci. At. 75. b.

M. quidem Catonis senis est epistola ad M. Filium, in quo scripsit, se audisse eum missum factum esse. Ci. Off.

Ei nunc epistolæ his literis respondeo. Ci. At. 19. b.

Extant epistolæ Philippi ad Alexandrū. Ci. Off. 42. b.

Confestimq; ad eam deducitur, eiq; epistolam tradidit. Ci. I. A. 175. a.

Facere longiorem epistolam. Ci. At. 95. a. et. 29. a. Epistola ponderosa plena omnium rerum.

Ecce autem pusilla epistola, quam non relinquam, ἀναπόκριτον. Ci. At. 89. a.

Texere epistolas quotidianis uerbis. Ci. Ep. 139. a.

Q. Cicero puer legit ut opinor epistolam inscriptam patri suo. Ci. At. 93. b.

Hæc tertia iam epistola ante te oppressit, q̃ tu schedulā aut literam. Ci. Ep. 253. a. et ibi. Ego si semper haberem cui darem, uel ternas in hora darem.

Epitaphiū, phij. Ci. Tus. 235. a. Videtur'ne omnem hic beatam uitam in una uirtute ponere? quid uero in epitaphio? quomodo idem?

Vetus illud ἐπίγραμμα quemadmodū scripsisti, uel ἐπιτάφιον putabo. Ci. At. 196. a.

Nec è lapide excitari plus, nec imponi quàm quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis uersibus, quos longos appellat Ennius. Ci. d' Leg. 183. b.

Epitome, es. Ci. At. 206. a. Epitomen Bruti Cæcilianorum uelim mihi mittas.

In Bruti epitoma Fannianorum scripsi, quod erat in extremo. Ci. At. 187. b.

Epoche, ches. assensionis retentio.

Ci. Acad. 15. b. Ex his illa necessario nata est ἐποχὴ, id est assensionis retentio.

Epotus, a, um. potus. Ci. p Clu. 53. a. Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. & 54. a. Venenum epotum.

Epulæ, arum. cibi. Ci. In Vat. 35. a. Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Itemq; omnibus mensibus uicesimo die lunæ dent ad eorum epulas, qui unà secum philosophati sunt. Cic. d' Fin. 96. a.

Sed quoniam auidum hominem ad has dicendi epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, q̃ te hinc patiar non satiatum discedere. Cic. Top. 222. b.

Libationes epulæq; ludorum. Ci. d' Ar. 248. a.

Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Ci. d'. D. 93. b. Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Ci. Tus. 240. a.

In quibusdam nec libidinum nec epularum nec reliquarum cupiditatum modus. Ci. d' Fin. 59. b.

Epularis, re. Ci. d' Sen. 86. b. Accubatio epularis amicorum. & d' Or. 149. b. Ludorum epulare sacrificium.

Epulo, onis. Ci. d' Or. 149. b. Pontifices ueteres propter sacrificiorum multitudinem tres uiros epulones esse uoluerunt.

Epulones Iouis Opt. Max. Ci. d' Ar. 248. b.

Epulor, aris. Ci. At. 72. a. Cum opipare epulati essemus hilarem in modum. & p Fla. 249. b.

Epulaber igitur cum sodalibus omnino modice. Cic. d' Sen. 86. b.

Hoc interim spatio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas concidit. Ci. d' Or. 141. a.

Deinde ne amicis nihil tribuamus epulamur unà. Cice. Ep. 143. a. non modo non contra legem, sed etiam intra legem.

Tenuissimo uictu non minorem uoluptatē percipi q̃ rebus exquisitissimis ad epulandum. Ci. d' Fin. 83. b.

Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. Ci. Tus. 173. a. & d' Fin. 67. b.

Consules epulabantur &c. Ci. p Dom. 225. b.

Epulum, li. conuiuium publicum.

Ci. p Mur. 142. a. Cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo rom. daret.

Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit. Cic. I. P. 93. b.

Carmina in epulis cantitari solita a singulis cōuiuis de uirorum clarorum laudibus. Ci. d' Cla. 172. a.

Solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. Ci. Tus. 148. b.

Themistocles cum in epulis recusasset lyrā, habitus est indoctior. Ci. Tus. 149. a.

Vt in epulo Q. Arij cum toga pulla accūberes. Cic. In Vat. 35. a. & ibi. Epulum funebre.

Sepulchrum L. Catilinæ multorum conuentu epulisq; celebratum est. Ci. p Fla. 164. a.

Equa, quæ. Ci. d'. D. 119. b. Is quomodo equa pariat, ignorat.

Eques, tis. qui equo meret, uir ordinis equestris.

Ci. p Deio. 149. a. Cum is in illo nostro exercitu equitaret, cum suis delectis equitibus.

Equitum & peditum copiæ. Ci. At. 130. b.

Equites ordini Senatorio dignitate proximi. Cic. pro Clu. 50. a.

Cluuius, quem tu si ex censu spectas, eques rom. est. Ci. p. Q. R. 52. a.
Illi equites rom. quos nos uidimus, qui nuper in rep. & in iudicijs maximis floruerunt. Ci. p Font. 279. b.
Equites rom. iudicabũt, principes eius ordinis quinquaginta. Ci. p Mur. 146. b.
Equites rom. apud quos tum iudices causa agebatur. Ci. d' Oro. 127. a.
Equites rom. quorum uirtute nomen romanum uictoriã cum laude possidet coniunctam, quorum factis glorian tur ciues, lætẽtur socij, gemũt hostes etc. C. Ante. 197. b.
Ordo equester. Ci. p Dom. 228. a. i. publicani. & equites. Ci. p Dom. 227. b. i. publicani.
Equites, equestris splendor, idem. Ci. p Plan. 261. a.

Equester, uel equestris, stris, stre.
Cic. p Plau. 277. b. Equester ordo. & p. S. R. 42. a.
Equestris splendor. & I. V. 228. b. Equestris pugna Agathoclis Regis.
Equestres pedestresq; copiæ. Ci. d' Fin. 88. a.
Cicero equestri loco ortus. Ci. ꝯ Rul. 65. b.
Homo leuis, sed tamen equestri incessu Catienus. Cic. Q. Fra. 300. b.
Statuæ equestres inouratæ. Ci. I. V. 139. a.
Statua æneo pedestris uel equestris. Ci. I. A. 223. a. & 207. a. Aspicite equestrem illam statuam. Cic. I. A. 207. b. & ibi. Altera statua equo publico.

Equidem. *ego quidem, ego uero, & quidem, quidem.*
Ci. At. 92. b. Equidem doleo non me his literis certiorem fieri &c.
Ego quidem tibi non sum author &c. Ci. At. 145. b.
Equidem nunquam domum misi unam epistolam quin esset ad te altera. Ci. Ep. 23. a.
Equidem, qui nunc primum huc uenerim, satiari non queo &c. Ci. d' Leg. 169. a.
Equidem cum hęc scribebam, putabam etc. Ci. Ep. 80. b.
Quod admiror equidem. Ci. At. 229. b.
Nec uero uulgi atq; imperitorum inscitiam despicere possum, cum considero &c. Ci. d'. N. 67. a. i. equidem nõ possum &c.
Mihi uno die tres epistolæ sunt redditę, equidẽ ut uidebantur eodem abs te datæ tempore. Cic. Q. Fr. 319. a.
Emissus aliquis è carcere, equidem emissus (ut cognoscis) optimi adolescentis rogatu. Ci. p Pion. 265. b.
Equidem id erat primum. Ci. At. 213. a.
Huic equidẽ Antipho, tu uero ĩquit etc. Ci. d'. D. 138. a.
Adhuc equidem ualde me pœnitet &c. Ci. At. 40. b.
Vestræ equidem cœnæ iucundæ sunt. Ci. Tus. 247. b.
Sic equidem sæpius ista loquemur inter nos. Ci. d' Fin. 91. b. Equidem credibile non est, quantum scribam die. Ci. At. 213. a.
Et quidem inquit Catulus haud quaquàm id est difficile Crasso, qui &c. Ci. d' Or. 121. a.
Et quidem Arcesilas &c. Ci. d' Fin. 147. a.
Et quidem sunt &c. Ci. Acad. 13. b. & Tus. 238. a.
Ego quidem habui &c. Ci. Ep. 120. a.

Equinus, a, um. *Ci. Tus. 240. a. Gladius è lacunari seta equina appensus.*

Equitatus, tus. *Ci. At. 149. a. Hũc paratum uideo equitatu, peditatu &c.*
Sed iam quid opus equitatu. Ci. At. 91. b.
Armaturo uaria peditatus & equitatus. Ci. Ep. 95. a. & I. A. 195. b. l. Peditatus.

Equito, as. *equo uehor uel aduehor, in equo uehor, equo iter facio, in equo sedeo.*
Ci. p Dom. 149. a. Cum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus.
Eos qui semel cremati essent, equitare posse. Cic. d'. N. 62. b. Equitando, iaculando &c. Ci. Off. 42. b.
Hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum equitabas. Ci. p Quin. 13. a.
Iactabit se, & his equitabit equuleis, emi, pecuniam solui. Ci. I. V. 209. b.

Equuleus, lei. equulus. *Ci. Tus. 205. a. Vt iniecto equulei freno repente tactu exagitantur nouo.*
Iactabit se & his equitabit equuleis, emi, pecuniam solui. Ci. I. V. 209. b. & ibi. Equulei argentei nobiles.

Equulus, li. *iunior equus, equuleus.*
Ci. d'. N. 33. b. Vt in equo quàm in equulo.

Equus, qui. *Ci. d' Am. 109. a. Nemo est, qui non equo, quo consueuit, libentius utatur, q̃ intractato & nouo.*
Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Cic. p Mil. 206. b. Eum nemo unq̃ in equo sedentem uidit. Ci. I. V. 241. a. Castor & Pollux ex equis pugnare uisi sunt. Ci. d'. N. 27. a.
Cum Cæsar præteriret, omnis armatorũ copia, dextra, sinistra, ad equum, nec usquàm aibi. Ci. At. 222. a.
Vtrunq; sinum pedibus & equis transmisimus. Cic. At. 255. a. Legati in equis & tribum. Ci. I. P. 92. b.
Equus in quo uehebar mecum unà demersus rursus apparuit. Ci. d'. D. 137. a.
Cum tu equo aduectus &c. Ci. d'. D. 92. b.
Qui equo meruisset. Ci. I. A. 156. b.
Cum ingressus iter pedibus est in equum omnino non ascendit, cum equo, non descendit. Ci. d' Sen. 83. b.
Deiotarum cum plures in equum sustulissent, uix hærere in eo senex poterat. Ci. p Deio. 149. a.
Rheda equis iuncta. Ci. At. 89. a.
Is ex equo cecidisse dicitur, & latus offendisse uehemẽter. Ci. p Clu. 54. b.
Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij solebant. Ci. p Mur. 126. b.
Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari Ci. Postquam. 110. b.
Equum & mulũ Brũdusij tibi reliqui. Ci. Ep. 259. b.
Equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus possint uti. Ci. Off. 18. b.
Sic ego te sæpe excitante cursu corrigam tarditatẽ tum equis tum uelis. Ci. Q. Fr. 315. b.
Velis equisq; ut dicitur. Ci. Off. 75. b.
Ego enim ut agitator callidus priusq̃ ad finem ueniam, equos sustinebo. Ci. Acad. 23. b.

Erebus, bi. *De Erebo & Nocte eorumq; filijs. Cic. d'. N. 68. b.*

Erectus, a, um. *Ci. d'. N. 54. a. Deus homines humo excitatos celsos & erectos constituit.*

Status erectus & celsus.Ci.Or.202.a.
Is negatur lętus atq; erectus passim toto foro.Ci.p Fō. 280.b. Aliquem erectum & celsum huc & illuc na gari.Ci.d Or.100.a.
Alacri animo & erecto proficisci ad mortem.Ci.d Se. 92.b. Vir celsus & erectus & omnia quæ accidere possunt,parua ducens.Ci.Tus.236.b.
Ardens & erectus ad libertatem recuperandam.Cic. I.A.193.b.
Si quis est paulo erectior &c.Ci.Off.21.b.
Nunc uero multo sum erectior,qđ &c.Ci.I.A.191.b.
Erectior Senatus cohortationibus uestris excitatus.Ci. I.A.178.b.
Feras bestias uidemus alacres & erectas uadere, ut al teri bestiæ noceant.Ad Her.11.b.
Magno animo & erecto esse.Ci.p Deio.150.b.
Sum erectior animo.Ci.At.178.a.
Ereptor,oris. Ci.p Q uint.5.a.Iste bonorū possessor, expulsor,ereptor.
Ereptor ciuitatis. Ci.p Dom.229.b. & ereptor li bertatis.Ci.p Sest.24.b.
Eretriacus,a,um.Ci.Acad.33.a.l.Eretriæ.
Eretriæ. Ci.Acad.33.a. A Menedemo, quod is ere triæ fuit,eretriaci philosophi appellati, quorum omne bonum in mente positum & mentis acie,qua uerum cer neretur.
Erga.præpositio. aduersum,aduersus, in.
Ci.d.N.37.b.Id nō sine diuina bonitate erga homi nes fieri arbitrantur.
Tua uoluntas erga me,meaq; erga te par atq; mutua. Ci.At.262.a.
Vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos.Ci.d Am.106.b.
Vt quemadmodum in se quisq;, sic in amicum sit ani matus.Ci.d Am.107.a.
In meis moribus erga meos necessarios declarādis mā suetissimus uisus sum.Ci.d Or.127.a.
Tuum erga dignitatem meam studium & iudicium. Ci.p Dom.242.a.
Merita Pōpeij summa erga salutem meā.Ci.At.119.b.
Studium quod habes erga propinquum tuum. Cice.p Quint.14.a.
Habere beneuolentiam erga aliquem.Ci.Off.10.b.
Cn.Pōpey merita erga me.Ci.p Do.219.b.et Ep.2.a.
Vestra erga me uolūtas cōmutata est.Ci.p Plā.282.a
Animos iudicum cōciliari ad beneuolentiam erga ora torem.Ci.d Or.125.a.
Torquati nostri,quos tu paulo ante tam memoriter, tū etiam erga nos amice & beneuole collegisti. Ci.d Fin. 56.a. Summo studio optimoq; in rempub. consensu. Cic.I.A.203.a.
Cepi fructum immortalem uestri in me amoris & indi cy.Ci.I.P.86.a.
Seruus domino beneuolus.Ci.55.a.i.erga dominum.
Pietas in parentibus.Cic.d Som.128.a.i.erga parētes.
Ergastulum,li. Ci.p Clu.21.a.M.Aurius in Q.Ser gy manus incidit,& apud eū fuit in ergastulo.& p Rab. 95.b.l.Compes.
Quacunq; iuit ergastula soluit.Ci.Ep.174.a.
Ergo. igitur,causa. Cic.Tus.150.a.Nemo ergo non miser,prorsus nemo.& d In.78.a.Ergo is,qui scriptum defendet,his locis plerunq; omnibus poterit uti.
Num ergo is excęcat nos,aut orbat sensibus? Ci.Acad. 19.a. Si quid contra alias leges eius legis ergo fa ctum sit.Ci.At.50.b.
Ergo hinc capiamus exordium.Ci.d Fin.129.b.
Mulieres genas ne radunto ne'ue lessum funeris ergo habento.Ci.d Leg.183.a.
Atq; ita prædicaretur,eum donari uirtutis ergo.Cic.d Opt.244.a.
Erichtheus,chthei.rex Atheniensium.Ci.p Sest.13.b.
Eridanus,ni.Ci.In Arat.
Erigo,gis. extollo,excito.
Ci.d Fin.134.b.Cum autem paulum firmitatis accesse rit,& animo utuntur & uiribus,conituntur q; ut se eri gant,& manibus utantur.
Ars agricolarum quæ circumcidat,amputet,erigat,ex tollat,ad miniculetur.Ci.d Fin.134.a.
Natura cum cæteras animantes abiecisset ad pastum,so lum hominem erexit,ad cœliq; cōspectū excitauit.Ci. d Leg.161.a. Inclinantem erigere.X.stantem incli nare.Ci.d Or.125.b.
Paulum se erexit & addidit historiæ maiorem sonum uocis Antipater.Ci.d Or.113.a.
Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, uirtus extulit ad laudem,eundem tribuni furor depulit ad ca lamitatem.Ci.Anteq.194.b.
Vbi illa antiqua libertas,quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput & aliquando recreata se erigere debebat.Ci.p Plan.266.a.
Possumus etiam nunc remp.erigere,si communi cōsilio rem administrabimus.Ci.At.131.a.
Quibus literis se magis etiam erexit,ab omniq; solicitu dine abstraxit.Ci.p Deio.151.a.
Erexerat se ciuitas in retinenda libertate consentiens. Ci.At.281.b.
Erigebat animum iam demissum & oppressum Oppia nicus.Ci.p Clu.29.a.
Oratio cōsulum animum meum erexit, spemq; attulit dignitatis recuperandę.Ci.I.A.194.b.
Qui erigere animum & paulum respirare a metu cœ pit.Ci.p Clu.60.a.
Erigere & recreare aliquem afflictum.Ci.I.V.190.a.
Is ciuitatem ad spem libertatis erexit.Ci.p Do.218.a.
Vt recreatus exurgere atq; erigere se posset. Cic.ꝯ Rul.83.b.
Iis bonis erigimur, quę expectamus.Ci.d Fin.60.b.
Nunc si potes erige te et cōfirma.Ci.Q.Fr.304.a.
Erigite mentes aures q; uestras,et me de insidiosis rebus ut ille putat,dicentem attendite.Ci.p Syl.173.a.
Q uo tempore igitur aures iudex erigeret,animumq; attenderet?Ci.I.V.81.b.
Ad audiendum animos ereximus.Ci.Acad.3.b.
Aut erigatur aut paret se ad discendum. Cic.Ora. 208.a.
Vt erigere oculos et uiuere uideretur.Ci.p Sest.18.b.

Immo erigit omnium cupiditates & acuit industriam. Ad Her. 24. & 41. a. *Oculis ardentibus, erecto capillo &c. Hic sese infernis è portibus erigit Hydra.* Cic. d. N. 48. b. *Culmoq; erecta geniculato uaginis includitur.* Ci. d. Sen. 87. b.

Erimanthius, a, um. ut Aper Erimanthius. Ci. l. Aper.

Eriphyle, les. uxor Amphiarai. Ci. I. V. 208. b. & d. In.

Eripio, pis. aufero, adimo, extorqueo. (59. b.

Ci. p Rul. 70. a. *Id totum eripere nobis atq; a manibus extorquere conatus est.*

Caesar Deiotaro regnum eripuit. Ci. d. D. 125. a.

Vrbem illam ex totius belli ore ac faucibus ereptam esse atq; seruatam. Ci. p Arch. 189. b.

Nunq̃ est cum ego non ex istorum insidijs eripiar atq; euolem. Ci. p Mur. 143. b.

Vita Sex. Roscij erepta de manibus sectorum. Ci. p S. R. 43. b. *Cum ego me è conspectu uestro eripuissem.* Ci. p Sest. 15. a.

Vita multis supplicijs erepta. Ci. I. C. 101. b.

Eripere aliquem a morte. Ci. d. D. 113. b.

Si quis eum casus ex periculo eripuerit. Ci. p Cl. 32. a.

Eripere alicui potestatem hominis aspiciẽdi. Ci. d. Am. 111. a. *Hunc mihi timorem eripe.* Ci. I. C. 103. a.

Omnem illi uacerolas eripui. Ci. At. 12. a.

Sed uereor ne eripiatur a nobis causa regia. Ci. Ep. 5. a & 132. a. *Eripere se a miseria.*

Eripite nos ex miserijs, eripite &c. Ci. d. Or. 104. a.

Eripe mihi hunc dolorem. Ci. At. 138. b. & 157. b.

Philosophia, quae lucem rebus eriperet. Ci. d. N. 3. a.

Virtus nec eripi nec surripi potest. Ci. Parad. 126. a.

Erogatio, onis. Ci. At. 139. a. *In primis erogatio pecuniae.*

Erogo. curo. Cic. In Vat. 35. a. *Erogasti pecunias ex aerario tuis legibus.*

Pecunia in classem est erogata. Ci. p Flo. 152. a.

Quanta tamen pecunia penderetur, si omnium nomine quicunq; Romae ludos facerent, erogaretur. Cic. Q. Fr. 395. a. *Quo ex insula nullus nummus me obtinẽ te erogabitur.* Ci. At. 82. a.

Pecunia publica ex aerario erogata, ex uectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. Ci. I. V. 185. a. & 245. b. *Ostendam multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas esse perscriptas.*

Erraticus, a, um. errans, & uagus.

Ci. d. Sen. 88. a. *Vitem serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coercet ars agricolarum.*

Erratio, onis. error. Ci. d. N. 37. a. *In coelo nec fortuna nec temeritas nec erratio nec uanitas inest.*

Deus motum coeli ab omni erratione liberauit. Cic. de Vn. 198. a.

Erratum, ti. mendum, error.

Cic. p Rul. 67. a. *Mihi errato nulla uenia, recte facto exigua laus proponitur.*

Peterem ueniam errato L. Caecilij. Ci. p Syl. 179. b.

Nullum ob totius uitae non dicam uitium sed erratum. Ci. p Clu. 45. a.

Agnoui erratum meum. Ci. At. 255. b. & 88. a. *Nam illud de Flauio, si secus est, commune erratum est.*

Tantum enim mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata aetatis meae, ut non solum animus a factis sed aures quoq; a commemoratione abhorream. Ci. Ep. 264. b.

Coniniũ nolui, sed μνημονικὸν ἁμάρτημα. Ci. At. 124. a. & 119. a. *Quod appellatur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum est meum, sed ut aiunt μνημονικὸν ἁμάρτημα.*

Non meum erratum sed tuum. Ci. Ep. 76. b.

Erro, as. uagor, labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore uersor, error mihi obiectus est, de uia decedo, consilio labor, errore captus sum, in errorem rapior, in ijs pniciosus est error, qui etc. Ci. d. Or. 102. b. *Ne uagari & errare cogatur oratio.* & Or. 204. a. *Vt ingredi libere non ut licenter errare uideatur.*

Eo fit ut & errem & uager latius. Ci. Acad. 17. a.

Errans & uaga sententia. X. stabilis & certa. Ci. d. N. 26. a. *Ego Arpini uolo esse Pridie Cal. deinde circum uillulas nostras errare.* Ci. At. 123. b.

Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Ci. I. A. 140. a.

Sacrificium tam occultum quod non modo curiosos oculos excludit sed etiam errantes. Cic. d. Ar. 252. a. *imprudentes. In eo non tu quidem tota re, sed temporibus errasti.* Ci. I. A. 164. b.

Errare malo cum Platone quàm cum istis uero sentire. Cic. Tusc. 156. a.

Me autem qui Isocratem non diligunt, cum Socrate & Platone errare patiantur. Ci. Or. 202. a.

Videte ne utilius nobis & honestius sit, illis ducibus errare, q̃ hoc magistro erudiri. Ci. p Cor. 68. b.

Quod autem putant &c. ualde mihi uidentur errare, omninoq; in hoc omnis est error, quod &c. Cic. d. Or. 116. a. *Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa est.* Ci. Or. 215. b.

Sed in hoc errat uno, quod &c. Ci. I. V. 183. b.

Fac in hoc errare me. Ci. p Cecin. 291. a.

Haec omnia in eodem errore uersantur. Ci. d. N. 64. b.

Error, oris. erratio, erratum, peccatum, lapsio, prolapsio, fraus, falsa opinio, culpa, flagitium.

Ci. d. N. 40. a. *Quae res genuit falsas opiniones erroresq; turbulentos & superstitiones penè aniles.*

Opinionibus uulgi rapimur in errorẽ. Ci. d. L. 178. b.

Sed plena errorum sunt omnia. Ci. Tusc. 172. a. & 190 b. *Errorem cum lacte nutricis suximus.* & 243. b. *Aegyptiorum mentes imbutae prauitatis erroribus.*

Vt tollatur omnis error imperitorum. Ci. d. Fin. 56. b.

Vos mihi in tantis tenebris erroris & inscitiae clarissimum lumen praetulistis. Ci. p Syl. 174. b.

Aliquis falsa opinione & errore hominum commendatus. Ci. p Sest. 7. a.

Honores in quibus hoĩes errore ducũtur. Ci. I. P. 92. b.

Quo errore ductos uidi ego met multos &c. Cic. pro Cor. 60. b. *Deponere errorem.* Ci. I. A. 210. a.

Nec quenquam hoc errore duci oportet, ut arbitretur &c. Ci. Off. 30. a. & 34. b. *Quorum error eripiendus est, omnisq; opinio &c.*

Coarguere errorem alicuius. Ci. Acad. 41. b.

Eripe mihi hunc errorem. Ci. At. 157. b.

Si quis

Si quis error uobis in tanta re sit obiectus.Ci.p Cecin. 286.b. Versari in summo errore,& in maximarum rerum ignoratione.Ci.d.N.1.b.

Pausa eodem captus errore,quo nos.Ci.I.A.240.b.

Hoc nos ĩ errore uersari diutius nõ oportet.Ci.ꝯ Rul. 90.a.& .67.b.a.Versatur enim magnus error.

Nõ patiar te in tãto errore uersari.Ci.p Mur.119.a.

Est ne quisq̃ tanto inflatus errore?ut sibi se illa scire psuoserit?Ci.Acad.29.a.

Natura em̃ nos noster delectat error.Ci.d Or.133.a.

Auertere aliquem ab errore.Ci.Off.68.b.

Inducere aliquem in errorem.Ci.d Cla.192.b.

In errorem induci.Ci.I.P.92.a.

Tenes lapsus est per errorem.Ci.Q .Fr.328.b.

Sæpe etiam errorem creat similitudo.Cic.d.D.120.b. &.121.a.Eumq; errorem,quem tibi rei nouitas attulerit,naturæ ratione depellito.

Omninoq; in hoc omnis est error,quod &c.Cic.d Or. 216.a. Nõnunq̃ honesto ac probabili nomine bono uiro iudici error obijci solet.Ci.p Cecin.298.b.

Graues solent offensiones eẽ ex grauibus morbis,si qua culpa commissa est.Ci.Ep.262.a.i.error.

Isto enim flagitio Democriti,esse corpuscula quędam leuia &c.Ci.d.N.14.b.i.errores.

Erubesco,scis. rubeo,pudet.

Ci.d Leg.166.a.Vt bonum rumorem colligant erubescunt,& pudet impudica loqui . &.164.a. O rem dignam in quo omnes erubescant.

Erubescit,quid respondeat,nescit.Ci.p.Q.R.46.a.

Salustius confessus est,nobis audientibus adulterium, nec erubuit ora uestra.Ci.In Sal.274.b.

Affines te erubescunt.Ci.In Vat.36.b.

Epicurus uoluptates non erubescens persequitur omnes nominatim.Ci.d.N.23.a.

Circunspicite,sed anteq̃ erubesco.Ci.At.254.b.

Epistola enim non erubescit.Ci.Ep.67.a.& d Fi.70.b.

Erubuisse,expalluisse,titubasse.Ad Her.7.b.

Eructo,as. Cic.I.C.106.b.Socij Catilinæ accubantes in conuiuijs eructant sermonibus suis cædem bonorum. Vnde tu nos turpissime eructando eiecisti.Ci.I.P.82.a.

Erudio,dis. doceo,instituo,expolio,imbuo,instruo , ad humanitatem informo,erudire aliquem aliqua re,in aliquo re,de aliquo re,ad aliquam rem.

Ci.d Or.209.b.Nec uero rhetoricis quibusdam libris insequor,ut erudiam.

Q.Filius puer optĩus erudit egregie.Ci.Q.Fr.300.b.

Erudire aliquem in iure ciuili.Ci.d Or.107.a.&.90. b.Homo eruditus in philosophia.

His autem in rebus iam te usus ipse profecto erudiuit. Ci.Q .Fr.291.b.

Lentulum nostrum cum cæteris artibus,quibus studuisti semper ipse,tum in primis imitatione tui fac erudias. Cic.Ep.8.b.

Gracchus fuit literis græcis eruditus.Ci.d Cla.174.a. & d Fin.49.a.

Q ui magnam græciam institutis & præceptis suis erudierunt.Ci.d Am.98.a.

Homo omni doctrina eruditus. Cic.d Fin.51.b.& de N.64.a. Philosophia nos primum ad deorum cultũ deinde ad ius hominum,tum ad modestiam magnitudinemq; animi erudiuit.Ci.d Fin.161.b.

Instituere et erudire filios ad maiorum instituta. Ci.I. V.184.a.et.d Or.146.a.

Gręci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi.Ci.Q .Fr.293.a.

Obuiæ mihi uelim sint literæ tuę,quæ me erudiant de omni rep.ne hospes planè ueniam.Ci.Ep.24.b.

Erudire iuuentutem laboribus.Ci.Tus.182.a.

Neq; solum uiui atq; præsentes studiosos dicendi erudiunt atq; docent,sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.Ci.Off.31.b.

Erat autem cum institutus optime tum etiam perfecte eruditus.Ci.d Cla.191.a.

Eruditio,onis. Ci.Q .Fr.320.b.De Ciceronis tui eruditione,quod labores nihil est.

Vir præclara eruditione atq; doctrina.Cic.Off.24.a.

Ad hæc opus est ingenio præstanti & eruditione perfecta.Ci.d.D.135.b.

Vir omnino omnis eruditionis expers.Ci d Or.208.b.

Epicurus nullam eruditionem esse duxit,nisi quę beatę uitæ disciplinam iuuaret.Ci.d Fin.63.b.

Q uæ sine eruditione græca intelligi non possunt.Cic. Acad.39.b.

Eruditus,a,um. doctus,perpolitus,philologus.

Ci.d Or.93.b.Q uid mihi nunc tanq̃ Græculo otioso & loquaci & fortasse docto atq; erudito quæstiunculam ponitis? Eruditus est,qui omnibus bonis artibus politus est.Ci.d Fin.54.a.

Vir doctrina atq; optimarum artium studijs eruditus. Ci.Q.Fr.294.a.

Eruditus & doctrina excultus.Ci.Tus.149.a.

Cõplures græcis institutionibus eruditi. Ci.d.N.3.b.

Ex quibus nullos puto te literis aut musicis eruditos expectare.Ci.At.66.b.

Homo omniũ disciplina iuris ciuilis eruditissimus.Cic. d Ora.99 b.

C.Marius stipendijs & legationibus bellicis eruditus. Ci.p Cor.64.b. T.Taruntius in primis Chaldaicis literis eruditus.Ci.d.D.128.b.

Q uidam Socraticis disputationibus eruditi. Ci.d Or. 155.b. An alia quædam esset erudita,alia popularis oratio.Ci.Parad.116.b. Q uid illi isti'ne literatura eruditi fuerunt?Ci.p Arch.188.b.

Aliqs eruditus artificio simulationis. Ci.p Pl.263.b.

Homo nõ literis ad rei militaris scientiam sed rebus gestis & uictorijs eruditus.Ci.p Font.283.a.

Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisq; studijs affluens.Ci.p Arch.186.a.

Hominem audietis de schola atq; a magistro & gręcis literis eruditum.Ci.d Or.111.a.

Doctus & græcis literis eruditus.Ci.d Cla.174.a.

Erudita tempora Ciceronis.Ci.At.190.b.

Nõ nos quoq; oculos eruditos habemus.Ci.pad.123.a

Animus eruditus,qui semper aliquid ex se pmat, quod alios delectet.Ci.Ep.70.b.

Q ui liberaliter eruditi adhibita etiam differendi

CC

elegātia ratione et uia philosophótur.Ci.Tuf.176.a.
Disciplinis erudita Corinthus.Ad Her.40.b.
Eruditissimorum hominum artes.Ci.đ Or.85.a.
Vir liberali doctrina politissimus.Ci.Ep.202.b.
Erumna,næ. calamitas,miseria,ægritudo laboriosa.
Ci.Tuf.213.a.Erumna est ægritudo laboriosa.
Te miseriæ,te erumnæ præmunt oēs.Ci.Parad.119.a.
Vbi uirtus est,ibi esse miseria & erumna non potest.
Ci.đ Fin.147.a.& .89.b.Herculis perpeti erumnas.
Si mihi æternam esse propositam erumnam arbitrarer.
Ci.Postq.211.b.
Tu ornatus erumnis uenis ad eum laceràdum quem in
terremisti.Ci.p Syl.176.b.
Erumnosus,a,um.calamitosus. Ci.Tuf.227.b.Miseri,af
flicti,erumnosi,calamitosi.& Parad.118.b.
Infelix & erumnosus.Ci.I.V.169.a.
Hic erumnosissimus.Ci.p Clu.60.a.
Erumpo,pis. exeo,euado,euomo,efferuesco,exardeo,
eruptionem facio.
Ci.p Dom.225.b.Omnis improborum uis diu collecta
& inueterata compresso odio erumpebat in actum.
Vt odia occulta ciuium in optimi cuiusq; fortunas erum
perent.Ci.p Mur.135.b.
Ignes, qui ex Ætnæ uertice erumpunt.Cic.I.V.225.a.
Vaporarium,ex quo ignis erumpit.Ci.Q.Fr.318.a.
Itaq; perfracto saxo fortes eruperunt.Cic.đ.D.126.a.
Cum illo coniuratio ex latebris erupisset.Ci.p Se.4.b.
Videbam illud scelus nō posse arceri otij finibus sed eru
pturum aliquando ad pnicē ciuitatis.Ci.đ Ar.244.a.
Furor biennio ante conceptus erupit in meo consulatu.
Ci.p Syl.179.b.
Abijt,excessit,euasit,erupit.Ci.I.C.104.b.
Bellum magnum uidetur in Italiam erupturum.Ci.At.
92.b. Quomodo risus existat atq; ita repente erum
pat.Ci.đ Or.230.b.
Ne in me stomachum erumpant,cum sint tibi irati.Cic.
At.252.b. Byzantij totum pontum armatum efferue
scentem in Asiam atq; erumpentem ægre repulsum &
ceruicibus suis interclusum sustinuerūt.Ci.đ Pro.70.b
Æstiferos ualidis erumpit flatibus ignes.Ci.In Arat.
Statim sentire potuit sermones iniquorum in suum po-
tissimum nomen irrumpere.Ci.Q .Fr.299.b.
Postremo erumpat aliquando uera & me digna uox.
Ci.I.A.228.a.
Erumpunt sæpe uitia amicorum tum in ipsos amicos tum
in alienos.Ci.đ Am.110.b.
Hæc dominatio quorsum erupturo sit horremus . Cice.
Att.35.b.
Eruo,ruis. Cice.Ep.65.b.Profecto tibi illum reperiam
nisi in Dalmatiam aufugerit,& inde tamen aliqñ eruā.
Ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis
tuæ.Ci.p Mur.127.b.
Si quæ græci scriptores prodiderunt,eruere conor. Ci.
Tuf.154.a.
Scrutari locos,ex quibus argumēta eruamus.Ci.đ Or.
121.a.& .141.b.
Reliqua cura & cogitatione eruitur.Ci.đ Or.114.a.
Aliquid indagere,inuenire,ex tenebris eruere . Cice.
ꝺ Rul.61.b.
Eruere obruta.Ci.đ Fin.108.b.
Sicunde potes,erues.Ci.At.214.b.
Fanum fieri uolo , neq; hoc mihi erui potest.Cice.Att.
198.a.
Eruptio,onis. Ci.At.111.b.His eruptionem facturi di
cebantur.& .273.b.Bruti eruptio.
Erutus,a,um. Cic.đ.D.92.b. Aliquem mortuum eru-
tum esse.& đ Fin.108.b.Sententiæ nescio unde ex ab-
dito erutæ.
Erycus,ci. mons Siciliæ.Ci.I.V.112.b.
Esca,scæ. Ci.đ.D.37.b. Dij nec escis nec potionibus
fruuntur.
Sus uero quid habet præter escam?Ci.đ.N.58.a.
Si modo temperatis escis modicisq; potionibus est affe-
ctus.Ci.đ.D.104.a.
Plato escam malorum uoluptatem appellat , quod ea
uidelicet homines capiantur ut hamo pisces. Cic.đ Sen.
86.a. Negat eum tenuissimo uictu idest contemptis
simis escis & potionibus minorem uoluptatem percipi
q̃ rebus exquisitissimis ad epulandum.Ci.đ Fin.83.b.
Esculentus,a,um. Ci.đ.N.54.b.Ea pars oris,qua escu-
lentis & poculentis iter natura patefecit.
Antonius nomens frustis esculentis uinum redolētibus
totum tribunal impleuit.Ci.I.A.172.b.
Eligere quæ sint esculenta.Ci.đ.N.51.a.
Esquilina porta.Ci.I.P.91.b.
Essedum,di. genus uehiculi.Ci.Ep.99.a.
Ci.At.89.a.Vedius uenit mihi obuiam cum duobus es
sedis & rhedo equis uinctis & lectica.
Vehebatur in essedo Tribunus Plebis.Cic.I.A.171.b.
Esto. uox concedentis.
Ci.p Deio.149.b.Esto,concedatur hæc quoq; acerbi-
tatis magnitudo.
Esto hoc imperite(nec enim &c.)Ci.I.A.175.b.
Esto,ipse nihil est,at uenit &c.Ci.I.V.62.a.
Esto,causam proferre non potes,tametsi &c.Ci.p.S.R.
30.b. Verum esto.Ci.I.V.251.a.
Esto fecerit,si ita uis.Ci.đ Fin.77.b.
Esurio,ris. Ci.Ep.125.b. Nostri milites facile algere
& esurire consueuerunt.
Ecce autem ebrio Cleomene esurientibus cæteris nun-
tiatur naues esse in portu.Ci.I.V.253.b.& đ.D.96.b.
Nunquam uidelicet sitiēs biberat,nec esuriens ederat.
Ci.Tuf.147.a.
Et. que,etiam,iam uero etiam,item,itemq;.
Ci.đ Or.85.b.Mathematici recondita in arte & multi
plici,subtiliq; uersantur.
Virtus hominibus instituendo & persuadendo, non mi
nis & ui ac metu traditur.Ci.đ Or.106.b.
Frigore & fame & siti ac uigilijs perferendis . Cic.I.
C.106.a.
Tum etiam ægritudine & uoluptate animi & iracun-
dia uacare.Ci.Off.14.a.
Senatus est summum populi rom. populorūq; & gentiū
omnium ac regum consilium.Ci.p Dom.227.b.
Alterumq; & tertium posciunt.I.Que.
Academici balbutire desinant aliquando, aperteq; &
clara

claro uoce audeant dicere &c.Ci.Tuſ.143.a.
Quod in Catulo & in patre & in filio, idemq; & in Q.Mutio Mancino uidimus.Ci.Off.22.0.
Quorum pater & ſæpe alias,& maxime cenſor ſaluti reip.fuit.Ci.d Or.88.a.
Non alio cauſa eſt æquitatis in uno & in pluribus.Ci.p Cecin.295.b.
Lux longe alia eſt ſolis & Lychnorũ.Ci.p Cęl.52.a. &.43.a.Res tamen ipſa & grauiter accuſari poteſt.

Etenim. nam, ſed enim,nunc,quippe.
Ci.d.D.137.b.Etenim ex diuiſione hoc ſecundum eſt, quæ eſt &c.i.nunc hoc &c.
Etenim rem totam breuiter cognoſcite.Cic.I.V.243.a. & 138.0.Etenim ſic conſiderate.
Etenim,quoniam numerum iniuriarum nobis non poſſum exponere, ſingillatim autem de uniuſcuiusq; incõ modo dicere infinitum eſt,genera ipſa iniuriarum quęſo cognoſcite.Ci.I.V.258.b.i.nunc quoniam &c.
Etenim ſi Scæuę ſeruo &c.Ci.p Rab.97.a.i.nã ſi etc. &.96.b.Etenim Quirites &c.i.nam Quirites &c.
Etenim,quoniam detractis &c. Cic.d Fin.55.a.i.nãq; quoniam &c.& ibi.Etenim quid percipit præter uoluptatem? Neq; in toto Æmonenſium teſtimonio commouebor,etenim quibus ego iſtam laudationem remittam. Ci.p Flo.254.a.i.quippe quibus &c.
Et dicere enim bene nemo poteſt &c.i. etenim dicere &c.Ci.d Clo.166.b.

Eteſiae,ſiæ, Septentriones uenti.
Ci.d.N.52.0.Venti Eteſiæ tempeſtiui & ſalutores nõ modo hominibus ſed etiam pecudibus ac ſtirpibus,quorum flatu nimij temperantur calores,& ab iiſdem maritimi curſus celeres & certi diriguntur.
Eteſiarum diebus auſter me in Italiam retulit.Cic.At. 282.a.&.96.b.Rhodo Athenas euntibus Eteſias ualde reſtare poſſe.
In Græciam deſperata libertate rapiebar,cum me Eteſiæ proſequi noluerunt,auſterq; aduerſus maximo flatu me Rhegyum retulit.Ci.Ep.298.b.
Ego niſi quid me eteſiæ morabuntur,celeriter uos uidebo.Ci.Ep.26.b.
Hoc motu radiantis eteſię in uado ponti.Ci.Or.222.a.

Ethice,ces. pars philoſophiæ ad mores pertinens, uel de moribus,uel moralis.
Ci.d Fat.240.0.Quia pertinet ad mores,quos ἦθη græci uocant,nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus,ſed decet augentem linguam latinam appellare moralem.

Ethicus,a,um. Ci.Or.208.b. Alterum eſt,quod græci ἠθικὸς uocant,ad naturam & ad mores & ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum.

Ethologus,gi. Ci.d Or.232.a.Vitanda eſt Mimorum ethologorum ſimilitudo.

Etiam. &,item,uel.
Ci.Ep.142.b.Authoritate tua nobis opus eſt & conſilio & etiam gratia.
Vno te uicimus,quod de Marcelli collegæ tui ſalute paulo ante q̃ tu,cognouimus,etiam me hercule. quod quemadmodum ea res ageretur,uidimus.Ci.Ep.48.b.
Adoptat annos uiginti natus etiam minor Senatorem. Ci.p Dom.220.0.
Cum multo maledictu,uerſus etiã obſcœniſſimi in Clodiam dicerentur.Ci.Q.Fr.308.a.
Erat etiam Metrodorus &c.multi erant prætereo alij &c.Ci.d Or.88.b.
Cognoui te &c.etiam &c.eũdẽq; te &c.Ci.At.52.b.
Etiam illa cognoram &c. audiueram etiam &c. quin etiam &c.Ci.d Or.99.b.
Credo hoſce tabellas et nihil profuturas,etiam plus ſuſpicionis in eo crimine futurum.Ci.I.V.256.b.
Vt ea qui utantur,nõ ſtulti homines haberi poſſint,etiã pleruneq; prudentes.Ci.Or.220.b.
Facinus fortaſſe adhuc in nullo etiam uindicatum. Cic. I.V.292.a.
Voce,motu, forma etiam magnificus.Cic.d Clo.289.a.
Orator probabilis,iam uero etiã probatus ex hac etc. Ci.d Clo.289.a.
Ego bonos uiros ſequar etiam ſi ruent.Cic.At.206.a.
Etiam ſi id aſſequi nequeas,tamen &c.Ci.d Fi.228.b.
Etiam ſi non in nos is eſſet,qui eſt.Ci.Ep.14.b.
Tuis enim opibus,etiam ſi timidi eſſemus,tamen omnem timorem abijceremus.Ci.Ep.278.0.
Aut ad te conferam me aut etiam nunc circum hæc loca commorabor.Ci.At.48.a.
Me etiam nunc iſtorum beneficiorum expectatio hic tenet.Cic.At.430.0.i.adhuc. &.I.V.205.b.& d Ora. 309.0.& At.237.b.
Cum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet. Ci.I.V.228.0.
Etiam cum &c.Ci.p Arch.289.a.
Quæremus etiam quid &c.Ci.I.V.107.a.& ibi.b.Is mihi etiam queritur &c.
De quo ut arbitror iſti ipſi,qui minãtur etiam atq; etiã quid id liceat,conſiderabunt.Ci.p Pom.15.a.
Etiam atq; etiam te hortor,ut &c.Ci.At.231.a.
Vide modo,etiam atq; etiam conſidero.Cic.I.V.62.a.
Tu quemadmodum exiſtimes, uide etiam atque etiam. Ci.I.V.60.b.
Etiam atq; etiam puto &c.Ci.Ep.83.0.
Te uehementer etiam atq; etiã rogo. Ci.Q.Fr.302.b.
Etiam atq; etiam ſe auertere &c.Ci.At.133.b.
Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid. Cice.d.D. 82.0.
Animi medicina nec tam multis grata, pluribus etiam ſuſpecta.Ci.Tuſ.290.a.
Et uero etiam.i.atq; etiam.l.Vero.
Omne quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam aut non,non modo uerum eſſe,ſed etiam neceſſarium. Cic. Acad.24.b.
Vt ſequens probabilitatẽ,ubicũq; hęc aut occurrat aut deficiat,aut etiã aut nõ reſpõdere poſſit.Ci.Aca.26.0.

Etiam nunc. Ci.At.232.0.Da operã ſi ullo ratione ẽt nũc efficere potes,ut te explices. De materia loquor orationis etiã nunc non ipſo de genere dicendi.Ci.Or. 207.b. Etiam nunc ſtatuere non poſſum utrum &c. Ci.p Mar.130.0.
Q d etiã nũc corrigere poſſum.Ci.Ep.76.a.et.270.a.

Sed tota res etiam nunc fluctuat. Ci. At. 29. a.

Etiam nunc Balbus *in prouincia esset.* Ci. Ep. 165. a.

Etiam si. *etiam ut. l.* Etiam.

Ci. At. 240. b. *Ego etiam ut nullum periculum sit, tantum abest &c.*

Et *quidem.* Ci. d. D. 130. b. *Et quidem cur ita opinetur rationem subijcit.*

Et quidem duo fuerunt &c. Ci. d. Clo. 191. b.

Duo millia iugerum ei assignasti, & quidem immunia. Ci. I. A. 162. b. & *ibi.* a. *Et quidem uide q̃ te amẽ &c.* & 169. a. *Certa flagitij merces, nec ea parua.*

Philosophi nec ij quidem contemptissimi. Ci. d. D. 139. a. & 137. b. *Sed draconem loquentem uisus est audire, & quidem quo maius sit, cum radiculam in ore teneret, locutus est.* *Atq; etiam me aspicis, & quidem, ut uideris iratus.* Ci. I. A. 175. a.

Et *si. tametsi.* Ci. Ep. 253. b. *Præposteros habes tabellarios, & si me quidem non offendunt, sed tamen &c.*

Id *enim & si erat deliberationis tamen abire non potui.* Ci. At. 128. b.

Et si in ipso itinere discedebant tabellarij, tamen surripiendum aliquid spatij putaui, ne me immemorẽ tui putares. Ci. At. 76. a.

Et si non dubitabam, quin &c. tamen &c. Cic. Q. Fra. 289. b. *Et si quanuis &c. l.* Quanuis.

Et *uero. l.* Vero.

Etymologia. *giæ.* *notatio,* ἔτυμον.

Ci. Acad 45. a. *Verborum etiam interpretatio probabatur, qua de causa quęq; essent ita nominata, quam etymologiam appellabant.*

Ε'τυμολογία, *id est uerbum ex uerbo ueriloquium, nos autem nouitatem uerbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt uerba rerum notæ.* Ci. Top. 223. b.

Docui *enim te fides* ἔτυμον *qđ haberet.* Ci. Ep. 262. a.

Studium *sapientię, quæ philosophia dicitur.* Cice. Tus. 148. a. Neoptolemus. *l.* Interpretatio.

Portentorum *uim uerbo ipso prudenter a maioribus positam declarant, quia enim portendunt &c. portenta dicuntur.* Ci d. D. 99. b.

Euado, *dis.* *fio, exeo, euenio, erumpo, euolo.*

Ci. I. V. 184. a. *Tu eiusmodi euasisti in furis & diuisoris disciplina educatus.*

In *dicendo pauci digni nomine euadunt.* Ci. d Cl. 193 a. & 176. b. *Is perfectus* Epicurus *euaserat.* & 180. a. *Is simili ratione summus euaserat.*

Quos *indicabat non posse oratores euadere.* Cic. de Ora. 95. a.

Sed nimis sæpe secus aliquos uidemus euadere. Cice. d Leg. 178. b.

Minutatim ex cōibus proprij euadũt. Q. d Pet. 210. a.

E` *philosophorum scholis tales ferè euadunt.* Cic. Ora. 205. b. *Ex his angustijs ista euaserunt deteriora.* Ci. d Fin. 121. b.

Quæ *rursus dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus.* Ci. d Fin. 114. a.

Bibulum noli dimittere ex sinu tuo tantum iam uirũ ex quanto (crede mihi) potest euadere, qui uestris paucorũ respondeat laudibus. Ci. At. 277. b.

Cum animus ex corpore euasisset. Ci. d Sen. 93. b.

Abijt, excessit, euasit, erupit. Ci. I. C. 104. b.

Ex *abditis sedibus euadere ĩ loca clara.* Ci. d. N. 45. a.

Euasissent *subito ex balneis mulieris amici.* Ci. p Cæl. 51. b. *i. erupissent.*

Accedit *ut eò facilius animus euadat ex hoc aere, eũq; perrumpat, quod &c.* Ci. Tus. 157. a.

Ægrotus *euasit ex morbo, nauis euasit ex p̄iculo, exercitus euasit ex insidijs.* Ci. d. D. 111. a.

Euadere *ab improbis iudicibus.* Ci. Tus. 169. b.

Euadere *ex iudicio & emergere.* Cice. I. V. 78. b. *l.* Emergo.

Aliquando *id quod somniamus euadere.* Cice. d. D. 133. b. *Cum eadem somnia & alijs aliter euadant, & ijsdem non semper eodem modo.* Ci. d. D. 132. b. & *ibi.* Cui *somnium euasit.*

Multa *uero inquit euadunt.* Ci. d. D. 131. a. & *ibi.* Aliquid *sicut prædictum est euadere.*

Nihil *ante de profectione constituam, q̃ ista, quo euasura sint, uidero.* Ci. At. 234. b.

Antea *uideamus, hoc quorsum euadat.* Ci. At. 153. a. et 213. b. *Hæc intelligentur quorsum euasura sint.*

Quoad *audiamus hæc, quæ cōmota sunt, quorsum euadant.* Ci. At. 261. b.

Euagor, *aris.* Cic. Off. 20. b. *Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo, siue fugiendo non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt.*

Euanesco, *scis.* *uanesco, ad nihilum recido, e conspectu omnium me aufero, exaresco, obsolesco, in nihilum occido, planè refrixit.*

Ci. d Or. 117. b. *Omnis eorum memoria sensim obscurata est & euanuit.*

Sin *ut scribis ista euanuerint, aliud aliquid uidebimus.* Cic. At. 43. b.

Posteaquam *extenuari spem nostram & euanescere uidi.* Ci. At. 44. b.

Non *modo reliqui temporis gloriam eripueris tibi sed etiam præteritam euanescere coges.* Ci. At. 287. a.

Nam *Pyrrhonis & Herilli sententiæ euanuerunt.* Cic. Tus. 245. a.

Potest *autem uis illa terræ euanuisse uetustate.* Cice. de D. 88. b.

Hoc *loco cum urgentur euanuisse aiunt uim loci eius.* Ci. d. D. 132. b.

De *uino aut salsamento putes loqui, quæ euanescunt uetustate.* Ci d. D. 232. b.

Cum *iam penè euanuisset Hortensius.* Ci. d Cl. 195. b.

Corinthi *uestigium uix relictum est.* Ci. ꝓ Rul. 83. b. et *ibi.* Imaginem *nullam reip. relinquo.*

Quæ *uerba iampridem tenebris uetustatis oppressa sunt.* Ci. p Rab. 91. b.

Nominis *romani memoriam cum uestigio imperij non modo ex ædibus græcorum sed etiam ex literis esse deletam.* Ci. p Flo. 159. a.

Aliquid *ex rerũ natura sublatum esse.* Ci. p. S. R. 30. a

Euangelium,lij.
Ci.At.14.a.Primum,ut opinor, εὐαγγέλια.
Epistolis tuis εὐαγγέλια quæ reddam nescio. Cic.Att. 29.a.&.212.a.Ita ne nuntiat Brutus illum ad bonos uiros εὐαγγέλια, sed ubi eos?nisi forte se suspendit.
Euchius,chij.Bacchus.l.Bacchus.
Euebo,bis. Ci.đ Cla.169.a.Vt semel è Piræo eloquentia euecta est.
Signa plostris euecta asportataq;.Ci.I.V.86.b.
Euello,lis.extirpo. Ci.đ.D.139.a.Timide fortasse signifer euellebat,quod fidenter infixerat.
Euelli iussit hastam.Ci.đ Fin.85.a.
Hunc mihi ex animo scrupulū euelle. Ci.ꝓ S.R.19.b.
Euellere radices.Ci.At.165.a.&.239.b.Excisa est arbor non euulsa,itaq; q̃ fructificetur uides.
Euellere liguā alicui.Ci.ꝓ Sest.16.b.& đ Or.143.a.
Inserere nouas opīones & euellere īsitas.Ci.Or.205.b.
Tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset uis orationis tuę.Ci.đ Or.104.b.
Consules nō modo ex memoria sed etiam ex fastis euellendi.Ci.ꝓ Sest.10.a.
Euenio,nis. euado,obuenio,cado,fio,obtingo, concurro,conficior,accidit,usu uenit,procedo,exitum habeo, intercedo.
Ci.đ.N.49.b.Ex quo euenturum nostri putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret.
Magnis uiris prospere eueniunt semper omnes res.Cic. đ.N.59.b.&.76.a.Multis bonis male euenire, multis improbis optime.
Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? Cice.đ D.219.a. &.120.a.Alia Romæ alia Tusculi euenit sæpe tempestas.
Forte euenit,ut in Priuernati essemus.Ci.đ Or.129.a.
Vt prædici possit quicquid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus sit.Ci.đ.D.80.a.
Idem ego sum precatus ut ea res uobis fauste feliciter, prospereq; eueniret.Ci.I.C.224.a.
Velim tibi ꝓspere euenire quę facta sunt.Ci.Ep.44.b.
Quibus utinam ipsis euenissent ea,quæ tū homines precabantur.Ci.ꝓ Sest.19.a.
Nescire ea quæ euentura sunt,melius est q̃ scire.Cic.de D.130.a.
Omnia ferè contra ac dicta sunt euenere.Ci.đ.D.119 b.&.86.a.Auspicia,quæ alicui secunda euenerunt.
Vt cum euenerit ita cadat,ut prædictum sit.Cice.đ.D. 106.a.
Nam quid homini potest turpius accidere? quid uero miserius aut acerbius usu uenire?quod tantum euenire dedecus?Ci.ꝓ Quint.8.b.
At certe ei melius euenisset.Ci.Tus.266.a.
Timebam ne euenirent.ea quę acciderunt.C.Ep.93.a.
Illi quibus iam euenit,ut morerentur,& quibus euenturum est,miseri.Ci.Tus.149.b.
Quæri solet quid ex quaq; re euenerit,eueniat, euenturumq; sit.Ci.đ In 51.b.&.54.b.Quare euenit, ut res &c.i.quare fit &c.
Quod eueniet, si facies &c.Ci.đ In.46.b.
Id euenit ob eam rem,quod &c.Ci.At.255.b.
Nihil, ut plerunq; euenit, præter opinionem accidet. Ci.ꝓ Plan.262.a.
Incommoda,quæ eueniunt improbis.Ci.đ Fin.60.a.
Nihil nobis aduersi euenire potest.Ci.At.275.a.
Quod male cecidit,bene consultū putares. Ci.ꝓ Rab. 223 a. Ex quo uereor,ne idem eueniat in meas literas.Ci.Ep.23.a.
Euentum,ti. euentus,exitus,casus,res, fortuna.
Ci.đ.D.82.b.Rerum euenta magis arbitror quàm causas quæri oportere.
Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. Cic. Top.226.b. Causæ euentorum magis mouent q̃ ipsa euenta.Ci.At.137.b.
Hoc plerīq; facimus ut consilia euentis ponderemus,& cui bene quid processerit,multum illum prouidisse, cui secus nihil sensisse dicamus.Ci.ꝓ Mil.222.b.
Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur.Ci.đ.D.219.a.
Non euentis sed factis cuiusq; fortunam ponderari. Ci. I.P.100.b. Ego te ex nostris euentis cōmunibus admonendum putaui.Ci.Ep.8.a. &.62.a.b.Vt a continētibus tuis scriptis secernas hanc quasi fabulam rerū euētorumq; nostrorum.
Euentus,tus. euentum,exitus.
Ci.đ In.51.b.Euentus est alicuius exitus negotij.
Consilia ex euentu non ex uoluntate a plerisq; probari solent.Ci.At.141.a.
Casus consilium nostri itineris iudicabit.Ci.At.248.b.
Cōsilia primum,deinde acta,postea euentus. Ci.đ Or. 224.a. Spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare.Ci.ꝓ Quint.15.b.
Harum rerum non solus euentus atq; perpessio sed etiā expectatio indigna homine libero est.Ci.ꝓ Ra.93.b.
Scipio Carthaginem quasi fatali euentu solus euertit. Ci.đ Ar.244.b.
Ipse casus euentusq; rerum, non duces sed comites eius consiliorum fuerunt.Ci.ꝓ Cor.56.b.
Sed spei fructum rei conuenit & euentui reseruari. Ci. I.A.259.a.
Sceleris est pœna tristis & præter eos euentus, qui sequuntur,per se ipsa maxima est.Ci.đ Leg.178.b.
Mihi a peritis in Asia prædictum est, fore eos euentus rerum,qui acciderunt.Ci.đ.D.91.b.
Si ab adolescentia scisset, quos euentus senectutis esset habiturus.Ci.đ.D.113.a.
Euentum dicendi ex sententia procedere. Ci.đ Or.95. a.&.94.b.Varios euentus orationis pertimescere.
Fortiter ferre aliquem euentum.Ci.At.139.a.
Nūc nihil timeo,et ad oēm euētū paratus sum.Cic.Ep. 93.b. Qui sciunt quid alijs acciderit,facile ex aliorū euentibus suis rationibus possunt ꝓuidere.Ad Her. 26.b. Ab euentu tuo ista subsellia uacua facta sunt. Ci.I.C.100.b.i.ab aduentu.
Cōmunis mars belliq; casus est incertus.Cic.ꝓ Sest.5.a.
Significatione euentus.Ci.đ.D.82.b.
Euerriculū,li.Ci.I.V.212.a.
Ci.đ.N.75.a.Inde euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo.

Euersio,onis. Ci.d Fin.131.a. Quae sine dubia uitae sunt euersio.
Hinc rerum publicarum euersiones.Ci.d Sen.85.a.
Euersio illius execratae columnae.Ci.I.A.153.b.
Inferre euersionem tectis atque agris.Ci.d Ar.244.a.
Omnis uitae euersio.Ci.Acad.25.a.
Euersor,oris. Ci.Part.239.b.Ciuis euersor ciuitatis.et .p Sest.5.b.Euersor huius imperij.et.p Dom.e33.a.
Euersus,a,um. Ci.p Sest.10.b. Vrbs excisa et euersa. Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. Ci.At.76.b.
Euerto,tis. exturba,euersionem infero.
Ci.At.283.b.Lepido statuam in rostris statuimus,ijdē illam euertimus.
Nullo domus tam stabilis nulla ciuitas tam firma est, quae non odijs atque dissidijs funditus possit euerti. Cic.d Am.100.b. Ista praecepta quae probas funditus euertunt amicitiam.Ci.d Fin.81.
Scipio solus Carthaginem euertit.Ci.d Ar.244.a.
Ille annus duo firmamenta reip.per me unum constituta euertit.Ci.At.16.
Funditus euertisti ciuitatem.Ci.p Dom.220.a.
Qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit. Ci.d Or.99.a.
Auri nauem euertat gubernator an Paleae in re aliquantum in gubernatoris inscitia nihil interest.Ci.Parod.119.a.et d Fin.123.b.
Huius uita et mores omnem commendationem ingenij euerunt.Ci.d Cla.156.a.
Is me decreuerat non iudicio atque disceptatione sed ui atque impressione euertere.Ci.Ep.61.a.
Is quantum in ipso fuit,remp.euertit.Ci.At.261.a.
Euertere aliquē omnibus fortunis.Ci.I.V.58.a.et.e18 a.Exturbare aliquem bonis patrijs.
Quasi uirtutis lumen extinxeris et uirtutem penitus euerteris.Ci.d Fin.91.
Euertisti miseras funditus ciuitates.Ci.I.P.98.a.
Aliquis afflictus,euersus.Ci.p Quint.13.b.
Sed hunc funditus euertit bonis.Ci.p.S.R.37.b.
Vt retineamus eam definitionem quā Philo ualuit euertere.Ci.Acad.6.
Sua confirmare,aduersaria euertere.Ci.Or.208.a.
Euestigio.repente. Ci.Ep.56.a E uestigio iō sum profectus prima luce.
Sed repente è uestigio ex homine etc. factus est Verres.Ci.I.V.63.b.
Euidens,tis. clarus,apertus,perspicuus,dilucidus.
Ci.Acad.5.b.Plerique definitiones euidentium rerū non improbant.et.12.a.Euidentes et perspicuae res.
Euidens est de quo iter omnes cōuenit.Ci.d N.61.b. et.16.b.Quid enim est hoc euidentius?
Quod in hoie multo est euidentius.Ci.d Am.121.a.
Narratio euidens.Ci.Top.229.b.i.dilucida.
Mensura euidens.Ci.d.Vn.200.b.
Argumentis agemus, et signis omni luce clarioribus crimina refellemus.Ci.p Cael.42.a.
Euidentia,tiae.perspicuitas. Ci.Acad.5.b.Nihil est clarius ἐνάργεια,ut graeci,perspicuitatem aut euidētiā nos si placet nōiemus.et ibi.Sed tamen orationem nullō patabant illustriorem ipsa euidentia reperiri posse.
Euigilo,as. Ci.Parad.118.b.In quo euigilauerunt curae et cogitationes meae.
Honesta atque expedita tua consilia quae euigilata tuis cogitationibus. Ci.At.148.a. et.182.a.Messala tanta est industria,tantoque euigilat studio,ut etc.
Euinco,cis.conuinco. Ci.I.V.76 b.Verres tam nefarijs criminibus tam multis testibus euictus.
Euisceratus,a,um. Ci.d.D.136.a. Euisceratus,inanimus, cum animali sono,ex Pac.
Vt tu usquam saxis fixus asperis euisceratus latere pendere,ut ait ille, saxa spargens tabo. Cic.I.P.88.b.et Tus.172.b.
Euito,as.uito,effugio. Ci.Or.216.a.Vt uersum fugimus in oratione sic ij sunt euitandi continuati pedes.
Ne uitationem quidem doloris ipse per se quisque in rebus expetendis putauit,ne si etiam euitare posset.Ci.d Fin.129.a. Haec omnia uidi inflammari, Priamo ui tam euitari.Ci.d Or.163.a.et Tus.166.b.
Eulogium,gij.elogium.l.Elogium.
Vtendum est excusatione aduersus eos,quos inuitus offendas,quacunq; possis,quare id qd feceris,necesse fuerit,nec aliter facere potueris.Ci.Off.47.b.
Vti excusatione ualetudinis.Ci.I.P.82.a.
Defendere uitia alicuius excusatione adolescentiæ. Ci.p Cæl.47.b.
Necessitatis excusatio Rutilium facile defendit.Ci.pro R.P.126.a.
Si autem id non uidet,periculum est,ne se stuporis excusatione defendat.Ci.ð Ar.244.b.
Me neq; honoris neq; ætatis excusatio uendicat a labore.Ci.p Syl.172.a.& I.P.87.a.
Illæ ualent apud me excusationes Iniurię tuę,iratus animus tuus,ætas,amicitia nostra.Ci.p Syl.176.a.
Turpis excusatio est & minime accipienda cum in cæteris peccatis tum si quis contra remp.se amici causa fecisse fateatur.Ci.ð Am.104.a.
An potest ulla esse excusatio consuli male sentienti?Ci I.P.81.a.
Sed erat tũc excusatio oppressis.Ci.I.A.111.b.et.122 a.Ser.Sulpitij excusatio legationis obeundæ.
Talis improborum consensio excusatione amicitiæ tegenda non est.Ci.ð Am.104 b
Excusatione summæ stultitię summę improbitatis odiũ deprecari.Ci.p Cecin.190.b.
Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quęreretur.Ci.p Rab.91.b.
Dubito an excusationem aliquam ad Silium parem.Ci. At.195.a.& ibi.b.Quærenda est excusatio ad Brutũ. & 138.a.Hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem.& 165.a.Is mihi non reddit, quod ei debi mutuum,& utitur excusatione temporis.
Conferre causam in tempus.Ci.
Cum Metellus excusationem oculorum a me non acciperet.Ci.ð Or.134.a.
Morbi excusationi pœna addita est.Ci.p Mur.130.a.
Nec erit iustior in Senatum non ueniendi morbi causa q̃ mortis.Ci.I.A.158.a.& 195.a.Nullæ istę excusationes sunt,meus amicus est &c.
Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris. Ci.ð Am.103.b.
Nobis in scribendo atq; in dicendo necessitatis excusatio non probatur.Ci.Or.219.b.
At deo ne excusatio quidẽ est inscitiæ.Ci.ð.N.78.a.
Quibus in simili excusatione non sit ignotum. Cice.de In.74.b.75.a.
Nemini ciui ulla,quo minus abesset,satis iusta excusatio uisa est.Ci.I.P.87.a.
Quod te mihi de Sempronio purgas,accipio excusationem.Ci.Ep.198.b.& 199.a.Accipio excusationẽ tuã de Sempronio.& At.74.a.
Ego autem præteriti temporis excusationẽ offero.Ci. Ep.145.a.& ibi.Afferre excusationem cessationis.
Hãc ut sibi ignoscerem causam afferebat,quod etc.Ci. ð Am.103.a.
Vtriq; rei excusationem meæ uitæ consuetudo dat. Ci. Ep.86.a.& 280.a.Errare cum excusatione posse. & 266.b.Vti excusatione iusta & idonea.& 25.b.Accipere excusationem.& Accipere causam.264.a.
At qui uereor ne istam causam nemo noscat.Ci.ð Leg. 158.a. Quam nos causam accepimus.Cic.I.P.82.a.
Excusatus,a,um. *Ci.I.V.97.a.Hic omnibus me uehementer excusatũ uolo,non negligentia mea fore,ut etc.* *De Philoxeno ignosco.Ci.At 58.b.*
Excuso,as. *purgo,excusatione utor, excusationem offero, satisfacio,culpam in alium confero uel transfero,crimen remoueo,culpa libera,a culpa eximo,excusatione alicuius rei tego,adumbro.X.accuso.*

Ci.At.

Ci.At.250.a. Attice mee uelim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas.
Itaq; Cherippa nostra me uelim excuses. Ci.Ep.197.a.
Primum me tibi excuso in eo ipso in quo te accuso, me enim &c. Ci.Q.Fr.307.a.
Si Lysiades citatus iudex non responderit, excuseturq; Ariopagites esse, accipiet ne excusationē, is qui quęstioni præerit, gręci iudicis? Ci.I.A.197.a. & ibi. Sunt itē lecti iudices, qui fortasse excusabuntur, habent enim legitimam excusationem exilij causa solum uertisse.
Varroni memineris excusare tarditatem literarū mearum. Ci.At.249.b.
Quanq; is quidem anteq̄ sententiam diceret, propinquitatem excusauit. Ci.I.A.214.a.
Quidam excusari se arbitrantur, quia non sine magna causa peccauerint. Ci.d̄ Am.108.a.
Is cum morbo impediretur statuerat se excusare. Cic. pro Lig.240.b.
Cum eum gregales requirerent excusauit Vespa Terētius, quod ei bracchiū fregisse diceret. Ci.d̄ Or.132.a.
Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos, quod si erit durius, ueniam ipse & perpetuum morbum iurabo. Ci.At.189.a.&.190.a. Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser uidebis. & 189.a. De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. et.190.a. Martianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleiū a Torquato et Strabone. &.149.b. Viris bonis me non nimis excuso. &.183.b. An his illuc euntibus mandem ut me excusent.
C. Lælius se excusans dixit &c. Ci.d̄ Cla.173.b.
Quod te excusas, ego uero tuas causas nosco. Cic.Att. 174.b. Collegæ mandasti ut te mihi per literas excusaret. Ci.Ep.175.a.
Sed ipsum uolumen, quod tibi misi, facile ut ego arbitror, me excuset. Cæl.Ep.111.b.
Scitum est enim causam conferre in tempus. Cic.d̄ Ora. 264.b.

Excussus, a, um. Ci.d̄ Ar.252.b. Iudices te dimiserunt excussum & exhaustum.

Excutio, tis, excussi. Ci.Tus.167.a. Hoc igitur probē stabilito & fixo illud excutiendum est, ut sciatur &c.
Quamobrem excutiemus omnes istorum delitias, omnes ineptias, si prodierint. Ci.ꝓ Cæl.52.a.
Aspicitur non attrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. Ci.ꝓ Plan.265.a.
Decemuiri qui nostros imperatores excutiant. Cic.ʒ Rul.78.a.
Nihil est quod metuas, non excutio te, si quid forte ferri habebas, non scrutor &c. Ci.ꝓ.S.R.34.b.
Scrutari omnes sordes, & excutere unumquenq; comitum. Ci.Q.Fr.291.b.
Explicare & excutere aliquod uerbum. Ci.pt.241.a.
Res peruulgata atq; in manibus iactata & excussa. Ci.ꝓ Mur.130.a.
Explica atq; excute intelligētiam tuam, ut uideas &c. Cic.Off.68.a.
Tabellarij sexcentis locis excutiuntur. Afr.Ep.163.b.
Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur. Ci.ꝓ Mur.531.a. Quare illa calamitas excusit hoc genus totum maledicti. Ci.ꝓ Dom.218.a.
Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. Ci.ꝓ Syl.176.a.
Excutere aliquid in terram. Ci.d̄.N.44.b.
Excutiam tibi istam iactationem. Ci.ꝓ Syl.171.b.
Hanc excutere opinionem mihimet radicitus nolui. Ci.Tus.173.a. Adeon' tu mihi excussam seueritatem ueterem putas, ut ne in foro reliquiæ pristinæ frontis appareant? Ci.Ep.131.a.

Execo, as. Ci.ꝓ Cl.55.b. Ipse armarij fundum execuit, & nummos abstulit.
Vetus opinio est exectum esse Cœlum a filio Saturno. Ci.d̄.N.38.b.
Hi medentur ciuitati, qui execant pestem aliquam tanq̄ strumam ciuitatis. Ci.ꝓ Sest.26.a.
Strato in crucē actus est execta lingua. Ci.ꝓ Cl.57.a.
Neruis omnibus exectis. Ci.ʒ Rul.84.b.
Non minus esset probanda medicina quæ sanaret uitiosas partes q̄ quæ execaret. Ci.At.22.b.

Execrandus, a, um. detestabilis. Ci.I.A.172.b. Hic execrandus populo rom. & detestabilis est.

Execratio, onis. preces. Ci.ꝓ Sest.19.a. Exierunt malis ominibus & execrationibus duo Vulturij.
Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me esse facturū. Ci.ꝓ Sest.6.a
Vbi fides? execrationes? Ci.I.V.257.a.
Quod Athenis execrationibus publicis sancitum est. Ci.Off.62.b. & d̄ Or.135.b.l. Minatio. &.162.a.
Habet etiam campana lex execrationem in cōcione candidatorum. Ci.At.33.a.
Thyestea ista execratio est. Ci.I.P.88.b.

Execror, aris. male precor.
Ci.I.V.101.a. Alij sacerdotem execrabantur qui Verrem tam nequam reliquisset.
Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur. Ci.I.P.101.a.
Quod tibi proficiscenti euenit, ut omnes execrarentur, male precarentur. Ci.I.P.84.b.
Recte Socrates execrari eum solebat, qui &c. Cic.de Leg.162.b.
Itaq; accepimus Socratem solitum execrari eos, qui etc. Ci.Off.54.a.
Execratur apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. Ci.Tus.261.b.
Vt optet, ut execretur. Ci.Or.209.b.
Cui, quod in me est execrabor hoc, quo lucet, quicquid est. Ci.d̄.N.39.a. ex Enn.

Exectio, onis. Ci.ꝓ Clu.65.b. Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur.

Executio, onis. Ad Her.9.b. Quæritur in translatione primū num aliquis eius rei actionem, petitionem aut executionem habeat, quem non oportet.

Exedo, dis. & exes. Ci.Tus.196.b. Ægritudo lacerat, exest animum planeq; conficit.
Quem nullę ægritudines exedunt. Ci.Tus.231.b.
Solicitudines, quibus hominū animi dies & noctes exeduntur. Ci.d̄ Fin.59.b.

Cor est in extis, iam abscedet, deus id eripiet, uis aliqua conficiet, aut exedet. Ci.đ.D.116.a.

Exedra, dræ. Ci.đ Or.144.a. Cotta in eam exedram uenit, in qua Crassus lectulo posito recubuisset. Offendi eum sedentem in exedra. Ci.đ.N.5.a. Tamen ego illa moueor exedra. Ci.đ Fin.125.a.

Exedrium, drij. Ci.Ep.109.a. Exedria quædam.

Exemplar, ris. exemplum, codex, species quã artifex imitatur & quam sibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid.

Asin.Ep.164.a. Ex literis, quas Pansa mihi misit, cognosces omnia, nam earum tibi exemplar misi. Vrgebar ab eo cui misi, & non habebam exemplar. Ci.At.57.b. Ad imitandum uero tam mihi propositum exemplar illud est, q̃ tibi. Ci.ꝑ Mur.140.a. Qui aliquod munus efficere molitur, si eam speciẽ, quę semper est eadem, intuebitur, atq; eam sibi proponet exẽplar, pręclarum opus efficiat necesse est. Ci.đ Vn.195 b. & ibi. Vtrum fabricator ille tanti operis imitatus sit exemplar, quod semper unum & idem est. Si ergo generatus est mundus ad id est effectus, quod ratione sapientiaq; comprehenditur. Ci.đ Vn.196.a. et 197.a. Mundus factus est ad exemplum. Ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. Ci.đ Vn.201.a. Amicum, qui intuetur, tanq̃ exemplar aliquod intuetur sui. Ci.đ Am.100.a. Falcula exẽplar antiquæ religionis. Ci.ꝑ Cec.290.a. Eius enim partis exemplar erat Salustius, quo &c. Cic. In Sal 274.b. Vnde illud, ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur. Ci.Ora.197.b.

Exemplum, pli. exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, specimen, clarissimis monumentis testata cõsignataq; antiquitas.

Ci.At.116.b. Cæsaris literarum exemplum tibi misi. Earum literarum exemplũ infra scripsi. Cic.At.122.a. Sępius ad aliquẽ literas uno exemplo dare. Ci.Ep.48.a. & 135.a. De quo tu mihi antea scripseras bis eodem exemplo. Literarum exemplum compositum esse arbitror, P.Seruilius Cn.Pompeio &c. Ci.ꝯ Rul.76.b. Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo, Pompeius mare transijt &c. Ci.At.138.a. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi cernerẽ &c. Ci.đ Or.100.b. Superioris generis huiusmodi exempla sunt, omnia ne officia perfecta sint, nunquid &c. Ci.Off.2.b. Exemplum translationis in causa nobis positum sit huiusmodi, cum &c. Ci.đ In.69.b. Supponere exemplum uniuscuiusq; rei. Ci.đ In.81.b. Exempla posui ex iure ciuili. Ci.Top.225.a. Cuius exemplum ante posui. Ci.Or.133.b. Quæ tu Crasse sine definitionibus & sine exemplis effudisti. Ci.đ Or.162.b. Hoc interest inter exemplum & testimonium, exemplo demonstratur, id quod dicimus, cuiusmodi sit, testimonio esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. Ad Her. 24.b.

Sed exemplis grandioribus decuit uti. Ci.đ.D.88.b. Cato multa retulit, ex quibus a me exempli causa multa ponuntur. Ci.đ Or.134.a. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Ci. Off.55.b. Exempli causa paucos nominaui. Ci.I.A.246.b. Sed hæc uideri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum leuius disputantur, uita atq; factis illustranda sunt summorum uirorum hæc, quæ uerbis subtilius q̃ satis est disputari uidentur. Cic.Parad.117.a. Vt certum quiddam & breue exempli causa ponamus. Ci.đ In.55.a. Vt quia in alicuius libris exempli causa id nomen inuenerant, putarunt &c. Ci.ꝑ Mur.130.a. Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus, horum quæ dubia sunt rationes afferemus. Ci.đ In.55.b. et.56 b. Id ut perspiciatur aut scribamus, aut in quo libet exẽplo de ijs quæ pręposita sunt, hoc idem exerceamus. Perspicuo & grandi uitio præditum posuimus exemplum. Ci.đ In.58.b. Exemplum est, quod rem authoritate aut casu alicuius hominis aut negotij confirmat aut infirmat, horum exẽpla & descriptiones in præceptis elocutionis cognoscẽtur. Ci.đ In.52.b. Exemplum est alicuius facti aut dicti præteriti cum certi authoris nomine propositio, exemplum rem ornatiorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur, apertiorem cum id, quod sit obscurius, magis dilucidũ reddit, probabiliorem cum magis uerisimilem facit, ante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, ut res dicta propè manu tentari possit. Ad Her.39.a. Τὰ παραδείγματα συνιστᾶσι πᾶσαν τὴν τέχνην. Hermog.55. Plurimis nostris exemplis usus es, & ijs quidem claris & illustrioribus. Ci.đ.D.110.a. Cum ego meorum factorum exempla ex summis uiris petam. Ci.đ Pro.73.a. Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cic.ꝑ Cor.61.a. Cum exemplo Spartaci ludos facere uolueris. Ci.đ Ar.249.b. Peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset Senatus. Cic.ꝑ Plan.278.b. Diuinare autem morientes etiam illo exemplo confirmat Possidonius, quo affert, Rhodium quendam &c. Ci.đ.D.94.a. Iun.Brutus, qui rempub. regio dominatu liberauit & ad similem uirtutem & simile factum stirpem suam excitauit. Cic.I.A.155.a. Ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam uidimus. Ci.Off.38.b. aliter, ad exemplum perditi imperij. Cuius, oratio uidebatur reip. capescendę authoritatem disciplinamq; præscribere. Ci.ꝑ Sest.5.b. & 6.b. Vnũ aliquem te ex barbatis illis exemplum imperij ueteris, imaginem antiquitatis diceres intueri. Vt ego sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum. Ci.In Sal.272.b. Is uir unde pudoris pudicitiaeq; exempla peterentur. Ci.ꝑ Deio.149.a.

Exemplum

*Exemplum præclarissimum uindicandę religionis sustulerunt.*Ci.Ep.13.a.

*Salustius omnium maiores ad unum exemplum & regulam quærit.*Ci.In Sal.272.b.

*Non tantum mali est peccare principes quantum illud, quod permulti imitatores principū existunt.*Ci.đ Leg.190.b.& ibi.*Pernitiose merentur de rep.uitiosi principes,quod non solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem,neq; solum obsunt quod illi ipsi corrũpuntur,sed etiam quod corrumpunt,plusq; exemplo q̃ peccato nocent.*

*Habet autem ut in ætatibus authoritatem senectus ,sic in exemplis antiquitas.*Ci.Or.213.b.

Cum esset ille uir exemplum ut scitis innocentiæ. Cic.đ Or.104.b.

*In qua muliere etiam nunc quasi exempli causa uestigia antiqui officij remanent.*Ci.p.S.R.23.a.

*Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum ueteris sanctitatis?*Ci.I.A.186.a.

*Cum exemplis uterer multis,etiam illo &c.*Ci.p Ceci.330.a. *Si exemplo sequimur,o Demosthene summamus.*Ci.đ Or.209.a.

*Edere exemplum seueritatis alicubi.*Ci.Q.Fr.300.a.

Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandũ. Ci.p Mur.140.a.& ibi.*Est illud quidem exemplum tibi propositum domi.*

*Suppeditant autem & campus noster & studia uenandi honesto exempla ludendi.*Ci.Off.21.a.

*Tamen hęc in conditione atq; in exemplo pertimescenda uidentur.*Ci.p Flac.152.a.& ibi. *Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis.*

Liberasti ciuitatem metu, neq; solum ad tempus maximam utilitatem attulisti,sed etiam ad exemplum facti. Ci.Ep.134.a.

*In hoc reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimesco.*Ci.p Fla.151.b.

*Et tamen id ueteri exẽplo atq; instituto optimi cuiusq; faciebant.*Ci.p Syl.176.b.

*Monumenta rerum gestarum,uetustatis exempla oratori nota esse debent.*Ci.Or.101.b.

*Nobis nõ unum aliquod proposuimus exemplum,cuius omnes partes exprimerentur.*Ci.đ In.62.b.

Commemoratio antiquitatis exemplorumq; prolatio. Ci.Ora.208.a.

Qua de re tota si unum factum ex omni antiquitate protulero.plura non dicam, non enim exemplum &c. Ci.p Clu.45.b.

*Atheniensium renouaui uetus exẽplum.*Ci.I.A.153.a.

*Quod exemplo fit iure fieri putant.*Ci.Ep.47.b.

*Imagines enim illæ feruntur ex optimis naturæ principijs,& ueritatis exemplis.*Ci.Off.65.b.

*Vt mutum in simulacrum ex animali exemplo ueritas transferatur.*Ci.đ In.62.b.

Itemq; cætera huius exẽpli dona sunt. Ci.đ.L.179.a.

*Nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc uis amicitiæ qualis & quanta sit.*Ci.đ Am.111.a.

*Atq; harum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ętatis,quod &c.*Ci.đ Am.102.b.

*Nec uero ab his iustitiæ tanq̃ a sapiente petitur exemplum.*Ci.Off.55.a.

*Quod si illi è conspectu nostro se abstulerunt,at exemplum facti reliquerunt.*Ci.I.A.182.a.&ibi.*Cũ ipsum factum per se præclarum est,tum expositũ ad imitãdũ.* &.225.a.*Et proponis illi exemplo ad imitandum.*

*Aut si aeternos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant.*Ad Her.26.b.

Exeo,is. *egredior,prodeo,progredior,pedem effero, foras me do,procedo,excedo,emergo,erũpo,emano,mano,euolo,euado,orior,nascor.*

Cic.đ Ora.129.a.*Minime mirum est te sudare, modo enim existi de balneis.*

*Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? cum tu inquit de cubiculo alieno.*Ci.đ Or.133.a.

*Qui cum una domo iam capi nõ possint in alias domos tanq̃ in colonias,exeunt.*Ci.Off.11.

*Herculem ferunt exisse in solitudinem, atq; ibi sedentẽ diu secum &c.*Ci.Off.24.a.

Aliquem exire legatum in aliquam prouinciam. Ci.In Vat.31.a. *Cum omnes boni perspicerent ad istum non modo illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant,reuertisse.*Ci.I.V.121.a.

*Cum de consularibus mea prima sors exisset.*Ci.At.17.

*Nihil non consideratũ exibat ex ore.*Ci.đ Clo.189.a.

*Nequaq̃ tamen similiter oratio mea exire atq; in uulgus emanare poterit.*Ci.p.S.R.19.a.

*Libri quidem exierunt,ut in tali genere ne apud græcos quidem simile quicq̃.*Ci.At.208.a.

*Exire è Patricijs.*Ci.p Dom.220.b.i.*fieri plebeũ per adoptionem.*

*Quinto autem anno exeunte,cum esset spes &c.*Cic.de D.91.b

*Exire domo.*Ci.Ep.11.a.&.46.a.*Exire ex urbe.*

*Exire a patria.*C.L.P.86.b.et At.27.a.*Exire de naui.*

*Exire de uita.*Ci.Off 92.

Ex eo. *ex eo quod,ex eo quia.*X.*ex quo.*

Ci.đ.D.123.b.*Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius.*

Si quid in me est,ex eo est,quod &c. Ci.đ Or.119.b.

*At paulo post audita uox est monẽtis,ut etc.ex eo Aio loquenti ara consecrata est.*Ci.đ.D.123.a.

*Scaurus nonnullam habet inuidiam ex eo quod aliorũ bona sine testamento possidet.*Ci.đ Or.135.a.

*Prępositum ex eo credo appellatum est, quod prępona tur alijs.*Ci.đ Fin.122.b.&.70.b. *Cognoui ex eo, quod ita scripseras,te Romam uenisse &c.*Ci.At.97.a.

*Posteaq̃ uidit illum excepisse laudem, ex eo quod hi suspicarent etc.*Ci.At.9.a.i.ꝑpeo qđ etc.et.đ Or.141.a.

*Cum ex eo,quia quasi committeret contra legem sæpe in iudicium uocaretur.*Ci.đ Cla.168.b.

Exequiæ,arũ. *funus,põpa,iusta,iusta funeris, supremi diei celebritas,lito,parento.* Ci.p Quin.9.a.*Funus,quo amici cõuenirẽt ad exeqas cohonestãdas.*et đ In.61.b.

*Mater exequias illius funeris,ꝓsecuta ẽ.*Ci.p Cl.60.a.

*Qui sepultura & iustis exequijs caruerunt.*Cic.đ Leg.178.b. *Cadauer P.Clodij spoliatũ imaginibus, exequijs,pompa laudatione &c.*Ci.p Mil.108.a.

Clodius sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere spoliatus illius supremi diei celebritate ambustus est abiectus. Ci. p Mil. 108.a. Dare operam funeri. Ci. At. 238.a.
Lucullus matrem efferebat. Ci. At. 238.a.
Cæsar funere elatus est. Ci. l. Funus.

Exequor, ris. conficio, explico, persequor, imitor.
Ci. Tus. 193.b. Conturbatus omnius non est aptus ad exequendum munus suum.
Ne si sit quidem quod ad te debeam scribere, facile id exequi possem. Ci. At. 177.a.
Exequi mandata alicuius. Ci. I. A. 222.a.
In exequendis negotijs rationi obedire. Ci. Off. 16.a.
Exequi suo officio et studio. Ci. At. 46.a.
Massanissa senex omnia regis officia et munera exequitur. Ci. d Sen. 83.b. et. 92.a. Quod munus officij exequi et tueri possis.
Difficile est quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usq ad extremum. Ci. p. R. P. 123.a.
Quod si exequi nequeas, possis tamen alijs præcipere. Ci. d Sen. 82.b. & 84.b. Quæ si exequi nequirem, tamen &c. Omnes consulares, qui per ualetudinē exequi fugam illam potuissent. Ci. I. A. 171.a.
Tamen antiquum modum sationis nullo ex parte exequi potuit. Ci. I. V. 157.a.
Cur non oēs factum illius executi sumus? Ci. At. 148.a.
Non igitur dubium est quin æternitatem maluerit exequi. Ci. d Vn. 196.a.
Neq tu si quo in pueritia peccasti, exequar. Ci. In Sal. 274.a. Nam præter hæc habeo multa occultiora, quæ uix uerbis exequi possim. Ci. Ep. 181.b.

Exerceo, ces. colo, excolo, facio, factito, tracto, exercitatione utor, uersor in aliqua arte, uersor in exercitatione dicendi, ludo, consuetudinem atq exercitationem capio, solicito, ango.
Cice. Att. 282.a. Messala graui iudicio multaq arte se exercuit in uerissimo genere dicendi.
Pleriq in hoc uocem & uires exercent suas. Ci. d Or. 97.a. & ibi. Vehementissime exercere se in aliqua re.
Exercere se in consultationibus & differere in utranq partem. Ci. At. 137.a.
Is in hoc solo se exercuit, huic generi studet uni. Cice. Oro. 205.b.
In hoc genere pueri apud magistros exercentur. Cice. d Oro. 106.a.
Is me adolescentem multos annos in studio eiusdē laudis exercuit. Ci. d Cla. 185.b.
Pammenes exercuit Brutum. Ci. d Cla. 196.b.
Is sese quotidianis cōmentationibus acerrime exercuit. Ci. d Cla. 187.b. & 194.a. A Diodoro cum in alijs rebus tum studiosissime in dialectica exercebar.
Aristoteles adolescentes in Thesi non ad philosophorūmorē tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorū in utranq partem exercuit. Ci. Or. 201.a.
Apud Demetrium studiose exerceri solebam. Cice. de Cla. 194.b.
Exercere se ad uersus alicuius. Ci. d Or. 97.b.
Ad hæc te exerceas, hæc cogites. Ci. Ep. 8.a.
Quod genus belli est, in quo illum non exercuerit fortuna reip? Ci. p Pom. 9.b.
Vt exerceamur in uenando. Ci. d. N. 58.b.
Prætor armis exercetur. Ci. I. V. 212.b.
Pueri amant inter se, discunt, exercentur. Ci. At. 86.b.
Cum cæteris in campo exercentibus ipse in herba recubebat. Ci. d Or. 135.b.
Subduc cibum unum diem athletæ, Iouem ipsum, cui se exercebit, implorabit. Ci. Tus. 183.b.
Fortuna me in multis uarijsq casibus exercuit. Ci. Tus. 228.b. Athletæ in curriculo se exercentes. Cice. de Sen. 82.b.
Faciunt idem cum exercentur athletæ. Cic. Tus. 187.a.
Exercendum autem est corpus, & ita afficiendum, ut obedire rationi possit. Ci. Off. 16.a.
Exercere animam in optimis rebus. Ci. d Som. 131.a.
Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit. Ci I. C. 102.a.
Exercere memoriam. Ci. d Sen. 81.a.
Exercere ingenium. Ad Her. 22.a.
Exercere crudelitatem. Ci. I. V. 265.a.
Exercere crudelitatem suam in aliquo. Ci. I. A. 232.a.
Exercere inimicitias mmiū familiariter. Ci. I. V. 57.a.
Exercere iracundiam in superatos. Ci. At. 274.a.
Qui uectigalia exercent atq exigunt. Ci. p Pom. 6.b.
Quorum magnæ res aguntur in uestris uectigalibus exercendis occupatæ. Ci. p Pom. 4.b.
Exercere ius ciuile. Ci. d Leg. 158.b.
Exercere medicinam. Ci. p Clu. 55.b.
M. Brutus accusationem factitauit. Ci. d Cla. 176.a.
Facere nauiculariam. Ci. I. V. 245.a.
Scauri iudicium statim exercebitur. Ci. Q. Fr. 317.a.
Omnibus negotijs intermissis unum hoc iudicium exercetur. Ci. p Cæl. 37.b.
Prętor exercens iudicium. Ci. p Arch. 186.a.
Atq etiam iudicium in prætura publicum exercuit. Ci. I. V. 107.b.
Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. Ci. d Fin. 75.b.
Exercendo est facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Ci. Off. 18.a.
Quid est quod nos in hoc breui uita tantis nos in laboribus exerceamus? Ci. p Arch. 191.a.
Nunc me reliquiæ uestrę exercent. Ci. Ep. 185.a.
Te de prædio Auiæ exerceri molestæ fero. Cice. Att. 211.b.

Exercitatio, onis. usus, tractatio, actio, meditatio, commētatio, consuetudo, munus, studium, ludus, industria, agitatio, curriculum. Ci. d. N. 31.a. Corpora nostra motu atq exercitatione recalescunt.
Vsus exercitatioq forensis. Ci. I. V. 62.a.
Exercitatio in dialecticis. Ci. d Fi. 99.a. & d. N. 57.b.
Exercitationes rhetoricæ. & 21.b. Pueri etiam cum cessant exercitatione aliquo ludicro delectantur.
Nosti horū exercitationē in latrocinio. Ci. At. 224.a.
Milo exercitationē uirtutis perdidit. Ci. p Mil. 108.a.
Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. Ci. d Sen. 84.b.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidentur. Ci.Off.21.a.

Aptissima sunt omnino arma senectutis artes exercitationesq; uirtutum. Ci.đ Sen.78.b.

Color exercitationibus corporis tuendus est. Cic.Off. 16.b. Vtendum est exercitationibus modicis. Ci.đ Sen.84.a. Vt exercitatione ludoq; campestri tunicati uteremur. Ci.ꝑ Cel.39.b.

Aliquis scelerũ exercitatiõe assuefactus. Ci.I.C.106.a

Is conuitij exercitationem cum intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. Cic.ꝑ Dom.213.b.

Exercitatio dicendi linguam acuit. Cic.đ Cla.196.b.

Consuetudo exercitatioq; & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi celeritatem incitat. Cic.đ Or.92.b.

Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit non intelligo. Ci.đ Or.106.a.

Subitę ad propositas causas exercitationes. Cic.đ Ora. 207.b. Oratorias exercitationes non tu quidem ut spero reliquisti. Ci.đ Fat.140.b.& ibi. Nec enim oratoria illa studia deserui.

Cum exercitatione tum stylo formanda nobis oratio est. Ci.đ Or.160.b.

Quantũ ex forensi usu prope quõtidiana dicendi exercitatio potuit afferre. Ci.ꝑ Pom.4.a.

Exercitatio usus q; dicendi. Ci.ꝑ Cel.48.b.

Consuetudo exercitatioq; capienda est, ut &c. Ci.Off. 22.b.& ibi. Nec medici nec imperatores nec oratores q̃uis artis præcepta perceperint, quicq̃ magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt.

Dicendi consuetudo longe isti uestræ exercitationi ad honorem antecellit. Ci.ꝑ Mur.130.b.

Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse uersatum. Ci.ꝑ Arch.185.b.

Abstrahi ab exercitatione & consuetudine dicendi. Ci.đ Ora.91.b.

Multi naturę uitium meditatione & exercitatione sustulerunt, ut Demosthenes. Ci.đ.D.128.b.

Exercitatio est assiduus usus consuetudoq; dicendi. Ad Her.1.b. De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi. Ci.Tus.184.a.et.183.b. Tantũ exercitatio, meditatio, consuetudo ualet.

Tu me de Lentuli tui nostriq; studijs & exercitationibus uelim q̃ sæpissime certiorem facias. Ci.Ep.17.a.

Exercitatus, a, um. uersatus, agitatus, iactatus, exercitatione præditus. X. rudis.

Ci.I.V.264.b. Sex lictores ualentissimi & ad pulsandos, uerberandosq; homines exercitatissimi.

Homo in hoĩbus necandis exercitatus. Ci.ꝑ Clu.28.a.

Homines in maritimis rebus exercitatissimi paratissimiq;. Ci.ꝑ Pom.14.a.& ꝑ Mur.129.a.

Vestorius in Arithmeticis satis exercitatus. Cice. Att. 227.b. An sum rudis in rep? quis exercitatior? qui &c. Ci.I.A.208.b.

Hetrusci ob eam causam portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. Ci.đ.D.99.b.

Agitatus & exercitatus in optimis curis. Cice.đ Som. 231.a.

Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, & quæcunq; etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Cic.Ora. 116.b. Animus maximis in rebus gerendis & sustinendis exercitatus Ci.Q.Fr.190.a.

Homo & in alijs causis exercitatus & in hac multum & sæpe uersatus. Ci.ꝑ Quint.1.a.

Aratores glebis subigendis exercitati. Ci.ꝯ Rul.83.a.

Manus in propinquorum proscribendis bonis exercitata. Ci.ꝑ Quint.18.a.

Paratiores erunt & tanq̃ exercitatiores ad bene de multis promerendum. Ci.Off.44.a.

Item si de officio, multisq; alijs de rebus, in quibus uersatus exercitatusq; sit, nescire se dicat. Cice.Acad.27.b. &.27.b.&.6.b.

Pæonius rhetor homo ualde exercitatus & bonus. Ci. Q.Fr.323.b.

Exercitus, a, um. peritus, agitatus.

Ci.ꝑ Font.182.b. M.Fonteius usu bellorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitus.

Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certe exercitus. Ci.ꝑ Plan.276.a.

Quid enim nobis duobus laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest. Ci.ꝑ Mil. 102.a. Scito nihil tam exercitum fuisse Romæ, q̃ cãdidatos omnibus iniquitatibus. Ci.At.

Exercitus, tus. manus.

Ci.ꝑ Pom.15.b. Pompeius exercitum difficillimo reip. tempore confecit. & I.A.202.b.

Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit. Ci.I.A.192.a.

Cæsar paucis diebus exercitum fecit. Ci.I.A.199.a.

Maximus & fortissimus exercitus. Cic.ꝑ Mur.131.b.

Cõscribere & comparare exercitũ. Ci.I.A.201.b.

Dimittere exercitum. Ci.đ Pro.89.b.

Ducere exercitum. Ci.ꝑ Mur.128.a.i. ducem esse.

Exercitus ille noster superbissimo delectu et durissima conquisitione collectus omnis interijt. Ci.đ Pro.69.b.

Exercitus instructus. Ci.đ Pro.71.a.

Mithridates ab inuicta Cn.Pompeij manu montium altitudine defenditur. Ci.

Exesus, a, sum. Ci.Tus.241.a. Exesis posterioribus partibus uersiculorum dimidiatis ferè.

Exhæredo, as. Ci.I.A.162.b. Igitur fratrem exhæredans te faciebat hęredem.

Pater istum exhęredare in animo habebat. Cice.ꝑ.S. R.26.b.

Ille cum filium exhæredaret, quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes coniunxit. Ci.ꝑ Clu.45.b. &.12.a.

Sed etiam a necessarijs omnibus exhæredatus est. Ad Her.31.b.

Exhæres, dis. Ci.đ Or.99.a. Egit lege in hæreditatẽ paternam testamento exhæres filius. & ibi.b. Posset ne paternorum bonorum exhæres esse filius quem pater testamento neq; hæredem neq; exhæredem scripsisset nominatim.

Exhalatio, onis. uapor, anhelitus terræ, afflatus ex terra, aspiratio,

Ci.Tuſ.157.a.Cœlum hoc,quod humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

Exhalo,as. Ci.I.V.153.b.Qui nondum conuiuij crapulam exhalaſſent.

Quanq̃ tu quidem uini exhalandi non acuendi ingenij cauſa declamitas.Ci.I.A.168.b.et.166.a.Edormi crapulam & exhala.

Exhaurio,ris. exinanio,conſumo,debilito.

Ci.In Sal.275.a.Ex Africa tantum hic ehxauſit, quantum potuit in naues contrudi.

Prædam,quam ex urbibus ſociorum exhauſeras, denorasti.Ci.I.P.90.a.

Cum alij per foros curſent , alij ſentinam exhauriant. Ci.đ Sen.80.b.

Exhaurire ſentinam urbis.Ci.At.18.a.

Ærarium exhaurire,remp.compilare.Ci.In Vat.29.b.

Immanes quæſtus,quos M. Antonij tota exhauſit domus.Ci.I.A.196.a.

Tantum uini in Hippiæ nuptijs exhauſeras,ut tibi neceſſe eſſet uomere.Ci.I.A.172.b.

Sin exieris' exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa ſentina reip.Ci.I.C.99.b.

Vno me hercule Catilina exhauſta releuata mihi reſp. uidetur.Ci.I.C.101.b.

Vrbanam plebem nimium poſſe , exhauriendam eſſe. Ci.ꝯ Rul.80.a. Actio conſumpta ſuperiore motu et exhauſta.Ci.đ Or.152.a.

Amicorum benignitas exhauſta eſt in ædificando.Cic. At.55.a.

Ciuitates omnibus rebus exhauſtę.Ci.I.P.98.a.

Prouinciam ſumptu exhauriri.Ci.Q.Fr.291.a.

M.Antonius publicam dilapidabat pecuniam , ærariũ exhauriebat,minueba tuectigalia.Ci.Offi.319.b.

Cũ oẽm pecuniã ex ęrario exhauſiſſetis.C.ꝯ Rul.86.a

Exhauſtus enim eſt ſermo hominum & multæ emiſſæ iam eiuſmodi uoces.Ci.Q.Fr.299.a.

Nan facile exhauriri tibi iſtum dalorem poſſe uniuerſum puto.Ci.Ep.72.a.&.133.b. Libentiuſq; oẽs meas laudes ad te transfuderim q̃ aliquam partem exhauſerim ex tuis.

Is exhauſto illo poculo mortis eſt mortuus. Ci.ꝑ Clu. 24.a. Tãtus fuit amor ut exhauriri nulla poſſet iniuria.Ci.At.36.a.

M.Craſſus eadem ſibi manu uitam exhauſit, qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus.Ci.ꝑ Seſt.13.b.et.20.b.Plaga illa una extrema defuit,quæ ſi acceſſiſſet , reliquum ſpiritum exhauſiſſet.

Multa ſunt quæ me ſolicitant angũtq;,quę mihi uideor aureis nactus tuas unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.Ci.At.16.a.b.

Reliquum eſt ut mandata noſtra exhaurias.Ci.At.68. b.&.71.a.Mandaui omnia,quæ tu exhauries.

Exhauſtus,a,um. Ci.At.84.b.Prouincia ſumptibus & iacturis exhauſta.

Byzantij exhauſti ſumptibus bellisq; maximis. Cic.de Pro.70.a.

Aratores funditus euertebantur & eo magis quod ſuperioribus annis exhauſti erant ac penè perditi.Cic.I. V.164.b.

Ærarium inops & exhauſtum.Ci.I.V.184.b.

Vt exhauſtas domos replere poſſent.Ci.đ Pro.69.b.

Scurra exhauſta pudore.Ad Her.27.a.

Iudices te dimiſerunt excuſſum & exhauſtum. Cic.de Ar.252.a.

Exhibeo,es. Ci.ꝑ Fla.153.b.Cedo tabulas,non deportaui, fratres exhibe,non denuntiaui.

Exhibe quæſo Sexte Clodi,exhibe librarium illud legum ueſtrarum,quod &c.Ci.ꝑ Mil.107.b.

Miſit complures,ut omnia ſibi integra q̃primum exhiberentur.Ci.I.V.248.a.

Ipſe non ſolum autharem meæ ſalutis ſed etiam ſupplicem populo rom.exhibuit.Ci.ꝑ Seſt.24.b.

Sed iam exhibeo pupillum neq; defendo.Ci.At.78.a.

Qui philoſophiam iam profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum.Ci.Acad.42.b.

Horam exhibere ullam in tali ciue liberando non poſſumus.Ci.I.A.207.a.aliter,eximere ullam.

Quod ęternum beatumq; ſit,id nec habere ipſum negotij quicq̃ nec exhibere alteri.Ci.đ.N.11.a.

Quod audiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri,accurriſſe Romam.Ci.Off.74.a.

Exhibere moleſtiam alicui.Ci.At.21.b.

Exhilaro,as. Ci.Ep.142.b.Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram?

Exhorreſco,ſcis. Ci.đ Or.147.b.In quo igitur homines exhorreſcunt?quem ſtupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant?

Exharreſcere metu.Ci.đ Fin.58.a.

Sed non poſſum non exhorreſcere , ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris.Ci.Ep.154.b.

Exigo, gis. Ci.đ Cla.166.a.Ego uero expectabo ea quæ polliceris,neq; exigam,& erunt mihi grata,ſi ſolueris. Sed non urgeo,longiores enim expectabo,uel potius exigam.Ci.Ep.253.a.

Mancipes a ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt.Ci.I.V.60.a.

Deſperatas iam pecunias exegerũt.Ci.ꝑ Mur.134.a.

Quo facilius id a te exigam, quod peto,nihil tibi a me poſtulanti negabo.Ci.đ Or.120.a.

Quaternos denarios in ſingulas amphoras portorij nomine exegiſſe.Ci.ꝑ Font.278.a.

Paſthumus exegit,quod crediderat.Ci.ꝑ.R.P.128.a.

Exigere uectigal.X.pẽdere uectigal.C.Q.Fr.296.b

Et ſimul querebare,quod eos tributa exigere uetarem. Ci.Ep.35.a.&.20.a.Ne id quod petat exigere magis q̃ rogare & in mercedis potiusq̃ beneficij loco numerare uideatur.&.9.a.Teneor tandiu dum a Dolobellę procuratoribus exigam primam penſionem.

Ad pecunias,quæ a colonis debentur,exigendas legatos equites rom.miſimus.Ci.Ep.208.b.& đ.L.180.b.

Si ad illã ſummã ueritatẽ ius exegeris.Cic.Ep.115.a.

Omnibuſq; ex rebus uoluptatem quaſi mercedem exigit.Ci.đ Fin.80.a. At qui ab hoc acerbius exigit natura,quod dederat.Ci.Tuſ.168.b.

Vt intelligant quid ab illis exigant,qui ſe Atticos nolunt.Ci.đ Opt.244.a.

Qui

Qui a poetis ut a teste ueritatẽ exigunt. Ci.đ.L.156.b

Liberales sumus non ut exigamus gratiam, nõ enim beneficium fœneramur, sed &c. Ci.đ Am.102.a.

Conuenit autem tũ in dando munificum esse tum in exigendo non acerbum. Ci.Off.46.a.b.

Benefacta pro debitis exigimus. Ci.At.186.b.

Vti seruis ut mercenarijs ad operam exigendam. Cic. Offic.90.a.

Exigere collectam a conuiua. Ci.đ Or.130.a.

Exigere nomina sua. Ci.I.V.81.b.

Exigere fructus prætermissos. Ci.At.53.a.

Exigere promissa. Ci.Off.71.a.

Exigerem ex te, cogerẽq; ut respõderes. Ci.đ Fl.89.b.

Demonstres q̃ moleste feras, alijs te id rebus exacturũ esse persuadeas. Q.đ Pet.212.a.i.quasi cumulate compensaturum.

Is uxorem suam suas sibi res habere iussit, ex XII tabulis causam addidit, exegit. Ci.I.A.173.b.

Reges ex ciuitate exigi. Ci.đ Or.126.b.i.expelli.

Exigue. Ci đ Or.156.a. Cum de duabus primis celeriter exigueq; dixisses.

Nimis exigue & exiliter ad calculos reuocare amicitiam. Ci.đ Am.107.a.

Nihil aut sero aut exigue a patria ciui tributum potest uideri. Plan.Ep.149.a.

Epistola exigue scripta. Ci.At.180.a.

Exiguitas, tis. exilitas. Ci.đ Fin.213.b. Istæ ipsæ obscurationes, quæ propter exiguitatem uix aut ne uix quidem appareant.

Nunc exiguitas copiarum recessum non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Cæl.Ep.120.a.

Exiguus, a, um. exilis. Ci.đ.D.116.a. Possum suspicari contractum morbo aliquo bouis exile & exiguum & uietum cor fuisse.

Ille sumptus non modo ad fructum sed etiam ad fœnus est exiguus. Ci.Parad.115.b.

Quanq̃ literæ tuæ exiguam significationem tuæ erga me uoluntatis habebant. Ci.Ep.63.b.

Ex ingenti quodam oratorem immensoq; campo in exiguum sane gyrum compellitis. Ci.đ Or.149.b.

Tu autem exiguis quibusdã finibus totum oratoris munus circundedisti. Ci.đ Or.108.b.

P.Quĩtius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguę amicorum copiæ sunt. Ci.ꝑ Quint.1.a.

Exiguum oratorum numerum inueniri. Ci.đ Or.86.b. & 59.b. Tenui quodam & exiguo sermone disputare.

Cui errato exigua laus proponitur. Ci.ꝯ Rul.67.a.

Exiguum & angustum tempus. Ci.ꝑ Rab.92.a.

Exiguo tempore absoluere aliquid. Ci.đ Leg.157.b.

Exigui temporis opinio. Ci.đ Or.92.b.

Magnæ copiæ. X. exiguæ copiæ. Ci.ꝑ Deio.148.a.

Exilio, lis. prosilio, euado, proripio.

Ci.Ep.163.a. Mihi crede tuis & illius literis perlectis exilui gaudio.

Cum populi rom. clamore perturbatus exiluisti. Cic.I.V.269.b. & 250.a. Exiluit conscia sceleris excitatus.

Exilis, le. tenuis. Ci.đ.D.114.b. Iecur nitidum atque plenum. X. iecur horridum & exile.

Solum exile & macrum. Ci.ꝯ Rul.79.b.

Commoti animi tenuium, exilium in ordinem nostrum Ci.ꝑ Mur.135.a.

Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum. X. liquidum, fusum, profluens. Ci.đ Or.123.a.

Exiliores orationes. Cic.đ Cla.171.b.

Spinosa & exilis oratio. Ci.đ Or.91.b.

Exilitas, tis. tenuitas, ieiunitas.

Ci.đ Or.89.a. Qui discernes eorum, quos nominauit ubertatem in dicendo & copiam ab eorum exilitate, qui hac dicendi elegantia non utuntur? & đ Cl.191.a.

Exiliter. tenuiter, ieiune.

Ci.đ Or.89.a. Videmus ijsdem de rebus ieiune quosdam & exiliter disputasse.

Verba exiliter exanimata exire. Ci.đ Or.146.b.

Orationes exiliter scriptę. Ci.đ Cla.147.a.

Exilium, lij. pœna exilij, in exilio esse, proscriptio, extermino. X. restitutio, restituo, reduco.

Ci.đ Or.99.b. Qui Romam in exilium uenisset, cui romæ exulare ius esset &c.

Exilium terribile est illis quibus circumscriptus est habitandi locus. Ci.Parad.119.a.

Exilium est pœna scelerum. Ci.Parad.121.b. & ibi. Leges nolunt sceleratos exilio affici.

Exilium non supplicium est sed profugium portusq; supplicij. Ci.ꝑ Cecin.304.a. & ibi. In nulla lege nostra reperietur, maleficium ullum exilio esse mulctatum. & ibi b. Cum is profugit receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Quem noua pœna legis & domo & patria priuat. Ci.ꝑ Mur.145.a.

Egredere ex urbe Catilina, in exilium proficiscere. Ci.I.C.101.b. & ibi. Ire in exilium.

Ibit igitur in exilium miser. Ci.ꝑ Mur.145.a.

Eijci in exilium. Ci.I.C.106.b.

Ab illo patrię proditores de exilio reductos esse. Cic. Att.151.a.

Proijcitur Tullius in exilium. Ci.Anteq̃.197.b.

Reducere aliquem de exilio. Ci.I.A.162.a.

In patriam reduci. Ci.Postq̃.210.b.

Et cum lege retineretur ipse se exilio penè mulctauit. Cic.pro Syl.181.a.

Aliquem exilij causa solum uertisse, nec postea esse restitutum. Ci.I.A.197.a.

Cur P.Rutilius in exilio est? Ci.đ.N.76.a.

Damnati restituentur, in exilium ibo. Ci.At.167.b.

Aliquem in exilium pulsum esse. Ci.đ Or.113.b.

Mulctare aliquem exilio. Cic.ꝑ Clu.23.a. & ꝯ Rul. 83.a. *

Profectus est in exilium Tubulus statim. Ci.đ Fl.76.a

De exilio multa & pulchra. Ci.Tus.248.b.249.a.

Exportari in ultimas terras. Ci.I.V.84.a.

Eximie. egregie. Ci.ꝑ Arch.189.b. C.Marius eximie L.Plocium dilexit.

Eximius, a, um. egregius, præstans.

Ci.ꝑ Pom.4.b. Dicendum est enim de Cn.Pompeij singulari eximiaq; uirtute. & đ Pro.76.b. & ꝑ.S.R.39.b. Syllæ eximia uirtus.

Sed hæc ipsa, quæ nunc ad me delegare uis, ea semper

in te eximio & præstantia fuerunt. Ci.đ Or.120.a.

Viri fortes quorum opera eximia in rebus gerendis extitit. Ci.p.S.R.315.b.

Eo quæ eximia plerisq; et præclara uidentur, parua ducere. Ci.Off.14.a. *Istæ uestræ eximię, pulchręq; uirtutes.* Ci.đ Fin.57.b.

Erat Nicæ facie eximia, ut prædicatur, uxor Cleomenis etc. Ci.I.V.252.a.

Fœmina eximia pulchritudine. Ci.đ.D.91.a.

Eximium ingenium. Ci.Ep.82.b.

Eximo, mis. emi, emptum.

Ci.đ Am.100.a. *Si exemeris ex rerum natura amicitiam, nec domus ulla nec urbs stare poterit.*

Nulli conijcientur in hūc ordinem, nulli eximentur. Ci.I.P.100.a. *Si sibi cum populo dies agendi essent exēpti.* Ci.Q.Fr.312.a.

Metellus calūnia dicendi tempus exemit. Ci.At.56.b.

Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. Ci.ɛ Q.Fra.306.b.

Illud quod me angit, non eximis. Ci.Tuſ.181.a.

Eximere unum diem ex mense. Ci.I.V.134.b.

Eximere aliquem è uinculis. Ci.Or.204.a.

Eximere aliquem a culpa. Ci.đ In.65.a.

Ille confirmabat sese nomen Sex.Roscij de tabulis exēptum. Ci.p.S.R.22.b.& 23.a. X. *referre aliquem in proscriptos.*

Qui ex obsidione fœneratores exemerit. Ci.Ep.63.a.

Agrum de uectigalibus eximi. Ci.I.A.179.b.

Ob eam causam ne tu ex reo eximerere, si ego non adessem ad diem. Ci.I.V.128.b.

Absentem de reis eximit. Ci.I.V.209.a.

Eximere aliquem ex ærarijs. Ci.đ Or.133.b.

Eximere aliquem de proscriptorū numero. Ci.At.268.b.in uita Attici.

Exin. exinde. Ci.đ.D.92.a. *Exin quidam rustico &c.* *Exin contortis aries cum cornibus hæret.* Cic.đ.N.48.a.& đ Or.211.a.

Exinanio, nis. exhaurio. Ci.I.V.56.b. *Verres fana spoliasse domos exinanisse dicitur.*

Agros uastare atq; exinanire. Ci.I.V.174.a.

Nox illa tota exinamenda naui consumitur. Cic.I.V.248.b.& 257.a. *Nauis exinanita.*

Regibus atq; hominibus exinanitis. Ci.ꝫ Rul.80.b.

Exinde. deinde, exin.

Ci.đ.D.46.a. *Exinde mari finitimus aer die ac nocte distinguitur.* & 48.b.

Existimatio, onis. *authoritas, honestas, fama, opinio, commendatio.*

Ci.đ Or.124.a. *Bona existimatio diuitijs præstat.*

Vtiq; ea maneat opinio & existimatio quæ uirtute parta non quæ infelicitate illata est. Ci.Anteq.196.a.

Nihil feci sciens, quod sit contra aut rem aut existimationem tuam. Ci.Ep.74.b.75.a.

Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione sine censu. Ci.p Fla.157.a.

Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorē acerbius accidere potuit. Ci.đ Or.127.a.

Iudicia summæ existimationis & pene dicam capitis. Ci.p.Q.R.47.b.

Qua in re ipsius prætoris caput existimatioq; agitur. Ci.I.V.120.b.& 143.b.

Cum agitur ingenij nostri existimatio. Ci.đ Or.226.a.

Quod ad tempus existimationis partæ fructus reseruabitur. Ci.p Syl.182.a.

Asclepiades fortuna egens, uita turpis, existimatione dānatus. Ci.p Flo.153.a.

In ea existimatione & ętate saltauit. Ci.p Deio.148.b.

Meus hic forensis labor dimanauit ad existimationem hominum. Ci.p Cęl.38.b.

Violare existimationem alicuius. Ci.Ep.230.a.

Venire contra existimationem alicuius. Ci.At.2.a.

Offendere existimationem alicuius. Cic.p Plan.260.a.

Vt cum me hospicia recipies existimationem te aliquam putes accipere. Ci.Ep.136.b.

Perdere existimationem. Ad Her.27.a.

Cuius existimatio sanctissima est. Ci.p.Q.R.47.a.

Turpis existimatio. Ci.p Cec.286.b.

Existimatio bona & mala. Ci.đ In.66.b.& 82.a.

In hoc genere facilior est existimatio quàm reprehensio. Ci.I.V.191.b.

Quo minus sępe aut interpeller a nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar. Ci.đ Pro.77.b.

Oppianicus re & existimatione iam, lege & pronūtiatione nondum condemnatus. Ci.p Clu.29.a.

Tum continuę præturæ quæ & cæteris ornamentis et existimatione innocentiæ maxime floruerunt. Cic.pro Font.282.b.

Existimator, oris. Cic.đ Cla.e95.a. *Tantum detraxit quantum non quiuis unus è populo, sed existimator doctus & intelligens posset cognoscere.*

Existimator alicuius artificij non magister. Ci.Or.207.a.& ibi.b. *Index non doctor.*

Intelligens dicēdi existimator iudicat. Ci.đ Cl.182.b.& 188.a. *Huius generis acerrimus existimator.*

Non stultus alieni artificij existimator. Ci.đ Or.e50.b.& đ Clo.177.b.

Existimo, as. *puto, reputo, sentio, opinor, duco, habeo, ille habet opinionem iustitię.* Ci.Off.40.b.& 41.a.

Ci.I.V.191.b. *Eum, qui hoc facit, auarū possumus existimare.* *Crassus existimari nolebat non didicisse.* Ci.đ Or.109.a. *Is domi suę honestus in primis existimatus est.* Ci.p Cec.287.a.

Cum uera ea fine summo amore cogitare non potueris, non possum existimare plus quenq̄ a se ipso quàm me a te amari. Ci.Ep.256.a.

Tuæ sapientiæ est existimare omnem amplitudinem & dignitatem in uirtute tua esse positā. Ci.Ep.5.a.et ibi.

Quorū utrū minus uelim non facile possum existimare. Cic.Ep.5.a.

Quanta sim lætitia affectus cognitis rebus Bruti nostri facilius est tibi existimare q̄ mihi scribere. Cic.Att.274.b.& 275.a.

Nam si uereretur, caueses, non enim parui auditu existimabit. Ci.đ In.58.a.

Quāti uero ista ciuitas existimāda est. Ci.Tuſ.249.a

De ingenio eius ualde existimaui bene. Ci.Ep.256.a.

De medico & tu bene existimari scribis & ego sic audio. Ci.Ep.258.a.& At.152.b.

Dionysius de Dicæarcho bene existimabat. Ci.At.90.a

Iudices beneuolos & bene existimantes facere. Cic.de Or.138.a. Homo ipse de se bene existimans, seseque diligens. Ci.Off.58.a.

Verres de omnibus bonis male existimat. Ci.I.V.67.b

Male existimare de aliquo. Ci.Off.40.a.

Simulque nõ de me is peius quàm de te existimat. Ci.Ep.38.

Scriptores, qui nondũ ediderunt, de quibus existimare non possumus. Ci.de Leg.157.a.

Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum & ex nostra fortasse mollitia non ex ipsa uirtute de uirtutis robore existimo. Ci.Tus.288.b.

Artes de quibus aliquid existimare possem. Ci.de Ora.109.a. Quo facilius de cæteris existimare possitis. Ci.I.V.112.a.

P.Cornelius homo (ut existimabatur) auarus & furax. Cic.de Ora.133.b.

Orationes ex quibus existimari de ingenijs potest. Ci.de Cla.171.b. Vt ex euentu hoĩes de tuo consilio existimaturos uideremus. Ci.Ep.7.a.

Orationis subtilitas imitabilis uidetur esse existimanti sed nihil est experienti minus. Ci.Or.204.a.

Ad unamquamque rem existimandam & momento suo ponderandam. Ci.p Font.278.b.

De quo aliquid scire ipse & existimare posset. Cic.pro Syl.269.b. Si existimare uere de omni hac causa uolueritis. Ci.p Cæl.37.b.

Ne me existimaris ad manẽdum esse propensiorem. Ci.Att.120.b.

Nonnulli dum operam suam multi existimari uolunt, uolitant &c. Ci.de Or.118.a.

Quod si &c. quid tandem in causis existimandum est? quibus &c. Ci.Or.201.b.

Ego sic existimo, hos oratores &c. Ci.de Cla.177.a.

Desine unumquẽque moribus tuis existimare. Ci.In Sal.275.b. L.Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. Ci.de Cla.186.b.

Deiotarus sæpe a Senatu regali nomine dignus existimatus est. Ci.de Ar.250.b.

Proinde quasi isti de Cn.Pompeio aliter atque ego existimo sentiant. Ci.p Dom.219.b.

Quod si maiores nostri existimassent, quenquam &c. Ci.cõ Rul.24.a. Maxime existimare conscientiam mentis suæ. Ci.p Clu.51.b.

Existo, stis. extiti, sum, appareo, subito uel repente appareo uel erumpo uel exorior uel emergo.

Ci.de Or.109.a. Talem uero existere eloquentiã qualis fuerit in Crasso, non potuisse confirmo.

Vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, sic in animis existunt etiam maiores uarietates. Ci.Off.28.b.

Nec tam gloriosum exitum tui iudicij extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. Ci.Ep.43.a. De Gallijs constituetur, erit qui intercedat, deinde alius existet, qui impediat &c. Cœl.Ep.115.a.

Itaque quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. Ci.Antequam.194.a.

Vt si quis dicat dentes & pubertatem natura existere, ipsum autem, cui ea existant, non constare natura. Cic.de N.43.a. Eo magis timeo ne in filium existam crudelior. Ci.At.165.a.

Quidam sic insulsi extiterunt ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. Ci.de Or.128.b.

Qui primi uirtute & consilio præstanti extiterunt. Ci.p Sest.22.a. His de causis ego huic causæ patronus extiti. Ci.p.S.R.19.a.

Huius ex uberrimis sermonibus extiterunt doctissimi uiri. Ci.de Cla.167.a.

Cuius ego fautor & adiutor extiti. Ci.Ep.12.a.

Tua in me clarissima & maxima beneficia extiterunt. Ci.Ep.20.a.& 64.a. Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ tuendæ, non dubito quin &c.

In quo admiratio magna uulgi, delectatio nulla extitit. Ci.Ep.95.a.

Ex qua cum summa existit utilitas ad res ponderandas tum maxime ingenuo delectatio. Ci.Tus.242.a.

Qui animo in remp. extitit consulari. Ci.Ep.146.b.

Nisi illi ars extitisset illo, idem &c. Ci.p Arch.190.a.

Res, quæ in præsentia existunt. Ci.de In.51.a.

Si extitisset in rege fides, nihil sapientius Posthumo. Ci.p.R.P.122.b.

Cur plures in omnibus artibus quàm in dicendo admirabiles extitissent. Ci.de Or.25.b.

Quo in genere multi perfecti homines extiterunt. Ci.de Or.25.b.& ibi. Minimam copiã poetarum egregiorum extitisse. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, nunquando &c. Ci.de Am.109.a.

Itaque si quando aliquod officium extitit amici in periculis adeundis &c. quis id non laudet? Ci.de Am.100.b.

Quo pacto cõcitetur risus, ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat. Ci.de Or.130.b.

Ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erũpit audacia. Ci.p.S.R.30.b.

Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, ut tyranni existerent, & optimates exterminarentur. Ci.Off.50.a.

Ex uictoria cum multa mala, tum certe tyrannus existet. Cic.Att.104.b.

Existat ergo ille uir, parumper cogitatione uestra, quoniam re non potest &c. Ci.p Cor.64.b.

Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis & potissimũ cæcus ille &c. qui si extiterit sic loquetur &c. Cic.pro Cæl.44.a.& 40.a. Nunquàm ex illo delẽdi huius imperij tam sceleratus impetus extitisset, nisi &c.

Partim admirantium, ut hoc philosophandi nobis subito studium extitisset. Ci.de N.3.a.

Hoc malum non modo non existit, sed etiam opprimit, antequàm possit perspici. Ci.I.V 84.a.

Quid expectas tandum ab inferis ille Maleolus existat? Ci.I.V.95.b.

Spelunca, qua ferunt Ditem patrem repente cum curru extitisse. Ci.I.V.225.a.

Cum species ex innumerabilibus indiuiduis existat. Ci.de N.11.a.& 57.a. Ex quibus uita beata existit. & 4.b. Ex quo existit & illud &c. Poeta nemo existere potest sine quodam afflatu &c. Ci.de Or.126.a.

At in eius capite corona extitit & quidem subito. Cic. de D 122.b. & 92.b. Cum delapsus in flumen nusq̃ apparuisset, repente lætus extitit. & 95.b. Summersus equus uoraginibus non extitit. & 122.a. Anguis ab ara extitit. & ibi. Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolanti. & 96.b. Lysandri statuæ, quæ Dephis stabat, in capite corona extitit ex asperis herbis. & 101.b. Cum terræmotus factus esset, uox ab æde Iunonis ex arce extitit, ut sue plena procuratio fieret. & ibi. Neq; diu uox ulla extitit.

Exitialis, le. Ci. I. V. 238.a. Perditæ ciuitates hos solẽt exitus exitiales habere.

Exitiosus, a, um. perniciosus.

Ci. p Plan. 278.a. Quibus armis a seruis cædem fieri Senatus reip. exitiosum fuisset.

Sed quod & fieri posse & exitiosum fore, si euenisset, uidebam. Ci. Ep. 79.a.

Tam exitiosam haberi coniurationem. Cic. I. C. 119.a.

Exitiosum prodigium &c. Ci. de Ar. 244.a.

Exitium, tij. pernicies. Ci. I. C. 99.a. Qui de nostro interitu & huius urbis exitio cogitent. & 120.a. De pernicie reip. & de exitio urbis cogitare.

Me miserũ ego oĩbus meis exitio fui. Ci. Q. Fr. 305.b.

Exitus, tus. euentus, casus.

Ci. de Cla. 176.a. L. Bestia bonis initijs orsus Tribunatus, tristes exitus habuit consulatus.

Sed ego fortassis uaticinor & hæc omnia meliores habebunt exitus. Ci. Ep. 27.b.

Si contigerit nostris rebus exitus quem optamus. Cic. At. 279.b. Hæc æstas hunc habuit exitum sanè felicem. Ci. Ep. 23.b.

Responsa Aruspicum, quæ aut nullos habuerunt exitus aut contrarios. Ci. de. D. 119.b.

Fugam quærebamus omnes, quæ tamen exitum non habebat. Ci. I. A. 202.b.

Vtriq; ad eundem exitum ueniunt. Ci. de Fat. 149.a.

Nunq̃ ad exitum perueniri potest. Ci. Or. 207.b.

Cum ea, quæ consulebantur ad exitum non peruenirẽt. Ci. Ep. 156.b.

Verba, quę casus habent in exitu similes. Ci. Or. 212.b.

Artem rebus in unum exitum spectantibus & unq̃ fallentibus contineri. Ci. de Or. 92.b.

Atqui profligata iam hæc & penè ad exitum adducta quæstio est. Ci. Tus. 231.a.

Expedire exitum institutæ rei. Cic. Ep. 44.b. & 46.b.

Sed etiam qui cursus rerum qui exitus futurus sit.

Principiũ orationis. X. exitus orationis. Ci. p Põ. 4.b.

Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. Ci Tus. 168.a.

Ea quoq; habuit exitum optabilem. Ci. Bru. 91.b. & de D. 113.a. Viri excellẽtis ancipites uarijq; casus si notabili exitu concluduntur, expletur animus uoluptate. Ci. Ep. 68.a.

Boni bonos habent exitus. Ci. de. N. 78.a.

Perditæ ciuitates hos solent exitus exitiales habere. Ci. I. V. 238.a.

In exitu est iam meus consulatus. Ci. p Mur. 143.a.

Mimi ergo est exitus non fabulę, in quo cum clausula non inuenitur fugit aliquis è manibus. Ci. p Cęl. 51.b.

Armorum exitus semper incerti. Ci. At. 102.b.

Communis mars belliq; casus est incertus. Ci. p Se. 5.a.

Incertus est exitus & anceps fortuna belli. Ci. p Mar. 233.b. Exitum expectare debemus. Ci. At. 261.a.

Atq; hoc rei exitus indicauit, quis enim &c. Ci. de Leg. 289.a. Vt quæ reip. polliceremur exitu præstaremus. Ci. Ep. 148.a.

Ne ipsarum quidem uirtutum laus reperire poterit exitum nisi dirigatur ad uoluptatem. Ci. de Fin. 60.a.

Quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant. Ci. de 61.a.

Exlex. qui lege aliqua non tenetur.

Ci. p Clu. 37.a. Non quod illi Syllam exlegem esse putarent.

Exolesco, scis. quasi inueterasco.

Ci. In Sal. 274.b. Posteaq̃ ętas tua iam ad ea patienda quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat.

Exoletus, a, um. quasi emeritus catamytus.

Ci. p Mil. 112.a. Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Exoluo, uis. Ci. I. V. 159.b. Ille tantũ decumanis quãtum iste imperauit, exoluit.

Nec exoluit quod promiserat. Ci. Off. 53.b.

Nomina mea per deos expedi, exolui, bella reliqui. Ci. At. 255.b. Si me occupationibus relaxaro, nam ut planè exoluam non postulo. Ci. Ep. 95.b.

Exoptatus, a, um. Ci. p S. R. 21.b. Exoptatum nuntiũ alicui afferre.

Exopto, as. Ci. Ep. 52.a. Multis de causis te exopto q̃ primum uidere. & 21.a. Vt sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus exopto.

Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur. Ci. I. P. 100.b.

Torqueor infelix ut iam Mutianum exitum exoptem. Ci. At. 148.a. Nunc ea cognosce, quæ maxime exoptas. Ci. Q. Fr. 302.b.

Si unus ex omnibus exoptandus esset. Ci. Ep. 20.b.

Exorabilis, le. placabilis. X. inexorabilis.

Ci. At. 2.b. Ille est minus exorabilis. & Q. Fr. 298.a.

Exorabilis iracundia. & p Dom. 222.a.

Exorbeo, es. haurio, helluor.

Ci. de Or. 104.a. Ne inique iudicio exorbeatur sanguis meus. Gustaras ciuilem sanguinem uel potius exorbueras. Ci. I. A. 173.b.

Iã decolorẽ sanguinem oẽm exorbuit. Cic. Tus. 179.a.

Quę unq̃ Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?

Seruius multorum difficultates exorbuit. Cic. p Mor. 228.a.

Exordior, iris. ordior, exordium capio, principiũ duco.

Ci. de Or. 94.b. Qui non timide ad dicendum accedũt, neq; in exordienda oratione perturbantur, penè uidentur impudentes.

Quæ cum ille dixisset, tũ ego rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere, non ignoro Quinte &c. Cic. de. D. 129.a. Ea quibus ante exorsa & potius detexta propè retexantur. Ci. de Or. 123.a.

Iubent

Iubent exordiri ita ut eum, qui audiat, beneuolum nobis faciamus, & docilem & attentum. Ci. d Or. 116. a. & 121. b. *Pertexe modo Antoni, quod exorsus es, & 11. b. Exorsus es non gloriose magis, ut tu putas, a ueritate q̃ a nescio qua dignitate.*
Exordiri ab ipsa re. Ci. d Or. 138. & 160. a.
Exordiri causam a dicto aduersarij. Ad Her. 2. b.
Quæ clamore exorsa uerbis paruam rem magnam fecit. Ci. p Cæl. 45.
Tunc dicere exorsus est, primum igitur inquit &c. Ci. d Fin. 54. b.

Exordium, dij. Principium, exorsus, procœmium.
Ci. d Or. 95. a. *Animaduerti summos oratores in dicendi exordio permoueri.*
Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. Ci. d Vn. 196. a.
Ergo ita nascetur exordium. Ci. Tus. 149. b.
Semper equidem magno cum metu dicere incipio, quotiescunq; dico, totiens mihi uideor in iudicium uenire non ingenij solum sed etiam uirtutis atq; officij. Cic. pro Clu. 28. a. *Principia uerecũda non elatis intensa uerbis, sed acuta sententijs uel ad offensionem aduersarij, uel ad commendationem sui.* Ci. Or. 208. a.
Exordium aut exile, aut nugatorium, aut uulgare atq; commune. Ci. d Or. 137. b.
Ego ab ultimis temporibus scribendi exordium capiendum censeo. Ci. d Leg. 157. b.
Ergo hinc capiamus exordium, omne animal &c. Cic. d Fin. 129. b.
A Bruto igitur exordium capiamus. Ci. I. A. 201. a.
A qua totius uitæ ducat exordium. Ci. d Fin. 128. b.
Seseq; ipsa uersans sempiternæ uitæ induxit exordium. Ci. d Vn. 199. b. *Ne' ue inde nauis inchoandæ exordium cœpisset exordium.* Ci. d Fat. 147. b.
Exordium mali. Ci. d In. 42. b.

Exorior, riris. orior, erumpo, exardesco.
Ci. d. D. 127. b. *Post solstitium canicula exoritur.*
Noua quædam illa immanitas exorta est. Cic. p Syl. 181. a. *Repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido.* Ci. p Clu. 20. a.
Ferrea tũ uero proles exorta repẽte est. Ci. d N. 58. a.
Et repentinus Sylla nobis exoritur. Ci. 3 Rul. 89. a.
Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. Ci. Ep. 4. b. *Qua gloria commotus Epicurus exoritur.* Cic. Tus. 234. b.
Honestũ, qđ ex his uirtutibus exoritur. Ci. d Fi. 140. a.
Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Cic. Off. 62.
Sed exorietur Thucydides. Ci. d Opt. 144. a.
Ego nunc paulum exorior, & maxime his literis, quæ Roma afferuntur. Ci. At. 117. a.
Ante extingui atq; opprimi q̃ planè exortum ac natum esset. Ci. 3 Rul. 84. a.

Exornatio, onis. lepor, concinnitas, festiuitas quędam.
Ci. d In. 63. b. *Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione.*
Nam quod quibuscunq; uerbis dixeris, facetum tamen est, re continetur, quod mutatis uerbis salem amittit, in uerbis habet leporem omnem. Ci. d Or. 132. a.
Ornamenta et quasi conformationes sententiarũ. Ci. Or. 209. b. *& ibi de exornationibus uerborũ et sentẽtiarũ.*
Sententiarum formę tanq̃ figurę. Ci. d Opt. 144. a.
Dignitas est elocutionis forma quæ reddit ornatã orationem uarietate distinguens, hæc in uerborum & sententiarum exornationem diuiditur. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione, sententiarum exornatio est, quę non in uerbis sed i ipsis rebus quãdã habet dignitatẽ. Ad Her. 28. a.

Exornator, oris. Ci d Or. 113. a. *Cæteri non exornatores rerum sed tantummodo narratores fuerunt.*

Exorno, as. X. deformo.
Ci. I. V. 214. a. *Exornat ample magnificeq; triclinium, exponit plurima ac pulcherrima uasa argentea.*
Pythagoras exornauit eam Gręciam, quæ magna dicta est, præstantissimis artibus. Ci. Tus. 230. a.
Illustrare & exornare orationem. Ci. d Or. 156. b.
Exornare aliquem falsa gloria. Ci. Tus. 177. b.
Id amplector, exorno, exaggero. Ci. d Or. 135. b.
Mulieres eum ita exornatum deprehenderunt. Cic. d Ar. 254. a. *Domus exornata & instructa.* X. *nuda & inanis.* Ci. I. V. 125. b.
Clarum & exornatum trophæum. Ci. d In. 55. b.
Id accidet si imagines aliqua re exornabimus, ut si coronis aut ueste purpurea, aut si qua re deformabimus, ut si cruentam aut cœno oblitam inducamus. Ad Her. 13. a. et. 29. a. *Et utrum' ue aliquem exornari oportuit qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an non?*

Exoro, as. impetro, placo.
Ci. d Or. 96. a. *Nunc te iam exoremus necesse est, ut nobis explices &c.*
Brutus & Cassius utinã q̃ facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne &c. Ci. At.
Ita me frater exorauit, ut huc secum uenirem. Ci. d Or. 109. b. 110. a.
Cum facile exorari Cæsar tum semel exorari soles. Ci. p Deio. 141. a.
Antea deterrere te, ne popularis esses non poteramus, nunc ut sis popularis exorare non possumus. Cic. I. A. 117. b. & d Pro. 78. a.
Is exoratus est a scorto, ut securi feriret aliquem &c. Ci. d Sen. 85. b.
Exoro enim, ut mecum cœnet. Ci. Ep. 264. b.
Quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peieret facile exorare potero. Ci. p. Q. R. 52. b.
Ille ea exorabat, quæ uolebat auferre, tu extorques. Ci. Offi. 330. b. *Benemeritos quin colas, exorari fas non est.* Ci. Post q̃. 203. a.
Negat illa posse hominem exorari. Ci. I. V. 104. a.
Viri nõ eẽ neq; exorari neq; placari. Ci. p Mur. 138. b
Post exoratus, poposcit &c. Ci. p Clu. 32. a.

Exorsus, sus. exordium. Ci. p Pom. 5. b. *Quoniã is est exorsus orationis meæ.*

Exortus, tus. X. occasus. Ad Her. 23. a. *Solis exortus, cursus, occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt.*

Exotericus, a, um.
Ci. At. 63. b. *Aristoteles in libris, quos exotericos uocat &c.*

Expallesco, scis. Ad Her.7.b.Erubuisse,expalluisse, ti tubasse.

Expectatio,onis. spes. Cic.ȝ Rul.79.b. Nolo suspensam & incertam plebem rom.obscuro spe & cæca expectatione pendere.

Ex tuis literis plenus sum expectatione de Põpeio.Cic. At.45.a.&.30.a.Quantum tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli.

Quantum mihi expectationem dedisti conuiuij istius. Ci.At.19.b.&.2.b.Crebras expectationes nobis tui commoues.

Commorat expectationem Lupus.Ci.Q.Fr.306.a.

Scio me in respondendo non habere magnam expectationem,quod &c.Ci.In Sal.272.b.

Pendeo animi expectatione Corfiniensi,in qua de salute reip.decernitur.Ci.At.122.a.

Quo isto maiore fecisti eo me maior expectatio tenet, quibusnam rationibus &c.Ci.ď Or.115.a.

Cum res in summa expectatione esset,audimus etc.Ci. At.127.a.&.131.b.Omnis expectatio nostra erat in nuntijs Brundusinis.

Nihil magis ridetur,quàm quod est præter expectationem.Ci.ď Or.135.a.

Decipere expectationem alicuius.Ci.ď Or.135.b.

Præteritorum recordatio est acerba,acerbior expectatio reliquorum.Ci.ď Cla.189.b.

Harum rerum non solum euentus atq; perpessio sed etiã conditio,expectatio,mentio ipsa denuq; indigna homine libero est.Ci.ꝑ Rab.93.b.

Profecto istis boro nulla uacuo expectatione periculi relinquetur.Ci.Anteq.195.b.

Sustines enim magnam expectationem industriæ nostræ,magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Cic.Off.53.b.

Vt quam expectationem tui concitasti,eam sustinere ac tueri possis.Ci.Ep.18.b.

Eo causa quo concursu hominum,quo expectatione defensa est.Ci.ď Or.99.b.&.96.a.Nihil dicam expectatione uestra dignum.

Nunc has expectationes habemus duas,unam & c.alteram &c.Ci.At.112.b.&.46.a.Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.

Nescis quanta cum expectatione te sim auditurus.Cic. ď.N.60.a.

Scribis mirificam expectationẽ esse mei. Ci.At.105.b

Ea si paulo latius dixeris,expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri.Ci.ď Or.102.a.

Summa est expectatio tui.Ci.At.284.a.

Summa scito in expectatione te esse.Ci.Ep.19.a.

Cum me in summã expectationem adduxeris.Ci.Tus. 156 a. Afferre expectationem alicui.Ci.At.48.a.

Facere expectationem sui.Ci.Acad.3.b.

Vincere expectationem.Ci.Ep.19.b.&.245.b.Sum in expectatione omnium rerum.

Cn.Saturninus reus est factus,quod iudicium nunc est in expectatione.Cœl.Ep.123.a.

Summa omnium expectatio,quid nam sententiæ ferẽt nummarij iudices.Ci.ꝑ Clu.33.a.

Expectatus,a,um. Ci.At.57.a.Aduentus tuus mihi suauissimus expectatissimusq; erit.

Intellexi te laborare,ut ad me tuæ expectatissimæ literæ perferantur.Ci.Ep.545.b.

Charus omnibus expectatusq; uenies.Ci.Ep.257.a.& 55.a.Venies mihi crede expectatus.

Aliquis expectatus ad amplissimam dignitatem.Cic.ď Sen.91.a.i.de quo spes est,eum fore clarissimum.

Expecto,as. præstolor, spero.

Ci.At.217.b.Diem ex die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum.&.121.b.Expecto,ut sciam quid respondeas consultationi meæ.

Hanc rem auidissime ciuitas expectat. Ci.I.A.258.b.

Quod cum magna spe expectamus.Ci.At.264.b.

Lõgiores expectabo uel potius exigam.Ci.Ep.253.a. &.170. Non expectant solum sed postulant.

Neq; hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo respondeam.Ci.Acad.6.a. De Aufidio,non puto te expectare dum scribam &c.Ci.I.A.

Non necesse est expectare,quin mox fiat &c.Cic.ď In. 73.a. Reliquum est ut tuam profectionem amorem prosequar,reditum spe expectem,absentem memoria colam.Ci.Ep.256.a.

Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus ex quodam rumore &c.Ci.At.2.a.

Omnia uolo a me & postules et expectes.Ci.Ep.40.a.

Si homines transitum tempestatis expectare potuissent. Ci.At.35.b.&.71.b.Sed cursum expectabamus.

Expectoro,as. Ci.ď Or.157.a.Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.&.163.b.&.213.a.

Expedio,dis. conficio,libero,uindico, explico, extrico. ✕.impedio. Cic.At.39.b.Aut nos expedies omni molestia,aut eris particeps.

Immo habeo gratiam, hærerem enim nisi tu me expedisses.Ci.I.P.95.b.

Sed me multa impedierunt,quæ ne nunc quidem expedita sunt.Ci.Ep.239.b.

Peto a te ut eum expedias.Ci.Ep.219.b.&.138.b.Me aliud ex alio impedit,sed si me expediero &c.

Nam non expeditur successio,quando Galliç &c.Cœl. Ep.119.a. Non desinam cum Galba communicare, si quid expediri poterit.Ci.Ep.91.a.

Sed non dubito quin.S.C.expeditum sit.Cic.At.70.a.

Iudicia reliqua impendent,nondum est planè expeditum.Ci.At.65.a.

Peto a te ut eius negotia explices & expedias tum iure & potestate quam habes, tum etiam authoritate & consilio tuo.Ci.Ep.214.b.

Ii remotis sensibus ne id ipsum quidẽ expedire possunt, quod disserunt.Ci.ď Fin.[illegible]2.a.

Expedire exitum institutæ rei.Ci.Ep.44.b.

Expediendis conficiendisq; rebus uincere alios.Cic.de Cla.178.a. Expedire se ex laqueis.✕.induere se in laqueos.Ci.I.V.129.a.

Sed quoniam mea causa expedita est, uideamus nunc quid Aruspices dicant.Ci.ď Ar.247.b.

Si uita nostra in aliquas insidias incidit,omnis honesta ratio est expediendæ salutis.Ci.ꝑ Mil.103.b.

Cum

Cum Licinius uenisset, Pyxidem expediret, manu porrigeret &c. Ci. p Cęl. 41. b.
Sapientis est cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. Ci. p. R. P. c 26. b.
Videte, ut dū expedire sese uult, induat. Ci. I. V. 129. b.
Quod satisdato debeo, peto a te, ut ante prouideas, planèq; expedias, & solutum relinquas. Ci. At. 255. b.
Ad expediendum te, si causa fuerit, commorere. Ci. Q. Fr. 316. b.
Breui expediam, agro bene culto &c. Cic. d Sen. 89. a.
Nihil expedio, nisi &c. Ci. At. 151. a. i. extrico.
Dum hic nodus expediatur. Ci. At. 81. a. & 49. a. Expedire se ab omni occupatione.

Expedit, hat. utile est. Ci. At. 115. b. Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem dominationis.
Pecuniā in prędijs collocare expedit. Ci. p Cec. 288. a.
Multi dubitabāt, qđ sibi expediret. Ci. p Mar. 135. b.
Idem expedit & tibi & mihi. Ci. ꝯ Rul. 79. b. et. 80. b.
Facere quod utile sit, quodq; expediat. Ci. Off. 67. a.
Quid rectum sit apparet, quod expediat obscurū est. Cic. Ep. 74. b.
Omnibus bonis expedit saluā esse rēp. Ci. I. A. 249. a.
Neq; ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Ci. At. 130. b.

Expedite. plane. Ci. d Cla. 186. b. C. Censorinus, quod proposuerat explicans expedite.

Expeditus, a, um. promptus, paratus, facilis.
Ci. d Am. 98. a. Reditus ad cœlum optimo cuiq; expeditissimus est.
Quare aduola, expedita mihi erunt omnia si te uidebo. Ci. At. 36. a. Sic habeto nihil nobis expeditis fore fortunatius. Ci. Q. Fr. 316. b.
Hic cum cęteris, quæ habebat uadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficisci posset. Ci. p Quin. 4. a.
Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. Ci. p Mil. 106. b.
Expedito nobis homine & parato opus est, qui &c. Ci. I. A. 236. a. & ibi. Bonorum animus ad nutū nostri ordinis expeditus iam non erit.
Non conuenit enim cum ego ad promerendum officium fuerim expeditus, uos ad referendam gratiam esse tardiores. Ci. Anteq̄. 193. a.
Ad uim promptus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. Ci. ꝯ Rul. 82. b.
Ea sunt ad explicandū expeditissima. Ci. Q. Fr. 316. b.
Disciplina Hermagoræ ad inueniendum expedita. Ci. d Cla. 189. a.
Exercitus expeditus ad mutādum locum. Ci. At. 78. a.
Facilis & expeditus ad dicendum. Ci. d Cla. 180. b.
Expeditus ad pronuntiandum. Ci. d Or. 120. b.
A natura satis solutus atq; expeditus ad dicendum. Ci. d Cla. 187. a. & 185. a. Expedita & perfacile currens oratio. & 184. b. Expedita & profluens ĩ dicendo celeritas. Illam uiam sibi uident expeditionem ad honores. Ci. p Fla. 166. a.
Quos locos multa commentatione & meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. Ci. d Or. 119. a.
Pompeius expeditus antecesserat legiones XI Luceria. Ci. At. 124. a.
Sic igitur inducto & constituto probabili & eo quidē expedito, soluto, libero & nulla re implicato, uides profecto Luculle &c. Ci. Acad. 26. b.
Facilis & expedita distinctio. Ci. d Fin. 55. b.

Expello, lis. eijcio, exigo, detrudo, exturbo, depello.
Ci. At. 156. b. Hi sunt, qui me ciuitate expulerunt.
Expelli atq; exturbari ex agris. Ci. ꝯ Rul. 82. b.
Expelli atq; eijci è prędio. Cic. p Quin. 4. b. & 15. b.
Expulsa atq; exturbata filia. Cic. p Clu. 20. b. & 57. b. Cupiditate matris expulsa ex matrimonio filia.
Ex urbe expelli, exterminari, eijci. Ci. p Mil. 121. b.
Non expulsi sed euocati è patria. Ci. At. 119. a.
Multi a Clodio bonis expulsi. Ci. p Mil. 111. a.

Expendo, dis. perpendo, exquiro, examino.
Ci. p. R. P. 129. a. Hæc laus non poetarum carminibus celebratur, sed prudentium iudicio expenditur.
Equidem cum colligo argumenta causarum non tam ea numerare soleo, q̄ expendere. Ci. d Or. 137. b.
Vos, qui in iudicijs testem diligenter expenditis. Ci. p Fla. 158. b. Nos qui hac arte aliquo uolumus expendere. Ci. d Cla. 181. a.
Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisq; habeat sui. Ci. Off. 23. a.
Nec uero utetur impudenter hac copia, sed omnia expendet ac seliget. Ci. Or. 201. a.
Iidem expendunt atq; æstimant uoluptates. Cic. Post q̄ 207. a. Deinde hæc expendite ac æstimate pecunia. Ci. I. V. 240. a.
Ante pedes prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus per Sex. Cæsium. Ci. p Fla. 160. a.
Expendere pœnas alicui. Ci. Tus. 179. b.

Expensus, a, um. datus. X. acceptus. l. Acceptus.
Ci. I. V. 95. a. Expensa Chrysogono HS sexcenta accepta pupillo Malcolo retulit. & ibi. Chrysogono expensa lata sunt.
Ne tu expensum muneribus ferres. Ci. At. 24. b.
Videas enim unde nummi sint, unde tibi feras expensum. Ci. At. 247. b.
Quis unq̄ in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum? Ci. I. A. 108. a.

Expergefacio, cis. ex somno aliquem excito.
Ci. I. V. 243. b. Si forte expergefacere te posses.
Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. Ad Her. 34. a.
An faces admonendæ sunt, quæ te excitent, tantæ causę indormientem. Ci. I. A. 166. a.

Expergiscor, ris. experrectus sum, excitor, è somno uel de somno excitor, somno soluor. l. Experrectus.
Ci. At. 38. a. Si dormis expergiscere.
Itaq; simul experrecti sumus uisa illa contemnimus. Ci. Acad. 14. a.
Cum autem experrectus esses hora secunda ferè te sibi somnium narrauisse. Ci. d. D. 93. a. & 97. a.
Sed non ita exprecti sumus ut a te cauere possimus. Ci. In Sal. 274. b. Deinde cum somno repetito simul cū sole experrectus essem datur mihi epistola a sororis tuę filia. Ci. At. 217. b.

Experiens,tis. Cic.I.V.158.b. Homo nanus & industrius expientissimus ac diligētissimus orator.et.208.a

A.Aurius uir fortis & experiens.Ci.ꝓ Clu.22.a.

Experientia,tiæ. periclitatio,usus,exemplum.

Plan.Ep.155.b.Quæ si aduentus meus represserit,agā gratias fortunæ constantiæq; meæ quæ ad hanc experientiam excitauit.

Experiētia patrimonij amplificandi.Ci.ꝓ.R.P.129.b.

Docuit enim iam nos longo uitæ usus q; rerum maximarum,ut teneremus &c.Ci.đ Or.127.b.

Atq; harum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.Ci.đ Am.102.b.

Experimentum,ti. Ci.Tus.206.b. Sed nimirū hoc maximum est experimentum,cum constet &c.

Experior,ris. periclitor,periculū facio,tento,ago ī iure. Ci.At.101.a.Itaq; omnia experior &,ut spero, assequar. Experiri id noli, quod te assequi posse diffidas.Ci.Or.197.a.

Te autem & si mallem in meis rebus expertum, q̄ etiā in tuis,tamen &c.Ci.Ep.10.a.&.217.b.Ego quod in me ipso experiri potui,ad te refero.

Par est omnes omnia experiri,qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt.Ci.Or.197.a.

Si quid cum periculo experiri uelis in Cario id potissimum esse faciendum.Ci.ꝓ Flac.160.a.

Et iudicare difficile est sanè nisi expertum,experiendū autem est in ipsa amicitia.Ci.đ Am.108.a.

Babylonij CCCC LXX millia annorum in periclitandis experiundisq; pueris quicunq; nati essent,posuerūt. Ci.đ.D.128.b.

Aliquí magnos esse experiundos & subeundos labores.Ci.ꝓ Sest.26.b.

Vim ueneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato,cuius perceleri interitu esset ab hoc comprobatum uenenum.Ci.ꝓ Cæl.50.a.

De Bruto etiam experti sumus, quod nuper in edicto tuo scripseram rogatu tuo.Ci.At.135.b.

De me experior.Ci.I.A.140.b.

Te arbitror malle ipsum tacere,q̄ taciturnitatem nostrā experiri.Ci.đ Cla.185.b.

Nunc sine periculo experieńdum erit,experiar certe ut hinc auolem.Ci.At.145.a.

Quod ego experiens quotidie probo.Ci.Ep.47.b.

Experiar & tentabo omnia.Ci.At.286.b.

Facile patior oblatum tempus,in quo amorē experiar tuum.Ci.At.263.b.

Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. Ci.ꝓ Plan.163.b.

Neq; id coniectura prospiciebamus, sed iam experti uidebamus.Ci.ꝓ Dom.215.a.

Fuit procurator,qui cum experiri posset.Ci.ꝓ Quin. 12.b.&.13.b.Ego experiri non potui.

Qui ad constitutum experiundi iuris gratia uenisset. Ci.ꝓ Cecin.191.

Experiri summo iure.Ci.ꝓ Quint.6.b.

Qui nunq̄ ne congressu quidem & constituto cœperūt de tantis iniurijs experiri.Ci.ꝓ Cæl.41.b.

Experrectus,a,um.l.Expergiscor.

Ci.ꝓ.S.R.42.a.Nobilitas exprecta rēp. recuperauit.

Ne rei crudelitas in me experrecta in nos conualescat pręcaueto.Ci.Anteq̄.195.a.

Expers,tis. non particeps,uacuus.

Ci.đ Or.168.b.Antonium omnino omnis eruditionis expertem atq; ignarum fuisse.

Censebam oratorem nullius ornamenti expertem esse oportere.Ci.đ Or.108.a.

Pompeius omnes nos ἀπροσηγορήτους expertes sui tāti ac tam inusitati consilij relinquebat.Ci.At.123.a.

Cum cætero sint oīa rationis expertia.Ci.đ.L.160.b.

Feræ rationis & orationis expertes.Cice.Off.11.a.& Offi.319.b.

Te omnium periculorum uideo expertem fore. Cic.Ep. 58.b.& đ Fin.72.b.

Vtriusq; particeps uel utriusq; potius non expers. Cic. Ora.198.b.

Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui.Ci.đ Am.112.a.

Placet igitur humanitatis expertes habere diuinationis authores.Ci.đ.D.125.a.

Facere aliquem expertem alicuius rei.Ci.ꝓ Cor.58.b.

Homo expers consilij & ingenij.Ci.ꝓ Sest.13.b.

Expers rationis.ꝯ.ratione utens.Ci.Top.216.b.

Expertus,a,um. pragmaticus,habens usum multarum & magnarum rerum,usu bellorum gerendorum exercitatus,multarum rerum peritus.

Ci.đ Or.115.a.Dicam enim tibi Catule non tam doctus q̄(id quod maius est)expertus &c.

Hoc quàm crebro accidat experti debemus scire. Cice. ꝓ Mil.114.b.

Cuius audita uirtus dubitationi locum non daret, huius præsens,experta atq; perspecta obtrectatorum uoce læderetur?Ci.ꝓ Cor.58.a. Et iudicare difficile est sane nisi expertum.Ci.đ Am.108.a.

Expetendus,a,um.optabilis. Ci.Or.197.a.Qui res magnas & maxime expetendas concupiuerunt.

Quæ uulgo expetenda & optabilia uidentur. Cice.đ Or.104.a.

Ea quę putant homines expetenda,honestas gloria,trāquillitas animi atq; iucunditas.Ci.đ Am.111.a.

Quod optabile est,id esse expetendū.Ci.đ Fi.127.b.

Expeto,tis. opto,cupio,peto,ascisco.

Ci.I.V.225.b.Atheniensium sacra summa cupiditate expetuntur. Sine quo hoc quod tu expetis, nunquā assequere.Ci.đ Or.96.a.

Nostram gloriam tua uirtute augeri expeto. Cic.Att. 290.a. Antonius,qui maxime expetebatur, facilis in causis reijciendis fuit.Ci.đ Cla.183.a.

Italia ab hoc auxilium magnopere expetiuit.Cice.pro Pom.9.b. Nunc a Flacco Lentuli pœnæ per uos expetuntur.Ci.ꝓ Fla.164.a.

Deos pœnas ob aliquo ob aliquod delictum expetere. Ci.ꝓ Mar.133.b.

Expetere pœnas domestici sanguinis. Ci.đ Ar.254.a.

Ne legaretur A. Gabinius Pompeio expetenti ac postulanti.Ci.ꝓ Pom.14.b.

Nihil esse in uita magnopere expetendum nisi laudem

atq;

atq; honestatem. Ci. p Arch. 133. a.
Ea quæ pleriq; uehementer expetunt, contemnere. Cic. Off. 6. b. Quæ tamen omnia in expetenda amicitia tua secutus sum. Ci. Ep. 42. a. & 173. b. Erichthei filiæ cupide mortem expetiuerunt.
Si pecunia tantopere expetitur, quāto gloria magis est expetenda. Ci. d Or. 124. a.
Itaq; Epicurus semper hoc utitur, ut probet, uoluptatem natura expeti, quod &c. Ci. d Fin. 72. a. & ibi. Qui potiatur expetitis corporis uoluptatibus.
Voluptatem ipsam per se esse expetendam, & dolorem ipsum per se esse fugiēdum. Ci. d Fi. 55. a. & 133. a. b.
Ea. n. uita expetitur, quæ sit ā corporisq; expleta uirtutibus. & 52. b. Nunc sapientia expetitur, quæ est tanq; artifex comparandæ uoluptatis.
A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis. Ci. I. P. 83. b.
Si sapientia tantopere expetitur &c. Cic. d Or. 141. a.
Ille nocturnus ad urbem aduentus uitādus potius q̄ expetendus fuit. Ci. p Mil. 111. a.
Pompeius ab omnibus ad id bellum imperatorem deposci atq; expeti. Ci. p Pom. 4. b.
Nec me κενὸν in expetendo cognosces, nec ἄτυφον in abijciendo. Ci. At. 97. b.
Expetere. X. uitare. Ci. d In. 82. a.
In concionibus tractu quædam & fluens expetitur oratio. Ci. Or. 102. b.
Expetere uitam alicuius. Ci. p Deio. 149. b. Non expetere uitam, non capitis arcessere.
Expiabilis, le. Ci. Tusc. 154. a. Expiabilis religio.
Expiatio, onis. procuratio.
Ci. d Ar. 248. b. Dijs uiolatis expiatio debetur.
Scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio. Ci. d Leg. 163. b.
Expilatio, onis. Ci. Off. 49. a. Expilatio direptioq; sociorum. & 59. a. Expilationes & direptiones sociorū.
Expilator, oris. Ci. Q. Fr. 191. a. Cum domus hospitē non expilatorem recepit.
Expilo, as. Ci. d N. 76. b. Dionysius fanum Proserpinæ Locris expilauit.
Hæc sumenda sunt nobis ab ijs ipsis, a quibus expilati sumus. Ci. d Or. 154. a.
Expilato armario, pecunia ablata. Ci. p Clu. 56. a.
Regem spoliatum expilatumq; dimisit. Ci. I. V. 214. a.
Expilare socios, diripere prouincias. Ci. p Pom. 14. b.
Expingo, gis. Ci. Tusc. 250. a. b. Qui motus hominum, qui ferarum non ita ab Homero expictus est, ut quę ipse non uiderit, nos ut uideremus effecerit?
Expio, as. procuro, placo, macto.
Ci. At. 15. a. Quare quæ uiolata sunt, expiabuntur.
Mare, quo omnia quæ uiolata sunt, expiari putantur. Ci. p S. R. 30. a.
Qui expiandum forum ab illis nefarijs sceleris uestigijs esse dico. Ci. p Rab. 92. b.
Sed primum expiabo religionem ædium mearum. Ci. d Ar. 245. b. & 249. a. Eaq; errata expiantur.
Cuius supplicia Senatus religiones expiandas sæpe censuit. Ci. p Mil. 115. b.
Cereris numen istius supplicio expiari ualebant. Cic. I. V. 226. a.
Sacrum commissum, quod expiari nō poterit, impie cōmissum esto, quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto. Ci. d Leg. 173. b.
Tua scelera Dij immortales in nostros expiauerunt. Ci. I. P. 98. a.
Expiato foro, dissipato concursu impiorum. Cic. I. A. 158. b. Nam etiam sine illius suffimentis expiati sumus. Ci. d Leg. 163. a.
Is nomen populi rom. tanto scelere contaminauit ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio expiari. Cic. d Ar. 251. b.
A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis. Ci. I. P. 83. b.
Quę Dij significent, quemadmodumq; ea procurentur atq; expientur. Ci. d. D. 135. b.
Expiratio, onis. Ci. d. N. 41. b. Terræ expirationibus aer alitur & æther & sidera.
Expiscor, aris. Ci. I. P. 94. b. Itaq; iste simulatq; audiuit a philosopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est.
Nescis me ab illa omnia expiscatum. Ci. Ep. 138. a.
Explanate. Ci. Or. 207. b. Definire aliquid cum explanatius tum etiam uberius.
Explanatio, onis. Cic. d Or. 161. b. Cōmoratio una in re permultum mouet, & illustris explanatio.
Quia erant multa obscura & ambigua explanationes adhibitæ sunt interpretū. Cic. d. D. 104. b. & 135. b. Si ea Dij nobis obijciunt, quorum neq; scientiam neq; explanationem habeamus. Ci. d. D. 135. b.
Portentorum explanationes Hetruscorum disciplina cōtinentur. Ci. d Ar. 248. a.
Religionis explanatio uel ab uno Pontifice perito recte fieri potest. Ci. d Ar. 246. a.
Explanatio est quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ad Her. 27. b. & 19. a. Vniuscuiusq; propositionis explanatio.
Explanator, oris. interpres. Ci. d. D. 104. a. Sunt enim explanatores ut Grammatici poetarum.
Explano, as. interpretor, interpretationem uel explanationem facio, interpretatione explico, illustro, exempla appono, uita factisq; illustro, expono, perspicuum facio, planum facio, explico, aperio, patefacio.
Ci. d. N. 60. b. Ego uero, si quid explanari tibi noles, respondere nolo. & d Or. 152. b.
Plane quid sit non intelligo, explanabis igitur. Ci. At. 207. a. & 229. b. Explanabis igitur hoc diligentius.
Sed ante &c. num istius cœlestis legis explana. Cic. d Leg. 171. a.
Altera quæ docet & explanat quod faciendum fugiendumq; sit. Ci. Off. 20. a.
Docilem autem facio non tum cum polliceor me demonstraturū, sed tū cū doceo et explano. Ci. d Or. 116. a.
Hoc facilius intelligi q̄ explanari potest. Ci. Off. 19. a.
Quæ coniectura explanantur, lōge aliter atq; sunt. Ci. d Or. 135. a.
Explanare rem obscurā īterpretādo. Ci. d Cl. 172. a.

Verbum, quod optime sonat & rem maxime explanat. Cic. Ora. 204. a.
Nõdum autem explanatum satis erat, quid maxime natura uellet, explanetur igitur. Ci. đ Fin. 115. b. & 77. a. Explanare aliquid apertius.
Quapropter ille tibi omnia explanabit. Cic. Ep. 30. b. i. exponet. In lingua ponebant explanatam uocum impressionem. Ci đ Fin. 42. b.

Expleo, ples. impleo, compleo, saturo, satio.
Ci. đ. N. 38. b. Saturnus annis insatiabiliter expletur.
Deus expleuit mundum oĩbus bonis. Ci. đ Vn. 196. a.
Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum se famẽ suam expleturos putauerunt. Ci. ꝑ Dom. 215. b.
Te iam Torquate expletum huius miserijs pigeat &c. Ci. ꝑ Syl. 184. b.
Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Ci. đ Or. 104. a.
Ea enim uita expetitur, quæ sit animi corporisq; expleta uirtutibus. Cic. đ Fin. 133. a. b. & 97. a. Quicquid enim a sapiente proficiscitur, id continuo debet expletũ esse omnibus suis partibus.
Perfectum expletumq; omnibus suis numeris & partibus. Ci. đ. N. 33. a.
Neq; inferciens uerba quasi rimas expleat. Ci. Or. 220. a. & 200. b. Explere sentẽtias mollioribus numeris. & 219. a. Nihilo tamẽ aptius explet cõcluditq; sentẽtias.
Ea si paulo latius dixeris expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Ci. đ Or. 101. a.
Vt aliquando expleti ac saturati discederent. Ci. I. V. 289. b. Non enim uereor ne non scribendo te expleam. Ci. Ep. 18. a.
Explere diuturnam sitim. Ci. đ Sen. 82. a.
Explere libidinem. Ci. ꝑ Cæl. 47. b.
Explere cupiditates, satiare odium. Ci. Part. 238. b.
Explere auaritiam suam pecunia. Ci. ꝑ. S. R. 43. a.
Explere inimicitias & saturare odium. Ad Her. 34. b.
Explere intemperantiam alicuius. Ci. đ Ar. 253. b.
Iis, qui illud malum exciderint, nihil quo expleri possit eorum meritum, tribui unq̃ poterit. Ci. Bru. 186. a.
Explere cumulate uitam beatam. Ci. đ Fin. 73. b.
Hanc igitur partem relictam explebimus. Ci. Off. 58. b.
Vt amicitiæ munus expletum sit. Ci. đ Am. 109. a.
Noli committere, ut excusatione potius expleas officiũ scribendi q̃ assiduitate literarum. Ci. Ep. 168. b.
Sic expleuit, quod utriq; defuit. Ci. đ Cla. 178. a.

Expletio, onis. Ci. đ Fin. 134. a. Expletio naturę.

Expletus, a, um. plenus, perfectus.
Ci. đ Fin 74. b. Expleta & perfecta forma honestatis.
Quorum studijs, ea quæ natura desiderat expleta cumulataq; habeamus.

Explicate. enodate. Ci. đ Or. 147. b. Explicate & distincte dicere.

Explicatio, onis. Ci. I. A. 209. b. Quarum rerum facilis explicatio uidetur.
Verum philosophia dignius sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ. Ci đ. D. 135. a.
Explicatio illustris & perpolita. Ci. đ Or. 119. b.
Explicatio fabularũ et enodatio noĩum. Ci. đ. N. 71. b.
Sed est quasi rudentis explicatio. Ci. đ. D. 106. b.

Explicator, oris. Ci. đ Or. 199. b. Rerum explicator. et đ In. 63. a

Explicatus, a, um. Ci. đ Or. 85. a. Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio.
Sed mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. Ci. ꝑ Plan. 259. b.
Locis est utendum multis, illustribus & explicatis. Cic. đ Or. 141. b.
Mihi non erat explicatum quid agerem. Ci. Bru. 91. b.
Literæ tuæ, q̃bus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius. Ci. At. 139. b.
Rem prope iam explicatam perturbare atq; impedire. Ci. đ Pro. 78. b.
Eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni, q̃ addubitata mali. Ci. Off. 17. a.
Explicata & explorata ratio salutis. Ci. Ep. 78. b.
Explicata cognitio. Ci. đ Vn. 196. a.
Capua planissimo in loco explicata. Ci. ȝ Rul. 85. b.

Explicatus, tus. Ci. đ. N. 79. a. Natura deorum obscura est & difficiles explicatus habet.

Explico, cas. expono, in medio pono, enodo, euoluo, dico, recito, uerbis rem amplector, exitum reperio, extrico, expedio. Ci. At. 119. b. Quid in utranq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui.
Chrysippus totum de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. Ci. đ. D. 81. a.
Perfice ut Crassus quę coarctauit & peranguste refersit in oratione sua dilatet nobis atq; explicet. Ci.
Quæ tria dũ explico quæso attendite. Ci. I. A. 211. a.
Præcepta Stoicorum de quibus est nobis his libris explicandum. Ci. Off. 2. b.
De omni animi ꝑturbatione explicabo. Ci. Tus. 193. a.
De duobus generibus primis tribus libris explicauit. Ci. Off. 53. b. Quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda. Ci. đ Or. 90. b.
Si uelim grammaticum aut physicum quiddam explicare. Ci. đ. D. 134. a.
Nisi mihi totam rationem omni & personarum genere & literarum explicaris. Ci. ꝑ Fla. 155. b.
Explicare aliquid definitione. Ci. đ Fin. 97. a.
Nos τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus. Ci. At. 244. b. Aristotelis topica, quæ sunt ab illo pluribus libris explicata. Ci. Top. 221. a.
Is explicat orationem sanè longam. Ci. ȝ Rul. 68. b.
Veniat modo, explicet suum illud uolumen, quod &c. Ci. ꝑ. S. R. 35. a. Aperiendum est igitur quid sit uoluptas, aliter enim explicari, quod quæritur non potest, quam si explicauisset, non tam hęsitaret. Ci. đ Fi. 68. a.
Laxare aliquod ædificium & explicare illud usq; ad aliquem locum. Ci. At. 89. b. & 214. b. Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quęrere quanti. & 202. a. Eiusq; rei causam uere explicas.
In legibus interpretandis & ęquitate explicãdis. Ci. I. A. 223. a. & đ Fi. 97. a. Bonũ ẽe definitione explicet.
Sõma Antiphõtis ĩterpꝛtatiõe explicata. Ci. đ. D. 88. b.
Alicuius negotia explicare & expedire. Ci. Ep. 214. b.
Negotia nostra amabo te explica. Ci. At. 74. b.

Quare do operam ut te explices, & huc ꝗprimum ue-nias. Cic. At. 131. & 109. b. Nihil uidi unꝗ quod mi-nus explicari posset. & 110. b. O rem inquis inexplica-bilem, atqui explicanda est. & 71. a. Sed anteꝗ profici-score utiꝗ explicatum sit illud HS XX & DCCC.
Explica atꝗ excute intelligentiam tuam, ut uideas &c. Ci. Off. 68. a.
Vitam alterius totam explicare, atꝗ eam in oculis con-spectuꝗ omnium exponere. Ci. I. V. 59. a.
Hęc si uerbis explicare conemur, frustra laboremus. Ci. d. Vn. 101. b.
Explicari res non potest. Ci. At. 116. a.
Multę res in philosophia nequaꝗ satis adhuc explica-tę sunt. Ci. d. N. 1. a.
Explicare expedite quod proposueris. Ci. d. Cl. 186. b. & 179. Copiꝰ multo exposita, nec explicata.
Explicare aliquid apertissime & planissime. Cic. I. V. 140. b. Si quis uoluerit complicatam animi sui notio-nem euoluere. Ci. Off. 67. a.
Explicare & excutere aliquod uerbum. Ci. pt. 141. a.
Illo potius explicetur incredibilis fabrica naturę. Ci. d. N. 54. a. Explicare causas rerum. Ci. Ep. 67. b.
Nunꝗ te, nisi omnia, quę percūctati erimus, explicaris, dimittemus. Ci. d. Or. 93. a.
Explicare ordines temporum. Ci. d. Cl. a. 166. a.
Explicare philosophiam. Ci. d. D. 109. b.
Explicare se dicendo. Ci. p Fla. 148. a.
Explicare sententiam suam. Ci. d. Fin. 64. a.
Explicare mentem suam de quoꝗ re. Ci. Or. 207. b.
Explicare cogitationes suas litteris. Ci. At. 159. a.
Explicare quid sit optimum factu. Ci. Ep. 96. b.
Summorum oratorū grecas orationes explicabam, qui bus lectis, hoc assequebar, ut cum ea quę legerem grę cè, latine redderem, nō solum optimis uerbis uterer, sed etiam &c. Ci. d. Or. 97. b.
Κύκλω τοπεῖον, quam conterineram legendo totam in hoc imperio explicaui. Ci. Ep. 142. a.
Tanꝗ in aliquam locupletem domum uenerim non ex-plicata ueste, neꝗ proposito argento neꝗ signis ac tabu lis propalam collocatis. Ci. d. Or. 98. a.
Siciliam undiꝗ cinctam periculis celeritate consilij ex plicauit. Ci. p Pom. 9. b.
Cur igitur uos inducitis in eas captiones, quas nunquā explicetis. Ci. d. D. 216. b.
Qui se profecto nunꝗ, si in istum locum processerint, explicabunt. Ci. p Cęl. 52. a.
Explodo, dis. eijcio, exsibilo.
Ci. d. Or. 102. a. Æsopum, si paulum irrauceritt, explo di uideo. Histrio si paulo se moueat extra nume-rum exsibilatur & exploditur. Ci. Parad. 110. a.
Erotes comœdus non modo sibilis sed etiam conuitio è scena explodebatur. Ci. p. Q. 50. a.
Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explo sus. Ci. Q. Fr. 313. b.
Aristonis & Pyrrhonis explosa sententia. Ci. Off. 2. a.
Iam explosę ejectęꝗ sententię Pyrrhonis & Herilli. Ci. d. Fin. 29. b.
Id quod tum explosum & eiectum est. Ci. p Cl. 35. b

Sed hoc quidem genus diuinationis uita iam communis explosit. Ci. d. D. 126. b.
Explorate. certe. Plan. Ep. 148. a. b. Non solū bene spe rare de uobis homines sed explorate iudicare uolumus
Explorate perceptum esse & cognitum. Ci. d. N. 1. a.
Exploratus, a, um. X. dubius. Ci. At. 47. a. Fac ut om-nia ad me perspecta & explorata perscribas.
Magna spe et propè explorata libertatis causam suscepi mus. Ci. I. A. 228. b. et 65. 75. b. Spes olicuius explorata
Non est igitur tam explorata ista ratio ꝗ uidetur. Cic. d. N. 14. a. Exploratа nobis ē uictoria. Ci. Ep. 78. b.
Sic ut ei iam exploratus et domi conditus consulatus ui deretur. Ci. p Mur. 136. a.
Vt nō libeat cuiꝗ dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eū redditurum. Ci At. 61. a.
De quo mihi exploratum est ita esse ut tu scribis. Ci. Ep. 27. b. Cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum. Ci. Postquā. 201. a.
Cui possit exploratum esse de suo salute? Ci. Aca. 14. b.
Quid enim mihi exploratius esse potest, quàm illius ani mus in remp? Ci. At. 287. a.
Cum mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scri bam ad te pluribus. Ci. Ep. 131. b.
Quid sine id quidem exploratum est, fore ut mihi li-ceat. Ci. d. N. 160.
Brundusium pergere cogito, felicior enim et explora-tior deuitatio legionum fore uidetur quàm piratarum, qui apparere dicuntur. Cic. At. 252. a. & 261. a. Dixi me nullo modo facere posse, nisi mihi exploratum esset, eum Tyrannoctonis amicum fore. & 119. b.
Quis est tam stultus cui sit exploratum se usꝗ ad uespe rum esse uicturum? Ci. d Sen. 91. a.
Deus habet exploratum fore se semper. Ci. d. N. 12. a.
Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in ciui tate Antonium uideatis? Ci. I. A. 212. a.
Si exploratum habere cœpero, Cęsarem honoribus ex traordinarijs fore contentum. Ci. At. 275. b. b. & 141. b. Cęsarem hoc idem probaturum exploratum habeo.
Illud exploratum habeo, nihil fieri posse sine causa. Ci. d. D. 121. a. Litterę a timore exploratę. Ci. At 47. b.
Exploro, as. Ci. I. V. 244. b. Quę quidem prospecture iam exilium & explorare fugam uidebatur.
Vide quęso ea quę restant, & exploro cum istis. Cic. d Or. 173. b.
Futura quoꝗ, nisi ante sit occursum, explores, ne se insi-nuent. Ci. ad Bru. 256. b.
Sed exploro rem totam Ci. At. 97. a.
Pompeius Siciliam adijt, Africam explorauit. Cic. pro Pom. 10. b. Si exploratum tibi sit posse te illius reg-gni potiri. Ci. Ep. 7. a.
Iam exploratum est omnibus, quo loco tuo causa sit. Ci. I. V. 269. b. Vt de Clodio, de quo mihi exploratum est illum non facturum &c. Ci. Ep. 46. b.
Expolio, lis. Ci. d. In. 61. b. Nihil simplici in genere oī ex parte perfectum natura expoliuit.
Cum aut ad lineamenta oris peruentum est, tum intelli-ges, illud quod iam expolitum sit, intus fuisse. Ci. d. D. 118. b.

EE

Plato Syracusijs Dionem doctrinis omnibus expoliuit. Ci.de Or.155.b.& 112.a. Nox te inquit nobis Antoni expoliuit.

Difficillimũ uero est inuentũ expolire. Ad Her.11.a.

Neq; eodẽ ratione expolire partitiones. Ci.de In.56.b.

Expolitio, onis. Ci.Or.215.a. In uerbis inest materia quædam, in numeris expolitio.

Oratio ornata & artificio quodam & expolitione distincta. Ci.de Or.89.a.

Argumentatio est inuenti artificiosa expolitio. Ci.de In. 56.b. Expolitiones utriusq; nostrum sunt in manibus, sed tuo ad perfectum. Ci.Q.Fr.323.a.

Expolitus, a, um. Ci.de Cla.173.a. C. Tuditanus omni uita atq; uictu exculrus atq; expolitus.

Expono, nis. enarro, edissero, explico, edico, edo, expromo, exprimo. Ci.p.S R.20.b. Ab initio res, quemadmodum gesta sit, uobis exponam.

Exponere rem gestam. Ci.p Mil.106.a.

Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu. Ci.Am.90.a.

Is exposuit nobis sermonem de amicitia &c. Ci.de Am. 95.b. Ille sermo noster, qui est expositus in Bruto. Ci.Ora.198.a.

Quod tibi ut Planius exponam, paulo altius repetã. Ci.Ep.10.a.& 12.a. Summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi si potero, breuiter exponam.

Exponam uobis breuiter consilium profectionis meæ. Ci.I.A.153.a.

Difficile est formam exponere optimi. Ci.Or.200.a.

Exposui breuiter consulatum meum, aude nunc &c. Ci. I.P.81.a.

Hæc a te inuitatus breuiter exposui. Ci.At.125.a.

Quam orationem in originibus suis exposuit ipse Cato. Ci.de Or.104.b.

Hoc in sermone, cum a me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, uisa est oratio non iniucunda. Ci.Ep.59.b.

Si exponendo narratio est. Ci.Or.217.b.

Exponere præcepta diligenter enodata. Ci.de In.63.a.

Exponere rem. Ci.de Or.137.a.

Exponere aliquid ex memoria. Ci.I.C.113.b.

Qui artes rhetoricas exponunt. Ci.de Or.150.a.

Mei facti rationem exponere illis uolo, qui &c. Cic.de Ar.144.a.

Reddere & exponere rationem alicuius facti. Cic.pro Cæl.46.b.& Ep.68.a.

Exponere mandata. Ci.Off.72.a.

Si mandata sint exponenda in Senatu ab imperatore. Ci.de Or.113.a.

Exponere mandata alicuius alicui. Ci.de Fin.77.a.

Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatẽ. Ci.Anteq.195.a.

Equidem soleo, quod uno græci, si aliter non possum, idem pluribus uerbis exponere. Ci.de Fin.93.a.

Dictum de altero est, expone nunc de reprehendendo. Ci.Part.233.b.

Hoc de quo modo exposuit Antonius. Ci.de Or.93.b.

Ego autem cum illo sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. Ci.Ep.14.a.

Capita multa exposita, nec explicata. Ci.de Cla.179.a.

Qui magistratu abierint, apud censores edant & exponant, quid in magistratu gesserint. Ci.de Leg.193.b.

Totam causam iudices explicemus, atq; ante oculos expositam consideremus. Ci.p Clu.14.

Vitam alterius totam explicare, atq; eam non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuq; omniũ exponere. Ci.I.V.59.a.

Post autem aliquanto toto Vulturtij iam indicio exposito atq; edito surrexit &c. Ci.I.C.113.a.

Vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti. Ci.I.A. 182.a. Ab hoc abaci uasa omnia, ut exposita fuerãt, abstulit. Ci.I.V.207.b.& 214.a.

Atq; ille strauit lectulos & exposuit uasa samia. Cice. p Mur.142.a.

Expones, quæ spectet florida & uaria? Ci.Tus.199.b.

Signa, quæ nobis curasti ea sunt ad Caietam exposita. Ci.At.2.b. Frumentum aduexi, exposui, uendo meũ &c. Ci.Off.62.a.

Exponere & numerare pecuniam. Ci.At.70.b.71.a.

Ingenijs hominum criminosorum exposita est uita innocentium. Ci.Part.233.b.

Quasi eximio pmio sceleris exposito. Ci.p Quĩ.13.b.

Exportatio, onis. X. inuectio.

Ci.Off.35.a. Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio.

His exportationibus, quæ recitatę sunt. Ci.I.V.146.a.

Exporto, as. X. inueho. Ci.p Fla.149.b. Qui in fame frumentum exportare ausus est.

Cum frumentum quotannis ex Italia atq; ex omnibus prouincijs exportaretur. Ci.p Fla.160.a.

Asia fertilis multitudine earum rerum, quæ exportantur. Ci.p Pom.6.b.

Exportare aliquid ex urbe. Ci.I.V.144.b.

O portentum in ultimas terras exportandum. Cic.I.V. 84.a. Vt inde aurum exportari argentumq; prohiberes. Ci.In Vat.31.a.

Exposco, scis. Cice.p Mil.119.b. Misericordiam ipse non implorat, ego autem repugnante hoc imploro & exposco.

Expositio, onis. Ad Her.6.b. Narratio defensoris simplicem & dilucidam expositionem habere debet.

Expositio sententiæ suæ. Ci.de Or.162.a.

Perspicua & dilucida expositio. Ad Her.36.a.

Expositus, a, um. Ci.de Or.100 b. Expositæ a Cn. Flauio primum actiones.

Cum essent triclinia strata argentũq; expositum in ædibus. Ci.I.V.207.a.

Domus patens atq; adeo exposita cupiditatibus. Ci.pro Quint.17.b.

Colores pictori expositi ad uariandum. Cice.de Ora. 163.a.

Expostulatio, onis. X. purgatio.

Ci.Ep.35.a. Nũc cognosce ęquitatẽ expostulatiõis tuę.

Contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio. Ci.Q.Fr.306.a.

Cum esset expostulatio facta. Ci. p Clu. 52. a.

Flagitabar bonorũ expostulatiõe etc. Ci. p Do. 216. a.

Expostulo, as. exposco, expostulationem facio. X. purgo. Ci. I. V. 195. b. Omnes de nostris iniuriis expostulant.

De qua alienum tempus est mihi tecum expostulãdi, purgandi autem mei necessarium. Ci. Ep 41. a.

Sed locus uidetur esse tecum expostulãdi. Ci. Ep. 28. b. & 61. a. Facilis a te existimari debeo, qui nihil tecum de iis ipsis rebus expostulem.

Aut quoniam tam facile inueheris in amicos, cur nõ iracũdius aut uehementius expostulasti? Ci. p Syl. 175. b.

Sed uenio ad L. Cassium, cuius ex oratione ne illum quidem Iuuentium tecum expostulasti. Ci. p Plan. 271. a.

Vix me diusfidius tu Fanni a Ballione hoc expostulare auderes & impetrare posses. Ci. p. Q. R. 53. a.

Expresse. Ad Her. 26. a. Expresse conscripta ponere oportet exempla.

Expressus, a, um. X. adumbratus.

Ci. d. N. 16. a. Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis.

Hæc uides quanto expressiora, quantoq illustriora futura sunt. Ci. Ep. 8. a.

Hæc sunt indicia solida, & expressa, hæc signa probitatis. Ci. p Plan. 265. a.

Expressa sceleris uestigia extant. Ci. p. S. R. 28. b.

Expressa signa uirtutis. X. adumbrata &c. Ci. p Cæl. 39. b. Res solida & expressa non adumbrata. Cice. Tus. 190. b. Sed nos ueri iuris germanæq iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. Ci. Off. 65. b. & 17. a. Sonus erat dulcis, literæ neq expressæ neq oppressæ.

Fatentur in persona Meandrii expressam esse faciem ciuitatis. Ci. p Fla. 157. b.

Multas imagines fortissimorum uirorum expressas scriptores nobis reliquerunt. Ci. p Arch 180. b.

Hoc auspicium diuini nihil habere potest, quod tam sit coactum & expressum. Ci. d. D. 123. b. & 117. a. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit.

Exprimo, mis. expono, eloquor, consequor, oratione complector, imitor, effingo.

Ci. Q. Fr. 325. b. Tu qui omnes isto eloquendi & exprimendi genere superasti.

Oratio ad exprimendos oĩ sensus repta. Ci. Or. 215. a.

Nemo superiorũ non modo expresserat sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari. Ci. Acad. 19. a.

Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari neglige̅tius. Ci. d Or. 146. b.

An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda. Ci. p Rab. 91. b.

Hæc uerbo ipsa Platonis expressi, igitur &c. Cic. d. D. 93. b. Bellum Mithridaticum totum ab hoc expressum est. Ci. p Arch. 189. b.

Atq hanc speciem Praxiteles cælauit argento & noster Archias expressit uersibus. Ci. d. D. 97. a.

Cur nõ ipsius confessionem multorum oculis? facinoris denique uoce tanti sceleris crimen expresserint?

Omnem illius meumq sermonem omnibus uerbis expressum tibi statim mittam. Ci. At. 151. b.

Poeta fingendo exprimens Scyllam aut Charybdim. Ci. d Ar. 258. a.

Ille uir quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem uidemur, expressimus. Ci. At. 114. a.

In libris Platonis ferè omnibus Socrates exprimitur. Ci. d Ora. 144. a.

Exprimere oratione mores alicuius. Ci. d Or. 125. a.

Qui non uerba sed uim græcorum expresserunt poetarum. Ci. Acad. 41. a.

Omnis uis ratioq dicendi in eorum, qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis exprimenda est. Cice. d Or. 86. b.

Exprimere formam reip. & temporum. Ci. Ep. 43. b.

Exprimere quandam formam dicendi. Ci. d Or. 117. a.

Qui iura non utilitate communi sed literis exprimis. Ci. p Cecin. 294. a.

Exprimere & effingere formã alicuius. Ad Her. 39. b.

Exprimere quædam uerba imitando. Ci. d. D. 97. b.

Perfecti oratoris species exprime̅da est. Ci. Or. 202. b.

Nec tamen exprimi uerbum è uerbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent. Cic. d Fin. 93. a. i. exponi. & 49. a. Fabulæ ad uerbum de græco expressæ.

Manus digitis subsequens uerba non exprimens. Cic. d Or. 163. a. & ibi. b. Gestus scenicus uerba exprimens.

Relinquere effigiem uirtutum nostrarum summis ingeniis expressam & politam. Ci. p Arch. 191. b.

Lex est iustorum iniustorumq distinctio ad illam rerũ omnium principem expressa naturã ad quam leges hominum diriguntur. Ci. d Leg. 172. a.

Filius liberalitate uitam patris expressit. Cice. p. R. Po 223. a.

Exercitatio, qua illum, quem ante delegeris, imitando effingas atq exprimas. Ci. d Or. 217. a. & 147. a. Aliquod uitium imitatione ex aliquo expressum.

Vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamq imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. Ci. p. S. R. 26. a. Persona illa impura, inuisa in huius moribus, natura uitaq est expressa. Ci. p. Q. R. 48. a.

Hanc legem a natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Ci. p Mil. 103. a. & Or. 212. a.

Vnde illud ex ore aliquo quasi imago exprimatur. Ci. Ora. 197. b.

Multa cum seditiosissime diceret, uocem exprimere non potuit. Ci. At. 36. b.

Si uis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorũ aliquid expresseris. Ci. At. 19. a. & 194. b.

Nullam pecuniam statuarum nomine nisi ui expressam & coactam. Ci. I. V. 143. b.

Cum in ius ipsum eduxi, expressi, ut conficere tabulas se negaret. Ci. I. V. 171. b.

Exprobro, as. Ci. I. V. 262. a. Num tibi casus bellicos exprobrare aut obiicere uideor?

Non enim hoc exprobrandi causa sed commonendi gratia dicam. Ci. p. S. R. 25. b.

Exprobrare langorem alicui. Ci. In Sol. 274. b.

Quorum plerique aut querũtur semper aliquid aut etiã exprobrant. Ci. d Am. 109. b. & ibi. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium.

Quid si quæ uitia sunt in iudicibus ea tu in aduersarijs exprobrando non intelligas te in iudices inuehi? Ci.de Or.157.a.

Nescio quomodo illæ ipsæ literę quasi exprobrare mihi uidentur, quod in uita maneam. Ci.Ep.71.b.

Expromo,mis. profero,expono.

Ci.Ep.67.a. Quæ nunc expromam absens audacius.

Sed iam exprome, si placet, leges istas de religione. Ci.de Leg.173.a.

Deinde suum exprompsit odium. Ci.At.29.b.

Sed ego uestram crudelitatem expromo? Cic.p Dom.225.a. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. Ci.p Mil.108.a.

Vt apud eos ipsos, quod ab ijs didicerimus, uelimus expromere. Ci.Q.Fr.295.b.

Causa in qua uis eloquentiæ possit expromi. Ci.Ora.208.a.

Conferre causas & quid in quamque sententiā dici possit, expromere. Ci.de D.139.a.

Quorum omnis industria uitæ & uigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Ci.I.C.209.a.

Expugnatio,onis. Cic.p Pom.6.a Ipsorum aduentus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differt.

Nocturnæ expugnationes. Ci.At.184.a.

Expugnator,oris. Ci.de D.38.a. Vrbis expugnator.

Expugno,as. capio. Ci.Parad.120.b. Sapientis animus nunq uincitur nec expugnatur.

Qui Ligurū castella oppugnauerunt. Ci.de Cl.188.a.

Hoc se Aulio tanq̄ aliqua machina admota sperabat se capere Asinij adolescentiam & fortunas eius patrias expugnare posse. Ci.p Clu.24.b.

Expugnare pudicitiam. Ci.p Cæl.47.b.

Certa aliqua ratione expugnare. Ci.I.V.134.b.i. conuincere. & 85.a. Dij immortales quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illā sibi legationem expugnauit.

Expulsio,onis. Ci.Parad.125.a. Expulsiones uicinorū.

Expulsor,oris. Ci.p Quint.5.a. Iste bonorum possessor, expulsor, ereptor.

Expultrix,cis. Cic.Tus.228.a. Philosophia expultrix uitiorum.

Expurgo,as. quasi expio. Ci.de Cla.188.b. Quo magis expurgandus est sermo.

Expurgare, suspicionem dimouere. Ci.Ante∫.196.a.

Exputo,as. Ci.Ep.159.a. Et rursum quæ mens eum a tanta gloria auocarit, & ad cogitationē consulatus bimestris transtulerit, exputare non possum.

Exquilina porta. Ci.de Or.134.a.

Exquiro,ris. quæro, requiro, perquiro, inuestigo, perscrutor. Ci.At.109.b. A te nihil dum certi exquiro, sed quid uideatur.

De Varrone non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Ci.At.211.a. & 114.a. Sed hæc non nimis exquiro a gręcis.

Exquire de Blesamio, nunquid &c. Ci.p Deio.151.b.

Omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius. Ci.Off.30.b.

Omissis authoritatibus ipsa re & ratione exquirere ueritatem. Ci.p Pom.13.b.

Cogitatio in uero exquirēdo maxime uersatur. Ci.Off.26.b. & de Fin.51.a. Quid uerissimum sit exquirere.

Vos, qui mores exquirendos putatis. Ci.p Fla.148.a.

Noli facta Verris ad antiquæ religionis rationem exquirere. Ci.I.V.202.a.

Quid in aliquo peccatum sit, exquirere. Ci.Off.30.a.

Mens agitandis exquirendisque rationibus alitur. Cic.Tus.241.a. Non sum in exquirendo iure augurum curiosus. Ci.p Dom.222.a.

Sed soli sumus licet uerum exquirere sine inuidia. Cic.de D.114.a.

Maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Ci.de Fat.140.a.

Hæc scripsi sedato animo nullum meum iudicium interponens sed exquirens tuum. Ci.At.121.a.

His Senatus arbitratur singulares exquirendos honores. Ci.I.A.192.a.

Cum ex te causam uniuscuiusque diuinationis exquirerē. Ci.de D.117.b. & 118.a. Causam quærere.

Exquirere causas rerum. Ci.de N.45.b.

Exquirere aliquid palàm. Ci.I.V.135.a.

Exquirere uerba interdicti. Ci.p Cæc.295.b.

Exquisite. accurate, diligenter.

Ci.de Cla.190.b. Accurate exquisiteque facere aliquid.

Rationes a philosophis exquisitius colliguntur. Ci.Tus.175.b.

Exquisitus,a,um. Cic.de Or.107.a. Quanq̄ ipsi omnia quorū negotiū est, consulta ad nos & exquisita deferūt.

Tuo exquisita doctrina & singularis industria. Cic.de Cla.166.b. & de Fin.49.a.

Exquisitis rationibus confirmare aliquid. Ci.de Fin.55.a. & Ep.57.a.

Philosophorum exquisita quædam argumenta &c. Ci.de D.81.a.

Quod autem &c. nō est exquisitę artis præscribere, sed mediocris ingenij indicare. Ci.de Or.124.a.

Accuratum & exquisitū dicendi genus. Ci.de Cl.191.a.

Verba bene sonantia, sed non ut poetę exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Ci.Or.222.b.

Munditia odiosa & exquisita nimis. Ci.Off.26.a.

Gracchus semper habuit exquisitos è gręcia magistros. Ci.de Cla.174.a.

Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum. Ci.Off.27.a.

Multæ literæ & exquisitæ Cæsaris. Ci.de Or.88.a.

Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. Ci.I.P.94.a.

Laudantur exquisitissimis uerbis legiones. Cic.I.A.192.b.

Reconditæ, exquisitæque sententiæ. Ci.de Cla.190.a.

Nec uero ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci. Ci.Off.72.a.

Ex quo. quo, qua ex re, quocirca.

Ci.de Fin.52.a. Atomi ita feruntur ut concursionibus inter se cohærescant, ex quo efficiuntur omnia.

Ex quo facile intellectu est, uerbis eos non re dissidere. Ci.de Fat.149.a.

Qua

Quae ex re intelligi facile potuit &c. Ci. p Quit. 4. b.
Ex quo quantum boni sit in amicitia iudicari potest. Ci. d Am. 100. a.
Ex quo intelligi potest, nullum bellum &c. Ci. Off. 8. a.
Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur &c. Ci. d. D. 93. a.
Ex quo factũ est, ut rex &c.
Ex eo euenit, ut rex &c. } Ci. d. D. 87. a.
Ex quo illud est Caleni &c. Ci. d. D. 94. a.
Ex quo illud, summum ius summa iniuria. Cic. Off. 7. b. & 5. a. Ex quo fit, ut ager arpinas arpinatium dicatur &c. & ibi. Ex quo, quia suum cuiusque fit etc. quod cuique obtigit id quisque teneat.
Ex quo exstitit & illud &c. Ci. d. N. 4. b.
Ex quo animi magnitudo exstitit &c. Cic. Off. 3. b. & ibi. Ex quo intelligitur &c.
Ex quo quidam ferunt &c. Ci. d Or. 122. b.
Ex quo etiã illud assequor &c. Ci. d. N. 137. a. et ibi. In quo ego existimor &c.
Ex quo nulla suspicio est &c. Ci. d Cla. 169. b.
Ex quo nemo erit &c. Ci. p Mar. 133. a. i. quocirca. & Tus. 176. a. & 231. b.
Quare genera constitutionum aperiemus, ex quo simul ostendebatur, quomodo &c. Ad Her. 6. a.
Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles, qui &c. Ci. Or. 200. b. i. ex quo.

Exsaturo, as, uel exaturo, as.
Cic. I. V. 249. a. Pascere oculos & exaturare animum cruciatu alicuius.
Exsaturata libido. Ci. Tus. 248. a.

Exscribo, bis. describo. Ci. Ep. 265. b. Multum mihi eripitur operae in exscribendis hypomnematis.
Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Ci. I. V. 147. a. & 96. a. Proinde quasi exscribendi potestatem non haberet.

Exsibilo, as. explodo. Ci. Parad. 120. b. Histrio si paulo se moueat extra numerũ exsibilatur & exploditur.

Exsicco, as. Ci. Ep. 266. a. Ne lagenę dicerentur inanes fuisse, quae furtim essent exsiccatae.
Exsiccatum genus orationis. Ci. d Cla. 192. a.

Exspolio, as. Ci. p Deio. 143. a. Deiotarus auctionatus est, seseque exspoliare maluit, quàm pecuniam tibi non subministrare.
Vt uirtutem earum rerum selectione exspoliarent, nec ei quicquã darent &c. Ci. d Fin. 73. b.

Exsuscito, as. Ci. p Mur. 129. a. Te gallorum cantus exsuscitat. Animus aut renouatur ad ea quae restant, aut omnibus dictis exsuscitatur. Ci.
Quae cura exsuscitat etiam animos &c. Ci. Off. 3. b.
Tu te exsuscita. Ci. At. 287. a.
Cum sermone animum eius retinet, & exsuscitat clamore. Ad Her. 20. a. & 22. b. Si naturalem memoriam exsuscitauerimus hac notatione. et. 23. a. Docet ergo se natura uulgari & usitata re non exsuscitari, nouitate uero & insigni quodam negotio commoueri.

Exta, orum. Ci. d In. 31. b. Puerorum extis deos manes mactare. Gallinaceum fel, sunt enim qui uel argutissima haec exta esse dicant. Ci. d. D. 114. b.
Exta pecudum aut monstra aut fulgura interpretantium. Ci. d. D. 81. b.
Praesensio per exta. Ci. Top. 227. b.

Extabesco, scis. Ci. Tus. 196. b. Corpus macie extabuit. et d. N. 26. b. Opiniones uanas diuturnitate extabuisse

Extemplo. Ci. p. Q. R. 46. a. Quid fingat extemplo non habet. & In Arat.

Ex tempore. subito ex tempore, ex improuiso. X. cogitate, accurate, meditatus.
Ci. d Or. 131. b. Illud egregium & ex tempore, manus laua inquit & coena.
Itaque his de rebus ex tempore & coram. Ci.
Saepe ego hunc uidi cum literam scripsisset, magnum numerum optimorum uersuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur dicere ex tempore. Ci. p Arch. 189. a.
Antipater sidonius solitus est uersus ex tempore fundere. Ci. d Or. 161. a.
Alia autem subito ex tempore coniectura explicantur. Ci. d. D. 95. b. & d Cla. 184. b. Ex tempore dicere.
Capere consilium ex tempore. Ci. Off. 39. b.
Ridicula ex tẽpe ficta non domo allata. Cic. Or. 205. a.
Graecos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit. Ci. p Fla. 153. b.
Quae partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura censes. Ci. At. 154. b.
Res ex tempore nata. Ci. d In. 47. b.
Ex tempore effutire &c. Ci. Tus. 245. b. & d In. 50. b.
Te enim sequor χεδιάσεσα. Ci. At. 86. b. i. ex tempore agentem.

Extendo, dis, di, extensum & extentum. porrigo, proijcio, admoneo. I. Extensus & Extentus.

Extensus, a, um. extentus. Ci. Acad. 36. a. Nam cũ extensis digitis aduersam manum ostenderat, uisum inquiebat huiusmodi est.

Extentus, a, um. extensus, proiectus.
Ci. d Or. 131. a. Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit.

Extenuatio, onis. Ci. d Or. 161. b. Distinctae concisa breuitas & extenuatio.

Extenuatus, a, um. X. concretus.
Ci. d. N. 46. a. Aer extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur.
Recurri ad copiolas meas, sic enim eas uere appellare possum, sunt enim extenuatissimae & inopia omnium rerum pessime acceptae. Bru. Ep. 174. a.

Extenuo, as. minuo, attenuo, deprimo. X. adaugeo, exaggero, amplifico.
Ci. At. 44. b. Posteaquam extenuari spem nostram & euanescere uidi.
Quae cogitatio oẽs molestias extenuat. Ci. Tus. 198. a.
Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. Ci. I. V. 136. b.
Extenuare et mollire cibum dentibus. Ci. d. N. 53. a.
Amplificare rem ornando. X. extenuare et abijcere. Ci. d Or. 151. b.
Neque enim uerbis auget suum munus, sed etiã extenuat. Ci. Off. 48. a.
Verbis extenuare aliquid. Ci. p Mar. 134. a.

Aut causam uehementer extenuabit. Ad Her. 6. b.
Extenuare. X. adaugere. Ci. d. In. 71. b.

Exterebro, as. Ci. d. D. 90. b. Itaq; ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curauit faciendam.

Exterminator, oris. Ci. p Dom. 142. a. Resp. obuersabatur ante oculos exterminatoris sui.

Extermino, as. expello, eycio. Ci. d. N. 14. a. Protagoras urbe atq; agro est exterminatus.
Cum ex urbe Catilinam eyciebam, cum illum exterminari uolebam. Ci. I. C. 111. b.
Ex urbe expelli, exterminari, eijci. Ci. p Mil. 111. b.
Huius uirtute reges exterminati sunt. Ci. p Fla. 151. a.
Resp. erat exterminata mecum. Ci. p Dom. 142. a.
Itaq; rep. exterminata mihi locum in hac urbe esse non putaui. Ci. Postq. 101. a. & 111. b.
Idem C. Marcellum exterminandum ab illa urbe curauit. Ci. p Sest. 4. b. aliter cum illa.
Exterminabit ciues rom. consul a suis dijs penatibus. Ci. p Sest. 9. a.
Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Ci. I. A. 246. a.
Atq; utinam, qui ubiq; sunt, propugnatores huius imperij possent in hanc urbem uenire, & contra oppugnatores reip. de ciuitate exterminari. Ci. p Cor. 65. b.
Vt non ante attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint, quàm authoritatem uestram è ciuitate exterminarint. Ci. d. Pro. 69. b.
Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent eosq; exterminant. Ci. Off. 61. a.

Externus, a, um. extrarius, extraneus, exterus, alienigena, extrinsecus accedens, aduentitius, peregrinus, quod est extra, uel extrinsecus. X. domesticus.
Cic. I. V. 217. a. Neq; hæc externa nobis est religio neq; aliena.
Conum amor in dominos & odium in externos. Cic. d. N. 58. a. Animos externa & aduentitia uisione pulsari. Ci. d. D. 133. a.
Externus & aduentitius tepor. Ci. d. N. 31. a.
Inanimatum est omne, quod impulsu agitatur externo. Ci. d. Som. 131. b.
Nec externis hostibus magis q̃ domesticis laboramus. Ci. At. 178. b. Apud populos externos. Cic. Off. 46. b. & ibi. Externi homines.
Mens cingitur corpore externo. Ci. d. N. 7. a.
In externis locis minor est ad facinus uerecundia. Cic. Ep. 54. b. Fortuna domina rerum externarum et ad corpus pertinentium. Ci. Tus. 133. b.
Externa commoda. Ci. Top. 118. b.

Extero, ris. Ci. d. N. 53. b. Calor quem aluus multum habet exterendo cibo. aliter, & terendo.

Exterreo, es. Ci. d. D. 97. a.
Ci. Off. 40. b. Dolorum cum admouentur faces præter modum plerique exterrentur.
Talia commemorat lachrymans exterritus somno. Ci. d. D. 88. b.

Exterus, a, um. externus. Ci. p Font. 181. a. Exteræ nationes & gentes. & I. V. 57. b.
Exterus hostis atq; longinquus. Ci. I. C. 110. b.

Extimesco, scis.
Ci. At. 139. b. Vnum illud extimescebam ne quid turpiter facerem. & Plan. 259. a.
Nihil est quod aduentum nostrum extimescas. Cic. Ep. 143. a. Cerulas enim tuas miniatulas extimescebam. Ci. At. 258. a.
Ab Antonio maius periculum q̃ ab ullis nationibus extimescendum est. Ci. I. A. 209. b.
Nec ob eam rem fatum aut necessitas extimescenda est. Ci. d. Fat. 145. b.
De fortunis cõibus extimescebam. Ci. p Deio. 144. a.

Extimus, a, um. Ci. d. Som. 118. a. Orbis cœlestis extimus, qui &c.

Extinctor, oris. Cic. I. P. 85. a. Non extinctor sed author incendij.
Extinctor belli domestici. Ci. d. Ar. 155. a.
Extinctor coniurationis. Ci. p Dom. 133. b.
Ne extinctor patriæ, ne proditor appelletur. Cice. pro Syl. 184. a.

Extinctus, a, um. Cic. d. Cla. 165. a. Vir egregius alienissimo reip. tempore extinctus.

Extinguo, guis. restinguo, opprimo, deleo, interitum alicuius facio.
Ci. d. N. 30. b. Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi & extinguimur.
Itaq; adolescentes mori sic uidentur ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur, senes autem sic ut sua sponte nulla adhibita ui consumptus ignis extinguitur. Ci. Off. 92. a.
Illa uirtus L. Crassi morte extincta subita est. Ci. d. Or. 141. b. Cum duo fulmina nostri imperij subito in Hispania extincti occidissent. Ci. p Cor. 61. a. & 58. a.
Mors extinguit inuidiam.
Memoria tanti flagitij non extincta illa quidem sed repressa uetustate. Ci. p Cæl. 51. b.
Nolite hunc natura ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnere uestro. Ci. p Cæl. 54. b.
Cum ardor animi consedit omnis illa uis & quasi flamma oratoris extinguitur. Ci. d. Cla. 173. a.
Extinguere atque opprimere potentiam alicuius. Cice. p. S. R. 24. a.
Ante extingui atq; opprimi, q̃ planè exortum ac natum esset. Ci. 3 Rul 84. a.
Extinguere et funditus delere aliquid. Ci. d. Ar. 244. b
Animorum motus inflammare uel extinguere. Cice. de Ora. 90. a.
Extinguere & delere improbitatem. Ci. I. V. 59. a.
Omnes unum studetis, M. Antonij conatus auertere a rep. furorem extinguere, opprimere audaciam. Ci. I. A. 208. b. Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. Ci. p Dom. 133. a.
Extincto enim Senatu deletisq; iudicijs, quid est etc. Ci. Off. 52. b. Vt extinctæ potius amicitiæ q̃ oppressæ uideantur. Ci. d. Am. 120. b.
Omnes ciues sic existimant quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem tuam. Ci. Ep. 47. b.
Sin autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, dissidium extiterat &c. Ci. p Cæl. 50. b.

Familiaritates extingui solere. Ci.d̄ Am.103.a.

Causam dissensionis nascentē extingui summe studui. Ci.Ep.179.b.& 2.b. *Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio.*

Inimicitias in fortissimis uiris non solum extinxit reip. dignitas & ipsorum, sed etiam etc. Ci.d̄ Pro.73.b.

Qui ædem nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Ci.ꝓ Mil.115.b.

Animus & mens nisi tanquā lumini oleum instilles extinguuntur senectute. Ci.d̄ Sen.84.a.

Vt si posset, quæ antea scripserat, ea planè extingueret. Ci.I.V.143.b. *Fuit illa cupiditas tanta, quæ tantam extingueret religionem?* Ci.I.V.85.b.

Qui delere imperium, qui populi rom. nomen extinguere conati sunt. Ci.I.C.120.a.

Alicuius non salutem modo extinguere, sed etiam gloriam per iudices infringere. Ci.ꝓ Mil.102.b.

Quæ ad extinguendas reliquias belli pertinent. Cic. Ep.159.b.

Extinguere bellum domesticum. Ci.d̄ Ar.255.a. et Plā. 257.b. *Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate extinguitur.* Ad Her.32.b

Non posse Verrem testes interficiendo crimina sua extinguere. Ci.I.V.258.b.

Extirpo, as. *extraho, euello.* Ci.d̄ Fat.142.a. *Vitia ex naturalibus causis nata extirpari ac funditus tolli non possunt.* *Nisi ex eius animo extirpatam humanitatē arbitremur.* Ci.d̄ Am.105.a.

Nos perturbationes extirpādas putamus. Ci.Tus.218.a.

Extispex, cis. *aruspex.* Cic.d̄ D.86.a. *Ars extispicum.*

Exto, as. *appareo, consto, sum.* (& 114.a.

Ci.At.25.a. *Sed tamen ut iubes curabo uti huius peregrinationis tibi opus extet.*

Denique aliquid aliud extabit, ne tibi planè cessasse uidear. Ci.At.26.b.

Extabit opera peregrinationis huius. Ci.At.244.b.

Quem uero extet & de quo sit memoriæ proditum, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est M. Cethegus. Ci.d̄ Cla.169.b.

Demadis nulla extāt scripta. Ci.d̄ Cl.167.b. et.170.a.

Alicuius scripta constare. Cic.d̄ Ora.117.a. i. extare. d. Consto.

Cedò quæso orationes, sunt enim &c. Ci.d̄ Cl.192.a.

Extant epistolæ Philippi ad Alexandrum, quibus etc. Ci.Off.42.b. *Vbique extant huius fortitudinis expressa exempla.* Ci.ꝓ Cor.57.a.

Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus. Ci.d̄ In.56.a.

Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. Ci.Ep.6.b.

Res quarum monimenta certa in literis extant. Cic.de In.51.a. *Non minus otij q̄ negotij rationem extare oportere.* Ci.ꝓ Plan.273.a.

Sine oculis non potest extare officium & munus oculorum. Ci.d̄ D.95.a.

Sine diuinatione non potest officium & munus diuinationis extare. Ci.d̄ D.130.b.

Grauiora iudicia de potentissimis hominibus extāt uoces q̄ tabellæ. Ci.d̄ Leg.191.a.

Sed is ambitus extat, ut ego &c. Ci.Ep.175.b.& 60.a. *Dum id Senatusconsultum extabit, officium meum in te obscurum esse non poterit.*

Multa extant in me tua merita. Ci.ꝓ Plan.259.a.

Quæ si erunt allata, nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus. Ci.Ep.9.b.

Non item in oratione ut in uersu extat numerus. Ci.Or. 216.b. *Sed scriptum extat in eisdem literis, ὁ ἀπομνημονεύματα.* Ci.I.V.266.a.

Tamen apparet atque extat utrum simus earum rerū rudes an didicerimus. Ci.d̄ Or.91.a.

Quo magis id quod erit illuminatum extare atque eminere uideatur. Ci.d̄ Or.152.a.

Extollo, lis. *extuli, effero, erigo, animos tollo, insolentem facio.* X. *deprimo, submitto.*

Ci.Or.211.b. *Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.*

Etiam ne uos meam fortunam deprimitis, uestram extollitis? Ci.I.P.88.a.

Quem uirtutis gloria ad cœlum extulit, eundem inimicorū inuidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Ci.Anteq̄.192.b.

Quem percussum ipsa resp. suis manibus extolleret. Ci.ꝓ Dom.237.a.

Extollere aliquem iacentem. Ci.ꝓ Mar.132.a.

Alte extollere manum. Cic.I.A.165.a. *uel pugionem uel quippiam aliud.*

Sic urgetur, ut se nequeat extollere. Ci.Tus.187.a.

Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput et aliquando recreata se erigere debebat? Ci.ꝓ Plan.266.a.

Vt hi qui superiores submittere se debent, sic quodam modo inferiores extollere. Ci.d̄ Am.109.b.

Erigere & extollere uites. Ci.d̄ Fin.134.a.

Extollere animum. Ci.Part.237.a. d. *Magnitudo.*

At hercule egregia facta uirorum te extollunt. Cice.In Sal.275.a.

Quem tu ad cœlum laudibus extulisti Ci.Ep.199.a.

Extollere aliquē laudando. Ad Her.2.a.& d̄ In.47.a.

Laudibus aliquem in cœlum extollo. Ci.d̄ Ar.255.a.

Dum Plancij in me uerbis meritum extollerem, me arcē ex cloaca facere dixisti. Ci.ꝓ Plan.279.b.

Extorqueo, ques. *exprimo, aufero, eripio.*

Ci.At.89.a. *Iam uos a Cæsare per Oradem talēta attica L. extorsistis.*

Pecunia omnis ab eo extorta atque erepta est. Ci.ꝓ Cl. 34.a. *Ille ea exorabat quæ uolebat auferre, tu extorques.* Ci.Octa.330.b.

Definitio primū reprehenso uno uerbo aut addito aut dempto sæpe extorquetur è manibus. Ci.d̄ Or.118.b.

Extorquere arma è manibus iratorum ciuiū. Ci.d̄ Cla. 165.b.& ꝓ Cl.28.a.

Cum mihi extorta ueritas esset, concessi &c. Cic.Ora. 212.a. *Nec mihi hūc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo.* Ci.d̄ Sen.95.a.

Quoniam extorsisti, fatear ita esse &c. Ci.Tus.151.a.

Id totum eripere atque è manibus extorquere conatus est.Ci.ꝫ Rul.70.a.

Extorta est cõfitenti sica de manibus.Ci.ꝑ Mil.105.a.

Extorquere ferrum alicui de manibus.Cic.I.C.104.b. & 100.b.

Frumentum ui & metu extortum.Ci.I.P.98.a.

Postq̃ nihil exprimere ab egentibus nihil ulla ui a mise ris extorquere potuit.Ci.đ Pra.70.a.

Qua qui utetur, suam citius abijciet humanitatem, q̃ ex torquebit tuam.Ci.ꝑ Lig.139.b.

Vi extorquere aliquid.Ci.I.V.58.a. & 134.b.Certa aliqua ratione expugnare.

Sententias de manibus iudicum ui quadam extorsimus. Ci.đ Or.115.b.

Hoc est unn afferre Torquate sensibus, extorquere ex animis cognitiones uerborum.Ci.đ Fin.67.b.

Extorris,re.exul. Ci.I.V.174.b.Hinc centum patres familias extorres profugerunt.

Extra.extrinsecus. Ci.đ.N.56.a.Sensibus et animo ea quæ extra sunt,percipimus.

Eminere foras & ea,quæ extra sunt, contemplari & q̃ maxime se a corpore abstrahere.Ci.đ Sam.131.a.

Sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, ut nul la pars huiusce generis excederet extra.Ci.đ Vn.127.b

Et in corpore & extra quędam bona sunt. Cic.đ Fin. 79.a. Sum futurus extra urbem ex idibus Ianuarijs, Cic.đ.N.67.a.

Extra portam collinã ædes honoris est.Ci.đ.L.181.a.

Sola' ne uita beata relinquitur extra ostiũ limenq; car ceris?Ci.Tus.230.a.

Quid enim potest esse extra uniuersa?Ci.Acad.18.b.

Ex quo intelligitur esse extra diuinum animum,huma nus unde ducatur.Ci.đ.D.95.a.

Hic extra coniurationem est, idest in coniuratis non est.Ci.ꝑ Syl.174.b.

His militiæ uacationem esse placet,extra tumultum Gal licum.Ci.I.A.205.a.

Extra culpam ponere se.Ci.đ Vn.203.a.

Multa occultari possunt,ut extra ruinam sint eam,quæ impendet.Ci.At.184.b.

Nullus est numerus extra poeticos.Ci.Or.215.b.

Id extra causam est.Ci.ꝑ Cecin.303.a.

Nihil fieri extra fatum.Ci.đ.D.113.b.

Nemo est extra istam coniurationem perditorum homi num,qui te non metuat.Ci.I.C.100.a.

De te hoc extra hanc contentionem nostram familiarẽ tecum loquar.Ci.I.V.60.b.

Ciuis est nemo in tanto populo,extra contaminatam il lam manum,qui &c.Cic.ꝑ Dom.235.a.

Vox extra modum absona.Ci.đ Or.146.b.

Cauendum est etiam si ipse ædifices,ne extra modũ sum ptu & magnificentia prodeas.Ci.Off.28.b.

Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν,extra quam si ita negotium gestum est,ut ea stari non oporteat. Cic.At. 87.b. Exceptio extra quam si quis &c. Ci.đ In.53. b.&.69.b. Extra me.Ci.đ.D.94.b.i.pręter me.

Deinde extra ducem paucosq; præterea, (de principi bus loquor,)reliqui &c.Ci.Ep.96.b.

Hoc separatum quiddam est extra illud.Ci.đ In.54.b. & 55.a.i.ab illo.

Extraho,his. extirpo,euello,differo.
Ci.đ.N.25.a.Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. Carneades ex animis nostris assensionem extraxit.Ci.Acad.27.b.

Extrahere telum è corpore.Ci.ꝑ.S.R.21.b.

Vrbem Senatus atq; omnes boni deprehensis atq; op pressis domesticis hostibus,me duce ex periculis maxi mis extraxissent.Ci.ꝑ Sest.5.a.

Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calum nijs.Ci.Ep.4.a. Per obtrectatores Lentuli res calũ nia extracta est.Ci.Q.Fr.307 b.

Extraneus,a,um. externus.
Ci.Antę̃.193.a. Pax & concordia extraneis gigne tur?cum iam domesticis non insideat?

Res extraneæ.Ci.đ In.84.b.

Extranea bona.X.aĩ & corporis.Ad Her.34.b.et.16 b.Extranea causa.&.5.a.

Extraordinarius,a,um. extra ordinem.X.legitimus.
Ci.I.V.96.b.Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redũ darunt. Summa abstinentia munus hoc extraordina rium traducemus.Ci.At.72.a.

Extraordinarium imperium semper populare atq; uen tosum est.Ci.I.A.234.a & ibi de extraordinario im perio.& ꝑ Dom.218.a.

At enim Cæsari imperium extraordinarium mea sen tentia dedi,sed ille mihi præsidium extraordinarium dederat.Ci.I.A.234.b.

Consulatus petitio extraordinaria.Ci.đ Cla.185.a.

Honor extraordinarius.Ci.At.279.a.&.288.a.Impe ria extraordinaria.& ꝫ Rul.67.b.

Extraordinarios honores accipere.Ci.At.275.b.

Imperium extra ordinem alicui dare.Ci.I.A.236.a.

Cn.Pompeio plurima bella extra ordinem commissa. Ci.ꝑ Pom.216.b.& ibi.Non oportet quicq̃ uni extra ordinem decerni.

Prouincias extra ordinem sine sorte nominatim reip. pestibus dedisti.Cice.ꝑ Dom.218.a.&.217.b. Quod idem in posterum de extraordinarijs potestatibus liber tatem ademisses.

Si extraordinarius nemo reus accessisset.Ci.Ep.116.b.

Hic cum uenit,extra ordinem uocatus,solus introducit tur.Ci.I.V.149.b. Extraordinaria pecunia. Cic.ꝑ Q.R.45.b.i.quæ in codicem relata non est.

Vt omnia semper quæ iucunda uidentur esse, non mo do his extraordinarijs cupiditatibus sed etiam ipsi na turæ ac necessitati denegarem.Ci.I.V.243.a.

Extrarius,a,um. extraneus. Ad Her.9.b. Cum ipsam rem,quam nos fecisse confitemur,iure factum dicemus,si ne ulla assumptione extrariæ defensionis.

Extremitas,tis.ora. Ci.đ Vn.198.a.Globosum, quod σφαιροειδὲς græci uocant,cuius omnes extremitas pari bus a medio radijs attingitur. Regiones,quarũ nul la esset ora,nulla extremitas.Ci.đ Fin.86.a.

Si animus extremitatem cœli a suprema regione rotun do ambitu circumiecit.Ci.đ Vn.199.b.

Ille omnem infinitatem peregrinabatur,ut in nulla ex-

*tremitate consisteret.*Ci.Tus.250.a.

Extremus,a,ū.postremus,ultimus,nouissimus.✕ intimus. Ci.p Clu.56.b.*De furto, si non eo loco quo debuit, ne in extremo quidem aut media aut in aliqua denique parte quaestionis uerbum fecit nullum.*

*Itaque in ea dea, quae est rerum custos intimarum omnis precatio & sacrificatio extrema est.*Ci.d.N.89.a.

Cœlum ipsum, quod extremum atque ultimum mūdi est. Ci.d.D.127.b. & .129.b.*Quod finitum est id habet extremum. Quod non habet extremum infinitum fit necesse est.*Ci.d.D.130.a.

*Februarius mensis extremus anni.*Ci.d Leg.881.a.

*In extrema fortuna stare.*Ci.In Sal.274.a.

*Descendere ad extrema.*Ci.Ep.166.a.

*Si pessimus casus fuerit ad nouissima auxilia descendemus.*Ci.Ep.162.a. *Manus extrema non accessit operibus eius.*Ci.d Cla.185.b.

*Excipere extremum spiritum alicuius.*Ci.I.V.259.b.

*Extrema nocte, & a prima nocte.*Ci.In Arat.

*Est id quidem in totum orationem confundendum nec minime in extremam.*Ci.d Or.138.b.

*Literę quibus in extremis erat, sibi insidias fieri.*Ci.At. 225.a. *Epistola, in qua extrema scriptum erat &c.* Ci.At.119.a.

Ionis oratio, quae est in extremo illo libro. Ci.Q.Fra. 310.a. & *In extremo tertio libro.*Ci.Off.54.a.

*Vt in extremo tertio scribis.*Ci.d.D.81.a.

*Quod uero in extrema oratione, quasi tuo iure sumpsisti &c.*Ci.d Or.88.b.

*In prima prouincia.*Ci.Ep.34.a. & At.195.a.

*In Cappadocia extrema.*Ci.Ep.244.a.

*In ultima urbe.*Ci.p Mur.140.b.

*Sed in ea Pōpeij epistola erat in extremo ipsius manu, tu censeo &c.*Ci.At.117.b.

*In extrema fere parte epistolae.*Ci.At.88.b.

*In extrema parte & conclusione muneris ac negotij tui diligentissimus sis.*Ci.Q.Fr.299.a.

*Sed iam se colligit & ad extremum incipit philosophari.*Ci.I.A.256.b.

*Ad extremum manus dedit.*Ci.At.37.a.

*Cui consuli non animus ab initio non fides ad extremum defuit.*Ci.At.278.b.

*Ad extremum omnis mundus ignoscet.*Ci.d.N.49.b.

*Primum &c. deinde &c. post &c. tum ad extremum &c.*Ci.d Or.116.a. & pt.241.a. & d Or.123.a.

Extrico,as. explico,expedio.

Ci.Ep.65.b.*De Dionysio tuo nihil adhuc extrico.*

Extrinsecus.extra, foris. Ci.d Or.123 b. *Extrinsecus autem assumuntur, cum ea, quae sunt foris, neque inhaererent in rei natura colliguntur.* & ibi.*Aut ex sua sumi ui aut assumi foris.*

*Alij loci assumūtur extrinsecus.*Ci.Top.221.et.222.b

Hęc autem non extrinsecus aliunde quaerenda. Cic.d Or.138.a. *Imagines uniuersum mundum complectentes extrinsecus.*Cic.d.N.25.a. & .55.a. *Pulmones extrinsecus spiritum adducunt.*

*Vt si quis exalbesceret uel ipse per se motu mentis aliquo uel obiectu terribili re extrinsecus.*Ci.Acad.13.a. & ibi.*Tremor intestinus.* ✕.*tremor oblatus.*

*Assensio fieri non potest nisi commota uiso, neque nulla ui extrinsecus excitata.*Ci.d Fat.148.b.

*Deus animum circundedit corpore & uestiuit extrinsecus.*Ci.d Vn.198.b.

*Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt.*Ci.Acad.31.b.

*Nullae imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus.*Ci.d.D.137.a.

*Inest igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta et inclusa diuinitus.*Ci.d.D.94.a. & .90.b.*Cum Alexander columnam auream uellet auferre, dubitauit utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata.*

Haec quae sunt extrinsecus Ci.d Fin.141.a. & ibi.*Omnia illa, quae sunt extra.*

*Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & haustas.*Ci.d.D 95.a. & .120.b. *Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectorijs uidemus austro, sudorem imitari potest.* & .119.b. *Quod habet medium id cernitur ex alio extrinsecus.* & ibi *Quod omne est, id nō cernitur ex alio extrinsecus.* & .137.a.*Qui a nulla causa accedat extrinsecus.*

Et nunc quidem, quod uitam tuetur, est id extrinsecus. Ci.d Fin.134.a.i.non in ipsa uita.

*Corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est.*Ci.Tus.212.a.

*Non aliunde pendere nec extrinsecus aut bene aut male uiuendi suspensas habere rationes.*Ci.Ep.69.b.

Nullum est corpus quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, idest quasi ferendi patiendique necessitatem. Ci.d.N.65.a.

Extructio,onis. Cic.I.A.164.b.*Eosque nec inhumatos esse sed contectos publicis operibus, eaque extructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara uirtutis.*

*Extructiones tectorum.*Ci.d.N.56.b.

Extructus,a,um Ci.d Sen.86.a.*Senectus caret epulis extructisque mensis & frequentibus poculis.*

Extrudo,dis.eijcio. Ci.I.V.243.b.*Itaque domo tua Chelidonem extrudere noluisti.*

*Sed quoniam furore illo extrudimur, Brundusium pergere cogito.*Cic.At.252.a. & .45.a.*Sed iam extrudimur, nō a Planco, (nam is quidem retinet) uerū ab ipso loco minime apposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.* & .281.a.*Cū ad me de Ciceronis ab te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios.*

Pollucem si non est profectus quamprimum fac extrudas. Ci.Ep.236.b. & .99.a.

*Extrudere et eijcere aliquem hospicio.*Ci.d Or.130.b.

Extruo,is.excito,ędifico. Ci.At.23.b.*Magnum aceruum Dicaearchi mihi ante pedes extruxeram.*

*Cum nobis immortale monumentum suis pene manibus Senatus Populusque Rom.extruxerit.*Ci.I.A.264.a.

*Is ad coelum extruxit uillam in Tusculano.*Ci.p Dom. 238.a. & .233.a.*Domus mea euersa ab inimico mea et ab eodem extructa & posita in oculis ciuitatis.*

*Extruere ędificium in alieno.*Ci.p Mil.115.b.

*Permutationes ad hunc Tusculanum montem extruendum.*Ci.I.P.90.a.

Vsq ad illum a Cyro extructum rogum.Ci.d Fi.106.a.& ibi.Fundata & extructa disciplina.

Plato uetat sepulchrum extrui altius,q &c. Ci.d Leg.283.b. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur.Ci.Tus.240.a.

Mensa extructa multa carne.Ci.I.P.94.a.

Age nunc extrue animo altitudinem excellentiamq uirtutum.Ci.d Fin.141.b.

Exturbo,as. per uim eijcio,expello,deijcio,euerto.

Ci.At.134.a.Q uero qui sint isti optimates,qui me ex turbent,cum ipsi domi maneant.

Cum Senatum a gubernaculis deiecisses,populum è naui exturbasses.Ci.p Dom.218.a.

È ciuitate ciuis exturbatur,innocens expellitur. Ci.Antequam.195.a.

Exturbare homines è possessionibus.Ci.p Syl.180.b.

Exturbari & expelli ex agris. Ci.3 Rul.82.a.

Exturbare aliquem bonis patrijs. Cic.I.V.118.a.idest euertere.

Miserũ est exturbari fortunis oĩbus. Ci.p Quin.17.b,

Exturbari domo,& expelli domo.Ci.p Clu.20.b.

Antiochus præceps è prouincia exturbatus est.Ci.I.V.a25.b. Ex numero uiuorum exturbari.Ci.p Quin.9.a. Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam.Ci.Q.Fr.305.b.

Cicero iudicium suum direxit in exturbando Antonio.Brn.287.a.

Exul,lis. eiectus,ui eiectus,extorris, eiectus in exilium, exilio mulctatus,eiectus a patria, eiectus Roma,qui in exilio est,è ciuitate eiectus,qui domi stare non potest, qui exilio affectus est.

Cic.p Dom.227.b. Exul est ipsum per se nomen calamitatis non turpitudinis.

Q nos leges exilio affici uolunt,exules sunt,etiam si solum non mutarunt.Ci.Parad.121.b.

Cum uagus & exul erraret atq undiq excinderetur Oppianicus &c.Ci.p Clu.54.b.

Cum Annibal ad Antiochum uenisset exul.Cic.d Or.215.b. Tabulæ figuntur,immunitates dantur, exules restituuntur.Ci.Ep.183.a.

Restituere exules.Ci.I.A.153.a.

Reuocemus eiectos.Ci.p Fla.164.a.

Reducti exules Byzantium condemnati. Ci.p Sest.15.b.16.a.

Vt exules Byzantium reducerentur. Ci.p Do.223.b.

Si damnati restituentur ego in exilium ibo.Ci.At.167.b.&.108.b.Exulum reditus. & ibi. ουγάδων κάθοδοι.

Exules & ui eiecti idem.Ad Her.14.b.

Exulcero,as. Ci.d Or.136.b.Q ne sanare nequeunt, exulcerant.

Ea non modo non exulcerat gratiam nostram,sed etiã conciliat.Ci d Cla.178.b.

Ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus.Ci.p Dom.219.a.

Vt in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Ci.p Deio.145.a.

Vt in rebus multo anteq profectus es ab ipso rege et ab intimis Pompeij clam exulceratis,deinde palàm a consularibus exagitatis & in summam inuidiam adductis, ita uersemur.Ci.Ep.2.b.

Exulo,as. exul sum,exilij causa solũ uertere uel mutare. Ci.d Or.99.b.Q ui Romam in exiliũ uenisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.

Et me exulem tuo nomine appellas,cum omnes meo discessu exulasse remp.putent?Ci.Parad.121.b.

Annibal apud Prusiam regem exulãs.Ci.d.D.119.a.

Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut si in opertum bonæ Deæ accessisses,exulares.Ci.Parad.121.b.

Hic locus ad exulandum est aptissimus.Ci.Ep.53.b.

Exultatio,onis. Cic.d Ar.252.b.Illa exultatio Athamantis &c.

Exulto,as. immoderate iactor,gaudio triumpho, uoluptate uel lætitia nimia gestio.

Ci.At.87.b.Græci exultant, quod peregrinis Iudicibus ut suis utuntur.

Alacris exultat improbitas in uictoria.Ci.At.12.a.

Cæsar quomodo exultat Catonis in me ingratissimã iniuria.Ci.At.101.a.

Post sensim incedens exultat audacius.Ci.Or.199.a.

Exultare gaudio.Ci.I.A.173.a.

Quintus pater exultat lætitia.Ci.At.248.a.

Hoĩem furentem exultantẽq continui.Ci.d Ar.243.b.

Palam exultare lætitia & triumphare gaudio cœpit. Ci.p Clu.20.b.

Exulta impio latrocinio.Ci.I.C.102.a.

Exultane lætitia in municipijs.Ci.At.224.b.

Comprimere exultantem lætitiam.Ci.Top.228.b.

Exultantem te & præsidentem tibi reprimere ualidę legũ habenæ.Ci.d Or.158.a.

Qui furorem exultantem repressit.Ci.p Sest.23.a.

Equos ferocitate exultantes domitoribus tradũt, ut his faciliorībus possint uti.Ci.Off.18.b.

Roscius exultabat uictoria nobilitatis.Ci.p.S.R.21.a.

Exultare in ruinis alterius.Ci.p Cor.67.a.

At Cymbri in prælijs exultant, laméntantur in morbo.Ci.Tus.189.a.

Fabius Annibalem iuueniliter exultãtem patientia sua molliebat.Ci.d Sen.79.a.

Delphini exultantes tempestatem futuram significant. Ci.d.D.138.b.

Exultare immoderateq iactari.Ci.d.D.93.a.

Elatus inani lætitia,exultans,temere gestiens. Ci.Tus.231.b. Lætitia inflatus atq insolens.Ci.I.A.261.a.

Hoc in quo exultat & triumphat oratio mea. Ci.I.C.204.b.

Campus in quo possit exultare oratio. Ci.Acad.28.a.

Oratione exultare.Ci.d Fin.60.a.

Exuo,is.spolio. Ci.I.V.266.b.Si ex his laqueis te exueris,in illas tibi maiores plagas incidendum est.

Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus.Ci.At.204.b.

Nonne omnem humanitatẽ exuisses?Ci.p Lig.139.a.

Vt si aut manibus ingrediatur quis aut non ante sed retro,fugere planè se ipse et hominem ex homine exuẽs naturam odisse uideatur.Ci.d Fin.132.b.

Mens

Mens exuta uitijs. Ci. Tus. 242. a.

Exuperantia,tiæ. Ci Tus. 248. b. Populus omnem exuperantiam uirtutis odit.

Exuperatio,onis. superlatio, ὑπερβολή.
Ad Her. 41. a. Significatio per exuperationem fit, cum plus dictum est, quàm patitur ueritas augendæ suspicionis causa. & . 2. b.

Exupero,as. supero. Ci. d. D. 113. b. Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem.
Dum anima exuperabo mea. Ci. Post quam. 203. a. idest dum uiuam.

Exurgo,gis. Ci. p Clu. 53. b. Tu autem nisi molestum est, paulisper exurge.
Tū Scæuola cum exurgeret simul arridens inquit &c. Ci. d Or. 108. b.
Pansam nostrum secunda uoluntate hominem exurrexisse gaudeo. Coss. Ep. 214. b.
Ne recreatus exurgere atq; erigere se posset. Ci. ꝯ Rul. 83. b. Huc exurge tamen quæso, retinebo & complectar. Ci. p Plan. 281. a.
Si esset ingulota nunq̃ exurgeret. Ci. I. A. 155. b.

Exuro,ris. comburo. X. inuro.
Ci. I. V. 90. a. Adrianus domi suæ uiuus exustus est.
Bithyniæ uicos exustos esse complures. Ci. p Pom. 4. b.
Sic omnis fœtus repressus exustusq; flos ueteris ubertatis. Ci. d Clo. 166. a.
Mihi quidē ex animo exuri non potest esse deos. Ci. de N. 61. a. X. inurere.

Exustio,onis. Ci. d Som. 130. a. Eluuiones exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est.

Exuuiæ,arum spolia. Ci. p Pom. 14. b. Cum hunc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis & classium spolijs ornatum reliquissent.

F Litera Digamma. l. Digamma.

Faba,bæ. Cic. d. D. 93. b. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. & . 133 a. Faba quidem Pythagorici utiq; abstinuere, quasi uero eo cibo mens non uenter infletur.

Fabella,læ. Ci. d Or. 131. a. Si quando quid tanq̃ aliquo fabella narratur. & p Cæl. 51. a. Fabella uetus.

Faber,bri. Ci. I. V. 145. a. Capitolium factum est publice gratis coactis fabris, operisq; imperatis.
Ego me Phidiam esse mallem, q̃ uel optimum fabrum tignarium. Ci. d Clo. 188. b.
Si quis adhibere uolet non modo ut architectos uerum etiam ut fabros ad ædificandam remp. poterimus et nos libenter occurrere. Ci. Ep. 127. a.
Tu uelim, ut scribis, cum fabris domum perspicias, si enim nihil est in parietibus aut in tecto uitij, cætera mihi probabuntur. Ci. Ep. 135. a.
Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Ci. I. V. 106. a.
Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. Ci. p Plan. 172. a. Fabrum & procum audeo dicere non fabrorum & procorum. Ci. Or. 211. b.
Iam duo præfecti fabrum Pompeij in meam potestatem uenerunt. Ci. At. 141. a.
Erratum fabrile. i. opificis statuarum. l. Fabrilis.

Fabre. artificiose, scite, affabre.
Ci. I. V. 125. a. Argentum fabre factum.

Fabrica,cæ. ipsa fabricatio, ars fabrilis.
Ci. d. N. 12. a. Natura effectum esse mundū, nihil opus fuisse fabrica.
Materia deinde quid inuenerit? nisi confectionis eius fabricam haberemus? Ci. d. D. 104. b.
Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum uerecundia. Ci. Off. 15. b.
Vulcanus qui Lemni fabricæ præfuisse dicitur. Cice. d N. 70. b. & . 32. b. Vt pictura & fabrica cæteræq; artes. & . 54. a. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. & . 5. b. Quibus oculis intueri potuit uester Plato fabricam illam tanti operis? qua construi a Deo atque ædificari mundum fecit? & . 56. b. Omnis fabrica æris & ferri. & . 50. a. Enumerare possum quæ sit in figuris animantium & q̃ solers subtilisq; descriptio partium, q̃q; admirabilis fabrica membrorum.

Fabricatio,onis. fabrica. Ci. d. N. 53. a. Si erit tota hominis fabricatio perspecta.
In uerbo quādam habet fabricationē. Ci. d Or. 158. a.

Fabricator,oris. ædificator, architectus, artifex, machinator. Ci. d Vn. 195. b. Ille fabricator tanti operis.
Minutorum opusculorum fabricator. Ci. Acad. 30. b.

Fabrico,as. fabricor, architector.
Ci. Off. 30. a. Pictores & ij, qui fabricant
Nihil est clarius ἐνεργείᾳ, ut græci, perspicuitatem aut euidentiam nos si placet nominemus, fabricemusq;, si opus erit, uerbo. Ci. Acad. 5. b.
Mundus globosus est fabricatus. Ci. d Vn. 198. a.

Fabricor,aris. fabrico, architector.
Ci. Acad. 21. b. Esse aliquam uim cum prudentia & cōsilio scilicet, quæ finxerit, uel ut tuo uerbo utar, quæ fabricata sit hominem, qualis ista fabrica est, ubi adhibita est? &c. & . 9. a. Quanto artificio natura fabricata esset, primum animal omne &c.
Vt eo ipsa Dij immortales ad usum hominum fabricati penè uideantur. Ci. d. N. 3. a.
Itaq; incredibiliter hoc natura fabricata est. Ci. d Or. 159. a. & ibi b. Capitolij fastigium non uenustas sed necessitas ipsa fabricata est.
Is qui fabricatus gladium est. Ci. p. R. P. 113. b.
Ciclopas Ioui fulmen fabricatos esse in Ætna putant. Ci. d. D. 117. a.

Fabrilis,le. Ci. At. 88. a. Erratum fabrile. i. opificis statuarum. Fabrica. i. ars fabrilis. Ci.

Fabula,læ. res commentitia, scena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum.
Ci. d. D. 131. b. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantum uoles, uerbis, sententijs, numeris, canticis, adiuuentur, authoritatē

Vsq ad illum a Cyro extructum rogum. Ci. de Fi. 206. a. & ibi. Fundata & extructa disciplina.

Plato uetat sepulchrum extrui altius, q̃ &c. Ci. de Leg. 283. b. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. Ci. Tus. 240. a.

Mensa extructa multa carne. Ci. I. P. 94. a.

Age nunc extrue animo altitudinem excellentiamq uirtutum. Ci. de Fin. 141. b.

Exturbo, as. per uim eijcio, expello, deijcio, euerto. Ci. At. 134. a. Q uero qui sint isti optimates, qui me exturbent, cum ipsi domi maneant.

Cum Senatum a gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. Ci. p Dom. 218. a.

È ciuitate ciuis exturbatur, innocens expellitur. Ci. Antequam. 191. a.

Exturbare homines è possessionibus. Ci. p Syl. 180. b.

Exturbari & expelli ex agris. Ci. in Rul. 02. a.

Exturbare aliquem bonis patrijs. Cic. I. V. 118. a. idest euertere.

Miserũ est exturbari fortunis oĩbus. Ci. p Quin. 17. b.

Exturbari domo, & expelli domo. Ci. p Clu. 20. b.

Antiochus præceps è prouincia exturbatus est. Ci. I. V. 215. b. Ex numero uiuorum exturbari. Ci. p Quin. 9. a. Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam. Ci. Q. Fr. 301. b.

Cicero iudicium suum direxit in exturbando Antonio. Bru. 207. a.

Exul, lis. eiectus, ui eiectus, extorris, eiectus in exilium, exilio mulctatus, eiectus a patria, eiectus Roma, qui in exilio est, è ciuitate eiectus, qui domi stare non potest, qui exilio affectus est.

Cic. p Dom. 227. b. Exul est ipsum per se nomen calamitatis non turpitudinis.

Q nos leges exilio affici nolunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. Ci. Parad. 121. b.

Cum uagus & exul erraret atq undiq excluderetur Oppianicus &c. Ci. p Clu. 14. b.

Cum Annibal ad Antiochum uenisset exul. Cic. de Or. 211. b. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, exules restituuntur. Ci. Ep. 103. a.

Restituere exules. Ci. I. A. 153. a.

Reuocemus eiectos. Ci. p Fla. 164. a.

Reducti exules Byzantium condemnati. Ci. p Sest. 15. b. 16. a.

Vt exules Byzantium reducerentur. Ci. p Do. 223. b.

Si damnati restituentur ego in exilium ibo. Ci. At. 167. b. & 108. b. Exulum reditus. & ibi. φυγάδων κάθοδοι.

Exules & ui eiecti idem. Ad Her. 14. b.

Exulcero, as. Ci. de Or. 136. b. Q ne sanare nequeunt, exulcerant.

Ea non modo non exulcerat gratiam uestram, sed etiã conciliat. Ci. de Cla. 178. b.

Ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus. Ci. p Dom. 219. a.

Vt in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Ci. p Deio. 145. a.

Vt in rebus multo anteq̃ profectus es ab ipso rege et ab intimis Pompeij clam exulceratis, deinde palàm a consularibus exogitatis & in summam inuidiam adductis, ita uersamur. Ci. Ep. 2. b.

Exulo, as. exul sum, exilij causa solũ uertere uel mutare. Ci. de Or. 99. b. Q ui Romam in exiliũ uenisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.

Et me exulem tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse remp. putent? Ci. Parad. 121. b.

Annibal apud Prusiam regem exulãs. Ci. de D. 119. a.

Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut si in opertum bonæ Deæ accessisses, exulares. Ci. Parad. 221. b.

Hic locus ad exulandum est aptissimus. Ci. Ep. 53. b.

Exultatio, onis. Cic. de Ar. 252. b. Illa exultatio Athamantis &c.

Exulto, as. immoderate lætor, gaudio triumpho, uoluptate uel lætitia nimia gestio.

Ci. At. 07. b. Græci exultant, quod peregrinis iudicibus ut suis utuntur.

Alacris exultat improbitas in uictoria. Ci. At. 12. a.

Cæsar quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria. Ci. At. 101. a.

Post sensim incedens exultat audacius. Ci. Or. 199. a.

Exultare gaudio. Ci. I. A. 173. a.

Quintus pater exultat lætitia. Ci. At. 248. a.

Hoiem furentem exultantẽq continuit. Ci. de Ar. 243. b.

Populum exultare lætitia & triumphare gaudio cœpit. Ci. p Clu. 20. b.

Exulta impio latrocinio. Ci. I. C. 102. a.

Exultant lætitia in municipijs. Ci. At. 224. b.

Comprimere exultantem lætitiam. Ci. Top. 228. b.

Exultantem te & præfidentem tibi repriment ualidę legũ habenæ. Ci. de Or. 158. a.

Qui furorem exultantem repressit. Ci. p Sest. 23. a.

Equos ferocitate exultantes domitoribus tradũt, ut his faciliorbus possint uti. Ci. Off. 10. b.

Roscius exultabat uictoria nobilitatis. Ci. p S. R. 22. a.

Exultare in ruinis alterius. Ci. p Cor. 67. a.

At Cymbri in prælijs exultant, lamentantur in morbo. Ci. Tus. 109. a.

Fabius Annibalem iuueniliter exultãtem patientia sua molliebat. Ci. de Sen. 79. a.

Delphini exultantes tempestatem futuram significant. Ci. de D. 130. b.

Exultare immoderateq iactari. Ci. de D. 93. a.

Elatus inani lætitia, exultans, temere gestiens. Ci. Tus. 231. b. Lætitia inflatus atq insolens. Ci. I. A. 261. a.

Hoc in quo exultat & triumphat oratio mea. Ci. I. C. 204. b.

Campus in quo possit exultare oratio. Ci. Acad. 28. a.

Orationem exultare. Ci. de Fin. 60. a.

Exuo, is. spolio. Ci. I. V. 266. b. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum est.

Sed iam ad isto obdurumus, & humanitatem omnem exuimus. Ci. At. 204. b.

Nonne omnem humanitatẽ exuisses? Ci. p Lig. 139. a.

Vt si aut manibus ingrediatur quis aut non ante sed retro, fugere planè se ipse et hominem ex homine exuẽs naturam odisse uideatur. Ci. de Fin. 132. b.

Mens

Mens exuta uitijs. Ci. Tus. 242. a.

Exuperantia, tiæ. Ci Tus. 248. b. Populus omnem exuperantiam uirtutis adit.

Exuperatia, onis. superlatia, ὑπερβολή. Ad Her. 41. a. Significatio per exuperatianem fit, cum plus dictum est, quàm patitur ueritas augendæ suspicionis causa. & 2. b.

Exupero, as. supero. Ci. de D. 113. b. Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem.
Dum anima exuperabo mea. Ci. Post quam. 203. a. idest dum uiuam.

Exurgo, gis. Ci. p Clu. 53. b. Tu autem nisi molestum est, paulisper exurge.
Tũ Scæuola cum exurgeret simul arridens inquit &c. Ci. de Or. 108. b.
Pansam nostrum secunda uoluntate hominem exurrexisse gaudeo. Cass. Ep. 254. b.
Ne recreatus exurgere atq; erigere se posset. Ci. 3 Rul. 83. b. Huc exurge tamen quæso, retineba & complectitur. Ci. p Plan. 281. a.
Si esset iugulata nunq̃ exurgeret. Ci. I. A. 255. b.

Exuro, ris. comburo. X. inuro.
Ci. I. V. 90. a. Adrianus domi suæ uiuus exustus est.
Bithyniæ uicos exustos esse complures. Ci. p Pom. 4. b.
Sic omnis fœtus repressus exustusq; flos ueteris ubertatis. Ci. de Cla. 166. a.
Mihi quidẽ ex animo exuri non potest esse deos. Ci. de N. 61. a. X. inurere.

Exustio, onis. Ci. de Som. 130. a. Eluuiones exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est.

Exuuiæ, arum. spolia. Ci. p Pom. 14. b. Cum hunc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis & classium spolijs ornatum reliquissent.

F Litera Digamma. l. Digamma.

Faba, bæ. Cic. de D. 93. b. Ex qua etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. & 133. a. Faba quidem Pythagorici utiq; abstinuere, quasi uero ea cibo mens non uenter infletur.

Fabella, læ. Ci. de Or. 131. a. Si quando quid tanq̃ aliqua fabella narratur. & p Cæl. 51. a. Fabella uetus.

Faber, bri. Ci. I. V. 145. a. Capitolium factum est publice gratis coactis fabris, operisq; imperatis.
Ego me Phidiam esse mallem, q̃ uel optimum fabrum tignarium. Ci. de Cla. 188. b.
Si quis adhibere uolet non modo ut architectos uerum etiam ut fabros ad ædificandam remp. potuerimus et nos libenter accurrere. Ci. Ep. 127. a.
Tu uelim, ut scribis, cum fabris domum perspicias, si enim nihil est in parietibus aut in tecto uitij, cætera mihi probabuntur. Ci. Ep. 135. a.
Quantum pauca operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Ci. I. V. 106. a.
Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. Ci. p Plan. 272. a. Fabrum & procum audeo dicere non fabrorum & procorum. Ci. Or. 211. b.
Iam duo præfecti fabrum Pompeij in meam potestatem uenerunt. Ci. At. 141. a.
Erratum fabrile. i. opificis statuarum. l. Fabrilis.

Fabre. artificiose, scite, affabre.
Ci. I. V. 125. a. Argentum fabre factum.

Fabrica, cę. ipsa fabricatio, ars fabrilis.
Ci. de N. 12. a. Natura effectum esse mundũ, nihil opus fuisse fabrica.
Materia deinde quid iuuaret, nisi confectionis eius fabricam haberemus? Ci. de D. 104. b.
Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum uerecundia. Ci. Off. 25. b.
Vulcanus qui Lemni fabricæ præfuisse dicitur. Cic. de N. 70. b. & 32. b. Vt pictura & fabrica cęterçq; artes. & 54. a. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. & 5. b. Quibus oculis intueri potuit uester Plato fabricam illam tanti operis? qua construi a Deo atque ædificari mundum fecit? & 56. b. Omnis fabrica æris & ferri. & 50. a. Enumerare possum quæ sit in figuris animantium & q̃ solers subtilisq; descriptio partium, q̃q; admirabilis fabrica membrorum.

Fabricatio, onis. fabrica. Ci. de N. 53. a. Si erit tota hominis fabricatio perspecta.
In uerbo quãdam habet fabricationẽ. Ci. de Or. 158. a.

Fabricator, oris. ædificator, architectus, artifex, machinator. Ci. de Vn. 195. b. Ille fabricator tanti operis.
Minutorum opusculorum fabricator. Ci. Acad. 30. b.

Fabrico, as. fabricor, architector.
Ci. Off. 30. a. Pictores & ij, qui fabricant.
Nihil est clarius ἐνεργεία, ut græci, perspicuitatem aut euidentiam nos si placet nominemus, fabricemusq;, si opus erit, uerba. Ci. Acad. 5. b.
Mundus globosus est fabricatus. Ci. de Vn. 198. a.

Fabricor. aris. fabrico, architector.
Ci. Acad. 21. b. Esse aliquam uim cum prudentia & cõsilio scilicet, quæ finxerit, uel ut tuo uerbo utar, quæ fabricata sit hominem, qualis ista fabrica est ubi adhibita est? &c. & 9. a. Quanto artificio natura fabricata esset, primum animal omne &c.
Vt ea ipsa Dij immortales ad usum hominum fabricati penè uideantur. Ci. de N. 3. a.
Itaq; incredibiliter hoc natura fabricata est. Ci. de Or. 159. a. & ibi b. Capitolij fastigium non uenustas sed necessitas ipsa fabricata est.
Is qui fabricatus gladium est. Ci. p. R. P. 123. b.
Ciclopas Ioui fulmen fabricatos esse in Ætna putant. Ci. de D. 117. a.

Fabrilis, le. Ci. At. 88. a. Erratum fabrile. i. opificis statuarum. Fabrica. i. ars fabrilis. Ci.

Fabula, læ. res commentitia, scena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum.
Ci. de D. 131. b. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantum uoles, uerbis, sententijs, numeris, canticis, adiuuentur, authoritatẽ

quidem nullam debemus nec fidem commentitijs rebus adiungere. Liuius, qui primus fabulam docuit. Ci.de Cla.171.a.& Tus.148.b. Liuius fabulam dedit.

Ennius cum Thyestem fabulam docuisset, mortem abijt. Ci.de Cla.171.b.

Quanquam a te actam fabellam uidea esse festiue. Cic. Q.Fra.317.a.

Stalenus a P.Cethega admonitus istam dedit conciliationis & gratiae fabulam. Ci.p Clu.35.b.

Non solum unum actum, sed totam fabulam confecisse. Ci.I.A.167.a.

De Varrone loquebamur, Lupus in fabula. Ci.At.216 a.& ibi.b. Etenim decantata erat fabula.

Quibus qui splendide usi sunt, ij mihi uidentur fabulã aetatis peregisse, nec tanq̃ inexercitati Histriones in extremo actu corruisse. Ci.de Sen.90.b. &.91.b. Nec Histrioni ut placeat peragenda est fabula, modo in quocunq; fuerit actu probetur

Itaq; non sine causa fictis fabulis sapientissimi homines memoriae prodiderunt, Orestem &c. Ci.p Mil.103.a.

Commentitiae fabulae. Ci.de.D.125.a.

Fabula est in qua nec uerae nec uerisimiles res continentur. Ci.de In.48 a.& Ad Her.3.a.

Apologus uel fabula uel irrisio. Ci.de In.47.b.

Facesso, sis. abeo, contraho, exhibeo, creo.

Ci.p Fla.264.b. Vis absit, ferrum remoueatur, operae facessant, seruitia sileant.

Atq; etiam Epicureos ab omni societate reip. paulisper facessant rogemus. Ci.de Leg.163.b.

Si cui forte hac lege negotiũ facesseretur. Ci.p Clu.51.b.

Cum audissent ei negotium facessitum. Ci.I.V.233.a.

Iste profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Ci.I.V.61.b.

Facessere negotium alicui. Ci.Ep.40.a.

Facete. salse, concinne, ridicule, uenuste.

Ci.de Or.106.a. Colligere multa non modo acute sed etiam ridicule ac facete. &.131.b.et.129.a. Dicere aliquid facete. & Ep.135.b.

Facete eludi ab aliquo. Ci.p.S.R.39.b.

Facetiae, arum. iocus, sal, lepos, cauillatio, dicacitas, urbanitas, festiuitas, argutia.

Ci.de Or.128.b. Duo sunt genera facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue, illa a ueteribus superior cauillatio, haec altera dicacitas nominata est.

Sales, quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis, utetur utroq;, sed altero in narrãdo aliquid uenuste, altero in iaciendo mittendoq; ridicula. Ci.Ora.204.b.

Quod facete dicatur id alias in re alias in uerbo habere facetias. Ci.de Or.131.b.

Mirifice capior facetijs his maxime nostratibus. Ci.Ep. 134.b. Multo maiorem partem sententiarũ sale tuo & lepore & politissimis facetijs pellexisti. Cic.de Ora. 106.a. P.Scipio omnes sale facetijsq; superabat. Cic. de Cla.176 b.

Sale conditus & facetijs Caesar &c. Ci.Off.27.a.

Festiuitas, facetiae, urbanitas, lepor, suauitas. Ci.de Cla. 180.b.&.177.b. Facetiarum & urbanitatis oratorius non scurrilis lepos.

Huius orationes multum argutiarum & urbanitatis habent. Ci.de Cla.179.b.

Lepos quidã facetiaeq; & eruditio libero digna. Ci.de Or.86.b. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidem lepos. Ci.de Or.98.a.

Aliquis facie magis q̃ facetijs ridiculus. Ci.At.7.b.

De iocis & facetijs. Ci.de Or.128.b.

Facetosus, a, um. Ci.de Fin.86.b. Facetosa urbanitas.

Facetus, a, um. salsus, urbanus, uenustus, scitus, concinnus, festiuus, argutus, dicax, facetus & dulcis festiuiq; sermonis, & in omni oratione simulator Socrates.

Ci.de Or.129.a. Natura fingit homines & creat imitatores & narratores facetos & uultu adiuuante & uoce, & ipso genere sermonis. & ibi. Ante illud facete dictũ emissum haerere debet q̃ cogitari potuisse uideatur.

Faceta & elegans ironia. Ci.de Cla.192.a.

At etiam quodã loco facetus esse uoluisti. Ci.I.A.164. a. Aliquid enim salis ab uxore mima trahere potuisti.

Primum quod tibi facetum uidetur, quicquid ego dixi, deinde quod illa siue faceta sint, siue sic fiunt narrãte te uenustissima. Ci.Ep.255.b.

Alij in eadem ieiunitate concinniores, idest faceti. Cic. Or.198.b.

Acutus, elegãs, facetus, breuis. Ci.de Cla.170.a.et.180 a. Cum aculeo & maledicto facetus.

Genus iocandi elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Cic.Off.11.a.

Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum & uenustum. Ci.p Dom.231.b.

Vir salsissimus. Cic.de Or.132.b.i. facetissimus. & ibi. Quod si admistum est etiam ambiguum, fit salsius. et.87 b. Sermo facetus ac nulla in re rudis. &.129.a. Esse salsum & facetum.

Facies, ei. os, species oris.

Ci.de Or.95.b. Quae nobis non possumus fingere, facies, uultus, sonus. Hominis figura, ut cum Homeri faciem cogito. Ci.de.D.137.b.

Velim mihi dicas, L.Tarsucius, qua facie fuerit, qua statura. Ci.I.A.168.b.

Formam & tanq̃ faciem honesti uides. Ci.Off.4.a.

Fateantur in Meandrij persona expressam esse faciem ciuitatis. Ci.p Fla.157.b.

Legatus enim Senatus faciem secum attulerat. Cic.I.A. 218.b.

Affers faciem nouam, nomẽ uetus &c. Ci.p Fl.161.a.

Virtus, quam tu ne de facie quidem nosti. Ci.I.P.96.b.

Facile. nullo negotio, nullo labore, cito, procliuius, facile factu est, nihil negotij est. X. aegre, tristius.

In perfacili cognitione uersari. Ci.Or.208.a. idest facile cognosci.

Ci.p Cael.41.b. Voluntas testium, quae facillime fingi nullo negotio flecti potest.

Qui sperant facilius & proclinius ad laudem nobilitatis peruenire. Ci.Anteq̃.194.b.

Cum id nullo negotio facere posses. Ci.At.229.a.

Perfacile & nullo negotio. Ci.p.S.R.21.b.

Subitum

Sed te aberrare ꝓposito facile patiebar. Ci.Tus.165.b

Subitam orationem commentatio facile uincit. Ci.đ Or. 97.a.&.113.b.

Cæteris iniurijs quę propositæ sunt a Catone facile, ut spero, resistemus. Ci.Ep.5.b.

Quis enim hęc uel non facile uel certe aliquo modo posset edisceret? Ci.đ Or.130.a.

Tu qui esses ordinis tui facile princeps. Ci.Ep.87.b.

Facile uincit & facile superat. Ci.đ Or.146.b.

Africani fratris nepos uitiis omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus. Ci.Tus.165.b.

Facilis,le. *proclinis, expeditus, explicatus, exorabilis, indulgens, minus operis, nihil est negotij.* X. *fastidiosus, difficilis.* Ci.đ·Or.105.b. *Vtriusq; rei facilis est et prompta defensio.*

Peruenisti ad tuum ius facillore ac commodiore iudicio peruenire. Ci.ꝓ Cecin.286.b.

Carneades dicere solebat me sibi perfacilem in dicendo, te autem perpugnacem in disputãdo esse uisum. Ci.đ Or.92.b. *Facilem se in hominibus audiendis admittendisq; præbere.* Ci.Q Fr.296.a.

Lenis a te & facilis existimari debeo. Ci.Ep.61.a.

T.Iunius fuit facilis & expeditus ad dicendum. Cic.đ Cla.180.b.

Facilis & expedita distinctio. Ci.đ Fin.55.b.

Quod si tam facilem populum haberem q̃ Æsopus habuit, libenter me hercule artem desinerẽ. Cic.Ep.95.b.

Antiqui faciles in suũ cuiq; tribuendo. Ci.đ Cl.172.a.

Facilis pater. X. *difficilis.* Ci.đ.N.74.b.

Facilis, proclinis idem. Ci.Top.226.b.

Facile, procliue, iucundum. Ci.Part.238.a.

Hoc mihi crede ludus est homini non hebeti &c. Cic. đ Or.115.a.i.*facile factu.*

Materia facilis ad exardescendum. Ci.đ Or.125.b.

Sed materia facilis in te dicta dicere. Ci.I.A.168.b.

Quę omnia facilẽ habent rationem reprehẽdẽdi. Ci.ꝓ Cæl.50.b. *Etiam si faciles nos habuerit ad concedẽdum.* Ci.đ.D.130.b.

Antonius facilis in causis recipiendis erat, fastidiosor Crassus, sed tamen recipiebat Ci.đ Cla.183.a.

Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione uersantur. Ci.Or.208.a.

Hoc non est positum in labore aliquo. Ci.Q.Fr.196.a.

Facilis aditus ad eum priuatorum, liberæ querimoniæ de aliorum iniurijs esse dicuntur. Ci ꝓ Pom.12.a.

Deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute. Ci.ꝓ Dom.222.a.

Sed mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. Ci.ꝓ Plan.259.b.

Comes, benigni, faciles, suaues homines &c. Cice.pro Cor.62.b.

Facilitas,tis. *lenitas, humanitas.*

Ci.đ Or.102.b. *Quę si uobis non probabuntur, uestrã iniquitatem accusatote, qui ex me quęsieritis, quę ego nescirem, meam facilitatem laudatote, cum uobis non meo iudicio, sed uestro studio inductus non grauitate respõdero.* *Qui dignitate principibus excellis, facilitate par infimis esse uidetur.* Ci.ꝓ Pom.12.a.

Quis congressum meum: quis facilitatem sermonis desiderauit. Ci.At.200.a.

De quo pro tua facilitate & humanitate purgatum se tibi scribis esse Ci.Ep.214.a.

Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. Ci.Q.Fr.293.b. *Magis adeo id facilitate mea, q̃ alia ulla culpa mea contigit.* Ci.đ Or.120.a.

Sed immoderate facilitate nostra abutuntur. Cic.Ep.183.b. *Exercẽda etiam est facilitas & altitudo animi quę dicitur.* Ci.Off.28.a.

Facilitas significandi. Ci.đ Or.125.a.

Facinorosus,a,um. Ci.Anteq̃.195.a. *Nemo tam perdita authoritate facinorosa iuuentus est uita, qui &c.*

Facinorosos maiore quadam ui q̃ ridiculi uulnerari uolunt. Ci.đ Or.130.b.

Cum facinorosis audacter uiuere. Ci.ꝓ Cęl.40.a.

Iniuriosa & facinorosa uita. Ci.đ Leg.164.a.

Facinus,oris. *factum insigne tam bonum q̃ malum, flagitium, scelus.*

Cic.I.V.270.b. *Facinus est uinciri ciuem rom. scelus uerberari, propè paricidium necari, quid dicam in crucem tolleret.* *Miloni facinoris suspicio non facti crimen obstat.* Ci.ꝓ Mil,120.b.

Si enim ita est, uide ne facinus facias, cum mori suadeas potius. Ci.đ Fin.84.b.

Voluntario facinori ueniam dari non oportere. Cic.de 61.a. *In externis locis minor est ad facinus uerecundia.* Ci.Ep.54.b.

Et id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. Ci.ꝓ Rab.94.a. *Statimq; illa mirabilia facinora effecit.* Cic.I.A.181.a.&.255.a.*Rectissimum facinus.*

Facere magnum facinus. Cic.Ep.22.b.&.40.b.*Committere facinus.*

Facinus præclarissimum. Ad Her.41.b.

Postea illud consciui facinus. Ci.At.275.b.

Homines ad uim, facinus, cædemq; delecti. Ci.ꝯ Rul.81.b. *Is cui nihil unq̃ nefas fuit nec in facinore nec in libidine.* Ci.ꝓ Mil.115.b.

Furiæ uindices facinorum & sceleris. Ci.đ.N.68.b.

Facinus sceleris & perfidiæ. Ci.I.V.274.b.

Scelestum ac nefarium facinus. Ci.ꝓ.S.R.24.b.

Deprehendi in manifesto facinore. Ci.đ Cla.181.a.

Fieri in ciuitate facinora capitalia. Ci.đ.N.4.b.

Obire facinus. Ci.I.C.102.b.

Facio,cis. *ago, molior, efficio, exequor, efficiens sum, effector sum, fabrico uel fabricor, gero, elaboro, conficio, perficio, creo, transigo, præsto, consto, reddo, adopto, deligo, celebro, comparo, sacrifico, infero, produco, induco, committo, conuenio, exerceo.*

Ci.At.98.b. *Feci igitur atq; effeci, ut neuter quenquã omnium pluris q̃ me faceret.*

Quidam omnia docentes & dilucidiora non ampliora facientes. Ci.Or.198.b.

Oĩa quę fiunt, quęq; agũtur acerrime. Ci.đ Or.238.a.

Quod agendum & faciendum est non recuso. Ci.I.A.290.a. *Dixisti huius te cupiditati obsequi, sicut ego fecissem in collega meo.* Ci.I.P.82.a.

Fecíq; hoc, quod ne adolescens quidem feceram, ut his

de rebus disputarem. Ci. de Or. 110. a.

Brutus scribit sese de attributione omnia summa fecisse. Ci. At. 244. b.

Etiam Domitio ipsi multa iam feci, quæ ualuit, quæq; a me petiuit. Ci. Q. Fr. 321. a.

Itaq; feci de Fabia ut scribis. Ci. At. 247. b.

Nam si te interioribus amicis tuis anteponis, ualde magnum facis. Ci. Q. Fr. 300. b.

In meis calamitatibus aliquam ferte opem, ut sæpe multorum in periculis fecistis. Ci. Anteq. 196. b.

Quæcunq; administraui ex uestra autoritate & uoluntate feci. Ci. Anteq. 197. a.

Et me unum ex ijs feci, qui ad aquas uenissent. Cic. pro Plan. 173. a. At ea, quæ a nobis facta sunt, iustissime facta. Ad Her. 9. a.

Honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. Ci. I. A. 222. a. b.

Sanè quidem sicut de religionum iure fecisti. Cic. de D. 284. b. Nec tantum in statuenda Lepidi statua factũ est mali, quantum in euertenda boni. Ci. At. 283. b.

Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me uenit. Ci. Q. Fr. 306. a.

Facis ex tua dignitate & è rep. Ci. At. 173. b.

Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam. Ci. At. 160. b.

Demosthenes si ea quæ a Platone didicerat pronũtiare maluisset, splendide id potuisset facere. Ci. Off. 1. b.

Glabrionem id quod fecit, facere lętatus sum, ut testem dimitteret &c. Ci. I. V. 269. b.

Atq; illud quod faciendum primum fuit, factum atq; tractatum est. Ci. I. C. 114. a.

Horum nihil faciendum est. Ci. Q. Fr. 327. b.

Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. Ci. Or. 218. a.

Fac potuisse, quid est &c. Ci. I. A. 161. a.

Posse aliquem inueniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicẽdo, abessetq; ei quẽ defenderet. Ci. de Or. 136. b

Facere aliquem infamem. Ci. I. V. 204. a.

Medico tria millia iugerũ, quasi te sanum fecisset, Rhetori duo, quasi disertum facere potuisset. Ci. I. A. 179. b. & 177. b. Quanq̃ te bonum timor faciebat.

Hortẽsius clamores faciebat adolescẽs. Ci. de Cl. 195. b

Facere magnum facinus. Ci. Ep. 22. b.

Facere non possum, quin ad te mittam &c. Ci. At. 195. a. & 91. a. Facere longiorem epistolam.

Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano. Ci. Ep. 130. a. & Or. 100. a. Isocrates fecit Panegyricũ.

Valet enim, credo, Cæsar. S. C. facere. Ci. At. 151. b.

Itaq; qđ pro mea iudicio facere potui, ut laudarẽ &c. feci. Cato Ep. 247. b.

Quatuor uiros municipes fecerunt. Ci. p Clu. 22. b.

Facere piraticam. Ci. Postq̃. 206. a. & Q. Fr. 319. a. Facere topiariam. & I. V. 267. b. Facere argentariam.

M. Brutus accusationem factitauit. Ci. de Cla. 176. a.

Ille uersus qui uetat artem pudere proloqui quam factites. Ci. Or. 210. b.

Facere peculatum. Ci. p Rab. 91. b.

Phaleræ pulcherrimæ factæ. Ci. I. V. 206. a.

Argentũ optime factum. Ci. I. V. 208. a. & 209. b. Argentum bene factum. & 248. b. Argentum factum atq; signatum. & 110. b. Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. & 208. b. Pocula Mentoris manu summo artificio facta. & 213. a. Conficere alicui stragulã uestẽ. et. 214. a. Perficere aliquid mirabili opera.

Plato facit mundum ædificari a Deo. Ci. de N. 5. b.

Plato facit Isocratẽ laudari a Socrate. C. de Opt. 244. a

Facere aliquem loquentem. Ci. Or. 204. b.

Plato facit Socratem disputantem &c. Ci. de N. 8. a.

M. Cato, apud quem Lęlium & Scipionem facimus admirantes, quod &c. Ci. de Sen. 77. b.

In eo libro ubi se cum Curione colloquentem facit. Ci. de Cla. 184. a.

Maiores, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, uos cuius pontifices ad aram in uelabro sacrificiũ facere soletis. Ci. Bru. 283. a.

Iuno sospita, cui omnes consules facere necesse est. Ci. p Mur. 145. b.

Gratulatio, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Ci. Ep. 170. a.

Homo qui esset totus ex fraude & mẽdacio factus. Ci. p Clu. 32. b. Resp. detrimentũ fecit. Ci. I. V. 204. a.

Facere damnum. Ci. de Cla. 175. b.

Facere iacturam. Ci. At. 196. a.

Quid potes illi facere? Ci. I. V. 218. b.

Quid tu huic homini facias? Ci. p Cecin. 290. b.

Si quid de ea factum esset, in quo spem eratis habituri. Ci. p Pom. 15. a.

Facio pluris omniũ hominum neminem. Cic. At. 119. a.

Nã ego te ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci. Ci. Ep. 32. b. & ibi. Duos duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium, & M. Brutum.

Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris approbabo. Ci. Ep. 32. a.

Ille plurimi fit ab omnibus. Ci. Ep. 32. a.

Nec pluris nunc facit Camillus hoc ciuile bellum, q̃ illo uiuo ego fecerim Romam captam. Ci. Tus. 167. b.

Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti ego te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem. Cic. Ep. 40. b. Authoritas sapientissimorũ hominum nobiscũ facit. Ci. p Cecin. 305. a.

Cum Cæsare Lentulus consul facit. Ci. At. 96. b.

Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur. Ci. p Cecin. 300. a.

Faciebant omnia cum Pupillo. Ci. I. V. 97. b.

Veritas cum hac facit. Ci. p Quint. 17. a.

Facere cum aliquo & idem sentire. Ci. p Syl. 174. a.

Cum furialis illa uox secum illos facere personabat. Ci. p Plan. 277. b.

Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est quasi cum Philippo facere. Ci. de D. 133. a.

Hoc nihilo magis ab aduersarijs quàm a nobis facit. Ci. de In. 59. a.

Facere cum aliquo. Ad Her. 9. a. i. conuenire.

Sic iudico omnes ignominia affectos illic facere. Ci. At. 202. b. i. Cæsari fauere.

Leges,

Leges, quas contra praeter et nemo unquam est facere conatus. Ci. In Vat. 32. b.
Facere contra aliquem. Ci. de Fin. 76. b.
Fac potuisse, quod est etc. Ci. I. A. 161. a.
Verum fac esse omnia. Ci. Ep. 136. a.
Sed fac igneam, fac spirabilem, nihil ad id quod agimus. Ci. Tus. 163. a.
Verum pone esse uictum eum. Ter. 136. b. id est, fac esse uictum eum.
Factio, onis. partes, secta, ratio.
Ci. de Cla. 179. a. Inuidia concitatur in iudicum et in accusatorum factionem.
Gabinium tres adhuc factiones postulant. Ci. Q. Fra. 310. b. Tenuisti prouinciam per decem annos non tibi a Senatu sed a te ipso per uim et factionem datos. Ci. Att. 108. a.
In inuidiam trahemus, si uim, si potentiam, factionem, diuitias etc. proferemus. Ad Her. 2. a.
Animi hominum infecti partibus. Ci. At. 181. a.
Partium quaedam contentio tum in repub. uersata est. Ci. I. C. 121. a.
Homo nullarum partium. Q. de Pet. 206. a.
Sex. Roscius eam partem causamque defendit. Ci. p. S. R. 21. a. Studium partium. Ci. p Quint. 12. b.
Alteri uicti sunt alteri sunt e medijs partibus Caesaris. Ci. I. A. 200. b.
Qui neminem unquam alterius rationis ac partis offendit. Ci. p Cor. 67. a.
Tabulae, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. Ci. Top. 224. b.
Factiosus, a, um. Ci. Off. 13. b. Existunt in rep. plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur. Si quis potens et factiosus etc. Ad Her. 13. b.
Factito, as. Ci. de Cla. 170. b. Quod ne graeci quidem ueteres factitarunt.
M. Brutus accusationem factitauit. Ci. de Cla. 176. b.
Si esset factitatum non esset desitum. Ci. d. D. 128. b.
At alterum factitatum est, alterum nouit. Ci. Or. 210. a.
Haec apud maiores nostros factitata. Ci. Off. 51. a.
Quem palam haeredem semper factitauerat. Cic. I. A. 168. b.
Factum, sti. πρᾶξις. Cic. At. 152. a. Meum factum abs te probari gaudeo.
Illud pulcherrimum factum, quod ex authoritate Senatus gessi. Ci. p Dom. 232. a.
Nullum meum minimum dictum non modo factum pro Caesare intercessit, quod non ille etc. Ci. Ep. 16. a.
Qui non modo a facto sed etiam a conscientiae suspicione abest. Ci. p Cael. 42. a.
Cum ipsum factum per se praeclarum atque diuinum est, tum expositum ad imitandum. Ci. I. A. 282. a.
Ecquod eius factum aut commissum quod cuiquam paulo minus consideratum uideatur factum? Ci. p Syl. 180. b
Illorum aut in me male dicta, aut in nos scelerate facta. Ci. Ante q. 195. b.
Facta illustria et gloriosa. Ci. de Fin. 36. b.
Factum egregium. Ci. Ep. 153. a.
Factus, a, um. Ci. Off. 21. a. Neque enim ita generati a natura sumus ut ad ludum facti esse uideamur, sed ad seueritatem.
Ad quam legem non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus. Ci. p Mil. 203. a. et Or. 212. a.
Erotem ad ista expedienda factum mihi uidebar reliquisse. Ci. At. 234. a.
Siue quod natura non esset ita factus. Ci. de Cla. 190. b.
Sed ita facti sunt illi pedes, ut in eis singulis modus insit. Ci. Or. 216. a.
Argentum factum atque signatum. Ci. I. V. 248. b.
Oratio, quae quidem sit polita atque facta. Ci. de Or. 160. a
Facultas, tis. commoditas. Ci. p Pom. 7. a. Nec eisdem re dimendi facultas erit propter calamitatem, nec alijs uoluntas propter timorem.
Videamus nunc ecquae facultas suscipiendi maleficij fuerit. Ci. p. S. R. 33. b. et ibi. Age nunc caeteras quoque facultates consideremus.
Romae mihi nummorum facultas est, quam si sapies communem existimabis. Ci. p Quin. 3. a.
Erit igitur haec facultas in eo, quem uolumus esse eloquentem. Ci. Or. 207. b.
Nec eius rei facultatem, si qua erit, praetermittam. Cic. At. 117. b.
Alia quaedam in hoc facultas est ingenij. Ci. p Arc. 125. b.
Quod si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas Ci. At. 276. b.
Videndum est, ne maior sit benignitas quam facultas. Ci. Off. 9. b.
Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solum sed etiam necessitas fuit. Ci. p Mil. 110. a.
Atea quidem facultas uel tui uel alterius consolandi in te summa est, si unquam in ullo fuit. Ci. Ep. 57. a.
Neque si facultas optabilis mihi quidem tui praesentis esset, unquam a tuis consilijs discreparem. Ci. Ep. 145. b.
Quare illa nobis alio tempore si facultas erit, explicabuntur. Ci. de In. 53. a.
Non deerit ipsi facultas ex caeteris rebus comparatas Ci. de Or. 113. a.
Hic mihi fuit cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Ci. At. 105. a.
Ne irato testi facultas ad dicendum data uideatur. Ci. p Font. 272. b. Opes superbiae et libidini facultatem et materiam dare. Ci. de Or. 140. a.
Multis mihi locis et data facultas et saepe dabitur de mea laude dicendi. Ci. p Syl. 167. a.
Vt maior facultas Tribunis daretur seditionis concitandae. Ci. p Mur. 144. a.
Si causa dabit facultatem. Ci. de In. 80. b.
Libenter arripere facultatem laedendi, quaecunque detur. Ci. p Fla. 150. a.
Si modo eam facultatem tibi causa dabit. Ci. de N. 61. a.
Nonnunquam improbo iudici facultas datur, ut cum sciens perperam iudicarit, tabulas secutus esse uideatur. Cic. p Cecin. 298. b.
Doleo tantam te omnibus irridendi tui facultatem dare. Ci. de D. 116. b.
Cum primum nauigandi facultas nobis data erit, ea utemur. Ci. Ep. 32. a.

Tamen multæ mihi postea ad satis faciendum facultates dabuntur. Ci. ꝓ Clu. 19. b.

Gloria, cuius Dij maximam facultatem tibi dedere. Ci. Ep. 155. a. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas dedi. Ci. At.

Quæ mihi facultas ad hoc tempus nunq̃ est data. Cic. ď Fin. 64. a. Q. Hortensius cui summam copiam facultatemq; dicendi natura largita est. Ci. ꝓ Quint. 1. b.

Vtinam mihi hanc facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare &c. Ci. ꝓ Rab. 93. a.

Q. Varius illa ipsa facultate, quancunq; habet, magnã est gratiam consecutus. Ci. ď Or. 94. b.

Eloquens facultatem habet, quæ est eius propria, fuse latęq; dicendi. Ci. Or. 207. a.

Si res facultatem habitura uideatur, ut Alexandriam tenere possis. Cic. Ep. 7. a. & 151. b. Virtus maxime illustratur, magnis in remp. meritis, quam facultatem habes maximam. & 168. b. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. & 74. a. Qui magnam facultatẽ sis habiturus nobiscum & cum omnibus tuis uiuendi.

Ad rem gerendam qui accedet, non modo consideret, q̃ illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. Ci. Off. 15. a.

Cum & otij ad scribendum plus & facultatem dãdi maiorem habueris. Ci. At. 3. b.

Nihil est quod de perficiendi facultate dubitemus. Ci. ꝓ Pom. 17. a. Cætera uectigalia belli facultatibus affliguntur, hoc uectigali etiam belli facultates sustentantur. Ci. ꝯ̃ Rul. 72. b.

Tum autem consultant conducat id nec ne ad facultates rerum atq; copias ad opes, ad potentiã. Ci. Off. 2. a.

Nihil quod ad commodum meum pertineat sine maximo tuo commodo & maxima tua facultate mi frater cogitaris. Ci. Q. Fr. 318. b.

Vtriusq; nostrum magni interest, prius ut te conueniã q̃ decedas, quam facultatem si quis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt. Ci. Ep. 33. b.

Vt semper nouus ueniam, quam facultatem mihi multitudo istius uitiorum largitur. Ci. I. A. 168. b.

Resp. dedit ei facultatem liberalitatis, qua usus est &c. Ci. ꝓ Mur. 134. a.

Facultatem mihi ablatam putaui, ut quod &c. Ci. I. C. 111. a. Is oblatam sibi facultatem putauit ut posset &c. Ci. ꝓ Clu. 33. b.

Vera maledicendi facultas. Ci. ꝓ Mur. 126. a.

Magni igitur iudicij & summæ facultatis esse debebit moderator ille &c. Ci. Or. 103. a.

Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatem ademisset. Ci. At. 41. a.

Virtutes quæ in ingenij aliqua facultate positę sunt. Ci. ď Or. 140. a. & 128. b. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex eisdem suppeditatur locis. & 93. a. Otium ac facultas discendi maior & maturior. & 96. a. Quomã ex me non de oratoris arte sed de hac mea, quantulacunq; est, facultate quęritis. i. de eo quod ego in dicendo præstare possum.

Vim eloquentię non rei natura sed sua facultate metiri. Ci. ď Opt. 243. b. & ibi. Melius a deteriori facultate q̃ genere distinguitur.

Omnis uis ac facultas oratoris in quinq; partes distributa est. Ci. ď Or. 96. b.

Studium dicendi res facultate præclara arte mediocris. Ci. ď Or. 111. a.

Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. Ci. ď Cla. 185. b. Theophrastus talium sumptuum facultatem fructum diuitiarum putat. Ci. Off. 44. b.

Tantæ facultates ingenij, consilij, gratię. Ci. At. 43. b.

In accusatione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia & potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, consideranda est. Ci. ď In. 66. b.

Aut potestas alijs defuisse demonstranda est, aut facultas. potestas si aut nescisse, aut non affuisse aut conficere aliquid non potuisse dicetur, facultas si ratio, adiutores, adiumenta & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Ci. ď In. 64. b.

Facultatum autem infirmatione utetur, si aut uires aut animum aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum. Ci. ꝑt. 240. b.

Qui in aliqua arte & facultate excellit. Ci. ď Or. 103. b. & 4. Oratoris facultas.

Quibus in rebus oratorum uersatur facultas. Ci. ď Or. 92. b. & 90. a. Illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes uelit ad oratoris ei confugiendum est facultatem. & ibi. Asclepiades in eo ipso quod ornate dicebat, non medicinæ facultate utebatur sed eloquentiæ.

Facultas disserendi a Rhetoricis exercitationibus accepta. Ci. ď. N. 59. b.

Facultas & copia dicendi. Ci. I. V. 68. a. & 135. b. Ex utraq; parte facultates & copias cognoscere.

Cura magis & diligentia q̃ facultate & copia facere aliquid. Ci. Ep. 141. b.

Materies digna facultate & copia tua. Ci.

Cuius rei tantæ tamq; difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero. Cic. ď N. 4. b. Tantæ facultates ingenij, consilij, gratię. Ci. At. 43. b. Viri summa uirtute & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima. Ci. ꝓ Syl. 175. a.

Consularis homo non minimis facultatibus usus. Ci. An teq̃. 195. a. Habere summam facultatem uacui ac liberi temporis. Ci. ď Or. 148. a.

Spei, salutis, opis, uictoriæ, facultas a Dijs expetenda est. Ci. ď. N. 77. b.

Vtrumq; collaudandum uideri quod tantam iam essent facultatem adepti, ut cum maioribus natu compararentur. Ci. ď Or. 87. b.

Hoc amplius si quid poteris, non id mihi uidebitur orator sed Crassus sua quadam propria non communi oratorum facultate posse. Ci. ď Or. 88. b.

Vt par sis in utriusq; orationis facultate. Ci. Off. 1. a.

Prout Thermitani hominis facultates ferebant. Cic. I. V. 125. b. Quoad facultas tulit. Ci. ď In. 63. a. idest quoad potuimus.

Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit, apertus est. Ci. ď In. 52. b. & ibi. Vt facultas tulit, feci &c

Horum ego honorum facultatem nunq̃ & copiam expetiui. Ci. ꝓ Dom. 243. a.

Quibus

Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominũ studia complectamur, dicemus. Ci.Off.36.b. & .35.b. *Effectumq; est in dando & accipiendo & permutandis facultatibus & commodis nulla re egeremus.*
Quae si in illo minima fuissent, tamen pro suis facultatibus maxima putarentur. Ci.p Rab.93.a.
Falcarius, rij. Ci.I.C.99.a. *Dico te priori nocte uenisse inter falcarios in M. Leccæ domum.*
Falernus, a, um. Ci.d Cla.191.b. *Falernum uinum.*
Fallacia, ciæ. fraus, præstigię, dolus, laqueus.
Ci.d Or.126.a. *Nihil opus est simulatione & fallacijs.* *Illinc omnes præstigię, illinc omnes fallaciæ.* Cic.p.R.P.118.a. *Exagitabantur omnes eius fraudes atq; fallaciæ.* Ci.p Clu.38.a.
Tota res est inuenta fallacijs aut ad quæstum, aut ad errorem. Ci.d.D.126.a.
Hic ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus uidetur. Ci.p.Q.R.48.a.
Prensat unus Galba sine fuco & fallacijs. Ci.At.1.a.
Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. Ci.d.N.74.b. *fine ratione esse non possunt.*
Æquitatem rei uerbi laqueo capi non oportet. Cic. pro Cecin.301.a.
Fallaciter. Ci.p Dom.218.b. *Maiores nostri qui non ficte & fallaciter populares, sed uere et sapienter fuerũt.* *Ratio hoc postulat, ne quid fallaciter, ne quid insidiose, ne quid simulate.* Ci.Off.65.b.
Fallaciter portenta interpretari. Ci.d.D.87.b.
Fallacissime se alicui uenditare. Ci.d Ar.255.a.
Fallaciter imitando. Ci.Part.137.b.
Fallax, cis. fraudolentus.
Ci.p Flo.263.b. *Vicinitas non fucatã, non fallax, non erudita artificio simulationis.*
Fallaces & fucosæ merces. Ci.p.R.P.129.a.
Quidam Cæsarem fallacibus interpretibus et nuntijs impulerunt in spẽ certissimã consulatus. Ci.At.278.b.
Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atq; animo uidere debebant. Ci.d.D.127.a.
Emolumenta rerum fallacibus iudicijs uident. Ci.Off.59.a. *Vt tanq̃ in herbis non fallacibus fructus appareat.* Ci.d Am.109.a.
Sophismata, sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Ci.Acad.19.a.
Malitia ẽ uersuta et fallax nocẽdi ratio. Ci.d.N.75.a.
Astrologi uani, fallaces. Ci.d.D.88.a.
O spes fallaces, o cogitationes inanes meæ. Cic.p Mil.210.a. *Spes falsa & fallax.* Ci.I.A.240.b.
ὑπουλος, fallax. Ci.At.164.b.
Fallo, lis. decipio, induco, fraudo.
Ci.p.S.R.37.b. *T. Roscius socios induxit, decepit, destituit, aduersarijs tradidit, omni fraude & perfidia fefellit.* *Si uis improborum spem meam fefellerit, atq; superarit.* Ci.I.C.123.b.
Diuinatio fallit fortasse nonnunq̃, sed tamen ad ueritatem sæpissime dirigit. Ci.d.D.85.b.
Quam spem cogitationum & consiliorum meorum cum graues communium temporum, tum uarij nostri casus fefellerunt. Ci.d Or.85.a.
Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. Ci.Off.9.a.
Quæ ne spes eũ fallat uehementer te rogo. Ci.Ep.4.a.
Gaudeo non fefellisse eam rem opinionem tuam. Cic. At.252.a.
Multum uero te opinio fallit &c. Ci.In Sal.273.a.
Neq; tum eos illa opinio fefellit. Ci.d In.61.a.
Opinio de te multum me fefellit. Ci.Octa.330.a. & p Syl.175.a.
Longe falleris opinione. Ci.In Sal.272.b.
Neq; enim hoc te Crasse fallit, quàm multa sint. Cic.d Ora.107.b.
Quem quæso nostrum fefellit, ita nos esse dicturos? Cic. Ora.210.a.
Tamen in lege nullo esse huiusmodi capite te non fallit. Ci.At.51.a.
Is enim sum (nisi me fallo) qui &c. Ci.I.A.243.b.
(Nisi me fallit animus.) Ci.p.S.R.26.a.
Sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Ci.At.227.a.
Nisi me forte fallit. Ci.Bru.189.a.
(Nisi omnia me fallunt.) Ci.At.122.b.
Si quid me fallit in scribendo. Ci.Ep.33.b.
Nisi quid me fallit. Ci.Ep.76.a.
Non fallam opinionem tuam. Ci.Ep.6.a.
Cauere ne capiatur, ne fallatur, uidere. Ci.Acad.17.a.
Possum falli, ut humanus. Ci.At.212.a.
Spe falli possumus. Ci.d.N.75.a. & ibi. *Deus falli qui potuit?*
In unum exitum spectantes & nunquam fallentes res. Ci.d Ora.91.b.
Aut tu illum fructu fallas, aut &c. Ci.d.N.74.b.
Hominum ingenio ad fallendum parata. Cic.Q.Fra.300.a.
Falso. Ci.Acad.35.b. *Assentiri falso alicui rei.*
Falsitas, tis. uanitas. Ci.p Clu.18.b. *In omnibus locis parum firmamenti & parum uirium falsitas habet.*
Falsò. falso, fallaciter. Ci.p Pom.11.b. *Hoc incredibile omnibus & falsò memoriæ proditum uidebatur.*
Quod uerbum abs te aiunt falsò in me solere conferri. Ci.Ep.62.b.
Falsus, a, um. adulterinus, inanis, mendax, uanus.
Ci.p.S.R.36.b. *Pro re certa spẽ falsam domũ retulit.* *Falsis & mendacibus uisis mentes mortalium concitare.* Ci.d.D.135.a. *Complexus falsę beneuolentię extiterunt in amore simulato.* Ci.I.A.231.a.
In eo nihil esset nisi falsum et imitatione simulatum. Ci.d Ora.125.b. & .99.a. *De cuius morte domum falsus ab exercitu nuntius uenit.*
De quibus ante ad te falsum scripseram. Ci.At.111.b. & .12.b. *Obijcit mihi ad Baias fuisse, falsum.*
Ex falsis uerum effici non potest. Ci.d.D.130.b.
Quę ordine & ratione uacant ea mentita et falsa plenaq; erroris sunt. Ci.d.N.37.a.
Falsum est in quo pspicue mendaciũ est. Ci.d In.58.b.
Testes malitia falsi fictiq; esse possunt. Ci.d.D.114.a.
Pœna falsarum et corruptarum literarum grauis est. Ci.p Fla.254.b.

O falsam spem. Ci. p Syl. 184. b.
Spes falsa & fallax. Ci. I. A. 240. b.
Philosophus pictus, ut dicitur. Ci. d Fin. 143. b.

Falx, cis. Cic. p Mil. 119. b. Qui cum falcibus ad Castoris cucurrerunt.
Ille arma misit, cornua, tubas, falces. Ci. p Syl. 170. a.
Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Ci. Tus. 241. a.

Fama, mæ. opinio, existimatio, nomen, sermo, rumor, prædicatio, commemoratio nominis nostri, celebritas sermonis hominum, fictæ auditiones, disseminatus dispersusq; sermo, hominum sermo, celebritas, nobilitas, uentus quidam popularis.
Ci. At. 117. a. Bona de Domitio præclara de Afranio fama est. Qui ut ante collectam famam conseruet, laboret. Ci. I. V. 66. a.
Expetenda est bona fama bonorum, quæ uere sola gloria nominari potest. Ci. p Sest. 26. b.
Quam græci εὐδοξίαν appellant, aptius est hoc loco bonam famam appellare q̃ gloriam. Ci. d Fin. 102. a.
Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Ci. Of. 48. a
Famam existimationemq; amittere. Ci. p Quint. 9. a.
Amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis. Ci. Off. 39. b.
Quod ita esse constanti fama atq; omnium sermone celebratum est. Cic. Q. Fr. 294. b. & ibi. Constare inter omnes uideo &c.
Hoc quanti putas esse ad famam hominum? in hoc felicitatis fama sermoq; uoluit. Ci. p Mur. 133. b.
Sed quod ipsi audistis communi fama atq; sermone de ui de armis &c. Ci. p Fla. 148. b.
Vt hominum fama est. Ci. d Ar. 248. a.
Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. Ci. p Syl. 109. a.
Hac tanta celebritate famæ etiam absentibus notus erat. Ci. p Arch. 186. b.
At fuit fama, quotus quisq; istam effugere potest in tã maledica ciuitate? Ci.
Cum tristis a Mutina fama manaret. Ci. I. A. 261. a. & Famam emanare. Ci. I. V. 76. b.
A Brundusio nulla adhuc fama uenerat. Ci. At. 126. b.
Fama de interitu Clodij fines imperij rom. peragrauit. Ci. p Mil. 120. b.
De Buthrotis longe alia fama in his locis fuerat. Cic. At. 251. a. b.
Tamen ipsa fama, quæ de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Ci. Ep. 149. a.
Hæc fama de nostris hominibus percrebuit. Cic. I. V. 115. b. Fama uulgi, quoddam multitudinis testimonium. Ci. Top. 227. b.
Hæc fama celebrantur. Ci. p Sest. 24. a.
Fama ad te de meo nouo lautitia ueniet. Ci. Ep. 136. b.
Magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum. Ci. Ep. 117. a.
Catulo suauitas uocis bene loquendi famam confecerat. Ci. d Cla. 188. b.
Accipere fama & auditione esse aliquid. Ci. d. N. 45. a.
Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. Ci. Off. 56. b.
Fama nunq̃ deseret Cæsarem. Ci. Tus. 172. b.
Non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam. Ci. Ep. 12. a.
Effugere autem si uelim nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem, fama ingenij mihi est abijciendo. Ci. Ep. 135. b.
Innocentes ergo & uerecundi sunt ut bene audiant, & ut rumorem bonum colligant, erubescunt. Cic. de Leg. 166. a.
Ventus quidam popularis. Ci. p Clu. 44. b.

Fames, mis. Ci. At. 82. a. Etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, mihi optanda fuit.
Cum cibo & potione fames sitisq; depulsa est. Cic. de Fin. 56. b.
Cibi condimentum est fames. Ci. d Fin. 83. a.
Obsonare ambulando famem. Ci. Tus. 247. a.
XXXI fuerlt, quos fames magis quàm fama commouerit. Ci. At. 11. b.
Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum se famẽ suam expleturos putauerunt. Ci. p Dom. 225. b.
Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Cic. de. D. 123. b.
Bestiæ fame dominante plerunq; ad eum locum ubi pastæ aliquando sunt, reuertuntur. Ci. p Clu. 31. b.
Qui in fame frumentum exportare erat ausus. Ci. pro Flac. 149. b.
Quis esset, qui plebem fame necaret. Cic. Q. Fr. 308. a.
Senatores quinq; fame necati sunt. Ci. At. 85. b.
Patientia famis & frigoris. Ci. I. C. 102. b.
Integram famem ad ouum offero. Ci. Ep. 136. b.

Familia, liæ. agnatio, cognatio, gentilitas, genus, gens, nomen, stirps, locus, secta.
Ci. d. N. 57. b. Homines coniugum & liberorum & familiorum suarum causa frumentum condunt.
Familia, quæ constat ex seruis pluribus. Cic. p Cecin. 295. b. Cum insimularetur familia, partim etiam liberi. Ci. d Cla. 171. a.
Vnus homo familia non est. Ci. p Cecin. 95. b.
Quo in familia laus aliqua forte floruerit, eam fere, qui sunt eius stirpis cupidissime persequuntur. Cic. pro R. P. 122. b.
In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarũ distinguuntur status. Ci. d Leg. 160. b.
Is se ligurem non fecit, ne nationis magis suæ q̃ generis uti cognomine uideretur. Ci. p Clu. 32. b.
Familia, cognatio, nomen. Ci. p Clu. 20. b.
Sacra Clodiæ gentis. Ci. p Dom. 210. a. & ibi. Quæ ratio generum & dignitatis.
Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus. Ci. d Cla. 188. a.
Vetus & illustris familia. Ci. p Mur. 127. b.
Sunt amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. Cic. p Mur. 117. a.
Vnum putasti satis esse in una familia Rhetorem. Cic. d Ora. 109. b.

Proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. Ci.ď Or.148.b.
*Tu singulę familię in te impetũ fecerũt.*Ci.ď.Or.88.b.
*Ex his duabus diversis sicuti familijs.*Ci.ď In.63.a.
*A Peripateticorum familia.*Ci.ď.D.109.a
*Gladiatorum familia.*Ci.ꝑ Syl.177.b.
Familiaris,re. *familiaritate coniunctus,necessarius,intimus,domesticus,qui in intima familiaritate alicuius uersatur,usu coniunctus.* X.*alienus.*
Ci.At.164.b. *Homo familiarissimus & mihi omnibus rebus coniunctus.*
*Is est ex meis domesticis atq; intimis familiaribus.*Cic. Ep.31.a.
*An ego nõ uenirem contra alienũ pro familiari et necessaria meo?*Ci.I.A.161.a.
Familiaris. X.*alienus.*Ci.ꝑ.Q.R.53.a.
Intimus,proximus,familiarissimus quisq; sibi pertimuit. Ci.Q.Fr.305.a.
*L. Torquatus meus familiaris ac necessarius.*Ci.ꝑ Syl. 167.a. *Cæsar ad me scripsit nondũ te sibi satis esse familiarẽ propter occupationes suas, sed certe fore.*Ci. Ep.99.b. *Habere amicos, quibus cum possis familiares conferre sermones.*Ci.Off.40.b.
*Quis unq̃ in luctu domestico, in funere familiari cœnauit cum toga pulla.*Ci.I.V.35.a.
*Funus familiare.*Ci.ꝑ Rab.91.b.
*Res familiaris & domestica.*Ci.Tus.148.a.
Et si negotijs familiaribus impediti, uix satis &c. Ad Her.1.a. *Mulier quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.*Ci.ꝑ Cæl.50.b.& I.A. 275.b. *Fieri familiarem alicui.*
*Vidimus P. Æmilium C. Luscinio familiarem fuisse.*Ci. ď Am.103.b.
*Ipse est enim ueterator magnus & perfamiliaris Philisto.*Ci.Q.Fr.315.a.
*Is qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est Demosthenes.*Ci.ď Or.149.a.
Familiaritas,tis. *usus,consuetudo,necessitudo, conuictio, consuetudo uictus.*
Ci.Ep.212.a.*Cũ Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium uetus,quam ego necessitudinem sancte colendã puto, sed ea causa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta cum nulla hospite,&ea cum afficijs eius multis,tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta , ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius.*
*Consuetudines præterea & familiaritates,multæq; cum multis res rationesq; contractę.*Ci.Off.11.b. et ibi. *Cũ boni uiri moribus similes sunt familiaritate coniuncti.*
*Itaq; in sinu et in familiaritate adolescentis, et cum eo, ut res indicat,congressus est.*Ci.At.18.a.
*Nihil est familiaritate nostra coniũctius.*Ci.Ep.222.a.
*Consuetudo familiaritatem affert.*Ci.ꝑ Deio.151.a.
Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Ci.Off.39.a.
*Venire in familiaritatem alicuius.*Ci.Ep.202.b.
*Hominem in familiaritatem recepi.*Ci.Q.Fr.300.a.
Recipere aliquem in familiaritatem suam. Cic.I.A. 175.a.
*Versari in familiaritate alicuius.*Ci.ꝑ Cor.67.a.
*Cum mihi summus tecum usus esset.*Ci.ꝑ Syl.169.a.
Antonius summa familiaritate coniunctus. Cic.ď Ora. 87.a. *Is bene penitus in istius familiaritatem sese dedit.*Ci.I.V.143.a.& ibi. *Venire in familiaritatem alicuius.* *Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit.* Ci.Q.Fr.191.a.
*Is sese ad Stalenũ familiaritatem applicauit.*Ci.ꝑ Clu. 31.b.
*Tamen inductus consuetudine et familiaritate Quĩtius fecit &c.*Ci.ꝑ Q uint.2.b.
Familiariter. Cic.At.95.b.*Decreueram cum eo ualde familiariter uiuere.*
*Cum aliquo familiarissime atq; amicissime uiuere.*Cic. I.V.59.b.
*Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur.*Ci.At.236.b.
Licentius,liberius, familiarius cum aliquo uiuere. Cic. ꝑ Cæl.49.b.
*Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues, si familiarius,utriq; nostrum.*Ci.ď Or.110.a.
Famosus,a,um. *infamis.* Ci.ď Or.134.b. *Nam me ad famosas uetuit mater accedere.*
Famula,lę. Ci.Tus.164.a.*Res familiaris est ministra & famula corporis.*
*Si uirtus famula fortunę est.*Ci.Tus.228.a.
Famularis,re. Ci.Tus.174.a.*Famularis uestis.*I.
Famulatus,tus. *seruitus.*
Ci.ď Am.109.b.*Qui aliquandiu propter ignorantiã stirpis & generis in famulatu fuerunt.*
*Quam miser uirtutis famulatus seruientis uoluptati.*Ci. Off.75.b.
Famulor,aris. Ci.ď Rep.*Est enim genus iniustę seruitutis,cum hi sunt alterius,qui sui possunt esse,cum autem hi famulantur,qui &c.* Apud Nonium.
Famulus,li. *pedissequus.*
Ci.Off.37.b.*Heris sit sane adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt.*
*Parare pecuniã,equos, famulos &c.*Ci.ď Am.206.b.
Ergo hos ut famulos uinclis arceamus. Ci.Tus.185.b.
*Famuli Ideæ matris.*Ci.ď Leg.174.a.
Fanaticus,a,um. Ci.ď.D.233.a.*Isti philosophi superstitiosi & penè fanatici.*
*Homo fanaticus.*Ci.ꝑ Dom.234.a.
Fandus,a,um. Ci.ď.D.94.b.*Neq; me Apollo fatis fandis inuitum ciet.*
Fanum,ni. *templum,locus religiosus.*
Ci.ď Leg.175.a.*Athenienses contumeliæ fanum & impudentiæ fecerunt.*
Crotoniatæ templum Iunonis religiosissime colebant. Ci.ď In.62.a.& ibi.*Paulopost,propter fani religionẽ, cum de eodem templo quereretur.*
*Pro fanis atq; delubris propugnare.*Ci.ꝑ Rab.96.b.
*Ita non superstitiosus erat,ut illa plurima in sua patria sacrificia & fana contemneret.*Ci.ď Fin.78.a.& Tus. 273.a.
*Vt pecunia in fano poneretur.*Ci.Ep.75.b.
*Fanum,templum,ædes sacra.*Ci.I.Ædes.

Farcio,cis, farciui, farcitum.
Ci.I.V.241.a.Puluinus perlucidus melitensi rosa farcitus.
Fariam.ut bifariam & multifariam.
Faris,uel re, fatur. Ci.d.D.97.b.Tum enim ferunt ex oraculo hæc fatam esse Pythiam.
Tum ad eos,is deus,qui omnia genuit, fatur, hæc uos &c.Ci.d Vn.202.b.
Epicurei nostri græce fari nesciunt, nec græci latine. Ci.Tus.250.b.
Nulla intercessit postulatio,mitto æquo,uerum ante hoc tempus ne fando quidem audita.Ci.p Quint.13.a.
Ne fando quidem auditum est,ibim &c.Ci.d.N.17.b.
Fartor,oris. Cic.Off.30.b.Cetarij,Lanij,coqui, fartores,piscatores &c.
Fartus,a,um,farcitus. Ci.Tus.180.a.Tum iecore opimo farta & satiata affatim &c.
Fas. ius,quod licet.
Ci.ƺ Rul.69.b.70.a.Vt id quoad posset,quoad fas esset,quoad liceret,populi ad partes daret.
Factus es eius filius contra fas,cuius per ætatem poteras esse pater.Ci.p Dom.220.a.
Clodium nihil delectat,quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.Ci.p Mil.10.a.
Ne enim id fieri fas erat.Ci.p Dom.258.b.
Oratores contra ius fasq; interfectos.Cic.d Ar.251.b.
Ius & fas omne delere.Ci.At.11.b.
Cum hoc mihi uni dicere fas fuisset.Ci.p Dom.232.a.
Socrus generi sui contra q̃ fas erat,amore capta. Cic.p Clu.20.a.
Ciues, si eos hoc nomine appellari fas est. Cic.p Mur. 143.a. Si hoc fas est dictu.Ci.Tus.136.a.
Fasceolæ,larum. Ci.d Ar.254.a.Muliebres soleæ purpureæq; fasceolæ.
Fascia,sciæ. Ci.At.14.a.Etenim mihi eius caligæ ut fasciæ cretatæ non placebant.
Cn.Octauius,qui deuinctus erat fascijs & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.Ci.d Cla. 184.a. Quidam somniauit ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.Ci.d.D.136.a.
Fasciculus,li. Ci.Q.Fr.314.a.Fasciculus ille epistolarum,in quo fuerat & meo & Balbi,totus mihi aqua madidus redditus est.
Eas epistolas in eũdem fasciculum uelim addas. Ci.At. 203.a.&.74.a.Accepi fasciculum in quo erat epistola Pyliæ.&.30.a.Fasciculus literarum.
Fasciculum ad nares admouebis?Ci.Tus.199.b.
Fascis,scis. Ci.At.120.b.Age iam has compedes, fasces inq̃ hos laureatos,hæc ferre ex Italia q̃ molestũ est.
Lictores prætoribus anteibãt cum fascibus duobus.Ci. ƺ Rul.85.a.
Fasces prætoribus præferri.Ci.I.V.240.a. &.111.a.
Quæstores cum fascibus mihi præsto fuerunt.
Nullus locus orbe terrarum uacuus extraordinarijs fascibus & imperio Clodiano fuisset.Ci.p Dom.118.a.
Fasti,orum. liber,in quo omnium dierum anni ratio & numerus continetur.
Ci.At.86.a.Cn.Flauius Annij fil.protulit fastos, nam occultatam putant quodam tempore istam tabulam ut dies agendi peterentur a paucis.
Posset agi nec' ne pauci quondam sciebant, fastos enim uulgo non habebant.Ci.p Mur.129.b.& ibi. Scriba quidam Cn. Flauius singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit,& ab ipsis cautis Iurisconsultis eorũ scientiam compilauit. Non omnibus fastis legem ferri licere.Ci.d Pro.78.b.
Hanc legem ulli fasti ferre possunt?Ci.I.P.86.a.
Decreui ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur.Ci.At.283.a.& ibi.Quod ego cum dabã Bruto notum esse in fastis gratissimæ uictoriæ memoriam uolebam. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent.Ci.I.V.135.a.
Eximere dies de fastis.Ci.I.V.235.a.
Consules non modo ex memoria sed etiam ex fastis euellendi.Ci.p Sest.10.a.
Longæ paginulæ in codicillorum fastis.Ci.At.59.b.
Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorum notans & significans dies.Ci.Tus.162.a.
Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum.Ci.Ep.68.a.
Fastidio,dis. fastidio afficior,offensionem atq; fastidiũ ad aliquam rem habeo.
Ci.p Mil.109.b.Qui non modo improbitati irascuntur candidatorum sed etiam recte factis sæpe fastidiũt. aliter,in recte factis.
Pertæsum est leuitatis græcorum.l.Pertædet.
Fastidiose. ambitiose,lente.
Ci.d Or.107.b.Quod ego non tam fastidiose in nobis q̃ in Histrionibus spectari puto.
Tum ego stomachans fastidiose inq̃ &c. Cic.p Plan. 273.a. Diligenter ac propè fastidiose iudicare aliquid.Ci.d Or.94.b.
Lente & fastidiose probare aliquid.Ci.At.11.a.
Pudentius uel inuitius,uel etiam fastidiosius facere aliquid.Ci.d Or.142.a.
Fastidiosus,a,um. Ci.d Cla.183.a.Antonius facilis in recipiendis causis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. M.Memmius fastidiosus literarum latinarum.Ci.d Cla.187.b.
In æquos & pares fastidiosus.Ad Her.36.b.&.31.b.
Aurium sensus fastidiosissimus.
Fastidium,dij.offensio. Ci.d Or.121.a.Non sunt tanti ulla eius merita,quanta insolentia hominis quantũq; fastidium. Quorum si essent arrogantes non possem ferre fastidium.Ci.I.A.228.a.&.243.b.Nec id fit fastidio meo sed charitate reip.
Ego dabo operam ut pro me minimo cum fastidio respondeam.Ci.In Sal.272.a.
Ab aliquo celerrime fastidio quodam & satietate abalienari.Ci.d Or.151.b. &.161.a.Vt neq; ij satientur, qui audient fastidio similitudinis.
Quæ recta sunt probari,quæ praua sunt fastidijs adhærescere.Ci.d Or.107.b.
Quod igitur est eorum in orationibus a græco conuersis fastidium?nullum cum sit in uersibus?Cic.d Opt. 244.b.

Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. Ci. d' Op. 244. a.
Eaq; quę eis morbis contraria, quę habēt ad res certas uitiosam offensionem atq; fastidium. Ci. Tus. 223. b.
Insolens domesticarum rerū fastidium. Ci. d' Fin. 51. a.
Cibi satietas & fastidium. Ci. d' In. 47 b.
Rudem enim esse omnino in nostris poetis aut inertissimæ segnitię est aut fastidij delicatissimi. Ci. d' Fi. 50. a.
Fastigium, gij. Ci. d' Or. 159. b. Capitolij fastigiū illud cæterarumq; ædium non uenustas sed necessitas ipsa fabricata est.
Tectum multorum fastigiorum. Ci. Q. Fra. 320. a.
Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem &c. Ci. I. A. 281. a.
Imponere fastegium operi inchoato. X iacere fundamenta. Ci. Off. 59. a.
Fatalis, le. ex omni æternitate definitus et constitutus. Ci. Post. 202. a. Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate cum fortuna belligerandum fuit.
Resp. perfuncta est hoc misero fataliq; bello. Cic. pro Mar. 136. a. Causæ fatales. Ci. d' Fat. 144. a. & ibi. Causæ cohibentes in se efficientiam naturalem. & ibi. Æternæ causæ naturæ necessitate manantes.
Cum hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. Ci. d' Som. 227. a.
Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. Ci. Acad. 44. b.
Hæc possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia. Cic. d'. D. 123. b.
Tam enim fatale est medicum adhibere quàm conualescere. Ci. d' Fat. 146. b.
Non igitur fatales exitus habuerunt. Ci. d'. D. 213. a.
Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit. Ci. d' Ar. 244. b.
Ille annus, quem ego mihi quàm patriæ malueram esse fatalem. Ci. Post. 204. b.
Quod fuit illorum utriq; fatale. Ci. I. A. 162. b.
Sed fuit profecto quædam illa reip. fortuna fatalis, ut ille &c. Ci. p Sest. 6. b.
In hoc communi nostro & quasi fatali malo. Ci. d' Cla. 287. b. Meus consulatus ad salutem reip. propè fatalis fuit. Ci. I. C. 118. b. & 122. b. Hic annus fatalis est ad interitum huius urbis.
P. Clodius fatale portentum reip. Ci. I. P. 82. a.
Vis est nulla fatalis. Ci. d' Fat. 141. a.
Fatalis necessitas rerū futurarū. Ci. d'. N. 12. b. et. 10. a.
Quę cuiq; accidunt diuina atq; fatalia. Ci. Part. 136. a.
Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam &c. nunc si quis erit, erit uoluntarius. Ci. I. A. 209. a.
Fataliter. Ci d'. D. 112. a. Omnia, quæ fiūt, quæq; sunt, ex omni æternitate definita esse fataliter.
Fateor, eris. confiteor.
Ci. Ep. 157. b. Laterensis nostri animum in remp. singularem semper fatebor.
Non solum fateri sed etiam profiteri aliquid. Cice. pro Cecin. 189. b.
Quamobrem fateor atq; etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium a me fuisse sublatum. Cic. p Rab. 93. b.
Tu qui a Nænio uel sumpsisti multa, si fateris, uel si negas, surripuisti. Ci. d' Cla. 171. a.
Mori maluit falsum fatendo quàm inficiando dolere. Cic. Part. 234. a.
Hominum causa earum rerum copias comparatas fatendum est. Ci d'. N. 88. a.
Qui de scelere fateretur. Ci. Ant. 195. b. & d' In. 72. a. Fateri de aliqua re.
Quæ est ista æquitas, hunc agrum excipere nominatim qui publicus esse fateatur. Ci. ꝯ Rul. 77. b.
Fatidicus, a, um. Ci. d' Leg. 173. b. Fatidicorum & uatum effata incognita interpretari.
Anus fatidica Stoicorum πρόνοια. Ci. d'. N. 5. b.
Fatuitas, tis. stultitia. Ci. d' In. 74. b. Postea definitionibus ostendere non hanc imprudentiam aut casum sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.
Fatum, ti. uis fatalis, fatalis fortuna, fatalis necessitas, quam græci εἱμαρμένην dicunt. Ci. d'. N. 12. b. Æternis causis naturę necessitate manantibus uerum esse aliquid &c. Ci. d' Fat. 144. a. & ibi. Fati necessitas, quod a Deo constitutum et designatum est ut eueniat, causarum series sempiterna, causæ æternæ rerum futurarum, causæ immutabiles & æternæ, causæ inclusæ in rerum natura atq; mundo.
Ci. d'. D. 106. b. Fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri, fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, idest ordinem seriemq; causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat, ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. & ibi. Fatum est causa æterna rerū, cur ea, quæ præterierint, facta sint, & ea quæ instant, fiāt, & ea quæ consequuntur, futura sint.
Quod semper ex omni æternitate uerum fuerit, id esse fatum. Ci. d'. N. 61. b.
Omnia fato fieri, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. Ci. d' Fat. 148. a. & d'. N. 12. b.
Omnia fato fieri, nihil fieri extra fatum. Ci. d'. D. 112. a.
Stoici fato omnia fieri dicunt. Ci. d' Fat. 147. a.
Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. Ci. Top. 221. b.
Omnia, quæ fiunt futura' ue sint. fato contineri. Cice. d' D. 111. a. & ibi. Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum.
Ruina igitur oppressus esset, at id neq; si fatum fuerat, effugisset, neq; si non fuerat, in eum casum incidisset. Ci. d'. D. 112. b. & ibi. Mutari enim fata nō possunt. et ibi. Sin autem id potest flecti, nullum est fatum.
Daphnitæ fatum fuit de equo cadere atq; ita perire. Ci. d' Fat. 141. a. & 146. a. Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere.
L. Taruntius urbis nostræ fata canere non dubitabat. Ci. d'. D. 118. b.
Neq; me Apollo fatis fandis dementem inuitum ciet. Ci. d'. D. 94. b.
Lentulus autem confirmauit ex fatis Sybillinis Aruspicumq; responsis se esse tertium illum Cornelium etc. Ci. I. C. 112. b.

Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorum uiam. Ci.d Som.127.a.

Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse. Cic.d.D.100.a. & .80.a. Prædicere quid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus sit.

Fuit hoc meum fatum, ut in me &c. Ci.p Cor.67.a.

Atq; hæc fixo graui fato & fundata tenentur. Ci.d.D. 84.b. & .113.b. Quod fore paratum est, id summũ exuperat Iouem.

At te fata patriæ paridem futurum prædicabant. Cic. Offi.330.b. Ea conditione atq; eo fato natum esse me &c. Ci.p Fon.283.b.

Milo hoc fato natus, ut ne se quidem seruare potuerit, quin una remp. seruaret. Ci.p Mil.107.a.

Omnes, qui ad illa arma fato sumus nescio quo reip. misero funestoq; compulsi. Ci.p Mar.133.a.

Ego quid faciã? aut quo me fato geram? Ci. At.240.b.

Quo nam meo fato fieri dicam, ut &c. Cic.I.A.160.b.

Qua quidem in re singulari sum fato. Ci.Ep.85.a.

Iam fatum extremum reip. uenit. Ci.I.A.190.a.

Nec nos ulla mortis fata unquam perimet. Cic.d Vu. 202.a. Si quid mihi humanitus accidisset, multa.n.uni pendere uidebantur præter naturam præterq; fatum. Ci.I.A.154.b.

In illo penè fato reip. Ci.p Dom.242.b.

Vno meo fato & tu & omnes mei corruistis. Ci.Q.Fr. 305.a. Miseros nos, cur non omnes fatum illius unà executi sumus? Ci. At.148.a.

Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam, iandiu improbitati debitum. Ci.I.C.106.b.

Sic Hortensij uox extincta fato suo est, nostra publico. Ci.d Clo.196.b.

Neq; tanto ante exitium ac fati diem reip. denuntiasset. Ci.I.C.114.b.

Vita hominis fato debetur. Ad Her.37.b.

Si nostrum fatum aut fortunam conquereremur. Ci.At. 16.a. Illud fati est, hoc consilij. Ci.p Mar.135.b.

Nisi Dij ĩmortales omni ratione placati propè fata ipsa flexissent. Ci.I.C.115.a.

Fatuus, a, um. Stultus. Ci.p Deio.147.b. Non modo nequàm & improbus sed & fatuus & amens.

Puer fortasse fatuus, & non grauis nec continens. Cic. At.95.b.

Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm acuti magistri. Ci.d Or.117.b.

Nisi planè fatui sint. Ci.d Fin.79.a.

Ne cum periculo fatuus sis. Ci.Ep.160.a.

Homo fatuus &c. Ci.d Or.134.a.

Faueo, ues. faui, studeo, amo, complector. X. inuideo. Ci.d Or.127.b. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. Non modo non inuidetur illi ætati uerum etiã fauetur. Ci.d Off.42.a.

Rescripsi patrono illi nihil opus esse, me tamen ei fauturum. Ci.At.203.a.

Tibi fauemus, te tua frui uirtute cupimus, tibi optamus eam remp. in qua &c. Ci.d Clo.196.b.

Fauebam & reip. cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ. Cic.Ep.187.a. & .6.b. Qui mihi semper tuæ laudi fauere uisus est.

Non magis mihi faueo in amicitia nostra tuenda quàm tibi. Ci.Ep.33.b. & .155.a. Non multo plus faueo patriæ quàm tibi. & .246.b. Huic meæ uoluntati in qua inest uis desiderij, ut faueas, adiutorq; sis uehementer te rogo. Cuius honori agri propè dicam ipsi montesq; fauerunt. Ci.p Plan.263.a.

Cuius ego industriæ gloriæq; faueo. Ci.p Lig.138.a.

Fauere honori alicuius. Ci.At.100.b.

Ego uirtutibus Cæsaris faui. Ci.In Sal.273.b.

Ita isti faueo sententiæ. Ci.Tus.170.a.

Qui fauent nobilitati. Ci.p Plan.262.b.

Fauete innocentiæ. Ci.Antõ.196.b.

Rebusq; diuinis quæ publicè fierent, ut fauerent, linguis imperabantur. Ci.d.D.101.b.

Iam illa fauete linguis &c. Ci.d.D.125.b.

Ego fauisse me tibi fateor. Ci.I.A.164.b.

Galli silentio noctis, ut ait Ennius, fauent faucibus, russus cantu plausuq; premunt alas. Ci.d.D.120.a.

Qui diligebant hunc, illi fauebant. Cic.p.Q.R.49.b.

Inuidos huic accusationi esse fauturos. Ci.p Pl.259.a.

Inuidere. X. fauere. Ci.Or.209.a. & p Plan.260.a. & .170.b.

Fauere. X. odisse. Ci.d Cla.181.a.

Studere alicui. Ci.At.62.b. & p Plan.263.b.

Faunus, ni. Ci.d.N.62.b. Fauni uocem equidem nunq̃ audiui. & d.D.101.a. In prælijs fauni auditi. & .104. a. Versus quos olim fauni uatesq; canebant.

Fauonius, nij. Ci.I.V.241.a. Veris initium non a fauonio notabat, sed cum rosam uiderat, tum incipere uer arbitrabatur. Mare fauonio nascente purpureum uidetur. Ci.Acad.26.b.

Fauor, oris. gratia, studium, iactatio, aura, iactatio cursusq; popularis, prosper flatus fortunæ.

Ci.p Q.R.49.b. Quam expectationem, quod studiũ, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgus?

Aura popularis, iactatio popularis, delinitio multitudinis.

Fauste. fortunate. Cic.p Mur.124.b. Idem ego precatus sum, ut ea res nobis, fauste, feliciter, prospereq; eueniret.

Faustus, a, um. Cic.Tus.174.b. Horribilem eum diem alijs, nobis faustum putemus.

O nox illa fausta huic urbi. Ci.p Fla.165.b.

Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustũ, felix, fortunatumq; esset, præfabantur. Ci.d.D.101.a. & .102.b. Faustaq; signa suæ laudis redituq; notauit.

Fautor, oris. studiosus, studens.

Cic.p Plan.270.b. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ.

Non inuidi solum sed fautores etiam laudum mearum. Ci.Or.210.a.

Cum multos & bonos uiros eius honori uiderem esse fautores. Ci.p Plan.259.a.

Cuius ego ab adolescentia fautor & adiutor extiti. Ci. Ep.12.a. & .198.b. Ego tuorum consiliorum author, dignitatisq; fautor &c.

Me tuæ dignitatis non modo fautorem sed etiam amplificatorem cognosces. Ci.Ep.151.b.
Hic nobilitatis fautor fuit. Ci.p.S.R.21.a.
Studiosus ac fautor olicuius. Ci.At.12.a.

Fautrix,cis. Ci.p Plã.163.b. *Nostra illa fautrix suorum regio.* *Amicitiæ fautrices fidelissimæ uoluptatum.* Ci.đ Fin.62.b.

Fauus,ui. Ci.Off.31.b. *Apum examina fingunt fauos.*

Faux,cis. *angustiæ gutturis.*
Ci.ꝯ Rul.83.b. *Corinthus erat posita in angustijs atq; in faucibus græciæ.*
Omitto fauces ex quibus te eripi uis. Ci.đ Or.104.a.
Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptã esse atq; seruatam. Ci.p Arch.189.b.
Thuscenus cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti. Ci.Q.Fr.293 b.
Æmilius sedens in faucibus macelli. Ci.I.V.180.a.et p Quint.4.b. *Patefactis terræ faucibus.* Ci.đ.N.45.a.
Faucibus premi. Ci.p Clu.35.b.

Fax,facis.tæda. Ci.I.A.177.b. *Illæ faces, quibus incensa L.Bellieni domus deflagrauit.*
Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium extinxi. Ci.I.P.80.a.& 85.a. *Cum ardentes faces furijs Clodionis ministrabas.*
Cum ardentes faces in uicinorũ tecta iactas. Ci.đ Ar.252.b. *Serui cum facibus in tectu nostra immissi.* Ci.At.226.a. *Malleolos ad incendendam urbem, facesq; comparare.* Ci.I.C.103.b.
Prouidendum fuit ne in hanc materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret. Ci.p Dom.225.b.
Dextra ardentem facem præferebat. Ci.I.V.217.a.
Diana facem iacit a læua. Ci.Acad.22.b.
Cui tu adolescentulo non ad libidinem facem prætulisti? Ci.I.C.100.a.
Antonius ciuium Clodij incendiorũ fax. Ci.I.A.169.b.
Dolorum cum admouentur faces præter modum plerique exterrentur. Ci.Off.40.b.
Neq; paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. Ci.đ Or.127.b.
Faces nuptiales. Ci.p Clu.20.b.
Faces cœlestes uisæ. Ci.đ.N.23.b.
Visæ iam nocturno tempore faces. Ci.I.C.215.a.

Faxit, faxint, *habessit,prohibessint & huiusmodi uerba.*
Ci.I.V.165.b. *Dij immortales faxint, ne sit aliter &c.*
Nemo me lacrymis decoret nec funera fletu Faxit,cur? uolito uiuu' per ora uirum. Ci.đ Sen.92.b.
Dij faxint,ut tali genere mihi frui liceat. Ci.Ep.234.b.
Dij faxint,ut faciat ea,quæ promittit. Ci.At.251.a. et 250.a. *Quod promittis Dij faxint.*
Qui secus faxit, Deus ipse uindex esto. Ci.đ L.173.a. & ibi. *Faxit, habessit.* & ibi. *Stalossaudi.* & 174.a. *Clepserit, rupserit.* & 185.a. *Prohibessit, indicassit, interrogassit.* & ibi.b. *Prohibessint, rogassint.* & ibi. *Creassit.* & 186.a. *Turbassit, migrassit, locassint.*

Febricula,læ. Ci.At.97.a. *Erat in extremo, non te febriculam habentem scripsisse.*
Qui ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestam. Ci.Ep.156.b.

Febris,bris. Ci.I.C.103.b. *Qui æstu febriq; iactantur, si aquam gelidam biberint,primo releuari uidẽtur, deinde multo grauius uehementiusq; affliguntur.*
Si cui uenæ sic mouentur,is habet febrem. Cice. đ Fat. 143.a. *Cum decimum iam diem grauiter ex intestinis laborarem nec probarem me nõ uolere,quia febrim non habebã,fugi in Tusculanum.* Ci.Ep.107.a.b.
Eu quo sudore cum cobarruisset, cum febri domum redyt. Ci.đ Or.143.a.
Diem tuum ex epistola quadam tua quam incipiente febricula scripseras,mihi notauerã. Ci.At.106.b.et.105 b. *Tuo* λ... *quem in diem incurrat,nescio.* & 272.b.
Si cum biduum cibo se obstinuisset, subito febris decessit. & 71.b. *Incommoda ualetudine emerseram, utpote cum sine febri laborassem.* & 97.a. *Cognoui ex eo qđ ita scripseras te Romam uenisse cum febri.*
Ægypta mihi nuntiauit te planè febri carere & belle habere. Ci.Ep.261.a.
Alteram quartanam decessisse,alteram leuiorem accedere. Ci.At.100.a.
Modo audiui quartanam a te discessisse. Ci.At.121.b. & ibi. *Tironem ab altero relictum audio.*
Tertianę & quartanę febres, quarum reuersio & motus constans est. Ci.đ.N.64.b.
Aliquando ... *quartanam istõ.* Ci.At.104.b.
Inest enim uelle in carendo,nisi cum sic tanq; in febri dicitur. Ci.Tus.167.a.

Februarius,rij. *intercalaris uel intercalarius mensis.*
Ci.đ.L.181.a. *Februarius mensis extremus anni.*
Ante diem IIII Cal.Februarij. Ci.p Quin.4.a.i.Cal. *intercalares.l.Intercalaris.*
Mensis Februarius postulatis & legationibus prouinciarum audiendis dabatur,ex lege Gabinia. Cic.I.V. 124.b.& Q.Fr.314.b.

Fecialis,lis. Ci.đ Leg.173.b. *Fœderum,pacis,belli,induciarum oratores feciales,indices ne sunto.*
Di approbent,habemus hominem in fecialium manibus educatum. Ci.I.V.245.b.

Fel,lis. Ci.đ.D.114.a. *Gallinaceum fel,(sunt enim qui uel argutissima hæc exta esse dicunt.)*

Feles, lis. Cic.đ Leg.162.a. *Qui canem & felem, ut deos colunt.*
Crocodilum & ibim & felem non uiolari ab Ægyptio. Ci.đ.N.17.b.& 60.a.
Feles,canis,crocodilus. Ci.Tus.243.b.

Felicitas. *beatitudo,prosperitas, secundæ res.* X. *afflictæ fortunæ* Ci.I.A.17.a. *Antonius fuit felix, si potest ulla in scelere esse felicitas.*
Felicitas,quam præstare de se ipso nemo potest, meminisse et cõmemorare de altero possumus. Ci.p Põ.13.a
Aliquid casu magis & felicitate ab aliqua q̃ uirtute & consilio gestum esse. Ci.p Syl.
Summa alicuius felicitas. Ci.đ Cla.165.a.
Felicitas Fanteij in re miliori. Ci.p Font.282.b.
Felicitas ipsius,quæ semper usus est. Ci.đ Cla.166.a.
Felicitas L.Syllæ. Ci.Q.Fr.315.a.
Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria uirtutem comparauit. Ad Her.30.b.

Prospera æquobilis perpetuaq; fortuna, secundo uitæ sine ullo uffensione cursu. Ci.Postq̄.198.a.
Hic locus in quo omnio sunt magnis & præstantibus uiris. Ci.đ Sum.130.a.

Feliciter. *prospere, fortunate, fauste.*
Ci.I.V.127.b.*Satis feisciter onni iam aduerso tempore nauigauit.*
Idem egu precatus sum ut eo res fauste, feliciter, prosperęq; euenirel. Ci.p Mur.114.a.
Cæsar cum acerrimis natiunibus Germanorum prælijs felicissime decertauit. Ci.đ Pro.75.b.
Resp. bene & feliciter gesta. Ci.I.A.202.a.b.

Felix,cis. *beatus, fortunatus, uictor, florens, cui bene est.*
Ci.đ.D.101.a.*Antiqui omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset, præfabātur.*
Asia in te retinendu fuit feliciur, q̄ nos in deducendo. Ci.Q.Fr.295.b. *Sed ille Grecus ab omni laude feliciur.* Ci.đ Cla.170.a.
Cæsar Alexandriam se recepit felix. Ci.I.A.278.a.
Quanuis Sylla felix sit, sicut est, tamen &c. Ci.p.S.R.22.a. *Q. Metellus beatus.* Ci.đ Fin.144.a. & .146.b.*Policratem Samium felicem appellant.*
Felix ad casum fortunamq;. Ci.p Font.283.a.
Valeant, inquit ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati. Ci.p Mil.119.b.

Femen,nis. Ci.I.V.221.b.*Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomē Myronis erat inscriptum.*
Redundans pedibus, feminibus, cruribus &c. Ci.đ.N.21.a.

Femur,oris. Ci.đ Cla.190.b.*Frons non percussa, non femur, nulla pedis supplosio.*

Fenestra, stræ. *lumen* Ci.At.24.a.*Fenestrarum angustias, quod reprehendis, scito te κύρου παιδείαν reprehēdere. & ibi. Viridiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus non tam esse suaues.*
Sensus uiæ quasi quędam sunt ad oculos, ad nares, ad aures, a sede animi perforatæ. Ci.Tus.158.a. & ibi. *Eæ partes, quæ quasi fenestrę sunt animi.*

Fera,ræ. *bestia, fera bestia.* Ad Her.11.b.
Ci.Off.11.a.*Feræ rationis & orationis expertes.*
Vt fera & immanis bellua. Ci.Acad.27.b.
Noluerunt feris corpus objicere, ne bestijs quuq;, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur. Cic.p.S.R.30.a.
Excitare & agitare feras. Ci.Off.65.b.

Feralia,orum. Ci.At.132.a.*Video Cæsarem a Corfinio post meridiem profectum esse.i. feralibus.*

Ferox,cis. *uber, fœcundus, fertilis, frugifer.*
Cic.I.V.170.a.*Agri sunt feroces.* & Or.201.b.*Nihil ferocius ingenijs.*
Nullus in philosophia locus est feracior, nec uberior q̄ de officijs.

Ferculum,li. Ci.Off.16.b.*Cauendum est, ne tarditatibus utamur ingressu molliorbus, ut similes pomparum ferculis esse uideamur.*

Ferè. *fermè, prupè, propemodum, propè dicam.*
Ci.đ Or.110.b.*Lælius semper ferè cum Scipione solitus erat rusticari.*
Omnes ferè familiares Cæsaris me colunt & obseruāt. Cic.Ep.87.b.
In quibus quantus splendor sit, q̄ prupè æquabilis, q̄ ferè omnium constans & moderata ratio uitæ, nemo uestrum ignurat. Ci.p Clu.26.b.
Probabile est quod ferè fieri solet. Ci.đ In.52.a.
Pater meus hic ferè ętatē egit in literis. Ci.đ.L.169.b.
Statuas uidemus ornatu ferè militari. Ci.Off.13.a.
Quemadmodum ab his rebus ducatur honestum satis ferè diximus. Ci.Off.12.b.
Hęc ferè sunt in illa epistola &c. Cic.At.98.a. & .205.a.*Nec adhuc ferè inueni, qui non &c.*
Hæc ferè dicere habui de natura deorū. Ci.đ.N.79.a.
Hoc iam ferè sic fieri accepimus, ut &c. Ci.p Pō.8.b.
E Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium VI Iduum hora ferè tertia. Ci.At.235.a. & ibi. *A Lucullu postridie eadem ferè hora quo ueni.*
Hora ferè nona. Ci.At.112.b.
Idem illo ferè biduo productus in concionem &c. Cic.I.P.81.a.
Denuq; ex bellica uictoria non ferè quàm est inuidia ciuium consecuta. Ci.p Sest.14.a.
Ferè non difficile est &c. difficillimum uero est &c. Ad Her.11.a.
Nam ab orationibus disiungo me ferè, referoq; ad mansuetiores musas. Ci.Ep.16.b.
Ætates nostrę nihil aut non ferè multum differunt. Ci.đ Cla.178.a.
Sermo qui tum ferè erat multis in ore. Cic.đ Am.95.b.
Vt fere fit. Ci.đ In.63.a.i.*ut fermè semper fit.*

Ferendus,a,um. X .*intolerandus.*
Ci.I.C.115.b.*Quibus, ego si me restitisse dicam, nimis mihi sumam, nec sim ferendus.*

Ferię,arum. *dies festus, cœlestium dies quieti.*
Ci.đ Leg.175.b *Feriarum festorumq; dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum.*
Ferijs iurgia amouento, easq; in famulis operibus patratis habento. Ci.đ Leg.173.a.
Nec uero tam necio, quę a nece appellata sunt, quo residunt mortui, quam cæterorum cœlestium quieti dies ferię nuncuparentur, nisi maiores eos, qui ex hoc uita migrassent, in deorū numero eē uoluissent. C.đ.L.181.a.
Quærit ex proximo uicinu num feriæ quędam piscatorum essent. Ci.Off.63.b.
Nuuendiales ferię, quę fuerunt Tuditano & Aquilio Coss. Ci.Q.Fr.325.a.
Cum ferijs latinis ad C. Cottam familiarem meum uenissem. Ci.đ.N.5.a.
Dies feriarum mihi additos uideo. Ci.At.219.a.
Contra censet habendas tridui ferias. Cic.đ.L.181.b.
Imperare ferias. Ci.đ D.101.a.
Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ętas, & forenses ferię concesserūt. Ci.đ Or.150.a.

Feriatus,a,um. *otiosus.* Ci.đ.N.11.b.*Epicurei Deum feriatum uolunt cessatione torpere.*
Aliquem feriatum esse. Ci.đ Or.148.a.

Ne putes in Asia feriatum illum a studijs futurum. Cic. Ep. 194. a.

Ferinus, a, um. *ut uictus ferinus.* Ci. đ In. 42. a.

Ferio, feris. *percutio, peto, ico.*

Ci. p Car. 65. b. *Hostem, qui feriet, mihi erit Carthaginensis.* *Ferire parietem.* Ci. p Cæl. 50. a.

Aduersarius qui sit & feriendus & repellendus. Ci. đ Or. 115. a. *Puto te in hoc risisse aut ingemuisse, ut frontem ferias.* Ci. At. 1. a.

Instat, ut securi ambo feriantur. Ci. I. V. 91. b.

Sed tamen in laudanda iungenda sunt etiam hæc genera uirtutum, feriunt enim aurem hominum. Ci. đ Or. 140. b. *Quæ minus patent multa in earum uita quæ fortuna feriat.* Ci. Off. 15. a.

Binis aut ternis ferire uerbis. Ci. Or. 219. a.

Ferire fœdus cū aliquo. Ci. p. R. P. i 23. b. et đ In. 73. b

Fœdera feriebantur prouinciarum. Ci. p Dom. 239. a.

Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Ci. p Cæl. 44. a.

His autem spectris etiam si oculi possent feriri, animus qui possit, non uideo. Ci. Ep. 253. a.

Feritas, tis. *immanitas.* X, *mansuetudo animi.*

Ci. Off. 32. a. *Magnitudo animi remota communitate coniunctioneq; humana feritas sit quædā & imanitas.* *Eatq;, ex feritate illa ad iustitiam mansuetudinemq; trāstulerunt.* Ci. p Sest. 22. b.

Feritas et immanitas belluę in figura hoīs. Ci. Of. 58. a.

Pars animi in qua feritas quædam sit & agrestis immanitas. Ci. đ. D. 93. a.

Ferme. ferè. Ci. đ Cla. 179. a. *Vt eò nihil fermè quisq̃ possit addere.*

Hæc exornatio in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria est. Ad Her. 37. a.

Mihi quidem ætas acta ferme est. Ci. At. 274. a.

Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. Ci. Tusc. 249. b.

Quod fermè dirum in tempus cecidere latine. Cice. de D. 84. a.

Fero, fers, tuli, latum. *porto.*

Cic. I. A. 180. b. *At iste aperta lectica latus est per oppidum.* *Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum.* Ci. Q. Fr. 310. a.

Nos ut opinio & spes & coniectura nostra fert, tuti fuimus. Ci. At. 39. b. i. *ut opinamur, & speramus, & coniicimus.* *Vt opinio mea fert.* Ci. đ 167. b. & p Fōt. 282. a. & Ep. 16. a.

Quod nemo uestrum, ut opinio mea fert, ignorat. Ci. p Clu. 26. b. *Plura dixi q̃ aut opinio mea tulerit aut uoluntas mea.* Ci. p Dom. 219. b.

Quod (ut opinio mea fert) ne incipies quidem. Cic. pro Plan. 268. a.

Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. Ci. I. V. 274. a. & 257. a. *Ita sui periculi rationes ferunt & postulant.* & 159. b. *Tantum relictum est, quantum Apronij libido tulit.* i. *quantum Apronio libuit.* & 160. a. *Quantū Apronij uoluntas tulit.* & 125. b. *Prout Thermitani hominis facultates ferebant.*

Si res ita tulisset. Ci. I. A. 194. a. i. *si opus fuisset.*

Velim ita fortuna tulisset, ut &c. Cic. Ep. 45. a. & 7. b.

Quid res, quid tempus, quid causa ferat, tu perspicies.

Si tempus ita ferret. Ci. p Cec. 299. b. i. *si ita opus esset.*

Si ita tempus feret. Ci. Ep. 245. a.

Meæ enim rationes ita tulerunt. Ci. Ep. 60. a. & 256. b. *Si occasio tulerit.*

Verear ne grauioribus utar uerbis, q̃ natura mea fert. Ci. p Quint. 10. b.

Hoc si nobis uersutius q̃ mea consuetudo defendendi fert, uidebitur &c. Ci. p Cec. 301. a.

Grauius q̃ consuetudo tua ferebat. Ci. At. 278. a.

Ad me ut tempora nostra non ut amor tuus fert, uere perscribe. Ci. Q. Fr. 305. b.

Vt ætas illa fert. Ci. p Clu. 53. a.

Natura fert, ut &c. Ci. đ Som. 129. a. *id est natura comparatum est.*

Si ita commodum uestrum fert. Ci. ꝯ Rul. 81. b.

Si uestra uoluntas feret. Ci. p Pom. 17. b.

Ita existimabam tempora reip. ferre. Ci. I. P. 80. b.

Vt temporibus illis ferebatur. Ci. đ Or. 88. b. & ibi. *Hominem, ut ferebant, acerrimum.*

Si ornate locutus est, sicut fertur & mihi uidetur Physicus ille Democritus. Ci. đ Or. 89. a.

Apollinem ex hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Ci. đ. N. 71. a.

Sæpe supra feret, q̃ fieri possit. Ci. Or. 209. b.

Cognitor si fuisset tuus, quod uicisset iudicio, ferret tuum. Ci. p. Q. R. 52. b. & ibi. *Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet.*

Ferre tribum, ferre centuriam prærogatiuam, ferre suffragia, dicitur is, qui tribum uel centuriam habuit sibi suffragātē, ut infrascripta exēpla demōstrāt.

An tandem una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unq̃ prior eam tulerit, quin renuntiatus sit? Ci. p Plan. 269. a. i. *quasi abstulerit.*

Dubitatis inquit quin coitio facta sit? cū tribus plerasq; cum Plotio tulerit Plancius? an una fieri potuerunt, si una tribus non tulissent? at nonnullas punctis penè totidem &c. Ci. p Plan. 270. a.

Aut tum cum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Ci. I. A. 161. a.

Questus es plures te testes habere de Voltinia, q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Ci. p Plā. 270. b. & ibi. *Aut te ne gratuita quidem earum suffragia tulisse.*

Ferre suffragiū etiam est suffragari. Ci. p Do. 222. b.

Perditos homines de capite alicuius suffragiū ferre. Ci. *Idemq; refert, ut uniuersus populus in campo martio suffragium de re Clodij ferat.* Ci. At. 17. a.

Terra fruges fert. Ci. đ Leg. 183. b.

Ego fructus ex rep. magna acerbitate permixtos tuli. Ci. p Plan. 279. a.

Ne diutius pendeas, palmam tulit. Ci. At. 62. b.

Qui ab eo partem prædæ tulerunt. Ci. p. S. R. 36. a.

Cum a me quoq; id responsum tulisset. Cic. I. C. 101. a.

Cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset. Ci. đ Or. 134. a. i. *præteritus esset.*

Ex his Cotta & P. Sulpitius cum meo iudicio tum omnium facile primas tulerunt. Ci. đ Cla. 181. a.

Æquo uel inique animo ferre. Ci. Ep. 76. b.
Grauiter & iniquo aio maledicta tua paterer M. Tulli, si & c. Sal. In. Cic. 170. b.
Is authorem Senatus extinctum laete atque insolenter tulit. Ci. I. A. 222. a.
Patienter ferre potentiam alicuius. Ci. Ep. 9. a.
Iniquo animo ferre aliquid. Ci. At. 249. b.
Indigne pati. Ci. d. In. 72. a.
Æquo animo pati. Ci. d. Or. 112. b.
Periniquo patiebar aio, te a me digredi. Ci. Ep. 195. b.
Patior non moleste & c. Ci. I. V. 148. b.
Accipere aliquid aspere. Ci. At. 135. b.
Accipere aliquid grauiter. Ci. d. Or. 128. a.
Seuere accipe facinus in aliquē illatū. Ci. p Cęl. 49. a.
Æquo animo facere aliquid. X. iniquo aio facere aliquid. Ci. Q. Fr. 296. b.
Æquissimo animo mori. Iniquissimo animo mori. } Ci. d. Sen. 94. a.
Patienter accipere admonitionem. Ci. d. Am. 113. a. & ibi. Non repugnanter accipere.
Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis. Ci. p Mil 108. a. & . 116. b. Timeo quonam pacto id factum feras.
Timere se dicunt, quo modo ferant Veterani, exercitū Brutum habere. Ci. I. A. 227. b.
Si fidem non seruabis ita laturus sum, ut & c. Cic. Att. 37. a. Obiurgari moleste ferunt, molestiam capiunt, dolent. Ci. d. Am. 113. a.
Præ se ferre. l. Præ me fero.
Is præ se probitatem quandam fert. Ci. Acad. 45. a.
Quibus te omnes in cœlum iure & uere ferunt. Ci. Ep. 260. a. Quorum ingenijs hęc feruntur, ab his populi rom. fama celebratur. Ci. p Arch. 190. a.
Eius scripta quædam feruntur. Ci. d. Cla. 167. a.
Ferre in oculis, pro eo quod est amare & charum habere. l. Oculus.
Ferre aliqd expēsum alicui. Cic. Ep. 114. a. l. Acceptus.

Ferocia, ciæ. Ci. d. Sen. 83. b. Infirmitas puerorum est, ferocia iuuenum. Omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. Ci. d. Ar. 243. b.
Quos illorum animos, quos impetus, quā ferociam fore putatis? Ci. ꝯ Rul. 85. b. & . 84. b. Illa campana arrogantia atque intoleranda ferocia.

Ferocitas, tis. Ci. Off. 41. a. C. Lælius ferocitatem Viriati repressit.
Vt ferocitatem istam tuam comprimerem & audaciam frangerem. Ci. In Vat. 29. a.
Cuius tantæ ferocitatis uictorem orbis terrarum nō extimesceret? Ci. p Deio. 146. b.
Ferocitatem uictorię extimescens. Ci. p Mar. 133. b.
Ferocitas Troianorum. Ci. d. D. 125. b.

Ferociter. Cice. p Plan. 266. a. Maledicta in aliquem aspere & ferociter et libere dicta. & Q. Fr. 314. b. Cn. noster Lamia multo ferocius.

Ferox, cis. uehemens. Ci. At. 165. a. Non facit indulgētia mendacem aut auarum aut non amantem suorum, sed ferocem fortasse ac arrogantem & infestum facit.
Nimium es uehemens feroxque natura. Ci. In Vat. 29. b.
Victoria reddit hominem ferociorem impotentioremque. Ci. Ep. 54. b.

Ferramentum, ti. Ci. I. C. 113. a. Lentulus dixit se bonorum ferramentorum studiosum fuisse. i. gladiorum et sicarum. Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda. Ci. p Syl. 177. b.
Vt materię, ferramenta. Ci. Tep. 225. b.
Quæ ferramenta, qui nactes? Ci. d. N. 5. b.

Ferreus, a, um. Cic. Q. Fr. 303. b. Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo.
O te ferreū, qui illius piculis nō moueris. Ci. At. 214. b.
Nec tamen ego sum ille ferreus, qui & c. Ci. I. C. 118. b.
Durus, ferreus, inhumanus. Ci. I. V. 260. a.
Ferreum os. Ci. I. P. 93. a.

Ferrum, ri. Ci. d. Leg. 179. a. Iam ęs atque ferrum duelli instrumēta sunt non fani.
Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colēdos agros necessariam. Ci. d. N. 56. b.
Antonius patrię igni ferroque minitatur. Ci. I. A. 257. b.
In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. Ci. p Cecin. 289. & . 292. a. Homines instructi & certis locis cum ferro collocati.

Fertilis, le. ferax, fœcundus, uber, frugifer, fructuosus, optimus, opimus, fertus.
Ci. p Pom. 6. b. Asia opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.
Proferre possum multos fertiles agros alios aliorum fructuum. Ci. d. N. 52. b.
Imitari agros fertiles, qui multo plus afferant quàm acceperunt. Ci. Off. 10. b.
Campani semper superbi bonitate agrorum, & magnitudine fructuum. Ci. ꝯ Rul. 85. a.
Qui agros saluberrimos maximeque fertiles incolunt. Ci. d. D. 100. a.
Syria opima & fertilis. Ci. p Dom. 217. b.
Agri læti & fertiles. Ci. I. V. 274. a.
Agri optimi & fertiles. Ci. ꝯ Rul. 76. a. & . 74. a. Agri iucundi & fertiles.

Fertilitas, tis. ubertas agrorum abūdantiaque rerum omnium, bonitas agrorum, fœcunditas.
Ci. d. D. 107. b. Quæ sit uel sterilitas agrorum uel fertilitas futura.
Fertilitas Barbaræ. Ci. Tus. 182. b.

Fertus, a, um. Cic. Or. 212. b. Frugifera & ferta arua Asiæ tenet.

Feruens, tis. Ci. Off. 10. a. Homo non perfectus nec sapiens feruentior plerumque est.

Ferventer. Ci. Ep. 116. b. De damnatione feruenter loqui est coeptum.

Ferueo, es. Ci. I. V. 89. b. Aqua denique feruenti a Rubrio ipso Philodamus perfunditur.
Feruet æstu pelagus. Ci. d. Or. 157. a.
Qui usque eo feruet ferturque auaritia, ut & c. Cice. pro Quint. 6. b.

Feruidus, a, um. Ci. d. N. 31. b. Natura ignis tota feruida est, & alijs naturis uitalem impertit calorem.

Feruidum quoddam & petulans & furiosum genus dicendi. Ci. đ Cla. 187. a. & ibi. Feruida oratio.

Appij uolubilis sed paula feruidior erat oratio. Cic. đ Cla. 174. a.

Feruor, oris. æstus. Ci. đ N. 32. a. Mundi feruor ille purior perlucidiorq;.

Iracundia est feruor mentis. Ci. đ Or. 103. b.

Sed erat quidam feruor ætatis quo progrediente &c. Ci. đ Sen. 86. b. Feruor maris. Cic. đ Pro. 75. a. & đ N. 74. a. Oceani feruor.

Ferus, a, um. immanis, immansuetus, barbarus. ✕ mitis, mansuetus, cicur. Ci. đ N. 46. a. Varia genera bestiarum uel cicurũ uel ferarum. & đ Am. 111. a.

Immanis & fera bellua. Ci. đ N. 58. b.

Hostis nimis ferus & immanis. Ci. I. V. 119. a.

Gens immansueta atq; fera. Ci. đ Leg. 160. b.

Gentes feras armatas in Italiam adducere. Ci. At. 125. a. & Tus. 154. b.

Homo ferus & agrestis. Ci. ꝓ S. R. 30. b. et đ In. 42. b.

Fera agrestisq; uita. Ci đ Or. 87. b.

Mores feros, immanemq; naturam alicuius ostendere. Ci. ꝓ S. R. 24. b.

Quæro cur tam subito mansuetus in Senatu fueris, cum in edictis tam fuisses ferus? Ci. I. A. 183. a.

Has orationes ego scripsi rudis & ferus. Cic. ꝓ Plan. 273. a. * Quem ego ferus ac ferreus e complexu dimisi mea. Ci. Q. Fe. 303. b.

Fessus, a, um. defessus, languens de uia.
Ci. At. 242. a. Plaranda fessus sum.

Fessus inedia fluctibusq;. Ci. ꝓ Plan. 164. a.

Et nisi de uia fessus esses, continuo ad nos uenturũ fuisse. Ci. Acad. 39. a. & đ Som. 126. b.

Festinanter. festinans, properans, omni festinatione.
Ci. At. 41. b. Pridie Calẽ. Maij Brundusij proficiscens festinanter.

Nimium festinanter facere aliquid. Ci. đ Fin. 143. a.

Hæc festinans scripsi. Ci. At. 94. b.

Festinatio, onis. properatio. Ci. I. A. 184. b. Mea autem festinatio non solum uictoriæ auida est, sed etiam celeritatis. & 259 a. Ne deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse uideamur.

At inde uenis remisq; in patriã omni festinatione properaui. Ci. Ep. 198. b.

Tamen ignoscas uelim huic festinationi meæ. Cic. Ep. 67. a. & đ Or. 162. b. & At. 204. a. l. Immaturitas.

Habes epistolam plenam festinationis & pulueris. Cic. At. 75. b. Quid hæc tanta celeritas festinatioq; significat? Ci. ꝓ S. R. 34. b.

Aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Ci. Off. 26. b.

Cuius festinationem mihi tollis, quoniam de æstate polliceris uel potius recipis. Ci. At. 204. a. & đ Or. 162. b.

Festino, as. propero, maturo, celero, accelero.
Ci. At. 92. a. Sed lucet, urget turba, festinat, Philogenes

Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Ci. Ep. 197. a. & 259. b. Solent nautæ festinare, quæstus sui causa.

Ad singulare Antonij factum festinat oratio. Cic. I. A. 253. b. & 169. b. Ad reliqua enim festinat animus. & 212. a. At ille properans festinansq; &c.

Hæc festinans scripsi. Ci. At. 94. b.

Festinus, a, um. properans. Ci. At. 142. b. Festino enim simillimus decurro &c.

Festiue. belle. Ci. ꝓ Deio. 147. a. At quam festiue crimen contexitur.

Soles enim tu hæc festiue adorari. Ci. At. 61. b.

Dialectica festiue tradit elemẽta loquẽdi. Ci. Aca. 23. a

Festiue dissoluere aliquid. Ci. đ. D. 115. b. & 130. b.

Belle et festiue dicere. Ci. đ Or. 152. a. & Q. Fe. 317. a.

Festiuitas, tis. lepor, iucunditas. Ci. đ Or. 129. b.
Ci. đ Or. 106. a. Dicendi uis egregia, summa festiuitate & uenustate coniuncta.

Narratio debet hẽre sermonis festiuitatẽ. Ad Her. 3. a.

Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratione. Ci. đ In. 47. b. In illo genere perpetuæ festiuitatis ars non desideratur. Ci. đ Or. 129. a.

Moriar si præter te quenq̃ reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & uernaculæ festiuitatis agnoscere, ad hos lepores &c. Ci. Ep. 134. b.

Gorgias his festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. Ci. Or. 214. a.

Festiuus, a, um. lepidus, facetus, uenustus.
Ci. At. 7. a. Puer festiuus Anagnostes noster decesserat.

Egilium festiuus homo. Ci. đ Or. 134. b. & I. A. 197. a.

Nunc denique matterculæ suæ festiuus filius. Ci. ꝓ Flac. 163. b. Festiuum acroama. Ci. I. V. 211. a.

Itaq; libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam. Ci. At. 16. a. Nonne igitur sunt ista festiua? sint, nam &c. Ci. Parad. 123. a.

Festus, a, um. dies festus. feriæ.
Ci. I. V. 139. b. Huius nomine dies festi agitantur pulchra illa Verrea, non quasi Marcellea, sed pro Marcelleis &c. & 235. a. Syracusani festas dies anniuersarios agunt. & 119. a. Marcellea tolluntur, quem illi diem festum, cum recẽtibus beneficijs M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima uoluntate tribuebant. & ibi. Mutia honor hominis, deorum religione consecratus.

Quod facere ante nisi ludis publicis, aut festis diebus non solebat. Ci. ꝓ Clu. 23. a.

Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent, celeberrimum et sanctissimum. Ci. I. V. 235. a. & ibi. Iidẽ diem festum Verris nomine agerent.

Celebrare dies festas ludorum. Ci. ꝓ Arch. 188. a.

Dies illi ꝓ festis penè funesti extiterũt. Ci. đ Ar. 149. a

Cum itinere toto urbes Italiæ dies festos agerent aduẽtus mei. Ci. ꝓ Sest. 26. a.

Quid dicam eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atq; solennes sunt aduentu meo redituq; celebrati? Ci. I. P. 90. b. Omitto Hetruriæ festos & actos et institutos dies. Ci. ꝓ Mil. 120. b.

Senatus fuit frequentior q̃ putabamus esse posse mense Decẽbri sub dies festos. Ci. Q. Fr. 306. a. & Part. 133 a. & đ In. 51. a.

Quem Tyberina dissensio festo illo die tanto gaudio affecit. Ci. đ Fin. 141. b.

Quamobrem Quir. celebratote illos cum coniugibus
& liberis

& liberis uestris.Ci.I.C.116.a.
Hic dies apud nos posterosq́; uestros in honore esse de bet.Ci.I.C.111.a.

Fex,cis. *sentina,sordes,labes, eluuies.*
Ci.Q.Fra.311.b.*Perditissima atq; infima fex populi.*
Apud sordem urbis & fecem. Ci.At.11.b. & ꝑ Flac. 149.b.l.Tabernarius.

Fibra,bræ. Ci.đ.D.83.a.*Quid fissum in extis, quid fibra ualeat accipio.*
*Non solum ramos amputare sed etiā radicū fibras euellere.*Ci.Tusc.193.a.
*Viriditas herbescens,quę nixa fibris stirpiū sensim adolescit.*Ci đ Sen.87.b.

Ficte. *simulate.*℣.*uere.*
Ci.ꝑ Dom.228.b.*Maiores nostri,qui non ficte & fallaciter populares,sed uere & sapienter fuerunt.*
*Ficte reconciliata gratia.*Ci Ep.45.a.
*Ficte & simulate loqui.*Ci.Q .Fr.292.a.

Fictilis,le. Ci.đ.N.15.a.*Hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur aut fictilibus figuris.*
*Quid te in uasis fictilibus appositurum putem?*Cic.At. 87.a. *Fictilis urna.*Ci.Parad.117.b.
*Summanus, qui tum erat fictilis.*Ci.đ.D.83.b.

Fictor,oris. *qui signa ex ęre uel alia quapiam materia fabricat.* Ci.đ.N.17.b.*Deos ea facie nouimus,qua pictores fictoresq́; uoluerunt.*

Fictrix,cis. Ci.đ.N.78.b. *Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ.*

Fictus,a,um. *commentitius,simulatus,adumbratus.*℣.*uerus,uoluntarius.* Ci.ꝓ Mur.130.a.*Q uę tota ex rebus fictis commentitijsq́; constaret.*
*Commentitij & ficti dei.*Ci.đ.N.40.a.
*Ficta & commentitia fabula.*Ci.Off.59.b.
*Res fictę & adumbratę.*Ci.đ Am.114.a.
Ficto officio & simulata sedulitate. Ci.ꝑ Cecī.187.b.

Ficum,ci. *pomum fici.*
Ci.ꝑ Fla.154.b.*Homini Phrygi,qui arborem fici nūq̃ uiderat, fiscinam ficorum obiecisti.*
*Terrę quę ex fici tantula grano tantos truncos ramosq́; procreat.*Ci.đ Sen.88.a.

Ficus,ci.arbor fici. Ci.đ Or.134.b.*Quo in genere est illud Siculi,cui cum familiaris quidam quereretur,quod diceret,uxorem suam suspendisse se de ficu,amabo te inquit,da mihi ex ista arbore quos seram surculos.*

Fide,unde fidissime. Cic.Ep.17.a.*Quę mihi a te ad timorem fidissime atq; amantissime proponuntur.*

Fidelia,liæ.genus uasis. Cic.Ep.109.a. *Duos parietes de eadem fidelia dealbare.*

Fidelis,le. *fide prędiius,qui fidem suam pręstat.*
Ci.At.288.b.*Sunt fidelissima & maxima auxilia Gallorum. Grecorum familiaritates parum fideles sunt.* Ci.Q .Fra.193.a.
*Appius homo mihi coniunctus fidelissima gratia.*Ci.ꝑ Mil.116.a. *Massilienses fortissimi & fidelissimi socij.*Ci.ꝑ Fon.176.b.& đ Am.106.b.*Amicitia fidelis. Firmus & fidelis amicus.*Ci ꝑ Cæl.40.a.
*Deiotarus fidelis populo rom.*Ci.I.A.137.b.
*Deiotarus , quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio.*Ci.đ Ar.150.a.
*Fidele consilium deliberanti dare.*Ci.ꝫ Rul.67.a.
*Minus fidele consilium alicui dare.*Ci.ꝑ Clu.55.a.
*Seruus,qui aio fideli in dominum est.*Ci.ꝑ Mil.167.a.
*Seruus egregie fidelis.*Ci.Q .Fr.193.b.
Nemo credit nisi ei,quē fidelē putat. Ci.ꝑ.S.R.37.a.
*Magis oportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli.*Ci.ꝑ Cecin.187.b.
*Coniunx fidelissima.*Ci.Q .Fr.303.b.
*Sed heus tu qui κακὸν esse meorum scriptorum soles, unde illud tum ἄκυον , ualetudini fideliter inseruiendo,unde in istum locum fideliter uenit , cui uerbo domicilium est proprium in officia,migrationes in alienū multęq́;,nam & doctrina & domus,& ars & ager etiā fidelis dici potest,ut sit quomodo Theophrasto placet uerecunda translatio.*Ci.Ep.263.a.
*Qui singulari extiterit in remp.nostram officio et fide.*Ci.Off.11.a.

Fidelitas,tis. Ci.Ep.112.b.*Asclaponis medici tum cōsuetuda mihi iucunda fuit,tum etiam ars,quam sum expertus in ualetudine meorum,in qua mihi tum ipsa scientia tum etiam fidelitate beneuolentiaq́; satisfacit.*
Vita mea,quę amicorum fidelitate conseruata est. Cic. ꝑ Plah.174.b.
*Vbi me non solum amicorum fidelitas,sed etiam uniuersę ciuitatis oculi custodiunt.*Ci.I.A.243.b.
*In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.*Ci.At.151.b.
*Fidelitatem alicuius summam.*Ci.Q. Fr.299.b.
*Non illi erga patriam fidelitas defuit.*Ci.Ep.153.a.
*Quo tempore ego maxime operam & fidelitatem desideraui tuam.*Ci.Ep.161.b.
*Et is,ut opinor,tibi in Alexandrino bello quantum studio & fidelitate cōsequi potuit,nō defuit.*Ci.Ep.110.b.

Fideliter.Ci.Ep.263.a.l.Fidelis.
Ci.At.147.b.*Mercedes prędiorum,quę si fideliter Ciceroni curabuntur,nihil ei deerit.*
*Viuere simpliciter, fideliter,uitęq́; hominum amicę.*Ci. Off.19.a.

Fidens,tis. Ci.Tusc.193.a.*Qui fortis est idē est fidēs,nā confidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur.*
*Animus prudentia consilioq́; fidens.*Ci.Off 16.a.
Fidenti animo , si ita res feret , gradietur ad mortem. Ci.Tusc.171.b.
*Puer bene sibi fidens.*Ci.At.96.a.
*Tū Calchas hęc est fidēti uoce locutus.*Ci.đ.D.122.a.

Fidenter.℣.*diffidenter,dubitanter,timide.*
Ci.đ.N.5.b.*Tum Velleius fidenter sanè,ut solent isti,nihil tam uerens,q̃ ne dubitare aliqua de re uideretur.*
Paulo uellem fidentius respondisses. Ci.At.88.b. & đ Fin.69.a.
*Tum ille fidēter homo peritissimus, confirmare ita se rē habere.*Ci.đ Or.105.b.
*Timide fortasse signifer euellebat,quod fidenter infixerat.*Ci.đ.D.112.b. *Deinde quomodo suscipere aliquam rem aut agere fidenter audebit?* Ci.Acad.71.b.

Fidentia,tię.℣.*diffidentia,opp.audacia.*
Ci.đ In.82.b. *Fidentia est per quā magnis & honestis*

in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocauit. Et *fidentia, idest firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temere assentiens.* Ci.Tus.226.b.

Fides,ei. *constantia promissorum, authoritas.*
Ci.Off.5.b. *Fundamentum iustitiæ est fides.i.dictorũ factorumq; constantia, & ueritas.* & ibi. *Credamusq; quia fiat quod dictum est, appellatam fidem.*
Fides est iustitia in rebus creditis. Ci.Part.236.b.
O fides alma apta pennis, & iusiurandum Iouis, qui igitur iusiurandum uiolat, is fidem uiolat, quam in Capitolio uicinam Iouis Opt.Max. maiores nostri esse uoluerunt. Ci.Off.73.a.
Fregisti fidem: neq; dedi neq; do fidem infideli cuiq;. Ci.Off.73.b. & ibi. *Nullã esse fidẽ, quæ infideli data sit.*
Q.Scæuola fidei bonæ nomen existimabat manare latius, idq; uersari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis. Ci.Off.66.a.
Bona fide. X. *dolo malo.* Ci.Top.226.b.
Iudicia de fide mala & iudicium de dolo malo. Cic.đ N.75.a.
Inter bonos bene agier oportet, ut ne propter te, fidemue tuam, captus fraudatus' ue sim. Ci.Off.65.b.
Fidem iusiurandumq; negligere. Ci.đ Ar.251.a.
Gabinius fregit fœdus. X. *Piso in fide mansit.* Cic.pro Dom.220.a. *Testimoniorum fidem & religionem nunquã ista natio coluit.* Ci.ꝓ Fla.148.a.
Fides & religio iudicis. Ci.ꝓ Q.R.52.b.
Tum quæro seruaris ne in eo fidẽ? &c. Ci.In Vat.31.a.i.an feceris quod dixisti.
Græci noluerunt religione uideri potius ꝙ ueritate fidem esse constrictum. Ci.ꝓ Cor.57.a.
O constantiam promissi & fidem miram. Cic.At.66.a.
Tua fides optima & spectatissima. Ci.ꝓ Fla.165.b.
Cui supplici non illa dextera fidem porrexit. Cic.I.V.267.a. *Hinc fides pugnat, illinc fraudatio.* Cic.I.C.209.b.&.106.a *Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.* *Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatẽ quærere.* Ci.ꝯ Rul.70.b.
Et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ tibi putemus esse utilia. Ci.At.142.b.
Argumentum est ratio rei dubiæ fidẽ faciens. Ci.Top.221.b. *An mihi nutus tuus non faceret fidem?* Cic.At.106.b.&.257.b.
Quod nisi mihi fidem fecisset, non fecissem id quod dicturus sum. Ci.At.254.a.
Multaq; facimus usq; eo dum aspectus fidem faciat sui iudicij. Ci.Acad.6.b.
Probat, fidem facit oratio. Ci.đ Cla.181.a.
Quoniam minorem fidem faceret oratio mea. Ci.I.C.211.a. *Non facies fidem scilicet, cum hæc disputabis?* Ci.I.P.92.b.
Habere fidem alicui. Cic.I.V.266.a.i.credere. & Ep.75.a.&.104.a.&.105.b.& Acad.22.a.
Populus tibi maximam fidem rerum suarum habet. Ci.I.V.135.a.
Fidem alicui habendam non esse. Ci.At.217.a.
Habere fidem orationi alicuius. Ci.đ In.56.b.

Quare debet habere fidẽ nostra ꝑdictio. Cic.Ep.83.b.
Considerandum est quanta Cæsari fides sit habenda. Ci.At.119.a. *Quæ fidem nullam habebunt sublata ueri & falsi nota.* Ci.Acad.15.b.
Nam & his fidem habemus, quos plus intelligere ꝙ nos arbitramur. Ci.Off.39.b.
Nunc uero quam authoritatem aut quam' fidem habere possunt? Ci.ꝓ Fla.150.b.
Si esset in ijs fides in quibus summa esse debebat, non laboraremus. Ci.Ep.3.a.
Somniantium uisis fides non est adhibenda. Cic.đ.D.133.b.et.81.a. *Dicæarchus ijsdem rebus fidem tribuit.* idest authoritatem.
Nec authoritatem nec fidem rebus commentitijs adiungere debemus. Ci.đ.D.132.a.
Tribuere fidem testimonio alicuius. Ci.ꝓ Syl.168.b.
Suspicio artificij imminuit & oratoris authoritatem et orationis fidem. Ci.đ Or.123.a.
Hoc & authoritatem orationi affert & fidem. Ci.Or.208.a. *Suspicio inimicitiarum derogat fidem in testimonio dicendo* Ci.ꝓ Font.279.a.
Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiurandi responde. Ci.ꝓ.Q.R.52.a.
Quia his uisis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides. Ci.Acad.10.a.
Infirmare fidem alicui. Ci.At.248.b.
Dare fidem alicui. Ci.đ Fin.78.a. *Cum Regulus, propter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginẽ reuertisset.* *Regulus ad supplicium redire maluit, ꝙ fidem hosti datam, fallere.* Ci.Off.9.a.
Si fides Saturnino data est, non eam C.Rabirius sed C.Marius dedit, idemq; uiolauit, si in fide non stetit. Cic.ꝓ Rab.96.b. *Me in hanc mentem impulit Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei quam Pompeio.* Ci.Ep.12.b.
Cum Pompeius diceret se fidem recepisse de me, hanc si ille non seruaret, ita laturum, ut &c. Ci.At.37.a.
Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. Cic.ꝓ.S.R.36.b. *Perfidiosum & nefarium est fidem frangere.* Ci.ꝓ.Q.R.47.b.
Qui fidem uiolat, oppugnat omnium commune præsidium. Ci.ꝓ.S.R.37.a.
Lusitani contra interpositam fidem interfecti. Ci.đ Cl.272.b. *Postulare fidem publicam.* Ci.At.38.b.
Fidem ei publicam iussu Senatus dedi. Ci.I.C.112.b.
Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem resignauit. Ci.ꝓ Arch.187.a.
Romæ solutione impedita fidẽ concidisse. Ci.ꝓ Põ.7.a.
Fide sustentare amicos. Ci.ꝓ.R.P.123.a.
Vt fide se abduceret. Ci.ꝓ Fla.162.a.
Heraclides Hermippũ percussit &c. nam eius fide sumpsit a Fusijs. & ibi. *Hermippus Fusijs satisfacit, & fidem suã liberat.* Ci.ꝓ Fla.156.a.
Quod autem in Senatu pluribus uerbis disserui, in eo uelim fidem meam liberes. Ci.Ep.186.b.
Virtus, quæ uetat spectare fortunam dum præstetur fides. Ci.đ D.124.b.
Nihil debet, qui consilium dat præstare præter fidem. Ci.At.

Ci. At. 156. b. & 82. b. Vt ei fidem meam præstarem.
Si rex amicis tuis, qui pecunias ei credidissent, fidem suã præstitisset. Ci. Ep. 7. b.
Qui fiduciam accepit, debet fidem præstare. Cic. Top. 114. a. Is tibi optima fide sua omnia concessit. Cic. p. S. R. 42. b.
Ex fide bona multa. Ci. At. 87. b.
Aliquid de possessione detrahere & fidem acquirere. Ci. I. C 108. a.
Non tenuit omnino colloquium illud fidem, a ui tamen &c. Ci. I. A. 145. a.
Meam erga te fidem & beneuolentiam expertus es. Ci. Ep. 4. b. At ita ut commissus sit fidei, permissus potestati. Ci. p Font. 282. b.
Iura fidei magistratuum commissa sunt. Ci. Off. 15. b.
Ea societas uniuersa in mea fide est. Ci. Ep. 117. b.
Municipia, quæ in fide mea erant. Ci. p Plan. 280. a.
Peto a uobis, ut eum in uestram accipiatis fidem. Cic. pro Arch. 191. b.
Recipere aliquem in fidem suam. Ci. Ante q̃ 196. a.
Recipere aliquem in fidem suam, eumque commendatum habere. Ci. At. 245. a.
Esse in fide & clientela alicuius. Ci. p. S. R. 34. a. et. 36 a. Conferre se in fidem & clientelam alicuius.
Qui nationes deuictas bello in fidem recepissent. Ci. Off. 8. a. Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. Ci. At. 25. b.
Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat. i. incorruptis atque integris testibus. Ci. d Fin. 43. b.
Fides, dis. lyra. Ci. d. D. 115. a. Iam neruos in fidibus alijs pulsis resonare alios.
Seuero illo Lacedæmon neruos iussis, quod plures q̃ septem haberet in Timothei fidibus, inde demi. Cic. de Leg. 177. b.
Discebant enim fidibus antiqui. Ci. d Sen. 82. a.
Omnes uoces ut nerui in fidibus ita sonant, ut a motu animi sunt pulsæ. Ci. d Or. 163. a. & 162. a. Vt epularum solennium fides & tibiæ indicant.
Ex neruorum sono in fidibus, q̃ scienter ij pulsi sint, intelligi potest. Ci. d Clo. 101. b.
Epaminundas fidibus præclare cecinisse dicitur. Cic. Tusc. 149. a.
Cedit claro fides Cylennia. Ci. In Arat.
Vt in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes æque incontentæ sint. Cic. d Fin. 123. a. & ibi. Æque enim contingit omnibus fidibus ut incontentæ sint, illud non continuo, ut æque incontentæ.
Fidicen, nis. Ci. d. N. 64. a. Mundum fidicinem etiam esse & tibicinem. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Ci. Ep. 140. b.
Fidicula, læ. Ci. d. N. 30. b. Fidiculæ numerose sonantur, & tibiæ modulate canentes.
Fido, dis. confido. Ci. d. N. 19. b. His ne fidentes somnijs contra Pythagoram Platonemque dixistis?
Istum relinquendum puto dubitantem magis q̃ fidentẽ rebus. Ci. At. 160. a.
Exultantem te & præfidentem tibi reprimunt ualidæ legum habenæ. Ci. d Or. 158. a.
Fiducia, ciæ. Ci. Q. Fr. 214. a. Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbes.
Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. Ci. I. V. 73. a.
Quæ facio, tua fiducia facio. Ci. I. V. 171. a.
Per fiduciæ rationem fraudare quempiã Ci. p Cecin. 186. a. Vita tyrannorum, in qua nulla stabilis beneuolentiæ possit esse fiducia. Ci. d Am. 104. b.
Qui fiduciam accepit debet præstare fidem. Cic. Top. 114. a. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore fiducia tamen accepta occupauisti. Ci. p Fla 157. a. & ibi. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. In arbitrio rei uxoriæ melius æquius, in fiducia inter bonos bene agier. Ci. Off. 64. a.
Tria iudicia, fiduciæ, tutelæ, societatis. Cic. p. Q. R. 47. b. Iudicia fiduciæ. Ci. d. N. 75. a.
Fidus, a, um. fidelis. Ci. d Am. 106. a. Intellexit, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos.
Conum tam fido custodia. Ci. d. N. 58. a.
Fidæ familiaritates amantiũ nos amicorũ. Ci. Off. 39. a.
Mea Terẽtia fidissima atque optima uxor. Ci. Ep. 235. b.
Mutina colonia nostra fidissima. Ci. I. A. 205. a.
Figo, gis, fixi, fixum. Ci. I. A. 159. b. Et dubitare utrũ mucrones in ciue an in hoste figantur.
Deorum telo in impiorum mentibus figuntur. Cic. de Arusp. 253. b.
Quis est Italiæ locus in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ? Ci. p Sest. 25. b.
Arma quæ fixa in parietibus fuerant. Ci. d D. 96. a.
Eaque scuto, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Ci. d. D. 112. b.
Antonius fixit legem, qua siculi ciues romani fierent. Ci. At. 217. a.
Ne qua tabula ullius decreti Cæsaris figeretur. Ci. I. A. 253. b. & 177. a. Ne qua post Idus Martias immunitatis tabula figeretur.
Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Ci. Ep. 183. a.
Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus rom. reseruares. Ci. I. V. 238. a. & 246. Beneficium ut dicitur trabali clauo figere.
Cuius ego nuper in Macedonia uidi uestigia non impressa leuiter ad exiguæ prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Cic. p Sest. 5. b. Ego omnia mea studia omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi, & locaui. Ci. Ep. 20. b.
Figere aduersarios. Ci. Or. 205. a.
Figura, ræ. forma, species.
Ci. I. V. 220. a. Himera in muliebrem figuram habitũque formata. & 127. a. Eum multo magis figura & lineamento hospitæ delectabant.
Esse aliquem humana specie ac figura, quitantum immanitate bestias uicerit. Ci. p. S. R. 18. b.
Feritas belluæ in figura hominis. Ci. Off. 59. a.
Cuius ex miserijs uidendo fructum caperes maiorem q̃ audiendo. Ci.p Syl.124.b.

Magnum gloriæ fructum ex rebus bene gestis percipi. Ci.p Arch.190 a.

Repetere officij pręmium & fructum. Ci.Anteq.193.a.

Vtriusq; temporis fructum tuli maximum. Ci.p Dom. 133.a. *Solitudo aufert fructum uoluptatum.* Cic.d Am.222.b.

Si quæris quid putem, ego fructum puto. Ci.At.186.a.

Quibus incommoda morbi etiam cæteri uitæ fructus relinquendi. Ci.p Mur.135.b.

Fructus uberrimus. Ci.Tus.174.b.

Vbertas frugum & fructuum. Ci.d.N.77.b.

Iucundissimus fructus libertatis. Ci.Anteq.192.b.

Fructus iucunditatis. Ci.p Mur.133.b.

Frugalis, le. frugi. Ci.d Or.135.b. *Cum optimus colonus, parcissimus, frugalissimus esset.*

Hões tota Asia frugalissimi, sanctissimi. Ci.p Fl.e6e.a

Frugalissimus. X. *nequissimus.* Ci.At.21.a.

Frugalitas, tis.

Ci.p Deio.148.b. *Omnes sunt in illo rege uirtutes, sed præcipue singularis & admiranda frugalitas, & si hoc uerbo scio laudari reges non solere.*

Ego frugalitatem, id est modestiam & temperantiã uirtutem esse maximam iudico. Ci.p Deio.148.b.

Tres uirtutes fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas complexa est. Ci.Tus.194.a.& ibi. *Frugalitas, ut opinor, a fruge.* &.193.b. *De frugalitate & frugi.*

Frugaliter. X. nequiter.
Ci. p Dom. 235. b. Itaq; omnia ornamenta funorum sanè frugaliter domum suam deportauit.
Frugaliter loqui. Ci. d Fin. 70. a.

Fruges. gis, uel frux, gis. Ci. d. N. 38. a. Fruges Cererē appellamus, uinum autem liberum.
Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus. Ci. Or. 201. b. Quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profunduntur. Ci. d Leg. 161. a.
Et si in segetem sunt deteriorem datæ fruges Ipsæ tamē natura sua emitent. Cic. Tus. 177. b. & 162. b. Segetes largiri fruges florere omnia.
Fruges cum ad spicam peruenerunt. Ci. d Fin. 114. b.
Fruges in ea terra primum repertæ putantur. Cic. I. V. 225. a.
Nos fruges serimus, nos arbores. Ci. d. N. 57. a. et ibi. b.
Terra fœta frugibus & uario leguminum genere.
Lentiscus ter fruges fundens. Ci. d. D. 83. a.
Cum uiriditas herbescēs è uaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam. Ci. d Sen. 88. a.
Baccæ arborum, terræq; fruges. Ci. d. Sen. 78. a.
Fruges terræ, baccæ arborum. Cic. d. D. 104. a. & d Leg. 173. a.
Vbertas frugum & fructuum. Ci. d. N. 77. b.
Frugum copia. X. frugum inopia. Ci. p Dom. 216. b.
Frugum ubertas & copia. Ci. Post q. 202. a.
Frugum fructuumq; reliquarum perceptio & conseruatio. Ci. Off. 35. a.
Quæ studio in adolescentia tanq̃ in herbis significant quantæ fruges industriæ sint futuræ. Cic. p Cæl. 53. b.
Vt uicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis q̃ fratrem. Cic. Off. 12. b.
Quæ est in hominibus tanta peruersitas ut inuentis frugibus glande uescantur. Ci. Or. 199. b.
Non omnem frugem neq; arborem in omni agro reperire possis. Ci. p. S. R. 30. b.
Emersisse aliquando et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. Ci. p. Cæl. 43. a.

Frugi. moderatus, modestus, temperans, abstinens, innocens. X. nequam, nihili.
Ci. Tus. 194. a. Qui sit frugi igitur, uel si mauis moderatus & temperans, eum necesse est esse constantem.
Græci frugi homines χρησίμους appellant, idest tantum modo utiles, at frugalitas patet latius, et ibi nec qui propter metum præsidium reliquit quod est ignauiæ nec qui propter auaritiam clam depositum non reddidit, qd est iniustitiæ, nec qui propter temeritatē male rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet. Ci. Tus. 193. b. & 194. a. L. Piso, qui tanta uirtute atq; integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire neq̃ nequam posses, solus tamē frugi nominaretur. Ci. p Font. 282. a. Viuit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso. Ci. d Fin. 85. b.
Homo frugi omnia recte facit. Ci. Tus. 216. b.
Homo frugi & modestus. Ci. Ep. 219. a. & 63. a.
Modestus homo & frugi. Ci. At. 277. a. & 214. a. Modestus & frugi uir.
Seruus frugi atq; integer. Ci. p Clu. 27. a.
Seruus frugi. X. seruus nequam. Ci. d Or. 131. b.
Homines satis fortes & satis planè frugi ac sobrij. Ci. I. V. 262. a.
Homo bene frugi. Ci. At. 59. b. aliter, bonæ frugi.
Frugi & seuera uita. Ci. Ep. 264. b.
Antonius frugi factus est. Ci. I. A. 173. b.

Frugifer, a, um. Ci. Tus. 177. b. Agri non omnes frugiferi sunt. Tota philosophia frugifera & fructuosa est. Ci. Off. 53. a.
Frugifero & ferta aruo Asiæ. Ci. Or. 212. b.
Spatia frugifera atq; immensa camporū. Ci. d. N. 58. b.

Frumentarius, a, um. Ci. d Clo. 184. b. Lex Sempronia frumentaria. Frumentarium lucrum. Ci. I. V. 166. b. & 150. a. Causa frumentaria.
Frumētariæ prouinciæ. Ci. At. 143. a. et p Do. 215. a.
Frumentarius. Ci. Off. 63. a. & 65. a. i. mercator frumentarius.
Lex frumentaria de semissibus. Ad Her. 4. b.

Frumentor, aris. Cn. Pom. At. 130. b. Neq; solus cū ista copia sustinere poteris, ut frumentatum eas.

Frumentū, ti. triticū. Ci. Or. 204. a. Luxuriosa frumēta.
Frumentum prouinciæ frumentariæ. Ci. p Dom. 215. a.
Ciues romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicentur. Ci. At. 82. a.
Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarij? Ci. I. P. 98. a.

Fruor. potior, fructum uoluptatemq; percipio. X. careo.
Ci. At. 22. a. Neq; nos te fruimur, & tu nobis cares.
Quorū animi cum æternitate fruerentur, Dij rite sunt habiti. Ci. d. N. 38. b. & 22. a. Vtatur suis bonis oportet & fruatur, qui beatus est.
Eum esse beatum, qui præsentibus uoluptatibus frueretur, consideretq; se fruiturum aut in omni aut in maiore parte uitæ. Ci. Tus. 199. a.
Fruenda etiam sapientia est. Ci. d Fin. 49. b.
Nihil timea, fruar dum licet, opto ut semper liceat. Cic. Ep. 237. a.
Suauitatis nostræ fruendæ causa. Ci. Q. Fr. 315. b.
Nobis hæc fruenda relinqueret. Ci. p Mil. 113. a.
Fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati reges constituti. Ci. Off. 41. a.
Patimus beneficijs atq; honoribus frui, quantis uellemus. Ci. Bru. 285. b
Numerus liberiore quadam fruitur licentia. Cic. Ora. 200. a. Filius certis fundis patre uiuo frui solitus est. Ci. p. S. R. 25. a.
Commoda, quibus utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus a Deo nobis dari uidemus. Cic. p S. R. 40. a.
Quibus rebus fruimur atq; utimur. Ci. d. N. 57. a.
Hic est definitus in cœlo locus, ubi beati æuo sempiterno fruuntur. Ci. d Som. 127. b.
Satiatis uero iucundius est carere quàm frui. Ci. d Sen. 87. a. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruar, ut beate uixisse uidear, quia cum Scipione uixerim. Ci. d Am. 98. b.
Ea quæ gignuntur nobis ad fruendum. Ci. d L. 172. b.
Vsum fructum omnium bonorum suorum Cæsenniæ le

gat, ut

gat, ut frueretur una cum filio. Cic. p Cecin. 287. a. & ibi. Vt frueretur bonis cum filio.
Hodie Volaterroni fruuntur, nobiscum simul hac ciuitate. Ci. p Dom. 229. a. Vectigalibus non fruentur, qui redemerunt. Ci. d Ar. 250. a.
Incredibili, qua nunc nostro beneficio fruor laetitiae uoluptate caruissem. Ci. Post q. 198. a. & ibi. Non tā id sentiebam, cum fruebar, q̄ nunc cum carebam. & ibi. b. Amicitiae, quid haberent uoluptatis carendo magis intellexi q̄ fruendo. Si pace frui uolumus, bellum gerendum est. Ci. I. A. 212. b.
Vterq; enim summo bono fruitur. Ci. d Fin. 74. a.
Frui gratia & opibus alicuius. Cic. Ep. 16. a. & 17. b.
Frui libertate proprio.
Frui uoluptatibus. Ci. d Fin. 73. b.
Sapiens fruitur praesentibus. Ci. d Fin. 61. b. & ibi. Praesentibus potitur.
Id circo illum uita frui noluit. Ci. p Clu. 55. b.
Conficere pecuniam de uectigalibus non fruendis sed alienandis. Ci. 3 Rul. 72. b. & 76. a. Agri Bithyniq; regij, quibus nunc publicani fruuntur.
Eos frui uita & communi spiritu non puto oportere. Ci. I. C. 119. b. Diligenter tenendum esse modum uoluptatis fruendę. Ci. Off. 21. b.
Mihi liceret eius urbis quā conseruassem conspectu tranquillo animo & quieto frui. Ci. p Syl. 172. a.
Frusinas, atis. Ci. At. 172. a. Frusinates.
Frustra. sine causa, perdere operam, opera & olei perit. Ci. d. D. 134. b. Nec frustra ac sine causa quid facere dignum deo est, quod abhorret etiā ab hominis constātia. Fugiendum est, ne offeramus nos periculis sine causa. Ci. Off. 17. a.
Vnum, ut sine causa fiat aliquid. Ci. d Fat. 144. a.
Neq; auxilium suum frustra implorari patietur. Cic. d Ora. 121. b.
Haec si uerbis explicare conemur, earum rerum frustra suscipiatur labor. Ci. d Vn. 201. b.
Frustra tempus contero. Ci. p. Q. R. 51. b.
Illa quae habes de academicis frustra descripta sunt. Ci. At. 208. a. & 156. a.
Frustratio, onis. Plan. Ep. 157. b. Quo magis me petiuerunt tanto maiorem bis frustratio dolorem attulit.
Frustror, aris. desero. Ci. Acad. 17. a. Ego de omni statu totius uitae aut certare cum alijs pugnaciter aut frustrari cum alios tum etiam me ipsum uelim?
Si Syriae spes eum frustrata esset. Ci. Ep. 190. a.
Cocceius uide ne frustretur. Ci. At. 191. a.
Frustum, sti. Ci. d. D. 86. a. Necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur.
Is nomen frustis esculentis totum tribunal impleuit. Ci. I. A. 192. a.
Fruticor, aris. Ci. At. 239. b. Excisa est arbor non euulsa, itaq; q̄ fruticetur uides.
Fucatus, a, um. fucosus.
Ci. d Cla. 167. b. In quo naturalis inesset, non fucatus nitor. Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. Ci. Or. 204. a.
Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Ci. p Plan. 243. b.
Iisdem ineptijs fucata sunt illa, quando te in iure conspicio. Ci. p Mur. 130. a.
Haec sunt expressa signa probitatis, non fucata specie forensi. Ci. p Plan 265. a.
Simulatus, fucatus. X. syncerus, uerus. Ci. d Am. 113. b.
Fucosus, a, um. Ci. At. 16. a. Ambitiosae fucosae q; amicitiae. & p. R P. Merces fallaces & fucosae. & Q. d Pet. 210. a.
Fucus, ci. Ci. d Or. 161. b. Color non sanguine diffusus sed fuco illitus.
In his omnibus inest quidem sine ullo fuco ueritatis color. Ci. d Cla. 179. a.
Prensat unus P. Galba sine fuco & fallacijs. Cic. At. 1. a.
Si eum qui tibi promiserit, fucum ut dicitur facere uelle senseris. Q. d Pet. 210 a.
Sententiae uerae, nouae sine pigmentis fucoq; puerili. Ci. d Or. 125. b.
Cincinni poetae ac fucus. Cic. de Ora. 152. a. & ibi. In fucata uitia.
Fuga, gae. Cic. At. 115. a. Mitto illam fugam ab urbe turpissimam.
Dom sese in fugam milites. Ci. I. V. 222. b.
Post discessum latronis uel potius desperatam fugam. Ci. I. A. 200. b.
Omnes se in fugam contulerunt. Ci. p Cecin. 289. a.
Licinius in fugam se coniecit. Ci. p Cael. 51. a.
Factus est a nostris impetus, fuga operarum. Cic. Q. Fra. 308. a.
Laborum ac dolorum fuga. Ci. d Fin. 55. b.
Dare se incertę & periculosae fugae. Ci. At. 116. b.
In fuga omnes sunt. Ci. At. 116. b. & 117. a. Fuga quae parabatur, repressa est.
Axilla ala factus est, fuga litterae uastioris. Cic. Ora. 211. a.
Fugatus, a, um. Ci. d Ar. 245. b. Ab altaribus religiosissimis fugatus. & Off. 75. a. Hostes fusi ac fugati.
Fugax, cis. Ci. Ep. 151. b. Haec breuia, fugacia, & caduca existima.
Ego fugax crispe Salustius Ci. In Sal. 273. b.
Pedes fugaces. Sal. In Cic. 271. a.
Fugio, gis. in fugam me do, in fugam me conijcio, in fugam me confero, fugae me do, in fuga sum, uito, declino, abhorreo, asperno.
Ci. Off. 6. a. Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugiendo semper iniuria est. Ita dum inertiae uituperationem, quae maior est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis fugiunt, tarditatis. Ci.
Sentio iudices moderādum mihi esse iam orationi meę, fugiendamq; uestram satietatem. Ci. I. V. 169. b.
Stoici negant fugere sapientis. Ci. At. 282. b.
Eaq; dum animis attentis excipiunt, fugit eos, & praeteruolat numerus. Ci. Or. 216. a.
Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumq; comprobatione fugiamus. Ci. Off. 26. a.
Vitium longe animi prouisione fugiendum. Cic. Ora. 215. b.

Dum recordationes fugio, quę quasi morsu quodam dolorem efficiunt. Ci. At. 190. b.
Fugere, uitare, declinare aliquid. Cic. Part. 235. a. & At. 138. a. Nulla res est in usu militari posita, quæ huius uiri scientiam fugerit. Ci. p Pom. 9. b.
De Dionysio fugit me antea ad te scribere. Ci. At. 114. a. & 74. b. Cui rei fugerat me rescribere.
Non fugisset hoc græcos homines. Ci. d Or. 107. a.
Illos autem id fugerat superiores. Ci. d Fin. 120. b.
Quod nostrũ illum non fugit Catonem. Ci. d In. 43. a.
Verum hoc amentem hominem fugit. Ci. I. V. 205. b.
Illud alterum q̃ sit difficile te non fugit. Ci. At. 201. a.
Nisi quę me forte fugiunt. Ci. Tus. 153. a.
Qui uinum fugiens uendit sciens. Ci. Off. 70. a.
Fugitiuus, a, um. proprie seruus qui a domino fugit. Ci. I. A. 233. b. Dolobella habet legionem, habet fugitiuos. Neq; tam fugitiui illi a dominis, q̃ tu a iure & legibus. Ci. I. V. 226. b.
Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Vardeci esse. Vat. Ep. 65. b. Viuebat cum fugitiuis. Ci. Tus. 240. b.
Athenio princeps fugitiuorum. Ci. I. V. 162. a.
Fugito, as. Ci. p. S. R. 31. a. Qui quæstionem fugitant.
Fugo, as. fugam facio.
Ci. p Cecin. 29. a. Qui armis pulsus fugatusq; est. & ibi. Armis repulit, fugauit, auertit.
Fugare aliquem lapidibus & ferro. Ci. d Ar. 245. a.
Hostis a te fugatus est. Ci. Offi. 330. b.
Hostes cæsos fugatosq; esse. Ci. At. 277. a.
Fugata concione. Ci. I. A. 206. a.
Fulcio, cis, fulsi, fultum & fulctum. I. Fultus.
Ci. d Ar. 258. a. Etenim uix hæc si undiq; fulciamus, iã labefacta, uix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Horum consulum ruinas consules ne stra uirtute fulsistis. Ci. Post q̃. 108. a.
Vitis quæ natura caduca est, nisi fulta sit, ad terram fertur. Ci. d Sen. 88. a.
Cum labentem & propè cadentem remp. fulcire cuperetis. Ci. I. A. 170. a.
Eum labentem excepit, corruere nõ sinit, fulsit, sustinuit, re. fortuna, fide. Ci. p. R. P. 229. a.
Chrysippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorũ. Ci. Acad. 19. a.
Omnibus modis fulciendi sunt qui ruũt. Ci. Tus. 203. b.
Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia amicorum fulti. Ci. Ante q̃. 194. a.
Imperium, quod debet beneuolentia fultum esse. Ci. Of. 69. b. Thermum, ut scribis, creberrimis literis fulcio. Ci. At. 83. b.
Partes mundi, quæ maximo calore fultæ sustinentur. Ci. d. N. 31. a. aliter, fultæ.
Fulex, cis. Ci. d. D. 83. a. Rauca fulex.✱
Fulgeo, ges. fulsi, splendeo, fulguro.
Ci. I. C. 105. b. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. aliter, nidene.
Ilę quę fulgent luces ex ore corusco. Ci. In Arat.
Marmoreo tecta ebore & auro fulgẽtia. Ci pad. 118. a
Lacteus circus nimio candore fulgens. Ci. In Arat.
Ioue fulgente cũ populo agi nefas esse. Ci. In Vat. 33. a.
Si fulserit, si tenuerit, si tactum aliquid erit de cælo. Ci. d. D. 139. a.
Iupiter in cælo fulgens & tonans. Ci. d. N. 39. a. aliter, Iouem fulgere & tonare. & Or. 199. a. I. Fulguro.
Fulgor, oris. Ci. I. V. 216. a. Fulgore auri collucere et illustrari templum. & d. N. 47. a.
Hic illa eximio posita est fulgore corona. Ci. d. N. 47. a
Prospera Iupiter his dextris fulgoribus edit. Ci d. D. 125. b. Ille fulgor, qui dicitur Iouis. Ci. d Sõ. 118. b
Quomodo fulgores & tonitrua existant uide uocabulum tonitrui.
Fulgur, ris. fulgor. Ci. d. D. 83. b. Quid de fulgurum ui dubitare possumus? & 82. a. Exta pecudum fulgura interpretantium. Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. Ci. d Leg. 173. b.
Flamma inter nubes coruscat. I. Corusco.
Fulgurator, oris. Ci d. D. 131. a.
Fulguro, as. fulgeo. Ci. Or. 199. a. Pericles ob Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. aliter, fulgere.
Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas. Ci. d. D. 117. a.
Fulguralis, le. Ci. d. D. 95. b. Quod Hetruscorum declarant aruspicini & fulgurales & rituales libri.
Fuligo, nis. Ci. I. A. 177. b. Senatusconsulta quasi fuligine offersa.
Fulmen, nis. ocris ardor, fulgur, fulgor.
Ci. Off. 71. a. sublatus est in sanus, & antẽq̃ constitit, ictu fulminis deflagrauit. i. Phaeton.
Quod homines tonitrua & fulminum iactus extimuissent. Ci. d. D. 117. a.
Fulminum iactus. Ci. I. C. 115. a.
Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. Ci. d. D. 117. a. & ibi. Non enim te puto esse eũ, qui Ioui fulmen fabricatos esse Ciclopas in Ætna putes. & ibi. Quomodo toties Iupiter iaceret fulmen cum unũ haberet? & ibi. Comitiorum solum uitium est fulmen. et ibi. Iupiter multa fulmina frustra emittit.
Iace obsecro i me uim coruscũ fulminis. Ci. Tus. 179. b.
Romulus lo[illegible]ns fulmine ictus. Ci. d. D. 118. a. & 123 b. Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus præterq̃ ad comitia.
Cur ea comitia non habuisti? an quia Tribunus fulmen sinistrum nuntiabat? Ci. I. A. 179. a. & 197. a. Hęc causa cur lex inter fulmina & tonitrua ferretur.
Hunc igitur nec Iupiter fulmine percussit. Ci. d. N. 77. a. & 71. a. Mercurius fulmine percussus dicitur humatus esse cynosuris.
Aut cum terribili perculsus fulmine ciuis, Luce serenãti uitalia lumina liquit. Ci. d. D. 14. a.
Cum & legum æra fulminis ictu liquefacta sunt. Cic. I. C. 115. a.
Cũ duo fulmina nostri imperij subito in Hispania Cu. & P. Scipiones extincti occidissent. Ci. p Cor. 61. b.
Quidam nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum. Ci. Or. 198. b.
Non modo stimulos doloris sed etiam fulmina fortunæ contemnamus. Ci. Tus. 189. b.

Fulsio,

Fulsia,anis.Ci.ď Vn.201.b.

Fultus,a,um.l.Fulcio. Cic.p Cor.62.a. Neq; idea est Gaditanorum causa deterior, grauissimis & pluribus rebus est fulta.

*Magnis subsidijs fulta resp.est.*Ci.Ep.185.b.

*Hic autem ut fultum est.*Ci.At.118.a. *aliter fulcrũ.**.

Fulniaster. Ci.At.202.a.*Solet amnino esse fulniaster.*

Fuluus,a,um. Ci.ď Leg.156.a.*Nuntia fulua Iouis mi randa uisa figura.*

Fumo,as. Ci.p Sest.7.b.*Et quod ita damus ipsa fuma bat,ut multa eius sermonis indicia redalerent.*

Vos me primum istum pro nobis fumantemq; uidistis.

*Terram fumare calentem.*Ci.ď.N.31.a.

Fumosus,a,um. Ci.I.P.79.b. *Obrepsisti ad honores er rore hominum,commendatione fumosarum imaginum.*

Fumus,mi. Ci.I.P.81.a. *Paulisper stetimus in illo Ganearum tuarum nidore atq; fumo.*

Funale,lis. Ci.ď Sen.86.a. *C.Duillius delectabatur cre bro funali & tibicine.*

Functio,anis. Ci.I.V.150.a.*Vt ijs iucundior esset mu neris illius functio.*

*Labor est functio quædam uel animi uel corporis,gra uioris operis,muneris.*Ci.Tus.181.a.

Fundamentum,ti. solum,sedes,gradus,aditus.

Ci.p Plan.165.a.*Pietas fundamentũ est uirtutũ oium.*

*Fundamentum iustitiæ est fides.*Ci.Off.5.b.

*Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ liberta tis.*Ci.p Cor.61.a.

*Narratio est quædam quasi sedes & fundamentum con stituendę fidei.*Ci.Part.231.b.

*Hoc quasi solum quoddam atq; fundamentum est, uer borum usus bonorum.*Ci.ď Or.156.b.

Hęc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Cic.ď Or. 114.a.

*Quod igitur fundamentum huius quæstionis est, id præclare iactum uidetis.*Ci.ď.N.10.b.

Hodie fundamenta sunt iacta reliquarum actionum. Ci.I.A.191.b.

Senectus,quæ fundamentis adolescentiæ constituta est. Ci.ď Sen 90.a. *Erga his fundamentis positis consu latus tui,triduo postę.*Ci.I.P.81 a.

*Fundamentum philosophiæ positum est in finibus bono rum & malorum.*Ci.ď.D.108.b.

*In quo templo,quantum in me fuit,ieci fundamenta pa cis.*Ci.p Plan.165.a. *Hoc utor initio & quasi fun damento defensionis.*Ci.p Clu.23.b.

*Quibus imis ac fundamentis hæ tamę laudes excitatę sint.*Ci.p Sest 4.a.

*Virtutum omnium fundamenta uos in uoluptate tanq̃ in aqua ponitis.*Ci.ď Fin.79.b.

*Bene habet,iacta sunt fundamenta defensionis.*Cic.pro Mur.127.a.

*Sed paulo ante iacta sunt fundamenta.*Ci.Acad.10.b.

Nisi forte cui causæ fundamenta iaciantur non uidetis. Ci.p Flac.147.a.

*Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.*Ci.Ep.161 b.&.12.b. *Fundamenta iactata confirmandi Senatus.*

*Vindex illius mali auctor extitit alterius fundamentũ & radices habituri altiores.*Bru.At.287.b.

*Tantum abes a perfectione magnorum operum,ut fundamenta,quæ cogitas,nondũ ieceris.*Ci.p Mar.135.a.

*Referri enim decet ad ea,quę in principia propasui fun damenta iustitię,primum ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati seruiatur.*Ci.Off.7.a.

*Agere fundamenta.*Ci.p Mil.116.a.

Fundamento tota damus nitimur.l.Nitor.

Fundatus,a,um.l.Funda. Ci.p.R.P.122.b. *Fundatæ atq; optime constitutæ opes.*

*Subita fundatissimæ familiæ ruina.*Ci.p Dom.231.b.

*Status ille reip.qui fixus & fundatus uidebatur.*Ci.At. 11.b. *Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitũ esse oportet.*Q.ď Pet.108.b.

Fundi,aeum. Ci.At.224.a.*Pridie Iduum fundis acce pi tuas literas cœnans.*

Funditus.prorsus. Cic.ď Or.161.a.*Nec earum rerum quenq̃ funditus natura uoluit esse expertem.*

*Præcepta ista funditus euertunt amicitiã.*Cl.ď Fi.81.a.

*Ille hostes funditus uicit.*Ci.ď In.53.b.

*Ciuitatem funditus perdidissem.*Ci.At.85.b.

*Ciuitatem funditus euertisti.*Ci.p Dom.220.a.

*Funditus interire.*Ci.Ep.79.b.

*Ne spondeus quidem funditus est repudiandus.*Cl.Or. 218.a.&.217.b.*Funditus tollit fidem.*

Funda,as. constituo,fundamentum iacio uel pono uel ago, stabilio,nitor.

Cl.p Cor.61.a.*Illud maxime nostrũ fundauit imperiũ.*

*Qui hanc rēp.tam præclare fundatam nobis reliquerunt.*Ci.Parad.117.a.

*Nihil religione testatum,nihil ueritate fundatum reperietur.*Ci.p Fla.151.a.

*Magnis laboribus fundatum imperium, multa uirtute stabilita libertas.*Ci.I.C.112.b.

*Tam accurate fundatam & extructam disciplinam non est facile perdiscere.*Ci.ď Fin.106.a.

Funda,dis. Ci.ď.N.52.a.*Oua piscium facile aqua sustinentur, fœtum fundunt.*

*Fundere sanguinem è patera.*Ci.ď.D.90.a.

*Fundere uersus ex tempore.*Ci.ď Or.161.a.

Fundere orationem numerose & uolubiliter. Cl.Ora. 217.b. *Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiã.* Ci.Tus.171.a.

Vtrunq; earum fundi quodammodo & dilatari putãt. Ci.ď Fin.100.b.&.140.b.*Iustitia ipsa se fundit usu in cæteras uirtutes.*

*Aer fusus & extenuatus in sublime fertur, concretus au tem in nubem cogitur.*Ci.ď.N.46.a.

*Murena magnas hostiũ copias fudit.*Ci.p Mur.128.b.

Cum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset. Ci.p Rab.96.b.

Fundum,di. Ci.Off 44.a.*Largitio fundum nõ habets*

*Ipse armarij fundum exeunt, & auri quinq; ponda abstulit.*Ci.

Fundus,di. prædium,possessio,regnum.

Ci.ď Or.106.b.*Cui nostrum non licet fundos suos abi retant res rusticas uel fructus causa uel delectationis inuiseret*

Testificatur pater se tibi priuernatem fundũ reliquisse.
Ci. đ Or.129.a.& ibi. Cum in priuernati essemus.
M. Manlius habuit ædiculas in carinis & fundum in
labicano. Ci. Parad.125.b.
In ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam
colophonio. Ci. Ep.229.a.
Fundo Arpinati bene poteris uti. Ci. Ep.237.a.
Ad lacum, quod habeo, uenditurus sum. Ci. At.228.a.
Qui fundi populi facti non essent ciuitatem non habe-
rent. Ci. p Cor.59.a.& .58.b. Si lex ea, quam nos habe
remus, eadem in populo aliquo tãq̃ in fundo resedisset.
& ibi. Nisi is populus fundus factus esset.
De populis fundis. Ci. p Cor.64.b
Populi Socij, Latini, Fœderati, Fundi.
Funebris, bre. lugubris. Cic. đ Or.140.a. Laudationes
scribuntur ad funebrem concionem.
Epulum funebre. Ci. In Vat.31.a.
Vestimentum funebre. Ci. đ Leg.182.a.
Funesto, as. Ci. p Rab.92.b. Funestari concionem con
tagione carnificis ueto.
Galli humanis hostijs deorum aras & templa funestãt.
Ci. p Font.280.a. Curiam inflammari, incendi, fune
stari. Ci. p Mil.119.a.& đ Fin.83.b.
Funestus, a, um. Ci. At.137.b. Maiores nostri funestio-
rem esse uoluerunt diem Alliensis pugnæ q̃ urbis captę.
Hoc tibi perniciosum esse confido & funestum futurum.
Ci. I. C.102.a. et.115.b. Qui deorum templis sunt fune
stos ignes inferre conati.
Qui in suo magistratu funestam facem a uestris repu-
lit templis. Ci. Anteq̃.196.b.
Colonos agrorum ad huius securim funestam esse serua
tos. Ci. I. V.260.b.
O diem illum funestum Senatui. Ci. p Sest.8.b.
Pestifer ac funestus tribunatus. Ci. p Dom.213.a.
Nox funesta alicui. Ci. p Fla.165.b.
Funestum est iugulari. Ci. p Quint.18.b.
Funesta fax. Ci. p Do.215.b.& .213.b. Funesta reip.
pestis. Funesta familia. Ci. đ Leg.18.a.
Funesta uictoria. Ci. Ep.148.a.
Fungor, ris. efficio, colo. Cic. đ Am.100.a. Valetudo
oportuna est, ut dolore careas & muneribus fungare
corporis. Lysias est functus omni ciuium munere. Ci.
đ Cla.170.a. Possunt aliquando oculi nõ fungi suo
munere. Ci. đ. D.95.a.
Fũgerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per
literas consolarer, nisi &c. Ci. At.278.a.
Neq; enim uerbis auget suum officium, si quo forte fun
gitur. Ci. Off.48.a.
Nemo parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto
functus est munere. Ci. Tus.172.a.
Fungi officio. Ci. p Cæl.41.b. i. facere quod debemus.
Vt consulentibus respondeas senectutis grato atq; hone
sto fungerer munere. Ci. đ Leg.158.a.
Conturbatus oculus non est probe affectus ad suum mu
nus fungendum. Ci. Tus.193.b.
In omni munere candidatorio fungendo. Ci. At.1.b.
Q. Arrius omni iam fortuna prospere functus. Cic. de
Cla.187.a.
Quid aratorem ipsum muneris in remp. fungi ac susti-
nere uelitis. Ci. I. V.193.a.b.
Qui adipisci ueram iustitiæ gloriam uolent, iustitiæ
fungantur officio. Ci. Off.42.a.
P. Crassus functus est ędilitio maximo munere. Ci. Off.
45.& ibi. Magnificentissima ædilitate functus est.
Dignitatem perfuncturus es. Bru. At.280.a.
Fungi opere aliquo & munere. l. Functio.
Fungus, gi. Ci. Ep.131.a.
Funiculus, li. Ci. đ In.81.b. Et inde funiculo nauim mo
deraretur. & ibi. Funiculus a puppi religatus.
Funus, ris. exequiæ, supremi diei celebritas, exequiæ fu-
neris. Ci. p Clu.23.a. Mater ibi de integro funus iã
sepulto filio fecit. & .60.a. Mater exequias funeris filij
prosecuta esset.
Serrani funus perluctuosum fuit, ad IIII Cal. Decemb.
Ci. Q. Fr.327.b.
Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohonestan-
das. Ci. p Quint.9.a.
Ibi Pylium uidi, uenerat enim in funus, cui funeri ego
quoq; operam dedi. Ci. At.238.a.
Huic acerbissimum uiuo uidentiq; funus ducitur. Cic.
pro Quint.9.a.
Cum funus quoddam duceretur, accusator inquit, mor-
tuus rapitur, uide &c. Ci. đ Or.135.a.
Cum casu in eadem causa cum funere efferretur Anus
Iunia. Ci. đ Or.125.b.
Si Cesar funere elatus esset. Ci. At.226.a.
Non palam uiuorum funera locabõtur? Ci. I. V.260.a.
Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuis
se. Ci. I. V.263.a.
Soluere iusta paterno funeri. Ci. p. S. R.28.a.
Inducere funus. Ci. đ Leg.182.b.
Quis unq̃ in luctu domestico & in funere familiari cœ
nauit cum toga pulla? Ci. In Vat.35.a.& ibi. Ita enim
illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulę qui
dem ipsæ dignitatis.
Cũ tua rogatiõe funere elata resp. est. Ci. p Do.221.b.
Nõdum palam factum erat concidisse remp. cum tibi ar
bitria funeris soluebantur. Ci. Postq̃.208.a.
Casum illum meum funus esse reip. sed funus iustum &
indictum. Ci. đ Pro.78.a.
Funestum funus. Ci. p Dom.221.b.
Senatui placere eum q̃ amplissime supremo die suo effer
ri. Ci. I. A.224.a.& ibi. Ædiles curules edictum quod
de funeribus habeant, Sulpitij funeri mittere.
Nemo me lacrymis decoret, nec funere fletu Faxit, cur
uolito uiuu' per ora uirum. Ci. đ Sen.92.b.
Ibiq; funus ei satis amplum faciendum curaui. Ep.56.
a.& đ In.51.a.
Fur, furis. plagiarius. Ci. đ Fin.142.a. Fures earum re
rum, quas ceperunt, signa commutant.
XII tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum
autem, si se telo defenderit, interfici impune uoluerunt.
Ci. p Mil.103.a.
Canes publice aluntur in Capitolio ut significent, si fu
res uenerint. Ci. p. S. R.27.b.
Is a Philippo interrogatus quid latraret, furem se uide

re respondit.Ci.d Or.129.a.
Licinum plagiariũ cum sua pullo miluino tributa exigere.Ci.Q.Fr.300 b.
Aspendius citharisto.Ci.I.V.86.b.
Fur aut sicarius.Ci.p Dom.213.a.

Furaciter. Ci.In Vat.31.a.Cum omnium domos, apothecas,naueis furacissime scrutareris.

Furax,cis. Ci.d Or.231.b. Ridiculum est illud Neronianum uetus in furace seruo, solum esse cui domi nihil sit obsignatum,& occlusum.
Cornelius homo auarus & furax.Ci.d Or.133.b.
Furaces manus.Ci.I.P.95.b.

Furca,cæ.crux. Cic.d.D.91.a. Seruus per circum cum uirgis cæderetur, furcam ferens ductus est.

Furcifer,ri. Ci.In Vat.32.a.Id tu furcifer tibi sumes & I.P.81.a.& p Deio.148.a.

Furens,tis. furibundus,maximo furore & scelere inflammatus,insanus,uesanus,effrenatus,præceps, mente permotus,uiolentus. Qui mentis suę compos non est, qui mentis suæ non est.I.P.90.a. Cui mens ex suo sede et statu dimota est.Parad.118.a. Præceps amentia. Cic.p Mil.118.a. Iratos proprie dicimus exisse de potestate idest de consilio de ratione de mente. Tus.216.a. Ci.Ant.197.a.Q.Metellus cessit L.Saturnino furenti. Alicuius furentes ac uiolenti impetus. Ci. d Ar.254.b.

Furenter. furiose. Ci.At.86.b.Pueri aiunt eum furenter irasci.

Furia,riæ. Ci.Q.Fr.320 a.Cæsar tibi amantissime petenti ueniam non dedit,uti ullum ad illam furiam uerbum rescriberes.
Illa furia ac pestis patrię.Ci.p Sest.10.a.
Illa furia clamabat &c.Ci.p Sest.11.b.
Eumenides,quæ si deæ sunt,quarum & Athenis fanum est,& apud nos,ut ego interpretor,lucus furinæ, furiæ deæ sunt,speculatrices credo & uindices facinorum & sceleris.Cic.d.N.68.b.
Furiæ agitant & insectantur impios non ardentibus tædis,sicut in fabulis, sed angore conscientiæ & fraudis cruciatu.Ci.d Leg.164.a.
Homines impulsu deorum terreri furiarum tædis ardẽtibus.Ci.I.P.89.b.
Hę sunt impijs assiduę domesticęq; furię, quę parentum pœnas a consceleratis filijs repetunt.Ci.p.S.R.29.b.
Tamen eos agitant furiæ neq; consistere usquam patiuntur.Ci.p.S.R.29.a.& ibi.Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus.
Itaq; eos ad perficiendum scelus furiæ quædam incitarunt.Ci.p Syl 181.b.
Sceleratorum furias in tuum iudicium esse uenturas.Ci.I.V.259.a. Quæ te tanta pœna tuarum scelerũ uexarint arbitrere &c.Ci.p Dom.213.b.

Furialis,le. Ci.d Ar.252.b.Tu cum furiales in concionibus uoces mittis,non femis &c.
Furialis illa uox.Ci.p Plan.277.b.

Furibundus,a,um. furens.
Ci.Anteq.e96.b.Cedam priuatus furibundo magistratui.& ibi.Annibalis furibunda mens.
Uatum furibundæ prædictiones.Ci.d.D.80.b.

Furiose.furenter. Ci.At.122.a.Et si solet eum,cum aliquid furiose fecit,pœnitere.

Furiosus,a,um. furens, furibundus,uesanus.
Ci.I.C.102.a. Quo te ista tua cupiditas effrenata & furiosa rapiebat.
Hæc furiosa uis Tribuni Pl.facile superari frangiq; potuit.Ci.p Dom.224.a.
Uecors,furiosus,mente captus, tragico illo Horeste aut Athamante dementior.Ci.I.P.89.b.& p.S.R.24.a.
Homo uesanus & furiosus.Ci.p Dom.213.b.
Feruidum quoddam & petulans & furiosum genus dicendi.Ci.d Clo.187.a.
Dormientium & uinolentorum & furiosorum uisa.Ci.Acad.22.a.
Pars exercitus non minus furiosa est, q̃ qui cum Antonio fuerunt.Ci.Ep.150.a.

Furo,ris. insanio,bacchor,uaticinor,maximo furore & scelere sum inflammatus, uis quædam abstraxit me a sensu mentis,a cõstãtia atq; a mente atq; a se ipse discessit. Ci.I.V.208.b.Usq; eo commotus est,ut insanire omnibus ac furere uideretur.
Cum baccharis,cum furis.Ci.d Ar.252.b.
Eas furere & bacchari arbitrabatur.Ci.d Clo.190.b.
Furere apud sanos,& quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur.Ci.Or.205.b.
Empedocles interdũ mihi furere uidetur.Cic.Aca.4.b.
Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur. Cic.d Or.126.a. Clodius furebat a Racilio se contumaciter urbaneq; uexatum.Ci.Q.Fr.306.b.
Nunc furit Domitius tam gauisos homines suum dolorem.Ci.Ep.123.a.
Pansa furere uidetur de Clodia.Ci.At.234.b.
Solon furere se simulauit.Ci.Off.22.a.
Qui ualetudinis uitio furunt, & melancholici dicuntur.Ci.d.D.97.b.
Hic acerrime furit.Ci.I.P.90.a.
Ille furens & exanguis interrogabat suos,quis &c.Ci.Q.Fr.308.a.
Catilina furens audacia, scelus anhelãs.Ci.I.C.104.b
Hañem furentem exultantemq; cõtinui.Ci.d Ar.143.b.
Inflammatus & furens libidinibus.Ci.Tus.231.b.

Furor,oris. ardor,impetus,insania.
Ci.I.C.120.b.Uersatur ante aculos aspectus Cethegi & furor in nostra cæde bacchantis.
Inest igitur in animis præsagitio , quæ si exarsit acrius furor appellatur.Ci.d.D.94.a.
Negat sine furore Democritus quenq̃ poetam magnum esse posse.Ci.d.D.97.b.
Hic furore atq; insania pœnas pendit.Ci.I.P.99.a.
Effrenatus & præceps furor alicuius.Cic.d Ar.243.b.
Si decima legio ad eundem furorem redierit. Cic.Ep.250.a. Istius inflammatus atq; ignitus furor.Cic.pro Dom.242.a. Furorem autem esse rati sunt,mentis ad omnia cæcitatem.Ci.Tus.192.b.
Cuius furor consederit.Ci.Acad.22.a.
Narratis animos eius & spiritus tribunitios. Ci.p Clu.40.a.

Furor,aris. furtum facio,compilo,expilo,eripio,clam eri

pio, clam de medio remoueo, in meam rem aliena conuerto, bonis alienis manus affero, de medio remoueo, auerto. Ci.I.V.88.a. Verres solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse.

Qui cuspiam furatur aliquid, aut clam eripit. Ci.Off.41.a. Bestiæ furantur aliquid ex ijs, aut rapiunt. Ci.đ.N.57.b. Nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. Ci.At.21.a.

Auertere aliquid .i. furari. Ci.I.V.274.b.

Furtim. clam. X. palam, libere.

Ci.At.56.b. Metellus furtim in campum currebat.

Tamē licet furtim, si quādo & cursim. Ci.đ Or.132.a.

Lagenę, quæ furtim essent exiccatæ. Ci.Ep.166.b.

Occulte latere, reconditum esse, furtim tradi &c. Cic. ꝯ Rul.74.a.

Furtim facere aliquid. Ci.ꝓ Dom.242.b.

Furtim. X. palam, libere. Ci.đ.N.57.b.

Furtiuus, a, um. Ci.I.P.100.b. Furtiuum iter per Italiā.

Furtum, ti. Ci.ꝓ Clu.55.b. Ille medicus domi furtum fecit & cædem huiusmodi.

Consilio tuo furtum factum esse aio. Ci.đ.N.74.b.

Mira erant in ciuitatibus furta gręcorum. Ci.At.90.b.

Plura oppidorum & furta & latrocinia esse depulsa. Ci.Q.Fr.294.b.

Res erat manifesta, furtum erat apertum, cuius rei furtum factum erat? Ci.ꝓ.Q.R.49.b.

Ne furtum cessationis quæsisse uidearis. Ci.Ep.266.b.

Furunculus, li. Ci.I.P.93.b. Iste tantummodo improbus, crudelis homo furunculus, nunc uero etiam rapax.

Fuscus, a, um. Cic.ꝓ Sest.6.b. Purpura plebeia ac pene fusca. At pars inferior delphini fusca uidetur. Ci.In Arat. Fusco cornix. Ci.đ.D.83.a.

Vox canora. X. uox fusca. Ci.đ.N.55.b.

Fuse. disperse, diffuse.

Ci.đ Leg.163.a. Quæ fuse olim disputabantur & libere, ea nunc articulatim distincteq; dicuntur.

Vberius ac fusius disputare aliquid. Ci.đ.N.30.a.

Fuse lateq; dicere. Ci.Or.207.a.

Fusio, onis. Ci.đ.N.9.b. Eius animi fusio uniuersa.

Fustes, stis. Ci.Ep.128.b. Quid si filius meus fustem mihi impingere uolet?

Qui primo cum obsistere conarentur, male mulctati clauis & fustibus repelluntur. Ci.I.V.221.a.

Non opus est uerbis sed fustibus. Ci.I.P.95.a.

Clamor, lapides, fustes, gladij, & hęc improuisa omnia. Ci.At.56.a.

Fustuarium, rij. Cic.I.A.286.a. Nam si Antonius consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt.

Fusus, a, um. dispersus. Ci. đ Or.128.b. Genus facetiarum æqualiter in omni sermone fusum.

Hæc in omnia genera fusa oratio. Ci.Or.206.b.

Sanguis in corporibus fusus. Ci.đ Or.137.b. & 223.a. Genus sermonis, liquidum, fusum, profluens. X. exile, aridum, concisum, minutum.

Decorum ꝗ late fusum sit, apparet. Ci.Off.20.a.

Exercitū hostiū cęsum fusumq; cognoui. Ci.I.A.258.b.

Hostes fusi ac fugati. Ci.Off.75.a.

Homines fusi per agros ac dispersi. Ci.ꝓ Sest.22.a.

Futilis, le. Ci.đ.D.88.a. Aruspices uanos futilesq; esse dicamus.

Alacritate futili gestiens. Ci.Tus.227.a. & 231.b. Futilis lætitia.

Quis non odit sordidos, uanos, futiles? Ci.đ Fin.98.a.

Commentitiæ futilesq; sententiæ. Ci.đ.N.5.b.

Futilitas, tis. Ci.đ.N 40.a. Hæc plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

Futurus, a, um. consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens, quod euenturum est, uenturum, qđ sequitur. Ci.At.93.b. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet.

Alia porrò propria Dolabellæ, quæ nisi collega obfuisset, credo eis fuisse futura communia. Ci.I.A.153.b.

Eum magis censemus communem in uictoria futurū fuisse? Ci.Ep.54.a,

Homines futuros beneficos & benignos fuisse. Ci.đ.N.25.a.

Quam sibi perniciosam esse confido & funestam futuram. Ci.I.C.202.a.

An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somnijs crederet? nisi &c. Ci.đ.D.237.b.

Non dubito quin reditus eius & nobis gratus fuerit, & reip. salutaris futurus. Ci.I.A.221.a.

Futurum atq; impendens malum. Ci.đ Fin.84.b. et.63.a. Futurum, consequens & posterum tempus.

Memoria pręteritorum, futurorum prudentia. Cic. de Sen.93.a.

Prouidere quod futurum sit. Ci.ꝓ Mil.125.a.

Prospicere futuro. Ci.Off.39.b.

Sæpe ne utile quidem est scire quod futurum sit, miserū enim est nihil proficientem angi. Ci.đ.N.62.a.

Si in præsentia non potero, multæ mihi ad satisfaciendū reliquo tempore facultates dabuntur. Cic.ꝓ Clu.19.b.

Secula reliqua. Ci.đ.D.88.a.

Sapientissimi cuiusq; animus præsentit in posterum. Ci.ꝓ Rab.96.b.

In posterum hæc lex imperatoribus nostris constituitur. Ci.ꝯ Rul.78.a.

Multum in posterum prouidere. Ci.ꝯ Rul.84.b.

In posteritatem tibi aliquid mali redundabit. Cic.I.C.203.a.a.

Præteritum tempus nunꝗ reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Ci.đ Sen.91.b.

Magnus Dicæarchi liber est, nescire quę euentura sunt, melius esse ꝗ scire. Ci.đ.D.230.a.

Neq; Dij ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt. Ci.đ.D.98.a.

De futuris rebus. Ci.Ep.80.b.

Cades

Gades, dium. Ci. p Cor. 63. a. Gades Herculis itinerum ac laborum terminus. & ibi de Gaditanis.
Galea, leę. Ci. I. V. 223. a. In hoc fano loricas galeasq; aeneas P. Scipio posuerat.
Galeotus, a, um. ut Galeota Minerua. Ci. ď. N. e 1. b.
Galeotes īterpres portentorū apud siculos. Ci. ď. D. 88. b.
Gallia, liae. Ci. ď Pro. 76. b. Alter ulteriorem Galliam decernat, alter citeriorem.
M. Marcello Coss. finienti prouincias Gallias Cal. Martijs ipse restitit. Ci. At. 120. a. & ibi. Gallia ulterior.
Propter Galliarum controuersiam. Ci. Ep. 115. a.
Gallia transalpina. Ci. p Mur. 145. a.
Gallia comata. Ci. I. A. 219. a.
Gallicanus, a, um. gallicus. Ci. p Quint. 3. a. De tota illa re atq; ratione Gallicana inter se communicant.
Ager Gallicanus picenusq;. Ci. I. C. e 10. a.
Gallicus, a, um. Gallicanus.
Ci. ď. D. 97. b. Brennus eiusq; Gallicae copiae.
Pisauri & in alijs agri Gallici partibus. Ci. p Sest. 4. a.
In agro Piceno & Gallico. Ci. I. C. 105. a.
Ager Gallicus & Picenus. Ci. ď Clo. 169. b.
Gallina, nę. Ci. ď. N. 50. a. Anatum oua gallinis supponimus. Quae id ouum gallina peperisset, dicere solebant. Ci. Acad. e 1. a.
Hoc igitur per gallinas Iupiter tantae ciuitati signum dabat? Ci. ď. D. 1 e0. a. & ď Sen. 89. a.
Gallinaceus, a, um. Ci. p Mur. 138. b. Qui gallū gallinaceum suffocauerit &c. & ď. D. 96. a. Gallos gallinaceos canere coepisse.
Gallinaceum fel. Ci. ď. D. 114. a.
Gallinarius, rij. Ci. Acad. e 1. b. Quoniam gallinarium inuenisti Deliacum, qui oua cognosceret.
Gallogręcus. Ci. ď Ar. 250. a. Bragitarus gallogręcus.
Gallonius. Ci. ď Fin. 83. b. Viuit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso.
Quaestus & sumptus Gallonij. Ci. p Quint. 17. b.
Gallus, li. Ci. ď. D. 110. a. Galli uicti silere solent, canere uictores. & ibi. Cur ante lucem galli cantant.
Nam auis illa uicta silere solet, canere si uicit. Ci. ď. D. 96. a. & ibi. Gallos gallinaceos sic assidue canere coepisse, ut nihil intermitterent.
Galli silentio noctis (ut ait Ennius) fauent faucibus, russus cantu plausuq; premunt alas. Ci. ď. D. 1 e0. a. & ibi. Cum hoc animal tam sit canorum sua sponte.
Qui gallū gallinaceū suffocauerit. Ci. p Mur. 138. b. & 128. b. Te gallorum illum buccinarum cantus exsuscitat. Gallus e Phrygia. Ad Her. 39. b.
Gallus captiuus sub nodis distortus eiecta lingua buccis fluentibus. Ci. ď Or. 133. b.
Galli humanis hostijs deos placant. Cic. p Font. 180. a.
Galli robore, Hispani numero, Poeni calliditate, Graeci artibus ualent. Ci. ď Ar. 248. a.
Foedera nonnullorum ex Gallia Barbarorum. Cic. p Cor. 61. a.
Ganea, neae. Ci. I. P. 82. a. Paulisper stetimus in illo Ganearum tuorum nidore atq; fumo.
Ganeo, onis. helluo. Ci. I C. e05. b. 106. a. Quis ganeo? quis nepos? &c.
Egentissimus ganeo. Ci. p Sest. 25. a.
Cincinnatus ganeo. Ci. Postē. 206. b.
Garrio, ris. Ci. At. 186. a. Cum coram sumus, & garrimus quicquid in buccam uenit.
Cupiebam etiam nunc plura garrire, sed lucet, urget turba. Ci. At. 91. a.
Tanta est impunitas garriendi. Ci. ď N. e e. b.
Philosophos in gymnasijs garrire. Ci. ď Or. 110. b.
Garrulus, a, um. Ad Her. 9. a. Vt huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus.
Gaudens, tis. Ci. At. 15. a. Animo ęquo immo uero etiā gaudenti ac libenti.
Gaudeo, es. lętor, exulto, triumpho, laetitia exulto, gaudio exulto, gaudio triumpho, gaudio afficior, laete fero, fruor.
Ci. ď Leg. 184. a. Sanè gaudeo, quod te interpellaui.
Quae adhuc fecimus probari ualde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus. Ci. At. 140. b.
Gaudeo tibi iucūdas esse meas literas. Ci. Q. Fr. 313. b & 319. b. Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.
Quae perfecta esse gaudeo, uehementerq; laetor. Cic. pro. S. R. 41. a.
Id tu nos obtinuisse non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Ci. At. 263. a. & 152. a. Meum factum probari abs te triumpho & gaudeo.
Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiā natura & moribus tuis. Ci. p Mar. 133. b.
Cum priuamur dolore, ipsa liberatione & uacuitate omnis molestię gaudemus. Ci. ď Fin. 56. b.
Nunc fuerit tam gauisos homines suum dolorem. Coel. Ep. 123. a. In theatrum curionis Hortensius introijt, puto ut suum gaudium gauderemus. Ci. Ep. 12 e. b. & e0. a. In molestia gaudeo.
Quoniam haec plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeāt gloriose loqui desinant. Ci. Tus. 201. b.
Cum intellexero te hoc scientiae genere gaudere. Ci. ď Off. 76. b. & ibi. Laetari.
Gaudium, dij. laetitia, fructus.
Ci. I. C. 10 e. b. Hic tu qua lętitia perfruere? quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere?
Imo quod putaui fore gaudium id extitit exitium. Cic. Anteē. 194. a.
Gaudio compleri, affici, perfundi. Ci. ď Fin. 141. b.
Gaurus, ri. mons. Ci. ꝫ Rul. 73. b.
Gaza, zae. Ci. p Pom. 16. b. Qui ab auro gazaq; regia manus abstinuissit.
Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima potitus est Paulus. Ci. Off 49. a.
Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. Ci. I. C. 106. a.
Omnium locupletum fortunae omnium prouinciarū fructus omnium regum bona. Ci. p Dom. 121. a.
Bona fortunę possessionesq; omniū. Ci. p Cec. 192. a.
Pecunia. p Dom. 220. a.
Pecunia, uectigal, diuitiae, fructus. Ci. Parad. 115. b.
Pecunia, copiae. Ci. I. A. 172. b.

Res & fortunæ omnium. Ci. p Pom. 7. a.
Res & fortuna. Ci. p Cæl. 40. b.
Suæ cuius p possessiones. Ci. d. D. 124. b.
Res familiaris parua uel ampla. Cic. In Sal. 273. b. & 274. a. *Rem quærere, rem amittere.*

Gelidus, a, um. *alsiar.* Ci. d Leg. 170. b. *Fibrenus præcipitat in Lirem, eum multo gelidiorem facit, nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi.*
Adde huc fontium gelidas perennitates. Ci. d. N. 45. b.
Si aquam gelidam biberim. Ci. I. C. 103. b.

Geminatio, onis. Ci. d Or. 162. a. *Geminatio uerborū habet interdum uim, leporem aliàs.*

Gemino, as. *duplico.* Ci. In Arat. *Persæpe ut paruum tranans geminauerit orbem.*
Sol geminatus. Ci. d. N. 28. b. i. *duo soles.*
Verba geminata atq; duplicata. Ci. Part. 231. b.

Geminus, a, um. *similis, duplex.*
Ci. p. S. R. 38. a. *Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.*
Simillima & maxime gemina societas hæreditatis est. Ci. p. Q. R. 54. a.
Consorti quidem in lucris atq; furtis, gemino & simillimo nequitia, improbitate, audacia. Ci. I. V. 182. b.
Quæ uolat & serpens geminis secat aera pennis. Ci. In Arat. *Illud uero geminum consilijs Catilinę & Lentuli, quod me &c. cum quærerent alij Numerium, alij Quintium, gemini nominis errore seruatus est.* Cic. pro Sest. 21. a. *Gemino lucernæ lumine declarari dissensionem.* Ci. d. D. 133. b.
Vos geminæ uoragines, scopuliq; reip. Ci. I. P. 88. a.
Aliæ sunt geminæ, quibus &c. * Ci. d Or. 160. a.
C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt. Ci. p Clu. 26. b. & d. D. 127. a. *Fratres gemini.*
Seruilij gemini. Ci. Acad. 15. a. & ibi. *Vt mater internoscit geminos consuetudine oculorum, sic tu internosces, si assueueris.*
Et natos geminos inuises sub caput arcti. Ci. d. N. 47. b & ibi. *Sub læua geminorum.*

Gemitus, tus.
Ci. p. S. R. 22. a. *Vt tota urbe fletus gemitusq; fieret.*
Saltem dum conticescat lamentatio & gemitus urbis. Ci. Post. 203. a. *Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miseri.* Ci. d Ar. 251. b.
Gemitus & plangor toto foro. Ci. I. A. 176. b.

Gemma, mæ. Ci. I. V. 200. a. *Nega ullam gemmam aut margaritam fuisse, quam abstulerit.* & . 214. a. *Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis.* & ibi. *Vas uinarium ex una gemma pergrandi.*
Cyri amictus persicus multo auro multisq; gemmis. Ci. d Sen. 89. b. *Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.* Ad Her. 39. a.
In uitibus ineunte uere existit tanq; ad articulos sarmentorum ea, quæ gemma dicitur. Ci. d Sen. 88. a.

Gemmeus, a, um. Ci. I. V. 214. a. *Trulla gemmea.*

Gemmo, as. Ci. Or. 204. b. *Siquidem est rusticorū gemmare uites, sitire agros, lætas esse segetes.*
Gemmare uites, luxuriem esse in herbis &c. Cic. d Or. 157. a.

Gemo, mis. *gemitum facio, ingemo, ingemisco.*
Ci. At. 236. b. *Hæc me species, cogitatioq; perturbat, ne gemam.* *Equites rom. quorum factis gloriātur ciues, lætantur socij, gemunt hostes.* Ci. Anteq. 197. b.
Has p me lugere, has gemere uidebā. Ci. p Pl. 280. b.
Hæc gemebant boni, sperabāt iprobi. Ci. p Sest. 18. a.
Quorum nemo te aspexit, qui non gemeret desiderio mei. Ci. I. P. 85. a. *Quo minus occultæ uestrum malū gemeretis.* Ci. Postq. 206. b.
Hic status una omniū uoce gemitur. Ci. At. 33. a. et. 34. a. *Grauiter gemes istam uirtutem.*

Gena, næ. Ci. d. N. 55. a. *Genę ab inferiore parte tutantur oculos, subiectæ leuiterq; eminentes.*
Muliebres lacerationes genarum. Ci. Tus. 204. a.
Mulieres genas ne radunto. Ci. d Leg. 182. a.
Pilosæ genæ, dentes putridi. Ci. I. P. 79 b.
Lacrymæ peredere humore exangues genas. Cic. Tus 196. a.

Genealogia, giæ. Ci. d. N 68. a. *Dij, qui a genealogijs antiquis nominantur.*

Gener, ri. *filiæ uir.* Ci. At. 55. a. *Is abiecta toga se ad generi pedes abiecit.*

Generalis, le. *communis, uniuersus, confusus, late manans, ad multos pertinens, late patens.*
Ci. Off. 19. b. *Generale quoddam decorū intelligimus, quod in omni honestate uersatur, aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis.*
Cum de genere negotij controuersia est, constitutio generalis uocatur. Ci. d In. 44. a. & . 45. a. & . 69. b.
Fidei bonę nomen manat latissime, idq; uersatur in multis iudicijs. Ci. Off. 66. a.
Sed quoniam singulis criminibus cæteri responderūt, dicam ego de omni statu P. Sestij, de genere uitæ &c. Ci. p Sest. 3. b. & ibi. *Contendamq; in hac confusa atq; uniuersa defensione, ut nihil &c.*

Generaliter. *communiter, una comprehensione omnia cōplecti, γενικῶς.*
Ci. d In. 51. a. *Nam tempus quidem generaliter definire difficile est.* *Vt omnia illius ordinis consulta γενικῶς laudaret.* Ci. At. 8. b.
Deinde utra lex de genere omni, utra de parte quadā, utra communiter in plures, utra in aliquam certam rem scripta uideatur. Ci. d In. 80. b.

Generatim. Ci. I. V. 143. b. *Ergo ab uniuersa prouincia, generatimq; a singulis eius partibus diligitur.* & 136. b. *Nam aut publice ciuitates istos honores habēt, aut generatim homines, ut aratores, mercatores, nauicularij.* *Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim ea, quæ maxime nota sunt, dicam.* Ci. I. P. 93. a.
Orator percurret omnes locos, utetur aptis generatim. Ci. Ora. 201. a.
De iure generatim in ordines ætatesq; descripto. Cic. d Or. 90. a. & . 121. b. *Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & disponet descripta generatim.* & . 100. b. *Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.* *Exponam igitur generatim argumenta eorum.* Ci. Acad. 18. b.

Non nominatim sed generatim proscriptio est informatu. Ci.At.173.a.

Nam quid ego de cæteris ciuium rom. supplicijs sigillatim potius q̃ generatim atq; uniuerse loquar? Cic.I.V.265.a. *Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, expetendo' ne esset eloquentia, expetendi' ne honores.* Ci.d' Or.122.b. *Vt si amicitiæ quid causa factum dicatur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloria, si deniq; ut omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendi'ue commodi causa &c.* Ci.d' In.64.a.

Cenerator, oris. Ci.d' Vn.201.b. *Qui nosse generatores suos optime poterant.*

Genero, as. gigno. Ci.d' Leg.161.b. *Hominem generauit & ornauit deus.*

Semper' ne fuerit mundus, nullo generatus ortu, an ortus sit &c. Ci.d' Vn.195.b. *Initia, unde omnia sint orta, generata, concreta.* Ci.Tus.241.a.

Homines hominum causa esse generatos. Ci.Off.5.b.

Mars a quo populum rom. generatum accepimus. Cic.I.A.192.a. *Neq; enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum & iocum facti esse uideamur.* Ci.Off.21.a.

Cenerosus, a, um. *qui altiore animo est.*

Ci.Off.69.a. *Cum de imperio certamen esset cum Rege generoso ac potenti.*

O generosam stirpem. Ci.d' Cla.183.a.

Ciuili generosa stirpe profectus. Ci d'.D.84.b.

Quod natura ipsa & quædam generosa uirtus statim respuit. Ci.Tus.178.a.

Humilem sane relinquunt & minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ. Ci.d' Am.101.b.

Voce, motu, forma etiam magnifica & generosa quodã modo. Ci.d' Cla.189.b.

Virgo generosa & nobilis. X. ignota. Ci.Para.119.b.

Geniolis, le. Ci.p Clu.20.b. *Lectus ille geniolis, quem biennio ante filiæ suæ nubenti strauerat.*

Geniculatus, a, um. Ci.d' Sen.87.b. *Culmus geniculatus.*

Genitor, oris. Cic.d' Vn.199.b. *Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum est.* et.203.a. *Imitantes genitorem & effectorem sui.*

Genitor saturnius &c. Ci.d'.D.121.b.

Genitrix, cis. Ci.d'.D.121.b. *Nona super tremulo genitrix clangore uolabat.*

Gens, gentis. *natio, familia.*

Ci.d'.N.78.b.79.a. *Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes.*

Propior est eiusdẽ gentis, nationis, linguæ. Ci.Off.11.a.

Qui id egerunt ut gentem Allobrogum in uestigijs huius urbis collocarent. Ci.I.C.221.b.

Exteræ nationes & gentes. Ci.p Fon.281.a.

Gentes ac nationes. Ci.p Pom.9.b.

O dij immortales ubi nam gentiũ sumus. Ci.I.C.99.a.

Quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium. Ci.At.92.a.

Nostri τυραννοκτόνοι longe gentium absunt. Ci.

Vbicunq; terrarum & gentium. Ci.I.V.265.a.

Gens Valeria. Ci.p Fla.146.a.

Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudij eiusdem hominis hereditatẽ gẽte ad se redisse dicebãt. Ci.d' Or.99.b

Cleanthes quasi minorũ gentiũ Stoicus. Ci.d' Fin.32.a.

Dij maiorum gentium. Ci.Tus.154.a.

Patricij minorum gentium. Ci.Ep.139.b.

Maiorum uel minorum gentium esse. Ci.Acad.32.a.

Centilis, le. Ci.d' In.80.b. *Si furiosus est, agnatorũ gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto.* & Ad Her.4.b.5.a. *Antiquus sanè, fuit enim meo regnante gentili.* Ci.Tus.156.a.

Centiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Ci.Top.223.a.

Tuus etiam gentilis Brute M.Pennus. Ci.d' Cla.174.a.

Hoies deorum immortaliũ quasi gentiles sunt. Ci.d' Vn.

Responde mihi nunc tu Verres, quem esse hunc tuum penè gentilem Verrutium putas? Ci.I.V.147.a.

Centilitas, tis. *agnatio.*

Ci.d' Or.99.b. *In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum.*

Gentilitius, a, um. Ci.d' Ar.251.a. *Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello factitarunt.*

Genu, nu. genus. Ci.Postq̃.208.a. *Tu affinem tuam filiã meam superbissimis uerbis a genibus tuis repulisti.*

Genu M.Antonium uidi, cum contente ipse pro se diceret, terram tangere. Ci.Tus.187.a.

Genu nixus, *qui genu flexo connititur. i. Engonasis.*

Cenus, genu. Ci.In Arat. *Atq; inter flexum genus &c. & læuum genus.*

Genuinus, ni. Ci.d'.N.53.a. *Dentium aduersi acuti diuidũt escas, intimi autem conficiũt, qui genuini uocãtur.*

Genus, ris. *natura, ratio, commune genus, genus primum, genus uniuersum, res uniuersa, species, modus, familia, stirps, nomen, gens.*

Ci.Part.223.a. *Genus est notio ad plures differentias pertinens, forma est notio, cuius differentia ad caput generis & quasi fontem referri potest.*

Genus id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Ci.d' Or.100.b.

Genus est quod plures partes amplectitur, ut animal, pars est, quæ subest generi, ut equus, sed sæpe eadẽ res alij genus, alij pars est, ut homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus. Ci.d' In 49.b.&.51.b. *Genus est quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas, pars est, quæ subest generi, ut cupiditati amor, auaritia.* et ibi a. *Quare cum genere idem sit, sit aliud, quod quadam parte & specie differat.*

Formæ dicendi specie dispares, genere laudabiles. Cic.d' Ora.146.a.

Virtutes specie dispares, prudentia coniungi. Cic.Ora.199.b. *In eo uarietate oratorum ferè melius a deteriore facultate magis q̃ genere distinguitur.* Cic.d' Or.146.b. *Sed genus uniuersum breui circunscribi et definiri potest.* Ci.p Sest.23.a.

Idem genus uniuersum in species certas partietur & diuidet. Ci.Or.107.b.

Et item de cæteris rebus eiusdem generis uel separatim dicere solemus de genere uniuerso, uel definite de singo

lis temporibus, hominibus &c. Ci. d Or. 119. a.
Lex scripta uel de genere omni, uel de parte quadam. Ci. d In. 80. b.
Argumenta reuocentur oportet ad genus & ad naturã uniuersam. Cic. d Or. 121. a. & ibi. Oratio ad uniuersi generis disputationem referatur necesse est. & ibi. Generum uniuersæ quæstiones. & ibi. b. Perpetui iuris et uniuersi generis quæstio.
Quærendum est erga de communi genere testium. Cic. p Flac. 151. a.
Generum infinitę quæstiones. Ci. d Or. 114. a.
Genera esse definita non solum numero sed etiam paucitate. Ci. d Or. 121. b.
Si quis omne ius ciuile in genera diuidat, quæ perpauca sunt. Ci. d Or. 100. b.
Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. Ci. d Or. 94. a.
Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. Ci. d Or. 100. b.
Nihil de suo genere in aliud genus transferri potest. Ci. Acad. 13. b. Mihi hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. Ci. Off. 42. a.
Tota igitur ratio talium largitionum genere uitiosa est temporibus necessaria. Ci. Off. 45. b.
Sed ea æstimatio genere ualet non magnitudine. Cic. d Fin. 97. b. Natura quicquid genuit in suo genere perfectum esse uoluit. Ci. Tus. 235. b.
Sol efficit ut omnia floreant, & in suo quæq; genere pubescant. Ci. d. N. 34. a.
Perturbationes genere quatuor sunt, partibus plures. Ci. Tus. 195. b.
Genera & partes generibus subiectę. Cic. d Or. 123. b.
Non in omnem causam sed in omne genus causæ incidunt. Ci. d In. 69. a. & 75. a. Qui diligenter omnium causarum uim & naturam cognouerit, cum genere primo tum etiam forma eas intelliget dissidere.
Vltimum genus. Ci. Top. 214. a. id est quod uocant generalissimum. Explicatis his generibus & modis disceptationum. Ci. d Or. 153. b.
Vt intelligatis eum Romæ quæsisse non modo genera furandi, sed etiam nomina. Ci. I. V. 112. a.
Diuitiæ genere non numero cernuntur. Ci. Tus. 232. b.
Oratorem genere non diuido, perfectum enim quæro. Ci. d Opt. 243. a. & ibi. Vtrum id sit non genere sed gradu. Bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum &c. Ci. p Pom. 9. a.
Totius splẽdor generis hominum, ętatum, ordinum. Ci. p Dom. 228. a. In omni genere & uarietate artium excellere. Ci. p Cor. 57. b.
Teneat oportet uenas cuiusq; generis ætatis ordinis. Ci. d Or. 104. a.
Num ex iudicum genere & forma. Cic. I. A. 197. a. & 196. b. Si hoc genus in unum redigatur. i. si omnes hæ pecuniæ congregentur.
Semper eum duo genera, lenonum & latronum delectarunt. Ci. I. A. 206. a.
Non sum tam insolẽs in dicendo ut omni ex genere orationem aucuper. Ci. p Sest. 25. a.

In hoc genere & fuimus ipsi & alij complures. Cic. pro Plan. 268. a.
Sed de hoc genere toto alibi disputatũ est. Ci. Of. 45. b.
De quo genere toto paulo ante dixi. Ci. d Or. 124. a.
Hoc de re & de hoc genere toto scribo parcius &c. Ci. Ep. 57. a. & ibi. In hac toto genere pluro faciam q̃ scribere audeo. & Tus. 172. a.
Qua de re & de hoc genere toto pauca cognosce. Cic. Q. Fr. 300. a. Sed de ista custade toto sic uobis breuiter respondebo. Ci. I. V. 62. b.
Tuum consilium Brute de toto genere belli. Ci. Bru. 91 b. & ibi. a. Quid sentiã tota de cõstitutiõe huius belli etc.
Te quotidie in omni genere desidero. Ci. Q. Fr. 307. b
Is me in omni genere delectauit. Ci. At. 154. a.
Tota domus in omni genere diligens. Ci. At. 197. b.
Quo ĩ genere Athamãtẽ furere dicimus. Ci. Tus. 192. b
Sunt igitur constantes eligendi amici cuius generis magna penuria est. Ci. d Am. 108. a.
Quo in genere magno studio efferrimur. Ci. At. 5. a.
Qui in aliquo genere inconcinnus est, is ineptus dicitur. Ci. d Or. 110. a.
Huius generis plenus est Næuius. Ci. d Or. 135. a.
Prudentia tuo, quam in omni genere iudico singularẽ. Cic. At. 98. a.
Genus hac græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte genere melius ille, qui isto omnia translationes uocat. Cic. Or. 205. b. & 198. a. Neq; uero sine philosophorum disciplina genus & speciem cuiusq; rei cernere, neq; eam definiendo explicare nec tribuere in partes possumus.
Tribuere rem uniuersam in partes. l. Tribuo. i. genus.
A perfecto qui absunt, non genere differũt, ut ab Actio Terentium, sed in eadẽ nõ sunt pares. Ci. d Opt. 243. a.
Orationis genus sonans est in illo epidictico genere. Ci. Or. 201. a. Ex tot animantium generibus atq; naturis. Ci. d Leg. 160. a.
Vario genere bestiarum uel cicurum uel ferarum. Cic. d. N. 45. b.
Licinius genere toto feruidior. Ci. d Clo. 176. a.
Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo q̃ mihi. Ci. Q. Fr. 324. b.
Implicari aliquo certo genere cursuq; uiuendi. Ci. Off. 24. a. Ex quo genere hæc sunt. Cic. d Or. 158. a. & 102. b. Et eius generis hoĩes. & 203. a. Ex eo genere. Orationes aut aliquid id genus solea scribere. Cic. At. 207. a. Quod genus, ut necesse est &c. Ci d In. 83. b. & 82. a. Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia. & ibi. Quod genus, pactum, par, iudicatum. & ibi. Quod genus, uirtus, scientia, ueritas est. & 83. a. Quo in genere est gloria.
Ad superiores, qd genus hi sunt, qui etc. Ad Her. 15. b. & 3. a Quod genus, si dicam, me &c. & 9. b. Quod genus ut eas &c. & d In. 47. b.
Cæteraq;, quę sunt generis eiusdem. Ci. d Fin. 207. a.
Et quæ sunt generis eiusdem. Ci. Off. 2. b. & 4. b. Et ea quæ sunt his similia.
Istius generis asotos. Ci. d Fin. 69. b.
Scipionis genus est ex ipsius sapientię stirpe generatum. Ci. d Clo. 183. b.

Virtus,

Virtus, quæ propria est romani generis atque seminis. Ci.I.A.193.b.

Qui nobili genere nati sunt. Ci.I.V.273.a.

Aliquis genere et nobilitate suæ ciuitatis facile primus. Ci.p.S.R.20.b.

Quidam malo genere natus. Ci.d̃ Or.135.a.

Serui tuæ familiæ & genere & nomine continentur. Ci.p Cecin.296.a. *Contempsisti L.Murenæ genus, extulisti tuum.* Ci.p Mur.127.a.

Natio græcorum &c. a genere isto &c. in illo numero &c. Ci.p Flac.147.b.

Hominum genus in sexu consideratur, uirile an muliebre sit. Ci.d̃ In.50.a.

Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. Ci.d̃ Am.101.a.

Prima & inchoata intelligentia. Ci.d̃ Leg.161.b.

Geographia,phiæ. Ci.At.25.a. *De Geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.*

Geometra,træ.geometres. Ci.Off.58.b. *Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut sibi quędā concedantur, quo facilius, quæ uelint, explicent.*

Geometræ prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere. Ci.Acad.10.a.

Geometrę, musici, grammatici &c. Ci.d̃ Fin.90.b.et d̃ D.110.b.& d̃ Fat.143.a.

Geometres,træ. Ci.Acad.7.a. *Quemodo geometres cernere ea potest, quæ &c.*

Geometria,triæ.geometrica. Ci.Tus.149.a. *In summo apud Gręcos honore geometria fuit.*

Geometriam Euclides & Archimedes tractauerunt. Ci.d̃ Or.155.a.

Quæ in geometria describuntur, Mathematicorū sunt, non Ariolorum. Ci.d̃.D.110.b.

Discere geometriam ab aliquo. Ci.d̃ Fin.53.a.

In geometria, lineamenta, formæ interualla magnitudines. Ci.d̃ Or.100.b.

S.Pompeius. Ci.Off.4.b.

Geometrica,corum. Ci.Tus.160.a. *Quasi geometrica didicisset.*

Geometricus,a,um. Ci.Tus.160.a. *In illo libro Pusionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati.*

Si uelim geometricum quiddam aut physicum aut dialecticum explicare. Ci.d̃.D.134.a.

Quod si geometricis rationibus non est credimus, quę uim afferunt in dicendo, ne ille longe aberit, ut rationibus credat philosophorum. Ci.Acad.19.b.

Vt multa nō modo probabili argumentatione sed etiā necessaria mathematicorum ratione concluderent. Ci.d̃ Fin.126.b.

Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras. Ci.At.187.b.

Gerens,tis. Ci.p Quint.11.b. *Aliquis locuples & sui negotij bene gerens.*

Male gerendo negotio. Ci.I.C.109.a.

Germane.fraterne. Ci.Q.Fr.316.a. *Ego tibi germane fraterneque rescribam.*

Germanitas,tis. Ci.p Lig.142.b. *Moueat te horū pietas, moueat germanitas.*

Clodius in domesticis est germanitatis stupris uolutatus. Ci.d̃ Ar.253.b.

Germanus,a,um. Ci.I.V.102.b. *C.Fannius frater germanus Q.Ticinij.* & p Dom.137.a.

L.Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Ci.d̃ Fin.114.a.

Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Ci.p Mil.115.b.& d̃.D.89.a.

Cum præsertim uirgo germana fratrem complexa teneat. Ci.p Font.283.b.

Coniuges, liberi, germani, parentes. Ci.Part.237.b.

Sed nos ueri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Ci.Off.65.b.

Hæc est mea germana patria, hic enim ortus sum. Ci.d̃ Leg.169.a.

Illi ueteres germanique campani. Ci.ꝫ Rul.85.b.

Hęc germana ironia est. Ci.d̃ Cla.192.b.

Inter Aristotelem & hos germanos huius artis magistros hoc interest &c. Ci.d̃ Or.223.a.

Hi cum mutila quędam & hiantia locuti sunt, germanos se putant esse Thucydidis. Ci.Or.199.b.

Memoria germana litteraturæ. Ci.Part.232.a.

Nisi forte iure germanū Cimber occidit. Ci.I.A.233.b

Germani Luperci. Ci.p Cæl.41.b.

Sub lustrum autem censeri germani negotiatoris. Cic. At.17.a.

Gero,ris. *administro, tracto, facio, transigo, tueor, adhibeo, probo.*

Ci.Ep.5.b. *Quæ geruntur accipies ex pollione.* & .8.a. *Quanquam te ita gerere nolo quæ per exercitum gerenda sunt.* & .131.a. *Nihil enim Romę geritur, quod te putē scire curare.* & .14.b. *Qui mihi quosqunque res gerat, tuendus est.* *Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis fuit.* Ci.p.S.R.41.a.

Illud pulcherrimum factum, quod ex authoritate Senatus gessi. Ci.p Dom.232.a.

Quæ cura exsuscitat animos & maiores ad rem gerendam facit. Ci.Off.3.b.

Si ipse negotium meum gererem, nihil gererem nisi consilio tuo. Ci.At.204.b.

Qui rē mandatam malitiosius gessisset. Ci.p.S.R.37.a.

Res, quę libidine non ratione gerūtur. Ci.p Quin.5.a. & .2.a. *A principio quemadmodum res gesta & contracta sit exponam.*

Hæc dum Romæ geruntur, interea &c. Ci.p Quī.4.a.

Res quasi gerantur, sub aspectum penè subijcere. Cic.d̃ Or.161.b.& .131.b. *Ve ijs qui audiunt, tum geri illa, fierique uideantur.* & .140.a. *Sapientia omnes res humanæ geruntur.*

Quid negotij geritur? in quo ille tot & tales uiros defatigat? Ci.p Quin.7.b.& d̃ Fin.138.a.

Tu tuum negotium gessisti bene. Ci.p.Q.R.50.b.

Sui negotij bene gerens. Ci.p Quint.11.b.

Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. Ci.Off.

Male gerendo negotio. Ci.I.C.109.a.

Maxime ij res gestas audire & legere uolunt, qui a spe gerendi absunt confecti senectu. Ci.d̃ Fin.137.b.

Cassius insecutus hostes rem bene gessit. Ci. At. 78. a.

Gerere remp. Ci. Ep. 250. a. b. & Pass. 203. b. *Bene gerere remp.*

Cum solus remp gereret, orbemq; terrarum gubernaret. Ci. p. S. R. 40. b.

Illud pulcherrimum factum, quod ex authoritate Senatus gessi. Ci. p Dom. 232. a.

Remp. ab aliqua bene & feliciter gestam esse. Cic. I. A. 202. a. b. *Gerere rem palam.* Ci. At. 257. b.

Gerere aliquid priuatim. Ci. d Fin. 138. a.

Gerere, regere, gubernare. Ci. At. 251. b.

Gerere & administrare aliquam rem uel negotiu. Cic. d In. 50. b. *Ut sapiens uelit gerere & administrare remp.* Ci. d Fin. 104. b.

Neq; tamen te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide & diligentia ex uoluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemq; commisit, gerere possis. Ci. Ep. 204. b. *Ut suis manibus tuto in foro magistratum gereret.* Ci. p Sest. 20. a.

C. Marius sextum iam consulatū gerens. Ci. p Sest. 11. a & 6. b. *Gerere Duumuirum Capuæ.*

Gerere potestatem. Ci. I. V. 136. a. & Ad Her. 18. b. id est magistratum.

Magistratus gerit personam ciuitatis. Cic. Off. 25. a. & 12. b. *Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem.*

Gere igitur animum laude dignum. Ci. Parad. 123. a.

Ita se iam tum gessit pro ciue. Ci. p Arch. 187 b.

Gerere aliquam rem ex sententia. Cic. Ep. 7. a. & 21. b. *Gerere rem feliciter & ex sententia.*

Ille ualde se honeste gerit. Ci. At. 87. a. & 37. a. *Nūc ita nos gerimus, ut &c.* & 136. a. *Qui hic potest se gerere non perdite?* *Quāto superiores sumus, tanto summissius nos geramus.* Ci. Off. 18. b.

Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quēq. Ci. At. 77. a.

Natura nos docuit non negligere quemadmodum nos aduersus homines geramus. Ci. Off. 20. a.

Quonammodo me gererem aduersus Cæsarem usus cōsilio tuo sum. Ci. Ep. 181. b.

Turpissime se gerere. Ci. Tus. 185. b.

Prudenter se gerere. Ci. At.

Et ad me ab ea quasi ὑπομνήματα afferes, quemadmodum me geram. Ci. At. 33. a.

Quo in munere ita se tractauit, ut &c. Ci. Ep. 209. a. i. gessit. *Qui in legatione omnibus ita se probauit, ut &c.* Ci. p Lig. 137. a. *Deinde ita me in rep. tractabo, ut &c.* Ci. I. C. 117. a. i. geram.

Bene se adhibere in potestate. Ci. Q. Fr. 294. a.

Gerere bellum cum aliqua. Ci. p Sest. 5. b.

Gerere amicitiā. Ci. Ep. 38. a. liber de amicitia gerēda.

Gerere graues inimicitias cum aliquo. Ci. I. V. 65. b.

Gerere simultatem cum aliquo. Ci. At. 228. b.

Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. Ci. pro Deio. 149. b.

Geram tibi morem. Ci. d. N. 26. a.

Qui magna fide societatem gerunt. Ci. p Quint. 2. b.

Comitia illa sunt armis gesta seruilibus. Ci. d L. 193. a.

Illi septem ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant speciemq; sapientum. Ci. Off. 55. a. & 68. a. *An in hominis figura immanitatem gerat belluæ.*

Præ se gerere quandam utilitatem. Ci. d In. 82. a. et. 65 b. *Nam affectiones ratio perspicuam solet præ se gerere coniecturam.*

Gestiens, tis. X perterritus. Ci. d N. 56. a.

Gestio, stis. *gestu corporis desiderium aliquod ostendo, prægestio, studio efferor tui uidendi, in foro salto, tanta lætitia auctus sum ut mihi nō cōstē.* Cic. d Fin. 67. a. Ci. d. N. 16. b. *Quod ni ita esset cur non taurus equæ contrectatione gestiret?*

Antonius Senatum delere gestit. Ci. I. A. 194. a.

Gestio scire ista omnia. Ci. At. 60. b.

Parietes huius curiæ tibi gratias agere gestiunt. Cic. p Mar. 132. b.

Nihil est cur aduenientibus te offerre gestias. Ci. Ep. 93.

Nil erat, quod Zeno mutare gestiret. Ci. d Fin. 105. a.

Gestit animus aliquid agere in rep. Ci. At. 27. a.

Si in capitolium inuehi uictor cum insigni illa laurea gestiret. Ci. d Pro. 76. a.

Qui nimia uoluptate gestiunt. Ci. Off 20. b.

Cum & inaniter & effuse animus exultat tum illa lætitia gestiēs uel nimia dici potest. Ci. Tus. 212. a. et. 231. b. *Elatus inani lętitia, exultans, temere gestiēs.* et. 111. b *Lętitia ut adepta iam aliquid concupitum efferatur ac gestiat.* *Lætitia gestire.* Ci. d Fin. 67. a.

Animi nostri forensibus negotijs defessi gestiunt, ac uolitare cupiunt. Ci. d Or. 110. b.

Gestio, onis. Ci. d In. 66. b. *Deinde est ipsius negotij gestio pertractanda.* & 50. b. *In gestione negotij.*

Gesta, æ. Ci. I. A. 231. b. *Idq; caput gestari iussit ī pila.*

Gestus, a, um. Ci. Or. 199. b. *Thucydides res gestas et bella narrat.* & Off 13. b. *Nemo non quasi mercedem rerum gestarum desiderat gloriam.*

Gestus, stus. *motus, motus corporis.*

Ci. At. 86. a. *Illud de gestu Histrionis tu scelestæ suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi.*

Qui in gestu semel peccarit non continuo existimatur nescire gestum. Ci. d Or. 95. a.

Histrionū nōnulli gestus ineptijs nō uacāt. Ci. Of. 26. a.

Gestus penè summorum actorū. Ci. d Or. 95. b. & 130. a. *Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestū inspectante Roscio* & p Quint. 14. a.

Humeris gestum agebant. Ci. p. R. P. 128. a.

Lumina, quæ Græci, quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant. Ci. Or. 204. a.

Vox & gestus subito sumi & alicunde arripi non potest. Ci. d Or. 107. a.

Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat, nam extensis digitis aduersam manum ostendebat, ac uisum dicebat huiusmodi est. Ci. Acad. 30. a.

Cum extento brachio paululum etiam de gestu addidit. Ci. d Or. 131. a.

Vita quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet. Ci. Parad. 120. b.

Gratificatur mihi gestu accusator, significat enim &c. Ci. p Cæl. 57. a.

De gestu intelligo quid respondeas. Ci. In Vat. 36. a. Nunq̃ agit hūc uersum Roscius eo gestu, quo potest. Ci. de Or. 152. a. Non eodem tempore & gestum & animum ageres? Ci. p. Q. R. 48. b.

In gestu conuenit nec uenustatem conspiciendam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones aut operarij uideamur esse. Ad Her. 21. a. & ibi. Si utemur amplificatione paulo tardiore & consideratione gestu conuenit uti. & ibi. Sedatus & constans gestus.

Gigas, tis. titanes. Ci. de N. 40. a. Dij cum Titanis et cū gigantibus bellum gesserunt.

Gigantes illi, quos poetæ ferunt, bellum Dijs immortalibus intulisse. Ci. de Ar. 248. a.

Nam quid est aliud gigantum more bellare cum Dijs, nisi naturæ repugnare? Ci. de Sen. 248. a.

Gigno, gnis. genero, creo, pario, procreo, suscipio.

Ci. de N. 2. a. Omnia, quæ natura gignit, maturata pubescunt, & paulo supra, & reliqua quæ terra pariat. et de Fin. 132. a. Ea, quæ terra gignit.

Quæ in terris gignuntur ad usum hominū omnia creari. Ci. Off. 5. b. Pisces, ut aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. Ci. de N. 12. a.

Si mihi filius gignitur &c. Ci. de Or. 121. b.

Ad maiora quædam nos natura genuit. Ci. de Fi. 53. b. & 87. b. Vt in gignendo, in educando.

Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit. Ci. de N. 68. a. Seminum uis, quæ ad gignendum procreandumq; plurimum ualet. Ci. de D. 128. a.

Morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis cō quassatione & perturbatione gignitur. Ci Tus. 215. a. Parere, gignere, proferre. Ad Her. 25. a. & 26. b. Gignis nobis nouas præceptiones.

Qui non illustrauit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. Ci. de Cla. 188. a.

Pax & cōcordia extraneis gignetur. Ci. Ante q̃. 193. b. Vt idem Deus urbem hanc gentibus, uos huic urbi genuisse uideatur. Ci. I. A. 264. a.

Plato ideas gigni negat. Ci. Or. 297. b.

Cum ipse sui generis initium ab se gigni & propagari uellet. Ci. de N. 2. a.

Cum Deus animum ex sua mente & diuinitate genuisset. Ci. de Vn. 199. a.

Tū opiniones ueræ firmæq; gignuntur. Ci. Tus. 200. a. Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit. Cic. pro Cæl. 47. a.

Gladiator, oris. lanista, myrmillo, machærophorus.

Cic de Or. 116. a. Ars ludicra armorum & gladiatori & militi prodest aliquid.

Quem gladiatorem non ita appellant, ut interdum etiā M. Antonius gladiator appellari solet, sed appellant ij, qui planè & latine loquuntur, Myrmillo in Asia depugnauit. Ci. I. A. 202. a.

Vetus ac nobilis gladiator. Ci. p. S. R. 21. a.

Homines sicarij atq; gladiatores. Ci. p. S. R. 20. a.

Qui a scurris potius semper gladiator, q̃ scurra appellatus sit. Ci. I. V. 180. b.

Num ille lanista omnino iam a gladiatore cessisse uidetur? Ci. p. S. R. 38. a.

Si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandū fuisset. Ci. I. P. 83. b.

Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? Cic. I. A. 174. b. Athletæ & gladiatores. Ci. Or. 219. b.

Gladiatorum familiæ. Ci. p Syl. 177. b.

Gladiatorius, a, um. Ci. de Or. 138. a. In ipso illo gladiatorio uitæ certamine.

Si uirgo uestalis huius propinqua locum suum gladiatorium concessit huic &c. Ci. p Mur. 141. b.

Pugna gladiatoria. Ci. p Mil. 119. b.

Ludus gladiatorius. Ci. I. C. 106. a.

Gladiatoria iracundia. Ci. Tus. 219. a.

Ars ludicra armorum. l. Gladiator.

Gladius, dij. sica, pugio.

Ci. de Or. 124. a. Et tu inimicus eius cum gladio cruēto comprehensus es.

Iidem gladios in rēp. districtos retudimus. Ci. I. C. 111 a. et ibi. Mucrones gladiorū a iugulis nostris reiecimus.

Gladium uagina uacuum in urbe non uidimus. Cic. p Mar. 133. b.

Educere gladium è uagina. Ci. de In. 63. b. & At. 56. a.

Eductis gladijs.

Distringere gladium. Ci. Off. 74. b.

Gladio stricto insequi aliquem. Ci. I. A. 164. b.

Recondere gladium in uaginam. Ci. de In. 63. b. 64. a.

Ex ædibus Cethegi maximum sicarum numerum gladiorumq; extulit. Ci. I. C. 122. a.

Fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit. Ci. Tus. 240. a.

Gladio plumbeo iugulatum iri. Ci. At. 10. b.

Vt si gladium paruo puero dederis. Ci. p Sest. 7. b.

Suo, quemadmodum dicitur, gladio confici. Cic. p Cec. 301. a.

Glandifer, a, um. Ci. I. A. 179. b. Quæ arationes glandiferæ & fructuosæ ferebantur.

Glandifera quercus. Ci. de Leg. 156. a.

Glans, dis. Ci. de Ar. 144. b.

Glarea, reæ. Ci. Q. Fr. 318. b. Eo loco puluis non glarea iniecta est.

Gleba, bæ. Ci. de Leg. 181. b. Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur.

Inquit decumanos omnes dicebat esse, qui unam agri glebam possiderent. Ci. I. V. 153. b.

Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris. Cic. p̃ Rul. 88. a. & 80. b.

Glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo præcipitem agere. Ci. p Cecin. 296. b. & ibi. Non esse arma cæspites neq; glebas.

Glisco, scis. Ci. In Hort. Ad iuuenilem libidinem copia uoluptatum gliscit, ut ignis oleo.

Globosus, a, um. rotundus.

Ci. de Vn. 198. a. Mundus globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς græci uocant.

Mundus globosus est. Ci. de N. 49. a.

Mundi uolubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non potest. Ci. de N. 31. b.

Terra solida & globosa. Ci. de N. 45. b.

Stellæ globosæ & rotundæ. Ci. de Som. 128. a.

Saxum globosum. Ad Her.13.a.i.rotundum.

Globus, bi. σφαῖρα. Ci.de N.35.a. *Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, sic enim σφαῖραν interpretari placet, ex planis circulus uel orbis, qui κύκλος græce dicitur.*

Ille globus quem in hoc templo medium uides, quę dicitur terra. Ci.de Sam.118.a.& ibi. *Stellarum globi terrę magnitudinem facile uincunt.*

Tum globum terrę eminentem è mari. Ci.Tus.162.b.

Cum cœlum discessisse uisum est, & in eo animaduersi globi. Ci.de D.100.a.

Glomero, as. Ci.de.D.84.a. *Omnia fixa tuis glomerans determinat annus.* & Tus.180.a. *Clades uetusto seclis glomerata horridis.*

Gloria, rię. claritas, splendor, lux, amplitudo.

Ci.de In.83.a. *Gloria est frequens de aliquo fama cum laude.*

Gloria est illustris & peruagata multorum & magnorum uel in suos ciues uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. Ci.p Mar.135.a.

Summa igitur & perfecta gloria constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quodam honore nos dignos putat. Ci.Off.39.a.

Gloria est consentiẽs laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute. Ci.Tus.190.b.& *ibi multa pulchra de gloria.*

Gloria est cuius gradibus homines uidentur in cœlum ascendere. Ci.p Mil.120.b.& ibi. *Ex omnibus premijs uirtutis amplissimum premium est gloria.*

Leuis est animi, lucem splendoremq; fugientis, uerã gloriã, quæ est fructus uerę uirtutis, repudiare. Ci.I.P.91.b

Vix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Ci.Off.13.b.

Neq; enim ullam mercedem tanta uirtus prẽter hũc laudis glorięq; desiderat. Ci.I.A.201.a.

Gloria uirtutem tanq̃ umbra sequitur. Ci.Tus.172.a.

Illi non heroes, sed Dij futuri quidem in gloria sempiterna sunt. Ci.At.226.b.

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maxime gloria ducitur, philosophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, in eo ipso in quo prædicationem nobilitatẽq; despiciũt, prędicari de se ac nominari uolunt. Ci.p.Arc.190.b.

Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? Ci.de Or.114.a.

Si dulcis est gloria, cõsequere uirtutẽ Ci.Anteq̃.193.a.

Is gloria maxime excellit, qui uirtute plurimum præstat. Ci.p Plan.271.b.

Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. Cic.p Sest.23.b.

Nam uitam si eripiunt, non adiment gloriam immortalem. Ci.Anteq̃.196.a.

Sit in ęterna gloria Marius, qui &c. Ci.I.C.123.a.

Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. Ci.de Or.115.b.

Hic in maxima gloria est. Ci.Off.69.a.

Quidam cupidi splendoris & glorię. Ci.Off.9.b.

In imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremq; reuocantur. Ci.p Flo.151.b.

Cn.Pompeius maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi &c. Ci.de Cla.186.b.

Ipse ęternam gloriam consequere. Ci.Ep.153.a.

Illi eam gloriam consecuti sunt, quę uix cœlo capi posse uideatur. Ci.I.A.182.a.

Vt mihi nihil neq; ad honorem, neq; ad gloriam acquirendam deesse putarem. Ci.Ep.36.a.

Mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt. Ci.I.P.93.a.

Vt me sempiternę glorię per eum cõmendari uelim, qui non ipse quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. Ci.Ep.68.b.

Qui ob amicitiam summa fide seruatam maximam gloriam ceperit. Ci.de Am.101.a.

Qui gloria se & prædicatione effert. Cice. Parad.118.a.

Ea autem est gloria & laus recte factorum & magnorum in remp. meritorum. Ci.I.A.158.b.

Clarum esse ciuem, bene de rep. mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est. Ci.I.A.159.a.

Gloria quę habet formam honestatis & similitudinem. Ci.de Fin.141.b.

Altissimus animus & glorię cupidus. Ci.Off.13.b.

Vt gloria clarus, authoritate grauis. Ci.de Or.122.b.

Solida uero; gloria. Ci.At.274.a.

Vera, grauis & solida gloria. Ci.I.A.204.a.

Honorum gradus sunt pares, gloriæ dispares. Cic.pro Plan.271.b.

Quod genus est tandem istud ostentationis & gloriæ? Ci.p.R.P.128.b.

Moriar ni (quę tua gloria est) puto te malle a Cæsare consuli q̃ inaurari. Ci.Ep.101.a.

Tibi de gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον. Cic.Att.249.b.aliter, πάνυ φιλοτέχνως.

De gloria librum ad te misi. Ci.At.155.b.

Gloriatio, onis. Ci.de Fin.96.a. *Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam uitam.*

Gloriola, lę. Ci.Ep.69.a. *Vt nos met ipsi uiui gloriola nostra perfruamur.*

Glorior, aris. prædico, de me prædico, gloria me & prędicatione effero.

Ci.Anteq̃.197.b. *Equites rom. quorum factis gloriantur ciues, lętantur socij, gemunt hostes.*

Quidam nominibus ueterum gloriãtur. Ci.Or.213.a.

Propter uirtutem iure laudamur, et in uirtute recte gloriamur. Ci.de.N.77.b.

Non pudet philosophum in eo gloriari? Ci.Tus.158.b.

Sed hac non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Ci.p Lig.140.b.

Nobis quoq; licet in hoc quodãmodo gloriari. Ci.Off.45.b.& de Fin.117.b.

Nemo de misera uita gloriari potest. Ci.de Fin.96.a.

Num de T.Coruncano, num de tot Fabijs gloriari? Cic.p Plan.163.a.& Parad.118.a.

Tu de tuis diuitijs intolerantissime gloriaris. Cice.In Vat.35.a.

At ipse

*At ipse de se nec mētitur in gloriādo.*Ci.đ Cla.170.b.
*De rebus suis gestis gloriari.*Ci.p Dom.131.b.
*Q uasi uero togatus & non armatus ea, quæ gloriaris, confeceris.*Sal.In.Cic.171.a.
*Defendendi causa hęc non gloriandi loquor.*Ci.p Cęl. 47.a.
*Et sua concio risit hominem,quemodo ipse gloriari solet,ducentis confixū Senatusconsultis.*Ci.đ Ar.245.a.
*Ne nimis gloriari uidear.*Ci.đ Ar.247.a.
*Vt de me aliquid more senum glorier.*Ci.đ Sen.94.a.
*Non enim mihi uidear insolenter gloriari.*Ci.At.11.a.
*Equidem possē uellem idem gloriari, quod Cyrus, sed tamen hoc queo dicere,me &c.*Ci.đ Sen.83.a.
Licet enim mihi M.Fili apud te gloriari,ad quem &c. Ci.Off.16.a.
*Quę cum diceres etc.tu ipse mihi gloriari uidebare.*Ci. đ Fin.75.a.
*Hic mihi etiam gloriabitur, se omnes honores sine repulsa abstinuisset*Ci.I.P.79.b.
*Gloriari contra aliquem.*Ci.Tus.133.a.
*Cum quidam omnes prouincias se peragrasse gloriaretur.*Ci.đ Or.132.b.
*Mali ędificij dominus glorians se architectum non habuisse.*Ci.đ.N.15.b.
*Nec in misera uita quicq̄ est prædicabile aut gloriandum.*Ci.Tus.238.a.& ibi.*Et est in aliqua uita prędicabile aliquid & gloriandum ac prę se ferendum.*& ibi. *Beata uita gloriāda,& prędicāda,& prę se ferēda est.*

Gloriose. Ci.p Mil.115.a.*Gloriose mentiri.*& p Do. 131.b.*De seipso gloriosius loqui.*& đ Or.111.b.*Exarsus es enim non gloriose.*

Gloriosus. *præclarus,qui in maxima gratia est & gloria,ostētator.*
Ci.đ Ar.255.b. *Mihi exire domo mea ad rationē reip. gloriosum fuit.*
*In illo fuga nobis gloriosa,patriæ calamitosa.*Ci.đ.D. 92.b.
*Quę si in priuatis gloriosa sunt,quanto magis commemorabuntur in regibus.*Ci.p Deio.151.b.
*Idq; reip.præclarum, fuisse tum multos,tum multo ipsis gloriosius est.*Ci.I.A.165.b.
*Magnificum etiam illud,romanisq; hominibus gloriosum, ut &c.*Cic. đ.D.109.b. &.91.a. *Cuius mors ita gloriosa fuit,ut eam concupisceret filius.*
*Mihi uero gloriosum est,habere &c.*Ci.Ep.133.a.
*Facta illustria & gloriosa.*Ci.đ Fin.56.b.
*Non solum gloriosis consilijs utimur, sed etiam paulo salubrioribus.*Ci.At.119.a.
*Sine quem ista prępotens & gloriosa philosophia delectat.*Ci.đ Or.102.a.
*Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis.*Cic. p Flac.157.a.
*Verum esto,gloriosus fuisti.*Ci.p Fla.
*Deforme est cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.*Ci.Off.28.a.
*Miles gloriosus.*Ci.đ Am.114.b.

Glutinator,aris. Cic.At.57.b.*Et uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.*

Gnarus,a,um. *peritus, sciens.*
Ci.Or.198.a.*Pericles gnarus, quibus orationis modis animi moueantur.*
*Gnarus & prudens impēdentiū malorū.*Ci.p Sest.6.a.
*L.Sisenna gnarus reip.*Ci.đ Cla.185.b.

Gnatus,ti.*filius.* Ci.p Plan.271.b.*Q uanq̄ ad præcepta ętas non est gnati.*& đ.D.89.a.*O gnate &c.**.

Gnidius,a,um. Cic.đ.D.85.a.*Venus Gnidia.* &.I.V. 231.b.*Quid Gnidios &c.*

Gnosius,a,um.Ci.đ Leg.119 a.

Gorgias Leontinus.Ci.đ Or.93.b.

Gorgon,nis. Ci.I.V.129.a.*Gorgonis os pulcherrimū cinctum anguibus.*

Gorgona,nę.Ci.Ante q̄.196.b.l.*Pallas.*

Grabatus,ti. Ci.đ.D.131.a.*Deos immortales concursare omnium non modo lectos,uerum etiam grabatos, & ubi abijcere uisa &c.*

Gracilitas. *corporis habitus tenuior, subtilitas.*
Ci.đ Clo.170.a.*Q ui non tam habitus corporis opimos, q̄ gracilitates consectentur.*
*Erat in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis, procerū & tenue collū,qui habitus &c.*Ci.đ Cl.194.a

Gradatim. *gradibus,per gradus.*
Ci.Postq̄.199.a.*Honores quas eramus gradatim singulos assecuti,nunc a nobis uniuersos habemus.*
*Quę ostendunt gradatim ab humilioribus uerbis ad superiora.*Ci.Part.234.b.
*Hinc gradatim ascendere uocem utile & suaue est.*Ci. đ Or.164.a.
*Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos.*Ci.đ.N.59.a.
*Cum gradatim sursum uersus reditur.*Ci.Or.109.b.
*Cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.*Ci.Acad.13.a.
*Minutatim & gradatim interrogare.*Cic.Acad.23.a.
Gradatim respondens eò peruenit etc. Cic.Tus.160.a.
*Ita pedetentim & gradatim tum accessus ad causam tū recessus.*Ci.Ep.134.a.
*Gradatim aliquo peruenire.*Ci.đ.N.19.a.

Gradatio,onis. *exornatio quędam Rhetorica.*
Cic.đ Ora.162.a.*Est etiam gradatio quędam.* & Ad Her.31.a.

Gradior,ris.
Ci.đ.N.50.a.*Iam uero alia animalia gradiendo,alia serpendo ad pastum accedunt.*
*Q uorum qui similitudinem aliquam arripuerit,fidenti animo gradietur ad mortem.*Ci.Tus.172.b.

Gradus,dus.
Cic.Att.53.a.*Gradus templorum ab infima plebe completi erant.*
*Gradus eius templi tollebantur.*Ci.p Sest.10.a.b.
*Cum gradus Castoris conuellisti.*Ci.p Dom.124.a.
*Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ędificati uidebantur, quas accusator concitatis hominibus compleuit.*Ci.p Clu.37.a.& p Fl.160. a.& I.A.197.b.

Scalarum gradus.Ci.Ep.35.b.

In ipsa communitate sunt gradus officiorum, ut prima Dijs &c.secunda parentibus &c.tertia patriæ debeantur.Ci.Off.31.b.

Quartus autem gradus est eorum, qui &c.Ci.d̄.N.32.b.& ibi.*Quartus & altissimus gradus*.

In omnibus causis tres sunt gradus &c.Ci.Part.238.b.

Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanq̃ sonorum gradibus descenditur.Ci.d̄ Or.164.a.

A beatis ad uirtutem uidea te uenisse gradibus.Cic.d̄ N.19.a.

Ad summum imperium per omnes honorum gradus efferri.Ci.I.C.103.a.& p̄ Plan.271.b.

Vt gradus essent petitionis inter æquales.Ci.I.A.203.b

Qui non honoris gradum spectat ut cæteri. Ci.p̄ Mil.206.a.

Tibi summus honoris gradus est.Ci.I.A.225.a.

Pater facilem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit.Ci.p̄ Mar.127.b.

Renuntiatio gradus habet.Ci.p̄ Mur.128.a.

Quæstura primus gradus honoris.Ci.I.V.168.a.

Tenere consularis dignitatis gradum.Ci.Off.72.a.

Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis & gratiæ.Ci.p̄ Plan.265.b.

Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere.Ci.d̄ Cla.180.a.

Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus.Cic.Or.218.a. *Eosdem gradus oratorum antea fuisse*.Ci.d̄ Cla.181.a.

Seruare gradus temporum.Ci.Part.230.b.

Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus persequamur.Ci.d̄ Cla.175.b

Cuius ætas a Senatorio gradu longe abest.Ci.p̄ Pom.15.b.& Ep.43.b.*Gradus ætatis*.

In altissimo dignitatis gradu locatus.Ci.I.A.155.b.

Qui sunt assecuti summum gradum honoris.Ci.Anteq̃ 294.a.

In altissimo gradu dignitatis collocati sumus. Cice. Postq̃.204.a.

Altiorem gradum dignitatis assequi. Ci.p̄ Clu.49.b.

Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset.Ci.p̄ Sest.7.a.

Hic gradus in quo me populus rom.collocauit.Ci.I.A.201.a. *Locari in amplissimo gradu dignitatis*. Ci.p̄ Mur.131.a.

Gradus peccatorum in uno furto.Ci.I.V.220.b.

Causa publica desperata quasi hic gradus mei reditus est, quod mulieres reuerterunt.Ci.At.116.b.

Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligitis.Ci.ꝯ Rul.73.b.

Atq; P.Clodia gradus ad remp. hic primus est aditus ad popularem iactationem & ascensus.Ci.d̄ Ar.253.b.

Itaq; maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est.Ci.I.V.109.b.

Vt sibi locus sit, his gradibus ascensus etiam ad ciuitatem.Ci.p̄ Car.63.a.

Quibus tanq̃ gradibus in cœlum mihi uidear ascendisse.Ci.p̄ Dom.228.a.

Ascẽdere unum gradum dignitatis.Ci.p̄ Mur.137.a.

Ad altiorem gradum ascendere.Ci.Off.46.a.

Deteriore autem statu ut sinus unus est inferior gradus, aut interitus aut seruitutis.Ci.d̄ Ar.258.a.

Aliqui ex infimo genere & fortunæ gradu. Ci.p̄ Cor.58.a. *Libellos deiecit S. Alphenus qui primus erat officij gradus seruatus est a procuratore diligẽter*. Ci.p̄ Quint.11.a. *Is ad summam amplitudinem peruenit ascendens gradibus magistratuum*.Ci.d̄ Cl.192.a.

Qui esset eo, quo ego sum gradu Senatus populiq; iudicio collocatus.Ci.Brut.90.b.

Quos populus rom.ĩ hoc gradu collocauit.Ci.Aca.2.b

Suum cuiq; honorem & gradum redditum esse gaudeo. Ci.p̄.S.R.41.a. *Videat ne ignoret & gradus et dissimilitudines & uim & uarietatem Atticorum*. Cic.de Cla.191.b. *Orator omnis sonorum tum intendens tum remittens gradus*.Ci.Or.202.a.

Gradus ista res non habet.Ci.d̄ Fin.244.b.

Fateor me ad istum gradũ sapientiæ non peruenisse.Ci.Ep.179.b.

Deinde reliqui gradus.Ci.d̄ Fin.117.b.

Vt omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur. Ci.p̄ Mur.135.b.

Multis gradibus ascendere.Ci.d̄ Fin.234.a.

Obtinere summum & altissimum gradum ciuitatis. Ci.Ep.8.a.& *amplissimum*.140.b.

Omni gradu amplissimo dignissimus.Ci.Ep.87.b.

Cum ais gradus ætatis recordor tuę.Cic.d̄ Or.150.b.

Et gradus unus in ea uia, quæ est hinc in Indiam. Ci.d̄ Fin.99.b.

Gradus plures sunt societatis hoĩum.Cic.Off.22.b.& 22.b.*Nõ ijdẽ erũt necessitudinũ gradus, qui et tẽporũ*.

Quis ciuis præsertim hoc gradu, quo me esse uoluistis &c.Ci.I.A.208.b.

Ad hanc conuersionem, quæ pedibus & gradu nõ eget, ingrediendi membra non dedit deus. Ci.d̄ V n.298.b.

Vnoquoq; gradu de auaritia alicuius commoneri.Ci.I.V.107.b.

Vt quotiescunq; gradum facias, totiens tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem.Ci.d̄ Or.131.b.

Tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur. Ci.Off.16.b.& At.261.b.

Aliud alio melius fit non genere sed gradu. Cic. de Opt.243.a.

Græcostasis & gradus.Ci.Q.Fr.306.b.l.*Grẹcostasis*.

Græcæ. Ci.Off.75.b.*Acilius ille, qui græce scripsit historiam*. *Cum ea quæ legerem græce, latine reddere*.Ci.d̄ Or.97.b.

Scis enim me græce loqui in latino sermone non plus solere q̃ in græco latine.Ci.Tus.151.a.

Græce scire.l.*Græcus*.

Qui gręce nesciunt.Ci.p̄ Flac.148.a.

Græcia, ciæ. Ci.p̄ Dom.225.a.*Cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemq; Barbariam condonasses*.Ci.p̄

Hæc cuncta Græcia, in qua sunt Athenienses, Æoles, Dores, paruum quendam locum Europæ tenet, Asiæ maritimam

maritimam orã bello superatam cinxit urbibus etc. Ci. p Fla.159.b.& ibi de Graecia laudibus.
Corinthus erat posita in angustijs & faucibus graeciae. Ci. R Rul.83.b.
Philosophi, qui in hac terra fuerunt, magnamq; graeciam institutis & praeceptis suis erudierunt. Ci.d Am.98.a.
Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa graecia. Ci.d Or.112.b.
Graecostasis, sis. Cic.Q. Fr.306.a. Deinde eius opera repente a Graecostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.
Graeculus, a, um. Cic.p Flac.151.a. Motus temerarius graeculae concionis.& Post.207.a. Cum graeculis philosophari.& I.P.94.b. Graeculus assentator.& p Mil. 112.a. Comites graeculi quocunq; ibat.
Graeculus otiosus & loquax. I. graecus.
Graecus, a, um. graius. Ci.p Fla.159.b. Tria Graecorum genera uere, Athenienses, Aeoles, Dorcis.
Sine ista Graecorum, qq ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. Ci.d Fin.78.b.
C. Sulp. Gallus maxime omnium graecis litteris studuit. Ci.d Cla.171.a.
Haec politissima doctrina transmarina & aduenticia. Ci.d Or.155.a.i.graecorum.
Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter latine dicendi affert. Ci.d Cla.194.a.
Graeci artibus, Hispani numero, Galli robore, Poeni calli ditate ualent. Ci.d Ar.248.a.
Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex graecis uersibus percipi, q ex latinis uehementer errat, propterea quod graeca leguntur in omnibus ferè gentibus, latina suis finibus exiguis sanè cõtinẽtur. Ci.p Arc.196.a
Quo latinus orator sine graecis litteris peruenire potest. Ci.d Cla.179.b.
Catta se ualde dilaudis litteris a similitudine graecae locutionis abstraxerat. Ci.d Cla.188.b.
Haec uitia cumulata est eruditissima illa graecorum natio. Ci.d Or.110.a.& 215.b. Graecorum doctrina per ridiculo.& 109.a. Crassus contẽnere, Antonius ne nosse quidem graecos uidebatur.& 133.b. M. Cicero senex dicebat ut quisq; optime graece sciret, ita esse nequissimũ.
Graeci fallaces & leues & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. Ci.Q.Fr.291.b. & ibi. Graeci omnes uias pecuniae norũt, omnia pecuniae causa faciũt. & 293.a. Graecorum familiaritates parum fideles sunt. & ibi.b Paconius nescio quis homo, ne graecus quidem, ac Mysius aut Phrygius potius.
Homo leuitate graecus, crudelitate barbarus. Cic. pro Flac.151.a.
Graecorum luxuria & leuitas. Ci.p Fla.161.a.
Graeci alicuius quotidiana loquacitas, sine usu. Cic. d Ora.93.b.
Quid mihi inquit Crassus tanquam alicui graeculo otioso & loquaci quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Ci.d Or.93.b.
Qui audiunt, aliquem ineptum aut graeculum putare. Ci.d Or.204.a.
Verbi enim controuersia iandiu torquet graeculos homines cõtentionis cupidiores q ueritatis. Ci.d Or.89.a.
Graeci scriptores inanis arrogantiae causa ne parũ multa scisse uiderentur, ea conquisiuerunt, quae nihil attinebant, ut ars cognitu difficilior putaretur. Ad Her.1.a.
Latina lingua uberior q graeca. Ci.d Fin.91.a.
Haec uerba ipsa Platonis expressi. Ci.d D.93.b. Id rsi in latinum uerti.
Apud graecos graece locutus sum. Ci.I.V.234.a.
Pro graecis & contra graecos multa. Cic.p Mur.147.b.& 148.a.
Graecorum bibendi mos. Ci.I.V.89.b.
Cum graecos ludos ita ames, ut ne ad uillam quidem tuã uia graeca ire solras. Ci.Ep 95.a.
C. Marius μισέλλην. X. Albutius φιλέλλην. Cic.d Fin. 80.b. M. Cato litteras graecas in senectute didicit. Ci. Acad.1.a.
Graiugena, ae. Ci.d N.
Graius, a, um. graecus. Cic.d N.44.a. Quasi uero non graius hoc dicat.
Dioscuri apud graios multi. Ci.d N.70.a.
Granea, nis. Cic.d Fin.82.a. Si tua sint puteolis granaria.
Grammatica, orum. studium litterarum, quod profitentur ij qui Grammatici uocantur. Ci.d Or.85.b.
Ci.d Or.200.b. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.
Grammaticus, a, um. Ad Her.27.b. Hac qua ratione uitare possimus in arte grammatica dilucide dicemus.
Grammaticus, ci. Ci.d D.87.b. Grammatici interpretes poetarum.& 104.a.
Vt si grammaticus se professus quispiam barbore loquatur, turpe sit. Ci.Tus.177.b.a.
Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi πρόβλημα persolue. Ci.At.203.a.
Hanc hypallagen Rhetores, Metonymiam Grammatici uocant. Ci.Or.205.a.
Grandesco, scis. Ci.d D.83.a. Lentiscus triplici solita grandescere foetu.
Grandiloquus, a, um. Ci.Or.198.b. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla sententiarum grauitate & maiestate uerborum.
Isti grandiloqui contra hęc duo &c. Ci.Tus.245.b.
Grandis, de. magnus, immanis.
Ci.d Sen.79.a. Hic & bella gerebat, ut adolescens, cũ planè grandis esset, &c.
Videras enim grandis iam puer &c. Ci.I.P.98.a.
Ad Hircum dederam epistolam sanè grandem, quam scripserã proxime in Tusculano. Ci.At.220.a.et.207.a. Grandiores sunt omnino libri q erant.
In qua basi grandioribus litteris P. Africani nomen erat incisum. Ci.I.V.227.a.
Grande cubiculum et altum. Ci.Q.Fr.318.a.
Pinna duabus grandibus patula cõchis. Ci.d N.80.b.
Grande uas & maius opus. Ci.I.V.210.b.& ibi.a. Patella grandis.
Hydria praeclaro opere, grandi pondere. Cic.I.V. 206.b.

Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. Ci. d N. 76. b.

Grande pondus argenti. Ci. p Cecin. 287. a.

His duobus rebus duæ res grandes sunt attributæ. Cic. d In. 82. a. Is regi Alexandrino grandem pecuniã credidit. Ci. p. R. P. 123. a.

Nicænses ei grandem pecuniam debent. Ci. Ep. 226. b. & I. V. 70. a.

Qui immanes pecunias paucis dederunt. Ci. At. 28. a.

Pecuniã illi grandi fœnore occupauisti. Ci. p Fl. 157. a.

Ager, qui meliores fœtus possit & grandiores edere. Ci. d Or. 120. b.

Sicq; agro grande uectigal imponitur. Ci. 𝔠 Rul. 77. a

Ipse grandi sponsione uinctus est. Ad Her. 31. b.

Subsellia grandiorem & pleniorem uocem desiderant. Ci. d Cla. 192. a.

Causidicus non ille quidem amplus atq; grandis, subtilis & elegans tamen. Ci. Or. 199. b. & 207. b. Orator quo grandior sit & quodammodo excelsior.

Fuit enim Sulpitius uel maxime omnium grandis, & ut ita dicam, tragicus orator. Ci. d Cla. 183. a.

Grandiore uerbo. Ci. d Fin 94. a.

Genus dicendi grandius. Ci. d Or. 139. b.

Hi grãdes erãt uerbis, crebri sententijs. Ci. d Cl. 167. a

Sed exemplis decuit grandioribus uti. Ci. d. D. 88. b.

Pater grandis natu. Ci. I. V. 230. b. & p Q. R. 52. a.

Non admodum grandis natu, sed tamen ætate prouectus. Ci. d Sen. 79 a.

Cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. Ci. I. A. 103. b.

Perspicuum & grande uitium. Ci. d In. 58. b.

Homo grandi macie torridus. Ci. 𝔠 Rul. 85. a.

Granditas, tis. magnitudo. Ci. d Cla. 175. b. Idq; apparet ex genere & granditate uerborum.

Grando, nis. Ci. d. N. 10. b. Nimbi, niues, grandines.
Nec rubigo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Ci. d. N. 77. a.
Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit. Ci. d Or. 157. a.

Granum, ni. Ci. d. D. 96. b. Midæ dormienti formicę in os tritici grana congesserunt.

Grate. X. ingrate. Ci. p Plan. 280. a. Vt confitear aliquando quod faciam, me & grate & pie facere.

Grates. gratias. Ci. d Som. 126. b. Et grates inquit tibi ago summe sol.

Gratia, tiæ. animus gratus & beneficij memor, uoluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates, beneuolentia, bona gratia, beneficium. Ci. d In. 82. b. Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi uoluntas continetur.
Gratia, quæ in memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obseruantiam teneat. Cic. d In. 70. b.
Nemo gratiarum immemor est gratus inuentus. Cic. Postq. 109. a.
Omnibus amicis saluti meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandam certe & habendam satis sum facturus. Ci. p Cor. 55. a.
Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo. Ci. At. 235. a. & 105. a.
Maximas tibi gratias ago, maiores etiam habeo. Cic. p Mar. 136. a.
Maximas gratias & ago & habeo L. Pisoni. Cic. I. A. 155. b. & 188. a. Maximas gratias uobis omnes & agere & habere debemus.
Maximas tibi gratias omnes & habere & agere debemus. Ci. I. A. 224. b.
Hammonius incredibiles mihi per literas gratias egit & suo & Æmilij patroni sui nomine. Ci. Ep. 215. a.
Resp. nostra iustissimas huic municipio gratias agere potest, quod &c. Ci. d Leg. 170. a.
Senatus gratias agendas censuit ciuitatibus, quæ me recepissent. Ci. p Dom. 230. a.
Eiq; amplissimis uerbis p. S. C. gratias egimus. Ci. I. A. 253. b. Cui Senatus singularibus uerbis gratias egit. Ci. p Syl. 183. b.
Primum quod mihi gratias egistis singularibus uerbis. Ci. I. C. 119. a.
Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Ci. Ep. 17. b.
Egi tibi gratias p literas ijs uerbis ut etc. Ci. At. 245. a.
Lucceius homo omnium gratissimus mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret te &c. Ci. Ep. 220. b.
Is tibi apud me gratias egit. Cic. At. 245. a. & 256. b.
Ego uero tibi miras gratias ago, qui &c.
Immortales ago tibi gratias, agamq; dum uiuam, nam relaturum me affirmare non possum, tantis enim tuis officijs non uideor mihi respondere posse, nisi forte, ut tu grauissime scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiã putes, cum memoria tenebo. Plan. Ep. 149. b.
Tibi p tuo summo beneficio gratias agã. Ci. At. 264. b
Commemorare gratiam. Ci. Postq. 109. a.
Cui quanq̃ gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Ci. I. A. 184. a.
Magna dijs immortalibus est habẽda gratia, quod etc. Ci. I. C. 99. b.
Magnam habeo Crasse huic palæstræ & Tusculano tuo gratiam. Ci. d Or. 93. a.
Hanc adeo habeo gratiam tibi. Ci. At. 152. b.
Grata tibi esse officia mea non miror, cognoui enim te gratissimum omnium, nec enim tu mihi gratiam modo habuisti, uerũ etiam cumulatissime retulisti. Ci. Ep. 66. b. & 74. b. Si feceris id quod ostẽdis, magnam habebo gratiam. & 297. b. Philosophię habeo magnã gratiam, quæ &c. Ego uero illi maximam gratiam habeo, qui &c. Ci. Tus. 170. a. Dabis igitur mihi ueniã uel gratiam potius habebis, quod &c. Ci. d. D. 209. b.
Habere gratiam alicui, reddere gratias alicui uoluntate ipsa, meritam alicui gratiam memori mente persoluere. Ci. p Plan. 273. b.
Atq; ei si non parem illius ingenio at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamq; referamus. Ci. d Or. 144. a. Præclaram uero populo rom. referes gratiã, quod etc. Ci. I. C. 103. a.

Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor relaturos gratiam esse. Ci.I.C.118.b.

Nullam partem tuorum meritorum non modo referenda sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Ci.Ep.9.b. Gratiam & qui retulit habet, & qui habet dissoluit. Ci.Post.103.a.

Non enim mihi tam mea salus charo fuit, quam pietas erit in referendo gratia iucunda. Ci.Ep.21.a.et.39.a. Et si uix fieri posse, tamen te parem mihi gratiam relaturũ.

Referre alicui parem gratiã pro beneficio. Ci.p.Q.R.48.a. Nunc tecum sic agam, tulisse ut potius iniuriã quam retulisse gratiam uidear. Ci.p Syl.176.a.

Mihique ab eo gratia refertur. Ci.Ep.48.a.et.103.b. Cumulatissime referre gratiam alicui. & .66.b.

Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia est. Ci.Ep.62.b.

Referre gratiam benemerenti. Ad Her 27.a.

Relatam puto gratiam pietati meę. Ci.At.286.b.

Neque homines, quos ego seruaui, nobis gratiam retulerunt. Ci.Ep.235.a.& ibi. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper.

Inops si referre gratiam non potest, habere certe potest. Ci.de Off 47.b. Iam non ago tibi gratias, cui enim re uix referre possum, huic uerbis non patitur res satisfieri. Brut.Ep.173.b.

Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur. Ci.I.A.191.a.

O Sacratici uiri nunquam uobis referam gratiam. Cic.At.225.b. Cui munus hoc meritum, & iustam debitamque gratiam refero. Ci.p Cor.67.a.

Referre bonam gratiam alicui. Ci.At.28.a.

Referre gratiam mutuam alicui. Ci.In Sal.273.a.

Restituere gratiam alicui. Q.de Pet.108.a.

Non eadem contendit in tribunatu Plancius. Ci.p Plã.275.b.i.parem gratiam non retulit.

Persoluere mercedem & pretium beneficij cuipiam. Ci.p Dom.227.b.

Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ, nam qui pecuniam dissoluit statim non habet, id quod reddidit, qui autem debet is retinet alienum, gratiam autem & qui refert habet, qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Ci.p Plan.273.b.

Commode quicunque dixit, pecuniam qui habeat nõ reddidisse, & qui reddiderit non habere, gratiam autem & qui reddiderit habere & qui habeat retulisse. Cic.Off.47.b. Debere gratiam alicui. Cic.de Fin.105.b. & .89 a. Nec gratia debetur ei, qui &c.

Quo etiam tibi maiorem gratiam debeo, qui &c. Cic.I.A.165.b.

Tribuere gratiã inuentori alicuius rei. Ci.de Fi.109.a.

Huic nec laus magna tribuenda est nec gratia. Cice.Off.64.b.

Gratiarum actionem a te non desiderabam, cum re ipsa & animo scirem esse gratum. Ci.Ep.154.b.

Gratiarum actio congratulatioque. Ci.At.274.b.

Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. Ci.p Pom.17.b.& ibi. Nec bonam gratiam mihi quæro.

Aucupari gratiam alicuius. Ci.Ep.68.b.

Redire in gratiam. Ci.de Pro.72.b.

Redire in gratiam cum inimico. Cic.de Pro.79.a.& .I.A.175.a.

Redire in gratiam cum aliquo. Ci.I.V.67.a.et.234.b.& Ep.42.a.& At.10.a. Cum Luceio in gratiam redi. In gratiã cum uoluptate redeamus. Ci.de Sen.89.a.

Cato cum Milone in gratiam redijt. Ci.At.64.a.

Reconciliata gratia. Ci Ep.45.a.& .59.a.

Cum Cæsare reditus in gratiam. Ci.At.24.b.

Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. Ci.de Ar.256.a.

Esse in gratia cum aliquo. Ci.I.V.75.a.

Erit nebulo iste cum his Dynastis ĩ gratia. Ci.At.28.a.

Cuius damnatione totus ordo cum populo rom. & in laude et in gratia possit esse. Ci.I.V.80.a.

Mecum Cæsar est in gratia. Ci.Ep.10.b. & .15.a. Mihi cum illo magna gratia est.

Erat in Syria nomen nostrum in gratia. Ci.At.79.b.

Qui in maxima gratia est apud omnes. Ci.Off.69.a.

Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Cæl.Ep.116.a.

Apud patronem te ĩ maxima gratia posui. Ci.At.74.a.

Ac te apud eum, Dij boni, quanta in gratia posui. Cic.At.96.a.

Meque apud eum magna in gratia posuit. Ci.At.88.b.

Salustium præsentem restituere in eius ueterem gratiam non potui. Ci.At.2.b.

Hic me meus animus in remp. pristinus, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Ci.de Pro.73.b.& .74.a. Cur igitur expectem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat?

Reduci in gratiam cum aliquo. Cic.p.R.P.125.b.& ibi. Recipere aliquem in gratiam ex inimicitijs.

Colligere gratiam ex priuatorum negotijs. Cic.de Ora.255.a.

Omnes gratias non modo retinendas sed etiam acquirendas putant. Ci.At.2.a.

Q. Varius illa ipsa facultate, quancunque habet, magnam est gratiam consecutus. Ci.de Or.94.b.

Effundere gratiam collectam. Ci.Ep.16.b.

Illi quorum uita remota ab hoc honore populari, & ab hac illustri gratia est. Ci.p Dom.222.b.

Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. Q.de Pet.107.b.

Ego illos nulla Senatus mala gratia comitiorum ratione priuaui. Ci.I.P.80.a.

Neque ira neque gratia teneri. Ci.de N.11.a.

Efficere aliquid gratia. Ci.Ep.151.a.

Affici a gratia uel a uoluptate. Ci.Ep.67.b.

Nec Alexãder ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi uoluit. Ci.Ep.68.b.

Gratiam autem nostrã extinguit hominum suspicio. Ci.Ep.2.b.& .3.b.

Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorum querela occideret. Ci.p Mil.109.b.

Sed possidonium sicut æquum est cum bona gratia di-

mittamus. Ci. d. Fat. 141. a.

Si non ineunda sed referenda sit gratia. Ci. Off. 10. a. & At. 9. a. *Inire summam gratiam cum bonis omnibus*. Ci. At. 108. a.

Inire gratiam ab aliqua. Ci. I. V. 233. a. & 131. b. *Inire gratiam ab omnibus aliquo facto*.

Ferre legem alicui per gratiam. Ci. p Dom. 229. b.

Appius homo mihi coniunctus fidelissima gratia. Cic. p Mil. 116. a.

Beneficij gratiæq; causa concedere aliquid. Ci. I. V. 172. a. & 191. a. *In beneficij gratiæq; loco petere aliquid*.

Liberales sumus non ut exigamus gratiam, non enim beneficium feneramur. Ci. d. Am. 102. a.

Tollitur beneficium & gratia. Ci. d. Fin. 89. a.

Cum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam uel non capere animus meus accipienda, uel remunerando cumulandoq; illustrare possit. Ci. Ep. 20. b. a.

Dolorum effugiendorum gratia. Ci. d. Fin. 56. b.

Tantumq; abest ut hæc bestiarum causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse uideamus. Ci. d. N. 58. a.

Gratificatio, onis. Ci. p Mur. 134. a. *Coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria*. & 3 Rul. 88. a.

Cum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis. Ci. d. N. 15. a.

Gratificor, aris. *beneficium do*.

Ci. d. N. 25. b. *Deus nihil cuiq; tribuens, nihil gratificans, omnino nihil curans*.

Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi &c. Ci. Off. 9. b. & 3 Rul. 87. b.

Deq; eo quod ipsis superat, alijs gratificari uolunt. Cic. d. Fin. 134. b. & 135. a.

Quod Pompeio se gratificari putant. Ci. Ep. 2. b.

Honeste gratificari cuipiam. Ci. d. Leg. 192. a.

In hanc partem porrò tutum tibi erit, si quid uolueris, gratificari. Ci. Ep. 115. b.

Cur tibi hoc non gratificer, nescio. Ci. Ep. 17. b.

Gratificatur mihi gestu accusator, nescientem Cn. Pompeium fecisse significat. Ci. p Cor. 57. a.

In utroq; inest gratificandi liberalis uoluntas. Ci. Off. 43. b.

Gratiosus, a, um. *qui apud omnes plurimū gratia potest*. Ci. p Plan. 268. b. *Iam doce a gratiosum esse suis tribulibus Plancum*.

Splendidi homines & eijs prætoribus gratiosi. Ci. I. V. 155. a.

Homo potens, gratiosus, disertus. Ci. p Cæl. 41. b.

Vir ad ambitionem gratiosus. Q. d. Pet. 207. b.

Cū aduersario gratiosissimo contendere. Ci. p Qui. 1. a.

Homines in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi. Ci. p Mur. 135. b. & Q. d. Pet. 208. b.

Cicero erat gratiosus apud Cæsarem. Ci. At. 240. a.

L. Natta in equitum centurijs uoluit esse & ad hoc officium necessitudinis & ad reliquum tempus gratiosus. Ci. p Mur. 141. b.

Tum Pythius ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus. Ci. Off. 63. b.

Semper fuerunt boni uiri, qui apud tribules suos gratiosi esse uellent. Ci. p Plan. 268. a.

Syracusas commodius epistolas mittere potero, si Valerius Mitres ad me nomina gratiosorum scripserit. Cic. At. 259. a. *Ego Plancium & ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui & gratiosos*. Ci. p Plan. 268. b.

Apud publicanos gratiosus fuisti. Ci. I. V. 143. a.

Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. Cic. d. Cla. 192. a. *Is uehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore*. Ci. Ep. 4. a.

Iuuentutis & gratiosorum in suffragijs studia, propter ipsius excellentem in eo genere gratiam, nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamen & iustam & debitam & propterea fortasse etiam gratiosam. Ci. Ep. 20. b.

Quando de Logeio parum gratiosum est. Ci. Ep. 76. a.

Gratis. *gratuito, sine solutione uel pecunia*. X. *pretio*.

Ci. I. V. 100. b. *Ne gratis in prouincia male audires*.

Is repente ut Romam uenit, gratis prætor factus est. Ci. I. V. 97. a.

Virtutes omnes gratis per se diligant. Ci. d. Fin. 82. a.

Nauis mihi constat gratis. Ci. I. V. 245. b.

Seruire gratis alicui. Ci. p Ciu. 32. a. b.

Id me scis ante gratis tibi esse pollicitū. Ci. Q. Fr. 319. a.

Communem esse factum gratis, qui pretio proprius fuisset. Ci. p. Q. R. 49. b.

Habitare gratis in alieno. Ci. Off. 50. b.

Gratuito. *gratis*. Cic. p Arch. 107. b. *Multis gratuito ciuitatem impartiebantur*.

Multorum causas & non grauate & gratuito defendere. Ci. Off. 47. a.

Gratuitus, a, um. *sine præmio & mercede*. X. *mercenarius, conductus*. Ci. Q. Fr. 317. a. *Comitia, si gratuita fuerint, plus unus Cato fuerit, q̄ omnes leges*. & Att. 63. a. & p Mur. 140. b.

Tu ne gratuita quidem eorum suffragia tulisti. Ci. pro Plan. 270. b. *Quid liberalitas? gratuita'ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita, si cum mercede, conducta*. Ci. d. Leg. 165. b.

Horum charitas & amicitia gratuita est. Ci. d. N. 25. b.

Innatam esse homini probitatem gratuitam, non inuitatam uoluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatā. Ci. d. Fin. 85. b.

Mercenarius. X. *gratuitus*. Ci. p Font. 280. b.

Gratulatio, onis. *supplicatio*. X. *lamentatio*.

Ci. At. 14. b. *Fuit enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda & timoris consolatio grata*. & 54. a. *Mihi facta statim est gratulatio*.

Nuntiatur mihi maximam gratulationem huic esse factam. Ci. I. V. 70. a. & 217. a. *Diana summa cum gratulatione ciuium & lætitia reponitur*.

Mihi populus rom. non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemq; donauit. Ci. I. P. 80. b.

Sed tamen omnium ordinum consensus gratiarum actio congratulatioq; me commouet. Ci. At. 274. b.

Cæteris semper bene gestæ, mihi uni conseruatæ reip. gratulationem decreuistis. Ci. I. C. 123. a.

Gratulationem tuo nomine ad omnia deorum templa

Homo potens cum filio blando, et gratioso. I. V. 71.

fecimus.Ci.Ep.176.a.

Gratulatio Dijs immortalibus.Ci.d Pra.74.a.i.suppli catio. Hic parenti suo gratulationi in victoria fuit. Ci.p Mur.126.b.

Consules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione versabantur.Ci.p Dom.225.b.

Nos in hominum cœtu gratijs agendis & gratulationibus habēdis et oīsermone celebramur.Ci.p Mi.120.b

Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones.Ci.p Mar.132.b.

Quicquam tu illa fuisse putes præ ijs gratulationibus? Ci.At.138.a.

Ne gratulationi nos abstulisse videamur.Ci.At.137.a.

Gratulor,aris. congratulor, gratulationem cupiam sum, gratulationem facio,gratulationem habeo.

Ci.Ep.8.b.Quod mihi de filia & de crassipede gratularis,agnosco humanitatem tuam.

Quod mihi de eo quod egerim gratularis, te ita velle certo scio.Ci.Ep.58 a.

Vt tibi de reditu nostro gratularer.Ci.At.52.b.

Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, & leuitate & imbecillitate Clody gratularis, minime miramur,te &c. Ci.Ep.7.b. &.44.a.Gratulor tibi de iudicio ambitus,neque id &c.sed illud &c.

Cæsar gratulatus est mihi de supplicatiōe.Ci.At.99.b.

Gratulor tibi affinitate viri optimi.Ci.Ep.122.b.

Qui mihi gratulatus es,illius diei celebritate. Cic.Att. 79.a. Cum populus ram frequens aduenit mea gratulatus est.Ci.In Sal.273.a.

De Cassia lætor & reip.gratulor,mihi etiam, qui &c. Ci.ad Brut.92.a.

Gratulor nobis Q.Filium exisse.Ci.At.248.a.

Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam vero osculatus,& ipse mihi gratulatus sum. Ci.Ep. 43.a. Brutus Ciceroni recuperatam libertatem est gratulatus.Ci.I.A.166.a.

Et ei voce maxima victoriam gratulatur.Ci.I.V.69.b.

Cum ei ego gratulatus essem, idque me gaudere dixissem,discessit &c.Cic.Ep.242.a. &.19.b. Vnum illud nescio gratuler 'ne tibi,an timeam.

Alter fructus gratulationis est,& is quidem exilior, q̄ si tibi te ipsum intuens gratularer, sed tamen & feci antea & facio nunc,tibique cum pro rerū magnitudine,quas gessisti,tum pro opportunitate temporis gratulor,quod te de prouincia decedentem summa laus & summa gratia prouinciæ prosecuta est.Ci.Ep.251.b.&.19.b. Te meo quod abes gratulor.

Gratulor tibi,quod &c.Ci.p Dom.217.b.

Ego tibi in hac gratulor.Ci.p Plan.278.b.

Oēs publice ad me venerunt gratulatum.Ci.I.P.90.b.

Mihi & gratias agebant boni viri,& nomine tuo gratulabantur.Ci.I.A.158.b.&.242.b Illi alacres & læti inter se quasi vicissent,gratulabantur.

Magis est quod gratuler tibi quàm quod te rogem.Ci. At.254.a.

Cum vos non modo frequentes, sed læto vultu gratulātes videris.Ci.d Or.123.b.

Gratus,a,um. qui meritum alicui gratiam memori mente persoluit,qui beneficia accepta meminit, non ingratus, aptatus,acceptus,multum te amo,tuā diligentiā diligo. Ci.d Leg.166.a.Gratus est qui in referenda gratia nō commodum,sed eum ipsum cui refert gratiam,cernit.

Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Ci.Ep.62.b.

Vt erga autores salutis meæ satis gratus indicarer. Ci.Postq̄.209.a.& ibi.Nemo gratiarum immemor est gratus inuentus.

Laus Bruti,quæ gratissima memoria omniū ciuiū inclusa nōdū autoritate publica testata est. Ci.I.A.125.b.

Si bene de me meritis gratum me præbeo,non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati.Ci.p Plan.278.b.

Vt tuo beneficio vir gratus & pius esse in maximi beneficij memoria possim.Ci.At.147.b.

Facilius in timore benigni,quàm in victoria grati reperimur.Ci. At.283.a.

Vt q̄ gratissimus erga te esse cognoscerer.Ci.Ep.4.b.

Gratiorem me esse in te posse, q̄ isti peruersi sint in me, exploratum habes.Ci.Ep.172.a.

Gratus ac memor beneficij.Ci.ꝯ Rul.70.a.

Gratus animus & liberalis.Ci.At.275.b.

Re ipsa atque animo gratissimus.Ci.Ep.154.b.&.214. b.Is magnis meis beneficijs ornatus in cōsulatu meo memor & gratus fuit.

Liberale officium est serere beneficium,ut metere possis fructum,fidei conducit in loco debitum retribuere, illic enim animi voluntas propensa comprobatur,hic memoria collaudatur.Ci.Anteq̄.192.b.

Qui meritum Dijs immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt. Ci.p Plan.276.b.

Alicuius virtutē grata memoria prosequi.Ci.I.A.263 b.&.191.b.Grato animo prosequi nomen alicuius.i.esse gratum erga aliquem.

Quod approbaris id gratum acceptumque habendum. Ci.Tus.237.a.

Quid est quod omnibus gratius,aptatius, aut magis accommodatum esse possit?Ci.I.V.56.a.

Cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt,nunq̄ gratiora.Ci.Ep.51.a.b.

Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est.Ci.At.52.a.

Amor tuus,non ille quidem mihi ignotus,sed tamen gratus & optatus,dicerem iucundius,nisi id verbum in omne tempus perdidissem.Ci.Ep.71.a.

Tale enim tuum iudicium non potest mihi non summe esse iucūdum,quod cum ita sit,esse gratum necesse est. Ci. Ep.211.b.& At.14.b.

Id mihi pergratum perque iucūdū erit.Ci.Q.Fr.320.a.

Me & Cæsari & sibi vehementer gratum esse facturū. Ci.At.220.a. Velim hoc quod loquor tibi gratum videri potius q̄ graue.Ci.d Leg.178.a.

Te tamen mi Brute sic amo,ut debeo, quod istud quicquid esset nugarum,me scire noluisti.Ci.Ep.177.b.

Grauate. Ci.d Or.102.b.Meam facilitatem laudatote cum vobis non meo iudicio sed vestro studio inductus non grauate respondero.

Grauate ille primo, quid multa? impetrat. Ci. Off. 63.b. & 47.a. *Multorũ causas nõ grauate et gratuito defendere. Benigne, non grauate, comiter &c.* Ci. p Cor. 62.b.

Grauedinosus, a, um. *ad grauedinem proclinis.*

Ci. Tus. 214.b. *Sunt alij ad alios morbos procliuiores itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sępe sint.*

Grauedo, nis. Ci. At. 109.a.b. *Tu ne dum morbum remouisti, sed etiam grauedinem.* & 258.b. *Grauedo tua mihi molesta est.* & 260.a. *Grauedini quæso omni ratione subueni.*

Grauiditas, tis. Cic. d. N. 49.b. *Luna a sole illuminata grauiditates & partus affert.* aliter, *grauitates.*

Grauido, as. *grauidum facio.*

Ci. d. N. 41.b. *Terra grauidata seminibus omnia parit & fundit ex sese.*

Grauidus, a, um. *prægnans, plenus, fœtus.*

Ci. p Clu. 23.b. *Cum mulier esset grauida & iã appropinquare partus uideretur.*

Latona grauida & iam ad pariendum uicina. Ci. I. V. 85.b. *Vbera grauida uitali rore.* Cic. d. D. 84.b. & ibi.a. *Aut cum se grauido tremefecit corpore tellus.*

Grauis, ue. *ponderosus, seuerus, tristis, serius, habẽs grauitatem, grauitati deditus, uehemens, austerus, molestus,* X. *gratus.*

Ci. d. N. 76.b. *Atq; in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum.*

In terram feruntur omnia sua motu pondera. Ci. d Sõ. 128.b. *Honestas omni pondere grauior est habẽda q̃ cætera omnia.* Ci. Off. 59.a.

Cum grauibus serijsq; rebus satisfecerimus. Ci. Off. 21.a *Homo pudens & grauis.* Ci. d Or 88.a. & 122.b. *Vir authoritate grauis.*

Quæ mihi ad spem obtinẽdæ ueritatis grauissima sunt. Ci. p Deio. 144.b. *Hoc minime uidetur graue ijs, qui minime ipsi leues sunt.* Ci. p. S R. 37.a.

Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? Ci. p. Q. R. 45.b. *Nomen uestrum mihi graue & sanctum est.* Cic. Past q̃. 202.a. *Senatusconsultum uehemens & graue in aliquem.* Ci. I. C. 98.a.

Hoc per q̃ graue est dictu. Cic. p Plan. 262.a. & ibi. *Quod mihi grauissimum esset dicere.*

Est enim in populum ram graue, non posse &c. Cic. p Cor. 59.a. *Nec fuisse ei graue nec difficile, eam causam excipere, quæ &c.* Ci. d In. 78.b.

Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se benemeritum putet. Ci. Ep. 20.b.

Non mihi graue duxi rescribere ad te. Ci. At. 3.b.

(*Si tibi graue non erit.*) Ci. Ep. 230.a. & 231.a. *Nunq̃ grauis tibi esse uolui.*

Vereor ne tibi grauis sim. Ci. Top. 121.a.

Quod senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim. Ci. d Sen. 77.b.

Eũ ne uerbo quidẽ grauiore appellasses. Ci. I. V. 178.a *Velim hæc, quod loquor, tibi gratum uideri potius q̃ graue.* Ci. d Leg. 178.a.

Atq; id anni tempore grauissimo & caloribus maximis. Ci. Q. Fr. 317.a.

Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. Ci. Ep. 72.a.

Quod reip. defuerit tam graui tempore. Ci. At. 228.a.

Cato grauis in laudando. Ci. d Cla. 170.a.

Otium grauissimum & seuerissimũ esse. Ci. d Or. 129.b.

Grauis sine arrogantia. Ci. d Cla. 191.a.

Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanq̃ sonorum gradibus descenditur. Ci. d Or. 164.b.

Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimum sonum recipere. Ci. d Or. 107.a.

Statuit sibi nihil grauius faciendum, q̃ ut &c. Ci. p Clu. 20.b. *Cibus grauis.* Ci. d. N. 30.b. idest *difficilis ad concoquendum.*

Grauitas, tis. *seueritas, pondus.* X. *authoritas tenuis, persona leuis, humanitas.*

Ci. At. 154.a. *Et grauitatem in congressu nostro tenui.*

Tuenda tibi est grauitas. Ci. Ep. 72.b.

Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Ci. At. 155.a.

Hæc genera dicendi in senibus grauitatem non habẽt. Ci. d Cla. 195.b.

Illud me præclare admones, cum illum uidero, non nimis indulgenter & ut cum grauitate potius loquar. Ci. At. 143.a. *Sententiarum grauitate, uerborum ponderibus est utendum.* Ci. d Or. 115.a.

Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas. Ci. d Am. 113.b. *Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem.* Ci. Off. 23.a.

Homo grauitati deditus. Ci. p Cæl. 51.a.

Personæ grauitas. Ci. Tus. 125.b.

Corpore uix sustineo grauitatẽ cœli huius. Ci. At. 183 b. & ibi. a. *Grauitas loci.*

Grauitas morbi. Ci. d. N. 75.a.

Tanta contentio grauitatis & ponderũ. Ci. d. N. 49.a.

Atomos grauitate & pondere moueri. Ci. d Fat. 145.a.

Grauiter. *moleste, seuere, prisce.* X. *remisse, leniter, urbane, acute, leuiter.*

Ci. d Ar. 255.a. *Id grauiter equidem sed aliquanto leuius ferebam.*

Grauiter accipere aliquid. Ci. d Or. 128.a.

Ciues inter se grauissime dissentientes. Ci. I. A. 244.b.

Grauiter accusare aliquem. Ci. Ep. 71.a.

Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atq; infensum uiderem. Ci. I. C. 100.b.

Grauiter inimicus. Ci. Ep. 17.b.

Dionysius grauiter queritur. Ci. At. 204.b.

Grauissime conqueri de aliqua re cum aliquo. Cic pro Clu. 20.b. & p. S. R. 20.a.

Grauiter ægrotare. Ci. Off. 7.a.

Thucydides res gestas narrat grauiter sanè & probe. Ci. Or. 199.b.

Grauiter, seuere, prisce agere cum aliquo. X. *remisse, leniter, urbane.* Ci. p Cęl. 44.a.

Natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute sonent. Ci. d Som. 129.a.

Grauo, as. Ci. d. D. 83.a. *Iam uero semper uiridis semperq; grauata, lentiscus triplici solita grandescere fœtu.*

Grauor, aris. *grauate aliqd facio, graue mihi duco, pigror*

Ci.ď Or.93.b.Ego uero ĩquit istis obsequi studeo,neq; grauabor breuiter meo more,quid quoq; de re sentiam dicere.et.98.a.Te rogo ne grauere exędificare id opus, quod instituisti.

Is primo grauari cœpit,quod etc.Ci.p Clu.31.b.

Ego uero non grauarer si mihi ipse confiderem. Cic.ď Am.98.b.

Qui grauere literas ad me dare.Ci.Ep.101.a.

In eo non esse granatos homines prodire hora tertia in campum.Ci.p Mur.140.b.

Ne si ego grauarer etc.Ci.Top.121.a.

Non essem tam inhumanus, ut eo grauarer, quod uos cupere sentirem.Ci.ď Or.142.a.

Gregalis,le. Cic.p Dom.128.a.Quod uos gregales Catilinæ de me dicere solebatis.

Nec Clodius nec quisq; de gregalibus eius, aut consilia rijs &c.Ci.ď Ar.256.a.

Gregales eum in campum non uenisse requirebant.Cic. ď Or.132.a.

Nos enim nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus il lis,quibus te plaudẽte uigebamus,amissis.Ci.Ep.120.a.

Gregarius,a,um. Ci.p Plan.274.b.Gregarij milites.

Gregatim. Ci.I.V.266.a.Videtis ciues romanos gregatim coniectos in lautumias.

Gremium,mij. sinus,complexus.

Ci.ď Clo.183.b Filius in gremio matris educatus.

Puer lactens in gremio matris sedens mammam appetens.Ci.ď.D.116.a.

Liberi è gremijs parentum diripiuntur.Ad Her.36.b.

Vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur. Cic.ď Leg.183.a.

Soror in amantissimi sui fratris manibus & gremio consenescebat.Ci.p Clu.20.b.

Hæc sunt in gremio sepulta consulatus tui.Ci.I.P.81.b.

Cum Q. Metellus abstraheretur è sinu gremioq; patriæ.Ci.p Cæl.50.a.

Ætolia procul a barbaris disiuncta gentibus,in sinu pacis posita medio ferè Græciæ gremio continetur.Cic.I. P.99.a. Terra gremio mollito & subacto semẽ sparsum excipit.Ci.ď Sen 87.b.

Gressus sus.incessus. Ci.Off.26 b.Cauendum est ne tar ditatibus utamur in gressu molliοribus.

Grex,gis. Ci.At.106.a.Pecudes,quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges,ut boues armenta.

Antonius cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris, quodcunq; nactus est.Ci.I.A.189.b.

Verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer.Ci.p S.R.33.a.

In hunc igitur gregem P.Syllam, ex his honestissimorũ hominum gregibus reijcietis?Ci.p Syl.181.b.

Is iam unus ex illo grege uidebatur. Ci.In Sal.274.b.

Greges amicorum.Ci.At.16.a.& ď Fin.62.b.

Philosophorum greges.Ci.ď Or.88.b.

Grunitus,tus. Cic.Tus.250.b.Nec grunitum audiunt, cum iugulatur sus.

Grus,is. Ci.ď.N.51.a.Grues cum loca calidiora petentes mare transmittunt,trianguli formam efficere. & ibi. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.

Gubernaculum,li. clauus. Ci.ď In.81.b.Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit.

Clauum tanti imperij tenere,& gubernacula reip. tractare.Ci.p Sest.7.a.

Cum Senatum a gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses.Ci.p Dom.118.a.

Qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant.Ci.p.S.R.26.b.

Vt gubernacula reip prenderem.Ci.Bru.91.b.

Oratorẽ repelli a gubernaculis ciuitatũ.Ci.ď Or.89.a.

Non abiectis sed ereptis gubernaculis.Ci.At.27.a.

Gubernacula ciuitatum regendarum.Cic.ď Or.103.a.

Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est.Ci.Ep.167.a.

Gubernatio,onis. Ci.ď Or.154.b.Orbis terræ gubernatio & summi imperij procuratio.

Populus nunq̃ hæc a summi consilij gubernatione auferre conatus est.Ci.In Vat.36.a.

Non enim gubernationi aut medicinæ similem sapientiam arbitramur.Ci.ď Fin.95.a.

Magnam gubernationem tui consilij res desiderat. Cic. At.281.b. Vix uidetur humanis consilijs tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse.Ci.I C.115.a.

Tempus illud erat in gubernatione positum senatus.Ci. p Dom.239.a.

Cupiditas consilij gubernatione regitur. Ci.ď In.82.b.

Gubernator,oris. rector,moderator, rector reip. & publici consilij author.

Ci.ď Sen.80.b.Gubernator clauũ tenens sedet ĩ puppi.

Nauis,quæ scientissimo gubernatore utitur.Ci.ď In.54 a.& Parad.119.a.Si nauem auri euertat gubernator.

Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunq̃ a uectoribus admoneri solent.Ci.I.A.224.a.

Custos gubernatorq; reip.Ci.p Rab.96 a.

Gubernatrix,cis. Ci.ď Or.88.a.Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Guberno,as. administro,procuro,rego,gero, moderor, clauum imperij teneo, gubernacula reip. tracto uel teneo,nauem rectam teneo,ad gubernacula reip sedeo.

Ci.Ep.21.a.Teq; hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua.

Velim ergo totum hoc ita gubernes,ut ne minima quidem re ullo commodũ Bruti impediamus.Ci.At.212 b

Cum solus remp.gereret, orbemq; terrarum gubernaret.Ci.p.S.R.40.b.

Clodius contulit se ad Milonis competitores, sed ita totam ut petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret,tota ut comitia suis ut dictitabat humeris sustineret. Ci.p Mil.10.b.a.

Sed tamen iter meum resp. & rerum urbanarum ratio gubernabit.Ci.Ep.28.a.

Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusq; &c.regit quæsitor.Ci.p Syl.181.a.

Dij quorum ope & auxilio hæc resp. gubernatur. Cic. pro Rab.91.a.

Sed hæc deus aliquis gubernabit.Ci.At.91.b.& 226 b.Sed hęc fortuna uiderit, quoniã ratio non gubernat.

Sine in ipso mundo deus est aliquis,qui regat , qui gu-

bernet, qui omnia conseruet. Ci.d. N.12.a.
Fortunę motum ratione quadã gubernare. Ci. At. 111. b. & .278.b. Cęsarem meis consilijs adhuc gubernatum, quidam corruperunt.
Qui inter se contenderent uter potius remp. administret ut si nautæ certarent quis eorum potissimum gubernaret. Ci. Off. 18.a.
Commune commodum mutuis officijs gubernatur. Cic. pro. S.R. 37.a.
Gerere, regere, gubernare. Ci. At. 251.b.
Gubernare, regere, moderari. Ci. Part. 236.b.
Gubernare uitam. Ci.d. Fin. 73.b.
Eòq; directius gubernant. Ci. Acad. 17.a. i. naues.
Gula, lę. abdomen. Ci. I. V. 204.b. Quem obtorta gula in uinculo abripi iussit.
O gulam insulsam. Ci. At. 215.b.
Posteaq̃ immensæ gulę impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Ci. In Sal. 174.a.
Guma, mæ. Ci.d. Fin. 69.b. Compellans gumas ex ordine nostros.
Gurges, tis. Ci. I. V. 151.a. Immensa aliqua uorago aut gurges uitiorum turpitudinumq; omnium.
Ille gurges helluatus est simul tecum reip. sanguinem. Ci. p Dom. 137.a.
Quæ unq̃ Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Bizantiorum prædas exorbuit? Cic.d. Ar. 258.a. Pater norat hunc gurgitem. Ci.d. Or. 229.a.
Ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ. Ci. I. P. 88.a.
Habet secum L. Fratrem, quem gurgitem? quam uoraginem? Ci. I. A. 232.b.
Gurges & uorago patrimonij. Ci. p Sest. 25.a.
Quos tenet ægro defixo in gurgite echineis. Ci. i Ara.
Rhenus fosso gurgitibu s illis redundans. Ci. I. P. 97.a.
Rapido cum gurgite flumen. Ci.d. N. 47.a.
Fulix fugiens è gurgite ponti. Ci.d. D. 83.a.
Gurgustium, stij. Cic.d. N. 6.b. Ante uidelicet in tenebris tanq̃ in gurgustio habitauerat.
Nescio quo è gurgustio prodire, capite inuoluto. Cic. I. P. 81.a.
Gustatus, tus. gustus. Ci.d. N. 54.b. Gustatus, qui sentire eorum, quibus uescimur, genere debet, habitat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. & .55 a. Gustatus ore continetur.
Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime uoluptarius, & qui dulcitudine præter cæteros sensus commouetur. Ci.d. Or. 152.a.
Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus. Ci.d. N. 52.b.
Nihil necesse ẽ d. odoratu et gustatu dicere. Ci. Aca. 6.b
Gusto, as. degusto, libo, attingo.
Ci. Ep. 107.b. Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem.
Capræ dictamum quærunt, quam cum gustauerunt, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. Ci.d. N. 52.b.
Cretes, quorum nemo gustauit unq̃ cubans. Ci. p Mur. 141.b. Gustaras ciuilem sanguinem, uel potius exorbueras. Ci. I. A. 273.b.

Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam. Ci.d. N. 6.a. & attingere. i. Labrum.
Quędam de actione breuia sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. Ci.d. Or. 96.b.
Istorum omnium summatim causas & genera ipsa gustaram. Ci.d. Or. 122.b.
Pompeius non gustaret istam tuam philosophiam. Cic. I. P. 92.a.
Nullam partem reip. gustare potuisti. Ci. Ep. 297.b.
Gustare partem aliquam uoluptatis. Ci.d. Fin. 61.a.
Sed ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possemus. Ci. p Arch. 189.a.
Qui primoribus labris aliquid gustant, & extremis, ut dicitur, digitis attingunt. Ci. p Cæl. 43.a.
Gustus, stus. gustatus. Ci.d. Sen. 88.a. Vua & succo terræ & calore solis augescẽs primo est peracerba gustu. Libidinosi, auari, facinorosi uerę laudis gustum non habent. Ci. I. A. 182.a. & ibi. Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt.
Gutta, tæ. Ci.d. Or. 160.a. Numerũ in cadentibus guttis, quod interuallis distinguuntur, notare possumus.
Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ. Cic. Tus. 180.a. Guttę imbrium quasi cruẽtæ. Ci.d. N. 28.b.
Guttur, ris. Ci.d. D. 83.a. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.
Vitium uentris & gutturis. Ci. p Cæl. 46.b.
Gyges, gis. Ci. Off. 67.b. & .59.b.
Gymnasiarchus, chi. Ci. I. V. 222.b. Demetrius Gymnasiarchus, qui ei loco præerat.
Gymnasium, sij. locus ad exercendum ut palęstra, schola. Ci.d. Or. 29.b. Clamabũt credo omnia Gymnasia atq; omnes philosophorum scholæ sua hæc esse oĩa propria. Magnam habeo huic palæstræ & Thusculano tuo gratiam, & longe Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. Ci.d. Or. 93.a.
Cum ambulandi causa in Lycæum uenissemus, (nam id superiori Gymnasio nomen est.) Ci.d. D. 82.b.
Quæ uix in gymnasijs & in otio Stoici probant. Cic. Parad. 116.a.
Is Laodiceæ in Gymnasio a quodam Leptine est interfectus. Ci. I. A. 221.b.
Nos in nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academiæ locum delegimus. Ser. Ep. 56.a.
Gymnasium, quod Ptolomęum uocatur. Ci.d. Fi. 124.a.
Gymnicus, a, um. Cic.d. In. 62.b. Gymnicum certamen. & Tus. 188.b. Ludi Gymnici.
Gynæceum, cei. Ci. I. A. 178.b. Syngrapha sestertij centies &c. facta est in Gynæceo.
Gyrus, ri. Ci.d. Or. 149.b. Ex ingenti quodam oratorẽ immensoq; campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Homines secundis rebus effrenatos sibiq; præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Ci. Off. 18.b.

H aspiratio.

H Aspiratio. Ci.Or.212.a. Maiores nunq̃ nisi in uocali aspiratione utebantur, loquebantur enim sic ut dicerent, pulcras, cętegas, triũpos, Cartaginẽ, & infra, Matones, Otones, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus.

Habena, næ. Ci.d Or.104.a. Cui populus ipse moderãdi & regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidit. Commodissimum est q̃ laxissimas habenas habere amicitiæ, quas uel adducas cum uelis, uel remittas. Ci.d Am.104.b.

Habeo, bes. possideo, utor, sum, scio, possum, mihi non deest, penes me est, particeps sum.

Ci.d.D.128.a. Eodem temporis puncto nati dissimiles & naturas & uitas & casus habent. & ibi.b. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet. & .122.a. Dionysij equus habuit apes in iuba. & .95.a. Pars animi, quę sensum, quę motum, quę appetitũ habet. Deinde aduentus eius in Syriã primus æquitatis habuit interitum. Ci.d Pro.71.a. & .92.a. Demosthenes summam prudentiam summãq; uim habuit dicendi. et .119.b. Neminem omnium tot ac tanta quanta essent in Crasso habuisse ornamenta dicendi. & ibi. Itemq; illa &c. ex cogitationem non habent difficilem.

M. Antonius palàm secũ habuit armatos. Ci.I.A.197.b

Ipsum regem quotidie mecum habui. Ci.At.91.a.

Quotidie mecum habebam homines doctissimos. Ci.d Or.91.a.

Octauius oẽs bonos secum habiturus est. Ci.At.257.b.

Hæ literæ cum leguntur, inuidiosam atrocitatem uerborum habent. Ci.Q.Fr.300.b.

Fœmina, quæ patrem habuit clarissimum uirum. Ci.pro S.R.43.a. Hæc nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. Ci.At.253.b.

Eloquentia forensis iactationem habet habuit in populo. Ci.d Or.198.a.

Hæc ingressio mea aut reprehensionis aliquid aut certe admirationis habitura est. Ci.Or.197.b.

Hæc genera dicendi in senibus grauitatem non habẽt. Ci.d Cla.195.b.

Eaq; hanc habent, quã proba, uarietatẽ. Ci.Or.206.b.

Magnum fac animum habeas & spem bonam. Cic.Q.Fra.303.a.

Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quod aliorũ bona sine testamento possidet. Ci.d Or.135.a.

Dijs bellũ iste semper habuit indictum. Cic.I.V.274.b.

Lucillius, qui magnos progressus habebat in Stoicis. Ci.d.N.5.a.

Profectio uoluntatem habuit non turpem, remansio etiã necessitatem honestam. Ci.p Lig.137.b.

Nam priusq̃ iniecta gleba est locus ille nihil habet religionis. Ci.d Leg.181.b.

Vt Antiochũ classes habere prohiberet. Ci.I.A.221.b.

Tua ætas incidit in id prælium, cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parũ. Ci.Off.42.a.

Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Ci.d Sen.91.b.

Tum eius elegans est habitum orationis genus. Cic.de Cla.173.a.

Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. Ci.Ep.67.a.

Tẽpori cedere, idest necessitati parere sapientis semper est habitum. Ci.Ep.54.a.

Natura insculpsit in mentibus nostris ut Deos æternos & beatos haberemus. Ci.d.N.26.b.

Themistocles, cum in epulis recusasset lyrã, habitus est indoctior. Ci.Tus.149.a.

Maximam illam uoluptatem habemus. Ci.d Fin.56.b.

Hunc nos peruetterem habemus. Ci.d Cla.170.a.

Hac uelim in maximis rebus & maxime necessarijs habeas. Ci.At.71.a.

Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominẽ putares? Ci.At.93.b.

Eodemq; in genere est habitus M. Octauius. Ci.d Cla.173.a. & ibi.b. Fannius in mediocribus oratoribus habitus est. & .171.a. Hic oratorũ in numero est habitus.

An partus ancillæ in fructu sit habendus. Ci.d Fi.51.a.

Habe tuum negotium. Ci.At.193.a.i. tanq̃ tuum negotium. & .204.a. Iam istuc pro facto habeo.

Nisi in prouincia relictus rationes pro latis haberem. Ci.Ep.75.a.

Habere aliquem in numero sapientum. Ci.d.N.9.a.

Quo in numero hoc & quo in loco illud haberi conueniat. Ci.d In.81.a.

Isq; est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atq; dicti. Ci.p Arch.191.b.

Ille habet opinionem iustitiæ. Ci.Off.41.a.i. habetur iustus. Is dixit se usq; ad Cal. Maias ad urbem exercitum habiturum. Ci.I.A.188.b.

Domitius suas XII cohortes tribus in oppidis distributas habet. Ci.At.129.a. & .220.a. Omisi ea, quæ in manibus habebam. & .90.b. Phliasias dici sciebam, & ita fac ut habeas, nos quidem sic habemus.

Habere διαλέγειν cum aliqua. Ci.At.70.b. & .28.a. Habere dialogum.

Nulla est altercatio clamoribus unq̃ habita maioribus. Ci.d Cla.179.a.

Statius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. Ci.Q.Fr.199.a.

Quæstiones in Senatu habitę. Ci.p Mar.141.a.

Quoniam non est nobis hęc oratio habenda aut cum imperita multitudine aut in aliqua conuentu agrestium. Ci.p Mur.138.a.

Habere uerba uel habere sermonem. Ci.d Or.126.b.

Eas uoluntatem semper eandem, libertatem eandem nõ semper habuisse. Ci.p Sest.12.b.

In illo pœna legitima turpitudinem non habuit. Ci.pro Dom.230.a.

Habere uidetur ista res iniquitatem si imperare uelis, difficultatem si rogare. Ci.I.C.119.b.

Habere magnas necessitudines in aliqua tribu. Ci.pro Plan.267.a.

Domus tua & quicquid habes aliud est Cereri consecratum. Ci.p Dom.238.a.b.

Habere aliquid religioni. Ci.Off.43.b.

Habeo in animo consulatum statim petere. Ci.At.15.b.

Quid in animo habuerim cum Lernus discessit a me, ex ea potuisti cognoscere. Plan.Ep.154.a. & .71.b. Illa cõsolatia, quam semper more atq; in aĩo habere debemus.

Hunc quas tu conscientiæ labes in animo censes habuisse? Ci.Off.69.a.

Clamare cœperunt sibi ut haberet hæreditatem. Cic.I.V.218.a. Ille suam illam suas res sibi habere iussit. Ci.I.A.173.b.

Habeatis sane uobiscum istum &c. Ci.I.V.e24.b.

Scire igitur aueo quomodo res se habeat. Ci.At.217.a.

Sic profecto res se habet, ut &c. Ci.d Or.134.a.

Quæ res sic se habet. Ci.At.62.a. & .36.b. Nunc se res sic habet. & Ep.33.a. Ea res sic se habet.

Verum ita se res habet, ut &c. Ci.p Quint.1.a.

Quæ cum ita se res haberet, tamen &c. Ci.I.V.133.b. & .3.b. Alio loco, ut se tota res habeat, demonstrabitur.

Præclare enim se res habeat, si &c. Ci.d Or.94.a.

Omnino præclare te habes, cum &c. Ci.I.V.139.a.

Nam nihil esset in potestate nostra, si res ita se haberet. Ci.d Fat.142.a.

Rem uides, quomodo se habet. Ci.Ep.45.a.

Domitij se male habent. Ci.Ep.124.b.

Cum ego me non belle haberem. Ci.At.74.a.

Male enim se res habet, cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. Ci.Off.37.a.

Male se res habet, quæ &c. Ci.d Or.137.b. & .121.a.

Quomodo nunc se istorum artes habent.

Sed res iam quomodo habeat se diutius nescire non possum. Ci.At e36.b.

Bene habemus nos. Ci.At.27.b.

Quantum ex tuis literis habeo cognitum. Ci.Ep.255.a. & .212.a. Eum nondum habes satis cognitum.

Hodie omnes sic habent persuasum, istum &c. Cic.I.V.248.b. Habere uitam alicuius perspectam. Cic.Ep.267.b. & .251.a Habere procurationem rerum alicuius susceptam.

Siculi ad meam fidem quam habent spectatam iam & diu cognitam confugiunt. Cic.I.V.56.b. & .155.a. Vt omnes ante Cal.Sext. decumas ad aquam deportatas haberent. & .230.b. Itaque hi conuersam iam habent demonstrationem suam.

Rationes Erotis cognitas habeo. Ci.At.147.b.

Satis mihi uidebar habere cognitum Scæuolam, ex ijs rebus, quas &c. Ci.d Cl.177.b.

Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. Ci.Or.207.b.

Docemur authoritate legum domitas habere libidines coercere omnes cupiditates. Ci.d Or.101.a.

Ex quibus nonnullas simultates susceptas habemus. Ci.Q.Fra.293.b.

In eo positas omnes nostras spes habemus. Ci.At.119.a

Non habeo ambiguum. Ci.Ep.173.a.

Habeo expertum. Ci.Ep.158.b.

Vt habeant paratum, quid quoque de re dicant. Cice.de Ora.122.b.

Et boni ciues mare infestum habebimus. Ci.At.154.a.

Scæuolæ dicendi elegantiam ex ijs orationibus, quas reliquit, habemus cognitam. Ci.d Cla.179.a.

Ex me illud est, quod te uelim habere cognitum. Cice. Bru.91.b. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum. Ci.At.273.a.

Mercurius, quem Ægyptij nefas habent nominare. Cic.d.N.70.b.

Cum exploratum habere cœpero, Cæsarem &c. Cic. At.275.b.

Erit etiam ei perspectum, nihil posse &c. Ci.Or.208.a.

Cur hoc nomen in aduersarijs scriptum habebas? Cic. pro Q.R.46.b.

Qui ea multo quam nos habes notiora. Ci.Or.207.a.

Quod me hortaris, ut absoluam, habeo absolutum. Cic. Q.Fr.328.b.

Habere aliquid cognitum comprehensumque animo. Cic.d N.26.b. Aliquid comprehensum animo habere atque perceptum. Ci.Acad.25.a.

Habuisse aliquem uinctum clausumque custodijs. Ci.I.V.270.b. & .204.b. Habere aliquid reconditum.i.tenere. & .242.b. Hodie omnes sic habent persuasum, istum etc. & .73.b. Habere tempus distributum, ut prima pars etc. & .87.b. Diligentius habere dico Seruilium prædam populi rom. quam te tuo furto notatam atque descriptam. et.230.a. Ita in tabulis scriptum habes.

Hoc quid intersit certe habes subductum. Ci.At.83.b.

Amicitia, quam nec usu nec ratione cognitam habent. Ci.d Am.106.b.

Quorum habetis cognitam uoluntatem in remp. Cic.I.A.248.b. & .204.a. Omnes habeo cognitos sensus adolescentis, nihil est illi rep. charius.

Hæc & innumerabilia, quæ collecta habent Stoici. Cic.d.D.138.a. Eum habere tuis copijs deuinctum non potes. Ci.p Cæl.45.a.

Non enim bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu. Ci.3 Rul.69.a.

Pecunias contulerunt. Cic.p Pom.7.a. & ibi. Pecunias collatas habent.

Omnes centurias multis & uarijs amicitijs cura ut confirmatas habeas. Q.d Pet.209.a. & ibi.b. Postremo totam Italiam fac ut in animo ac memoria tibi distributam comprehensamque habeas.

De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Cic.I.A.204.b.i. de Cæsare satis dixi.

Ego Plancæ necessitudinem constitutam habui cum domo uestra. Ci.Ep.144.b.

Habere fidem pretio addictam. Ci.I.V.224.b. et.225.a. Habere fidem alteri addictam pecunia.

Quæ habes instituta perpolies. Ci.Ep.69.b. & .225.a.

Dum forum habuit Dijs immortalibus ornatum. Cic.I.V.201.a.

Quæ non animum meum magis solicitum habent, quam tui. Ci.Ep.26.b. & .90.a. Cæsar diutius uelle uidetur eos habere solicitos, a quibus se putat diutius moribus esse molestijs conflictatum. Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij tum etiam periculi. Ci.Ep.96.b.

Cur unus tu Apollonienses miseriores habes quam aut Mithridates aut etiam pater tuus habuerit unquam. Ci.p Fla.161.a. Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, prosperitatem uitæ a Dijs se habere. Ci.d.N.77.b.

Hi sic habeant, quæcunque in equite rom. dignitas esse potest, eam semper in M.Cælio habitam esse summam hodieque haberi ab omnibus. Ci.p Cæl.38.a.

Sic ergo

Sic ergo habeto, salutares te mihi litteras misisse. Ci. At. 139.b. Id primum erga habeto, me &c. Ci. Ep. 226. b. & 45.a.b. Illud uelim sic habeas, qđ intelliges etc.
Vnum hoc sic habeto &c. Ci. Ep. 11.a.
Atqui sic habeto. Ci. Ep. 23.a. & 79.b. Ita statutum habeas, me &c.
Atq; hoc sic habeto, materiã aũt etc. Ci. Q. Fr. 299.b.
Sic habeas, nihil &c. Ci. At. 68.b. aliter, abeas.
Tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeiũ. Ci. Ep. 22.a. Tantum dico. Ci. At. 43.a. & 41.b. Hac confirmo. et. 114.b. Nec de me laboro, de pueris quid agã non habeo.
Neq; tamen adhuc habeo, quod te accusem. Ci. Ep. 12.a
Quid huic respondeas non habebis. Ci. p Mur. 119.b.
De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo aũt quid tibi assentiar. Ci. đ. N. 72.a.
Nec quid facerem habebam. Ci. I. V. 211.b.
De rep. nihil habeo ad te scribere. Ci. At. 37.b.
Hęc fere obiicere habui de natura deorũ. Ci. đ. N. 79.a.
Hæc habui de amicitia, quæ dicerem. Ci. đ Am. 115.b.
Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? Ci. p Cor. 61.b.
Quid enim dicere habeam? Ci. Acad. 12.a.
De nostris somnijs quid habemus dicere. Ci. đ. D. 136.b
Nõ habebimus necesse semper cõcludere. Ci. pt. 234.a.
Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. Cic. At. 155.b. Ne quotienscunq; potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Ci. đ Or. 131.b.
De causa regia tantũ habeo polliceri, me tibi absenti cumulate satisfacturum. Ci. Ep. 5.a.
Habebat hoc omnino Cæsar, quem cognouerat &c. Ci. I. A. 175.b. Nunc uero cum omnibus musis rationem habere cogito. Ci. At. 25.b.
Quanq; non tam dicendi mihi ratio habenda fuit q̃ audiendi. Ci. đ. N. 13.a.
Omnis hac in re habenda ratio & diligentia est, primũ ut &c. Ci. đ Am. 113.a.
Habere concilium. Ci. đ. L. 276.a. ut habere comitia.
Habere modum. Ci. p Clu. 37.a.
Habere rationem absentis. Ci. At. 176.a.
Habere rationem dierum. Ci. I. V. 150.a.
Habere censum, & habere æstimationem. Ci. I. V. 235. a. l. Census.
Habere animos aliquorum inimicos. Ci I. V 273.b.
Habere prouinciam uel imperium. Ci. Ep. 17.a.
Habere multum negotij atq; oneris. Ci. I. V. 243.a.b.
Habere sapientiã iunctam eloquentiæ. Ci. đ Or. 156.a. & 132.b. Cum ille haberet filium delicatiorem.
Habere de rep. cum aliquo. Ci. I. V. 73.a.
Vt is uictu cæterisq; rebus q̃ liberalissime commodissimeq; habeatur. Ci. I. V. 250.a.
Nostri nihil in bello sine extis agũt, nihil sine auspicijs domi habent. Ci. đ. D. 100.a.
Vt se initia dederint. Ci. At. 51.b. i. habuerint.
Habere rem communem cum aliquo. Ci. Ep. 144.b.
Quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ. Ci. Ep. 99.a. Video iam quo inuidia transeat & ubi sit habitura. Ci. At. 28.a.

Habilis, le. Ci. đ Or. 94.b. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in hisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati sed ab aliquo Deo ficti esse uideantur.
Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. Ci. đ Leg. 161.a.
Res aptæ, habiles, & accommodatæ ad naturam. Cic. đ Fin. 118.b.
Calceis Sicyonijs non uterer, q̃uis essent habiles et apti ad pedem. Ci. đ Or. 105.a.
Habilitas, tis. Cic. đ Leg. 161.b. Omitto habilitates opportunitatesq; reliqui corporis.
Habitabilis, le. Ci. Tus. 158.a. Regio habitabilis. & đ Som. 123.b. Duo sunt habitabiles, quorũ australis &c.
Habitatio, onis. usus. Ci. Ep. 203.a. Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. & p Cęl. 40.b. Sumptus abiectus est habitationis, XXX millibus dixisti eũ habitare
Habitator, oris. incola. Ci. Q. Fr. 309.a. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt.
Homines incolæ atq; habitatores &c. Ci. đ. N. 54.a. & 44.a. Habitator in hac diuina domo.
Habito, as. colo, incolo, domicilium habeo, sum.
Ci. I. V. 108.b. Is Lilybei multos iam annos habitat.
Coliturq; ea pars urbis & habitatur frequentissime. Ci. I. V. 218.a. & đ. D. 127.b. Omnis terra, quę incolitur.
Deinde sine te natura castellum munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est necessarium. Ci. At. 41.a.
Cum apud eum non modo Thermis sępenumero fuisset, sed etiam habitasset. Ci. I. V. 125.b.
Si essent, qui sub terra habitarent bonis & illustribus domicilijs. Ci. đ. N. 45.a.
C. Anianus, qui habitat in tuo sacrario. Cic. Ep. 203.a.
Cuius in ędiculis habitat decem millibus. Cic. p Cæl. 40.b. Habitare in domo alterius uel sua. Ci. In Sal. 274.a. Oẽs, qui habitarẽt in Sicilia. Ci. I. V. 168.b.
Habitari ait Xenophanes in Luna. Ci. Acad. 31.a.
Habitare in aliqua parte urbis. Ci. I. V. 253.a.
Habitare in carcere. Ci. ꝯ Rul. 86.b.
Habitare i gurgustio. Ci. đ. N. 6.b. & habitare melius.
Vides habitari in terra raris & angustis in locis. Cice. đ Som. 129.a.
Demigrandum potius aliquo q̃ habitandum in hac urbe. Ci. p Dom. 233.a.
Stultę Aquinates, sed tamen in uia habitabant. Ci I. A. 280.b. Sumptus unius generis obiectus est habitationis, triginta millibus dixistis eum habitare. Cic. p Cæl. 40.b. Iste habitare laxe & magnifice uoluit. Cic. p Dom. 236.a. & At. 269.b. Neq; tamen non in primis bene habitauit.
Habitare & pernoctare cum aliquo. Ci. Tus. 241.b.
Filia cum patre habitat. Ci. I. V. 89.a.
Viuere & habitare cum aliquo. Ci. At. 235.b.
Commorandi natura diuersorium nobis non habitandi dedit. Ci. đ Sen. 94.b.
Habitare apud aliquem. Ci. p Clu. 24.a. & Ep. 235.a. & I. C. 101.a.
Diodorus, quem a puero audiui, qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me. Ci. Acad. 19.a.
Diodorus habitauit apud me uixitq;. Ci. đ Cla. 194.a.

& p Cael.48.a.

Qui potest igitur habitare in beata uita summi mali me tus? Ci.d Fin.84.a.

Alioqui quonammodo ille in bonis haerebit & habitabit suis? Ci.Or.101.b.

Theophrastus, ut scitis, habitauit in eo genere rerū. Cic. d Leg.186.b. *aliter, abundauit.*

Illi autem qui hoc solum colendum putabant, habitarūt in hoc uno ratione tractando. Ci d Or.123.a.

Abfueris tandiu, ut cum longo interuallo ueneris, cum ijs qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. Cic. p Mur.128.b.

Diserti quidem Q. Varius C. Carbo, & ij, quidem habitabant in rostris. Ci.d Cla.193.b.

Hic etiam fautores Antonij, quorum in uultu habitant oculi mei, tristiores uidebam. Ci.I.A.239.b.

Habitudo, nis. habitus. Ad Her.27.a. *Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.*

Habitus, a, um. Ci.Ep.146.b. *Quorum nemo consularis habitus est.*

Habitus, tus. *affectio, affectio manens, consuetudo, exercitatio confirmata, ornatus, habitudo, figura uel forma.* Ci.d In.65.b. *Habitus in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere, uirtus, scientia &c.*

Habitus est enim aut corporis constans & absoluta aliqua in re perfectio, ut uirtutis aut artis perceptio alicuius, aut quæuis scientia. Ci.d In.50.a.

Quæ industria comparantur ad habitum pertinent. Ci. d In.50.a. *Habitus uirtutis, & usus uirtutis, quē actiā uocant.* Ci Acad 46.a.

Habitus, ut facile & cito irascatur Ci.Top.226.a.

Iustitia est habitus animi &c. Ci.d In.82.a.

Cū eū ad rationis habitum perduxerit. Ci.d Fl.114.b.

Quosdam sine doctrina naturæ ipsius habitu prope diuino per se ipsos moderatos & graues extitisse. Ci.pro Arch.181.b.

Moderati æquabilesq; habitus. Ci.d Fin.133.a.

Q. Metellus cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis uiribus ereptus est uniuersæ ciuitati. Ci. p Cael.50.a.

Qui non tam habitus corporis opimos q̃ gracilitates, cō sectentur. Ci.d Clo.170.a.

Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis, procerum & tenue collum, qui habitus & quæ figura non procul abest a uitæ periculo. Ci.d Cla. 194.a. *Habitu extorum & colore declarari futura.* Ci.d D.134.a.

Exta quorum ex habitu & colore futura percipiuntur. Ci.d D.107.b.&.114.b. *Cum pecudum exta in eundem habitum se coloremq; conuerterint.*

Himera in muliebrem figuram habitumq; formata. Cic. I.V.126.a.&.201.a. *Signa duo uirginali habitu atq; uestitu.* *Prudens ex ipsius habitu ex aliqua re externa indicandus est.* Ci.d Leg.165.a.

Quæ est enim natura quæ se unq̃ deserat? aut partem aliquam sui? aut eius partis habitum aut uim? Ci.d Fin. 113.b.

Corporis mediocris habitus. Ci.d Cla.194.b.

Habitus oris. Ci.d N.21.a. *figura uel forma.*

Habitus oris & uultus. Ci.d F.n.101.b.

Si habitum orationis & quasi colorem aliquem requiris. Ci.d Or.161.b.

Orationis eius tanquam habitus erat non inurbanus. Ci d Clo.185.a. *Exercitatio ex qua consuetudo gignitur.* Ci.d Or.141.b.

Is conuiuij exercitationem cum intolerabili petulātia tū diuturna impunitate muniuit. Ci. p Dom.213.b.

Hactenus. ad hunc diem.

Ci.At.75.a. *Sed hactenus, præsertim cum &c. & ibi. Ergo hæc quoq; hactenus, redeo ad urbana.*

Sed hæc hactenus, ne uidear &c. Ci.At.210.b.

Sed hactenus. Ci.At.255.b.

Idonea mihi C. Lęly persona uisa est, quæ de amicitia loqueretur. Ci. ď Am. 96. a.

Quædam ratio, de qua dicetur idoneo loco. Ci. ď Leg. 260. b. & 171. a. Lex est ratio mensq; sapientis, ad iubendum & ad deterrendum idonea.

Res est idonea, de qua quęratur. Ci. Acad. 5. b. & 6. a.

Homines digni, quibus cum disseratur.

Falernum mihi semper idoneum uisum est diuersorio. Ci. Ep. 92. b.

Hæc res non est idonea dignitate tua. Ad Her. 17. a.

Idoneum tempus, locus opportunus. Ci. ď In. 48. b.

Idoneus ad aliquid agendum. Ci. ď Fin. 139. a.

Imagines ad monendum idonęę. Ad Her. 22. b.

Cum statum auditoris animũ nobis idoneum reddimus ad audiendum. Ad Her. 1. b. & ibi. Idonea uerba.

Lex apta & idonea ad iubendum & uetandum. Cic. ď Leg. 171. a.

Idus, duum. Ci. Ep. 2. b. Nam hæc idibus mane scripsi.

Iecur, oris. Ci. ď. N. 21. a. Cerebrum, cor, pulmones, iecur. & 53. b. Quędam a medio intestino usq; ad portas iecoris, (sic enim appellant) ductæ uiæ.

Singulis iecorum fissis non interesse deum. Ci. ď. D. 104 b. & Caput iecoris. 115. a.

Tũ iecore opimo farta et satiata affatim. Ci. Tus. 180. a.

Iecusculum, li. paruum iecur. Ci. ď. D. 115. a. l. Musculus.

Ieiune. Ci. Or. 208. a. Satura ieiune dicere. & ď Ora. 89. a. Videmus ijsdem de rebus ieiune quosdam & exiliter disputauisse. X. copiose.

Ieiunius dicere aliquid. Ci. ď Fin. 94. a.

Ieiune agere. Ci. Acad. 28. a.

Ieiunitas, tis. tenuitas. X. ubertas & copia.

Ci. ď Cl. 182. b. Cauẽda est oratori inopia & ieiunitas.

Ieiunitas bonarum artium eorum, qui de dicendi ratione scripserunt. Ci. ď Or. 109. b.

Ieiunitas, & siccitas, & inopia. Ci. ď Cla. 191. a. b.

Alij in eadem ieiunitate concinniores. Ci. Or. 198. b.

Verborum ieiunitatem & famem se malle, q̃ ubertatem & copiam dicerent. Ci. Tus 175. b.

Ieiunus, a, um. Cic. Ep. 207. b. Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem.

Theodorus ĩ arte subtilior, in orationibus ieiunior. Ci. ď Cla. 168. b. Antonium ieiuniorem, Crassum pleniorem fuisse. Ci. ď Or. 144. a.

Ieiuna concertatio uerborum. Ci. ď 114. b.

Misera & ieiuna plebecula. Ci. At. 53. a.

Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. Ci. Or. 206. b.

Solinaga cognatio & ieiuna uideatur. Ci. Off. 32. a.

Quidam nimis ieiuno aio & angusto. Cic. I. A. 261. b.

Iens, euntis. Ci. At. 210. b. Nonis Quintil. ueni in Tusculanum iens ad Brutum. & 60. a. Iens in Põpeianum bene mane hæc scripsi.

Igitur. ergo. Ci. Or. 206 b Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus.

Habes igitur Tubero &c. Ci. p Lig.

Ordiamur igitur a sensibus. Ci. Acad. 6. a.

Quid ergo esset id? uisum credo, quale igitur uisum. Ci. Acad. 19. b.

Ignarus, a, um. imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus, nec opinans.

Ci. ď. N. 37. a. Vt plerię dicũt Physicę rationis ignari.

Oratorem ne Physicorum quidem esse ignarum uolo. Ci Or. 207. b.

Ignarus sum quid agatur. Ci. Post. 208. a.

Ignari quid uirtus ualeret. Ci. p Sest. 16. b.

Pueri sæpe indicarũt aliquid ad quod pertineret ignari. Ci. Top. 227. b.

Nunq̃ tandiu ignarus rerum mearum fui. Ci. At. 73. a. & Ep. 105. b. Ignarus instituti mei.

Homo ignarus legum. Ci. ď Or. 88. a. l. Expers.

Non sum ignarus, quibus ea rebus consequaris. Cic. de Or. 92. a. & Tus. 175. b.

Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atq; insolẽs. Ci. ď Or. 102. b.

Attamen ignarus ille, qui consules essent, æstuans se è curia repente proripuit. Ci. ď Ar. 243. b.

Homo ignarus faciundæ orationis. Ci. ď Or. 90. b.

Ignates, tum. Ci. p Cor. 64. b.

Ignauia, uiæ. X. fortitudo. Cic. ď In. 82. b. Fortitudini contraria est ignauia, iustitiæ, iniustitia.

Recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. Ci. Tus. 193. a. & Ep. 27. a.

Vtinam nihil detis, ut potius uestra iniuria q̃ ignauia mea cessem. Ci. Q. Fr. 313. a.

Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodijs tegere. Ci. p Rab. 95. a.

Nec tua ignauia etiam inertiam afferet. Ci. Ep. 196. a.

Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Ad Her. 2. a.

Ignauiter. Ci. At. 241. a. Quęris an ego cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam. Hircius.

Ignauus, a, um. iners. X. fortis. Ci. ď. N. 55. b.

Ci. ď Sen. 84. a. Iners, ignaua, & somniculosa senectus.

Pœna ignauis ab imperatoribus constituitur. Ci. p Cecin. 293. b.

Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidem a philosophis ἀργὸς λόγος. Ci ď Fat. 146. a. & ibi. Recte hoc

genus interrogationis ignauum & iners nominatū est.

Ignesco, scis.

Ci.d.N.49.b. Ad extremum omnis mundus ignescet.

Igniculus, li. Ci.d Leg.162.b. Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a natura dati.

Natura homini dedit talem mentem, quę omnem uirtutem iā posset accipere, ingenuitq; sine doctrina notitias paruas rerum maximarum, & quasi instituit docere & induxit in ea, quæ inerant tanq̄ elementa uirtutis. Cic. d Fin.139.a.

Natura paruos nobis dedit igniculos. Ci.Tus.190.a.

Quasi uirtutum igniculi & semina. Ci.d Fin.128.b.

Sed tamen interdum nonnullos, iacit igniculos uiriles. Ci.At.149.a. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui. Ci.Ep.255.a.

Igniculus matutinus. Ci.At.186.a.

Ignis, gnis. flamma, incendium.

Ci.d.N.31.a. Lapidum conflictu atq; tritu elici ignem uidemus. Ignis omnibus rebus uitalem impertit calorem. Ci.d.N.31.b. & .49.b. Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat.

Ignis in aquam coniectus continuo extinguitur & refrigeratur. Ci.p.Q.R.47.b.

Ætherea flammatus Iupiter igni. Ci.d.D.83.b.

Nulla materia nisi admoto igni ignem concipere potest. Ci.d Or.125.b.

Pati ab igne ignem capere. Ci.Off.11.a.

Omnem uim esse ignem. Ci.d.N.66.b. & ibi de Heraclito & de calore, & de igne, qui permanere non potest nisi alatur, & omnem ignem pastu indigere.

Ignobilis, le. humilis, ignobili loco natus, infimo loco natus, obscuris ortus parentibus, unus de multis, de populo, humili atq; obscuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere & fortunæ gradu, homo tenuis et obscuro loco natus, cuius uis & fortunæ conditio infima est, cuius stirps & genus ignoratur, qui parentibus natus est humilibus, homo ignotus & sordidus, obscurus, abiectus & obscura familia, nullo splendore uitæ, nulla commendatione famę, nulla commēdatione maiorum, homo per se cognitus, ignobilis sine uirtute sine ingenio uita etiam contempta & sordida, omnium infimus & sordidissimus, humilis sanè & minime generosus, (ut ita dicam) ortus amicitiæ, inferiori genere hominum, & infimorum hominum filij, quibus nec pater nec mater sit, terræ filius, minorum gentium. ✕. clarus, præstans, rerum multitudine nobilitatus. Ci.Part.233.a.

Ci.p Clu.40.b. Si quis autem hac una nititur, quod sit ignobilis, procedit &c.

Inglorius atq; ignobilis senex. Cic.Tus.202.b.203.a.

Demetrius non ignobilis dicendi magister. Cic.d Cla.294.b. Qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. Ci.p Cecin.287.a.

Mulier ex familia non ignobili. Ci.I.V.241.a.

Ignobilitas, tis. humilitas, humilitas generis, obscuritas, conditio atq; fortuna hominum infimi generis.

Ci.p.S.R.33 a.b. Iam quas nemo propter ignobilitatē nominat, sexcenti sunt.

Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas &c. Cic. Tus.234.a.

Obijcere ignobilitatem generis alicui. Ci.p Mur.127.b

De ignobilitate & nobilitate generis. Ci.I.A.186.b.

Ignominia, niæ. infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes.

Ci.p Quint.18.b. Dedecore, macula, turpissimaq; notari. & .I.A.213.a. Notare aliquem ignominia.

Omnia alicuius uitæ ornamenta per summum dedecus & ignominiam diripi. Ci.p Quint.12.a.

Ferre ignominiā & īfamiā sine dolore. Ci.Tus.218.b

Labes ignominiaq; mortis. Ci.p Rab.96.a.

Calamitatem ad quempiam per summam iniuriam ignominiamq; peruenire. Ci.I.V.199.a.

Cum ignominia & dedecore mori. Ci.d.D.133.a.

Imponere iniuriā alicui sine ignominia. Ci.p Quī.18.a.

Qui ignominia mortuum affecerit. Ci.p.S.R.37.a.

Ignominijs omnibus appetitus. Ci.p Quint.18.a.

Ignorabilis, le. Ci.d In.74.b. Quod non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

Ignorans, tis. ignarus. Ci.At.284.b. Iuuat enim magnifice loqui, & certe decet aduersus ignorantes, quid pre quoq; timendum aut a quoq; petendum sit.

Hęc igitur & horum similia iura ignorātem negari uel sum & erectum &c. flagitiosum in primis putandū est.

Homo sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis. Ci.I.V.223.a.

Ignorantia, tiæ. ignoratio, inscitia, inscientia.

Ci.p Fla.156.a. Vbi adolescentes nihil possent discere nisi ignorantiam literarum.

Res frumentaria ad M.Scaurum per ignorantiam translata. Ci.p Sest.11.a.

Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis in famulatu fuerunt. Ci.d Am.109.b.

Ignoratio, onis. ignorantia. ✕. scientia.

Ci.p Syl.174.b. Nam cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Causarum ignoratio in re noua mirationem facit, eadem ignoratio, si in rebus usitatis sit, non miramur. Ci.d.D.118.b.

Versari in summa rerū oīum ignoratione. Ci.d.N.1.b.

Ignoratio sui. Ci.p Cin.40.a. & Ignoratio suarum copiarum. Ci.At.115.b.

Peripateticorum consuetudo dicendi nō satis acuta propter ignorationem dialecticę. Ci.d Fin.99.a.

Ignoratio iuris. ✕. scientia iuris. Ci d Leg.159.b.

Decori ignoratione in oratione sæpissime peccatur. Ci. Ora.103.a.

Obscuritas & ignoratio causarum. Ci.Acad.44.b.

Ignoro, as. sum ignarus, sum nescius, prorsus ignoro, nec usu nec ratione aliquid cognitū habeo. Ci.Am.106.a.

Ci.Top.221.a. Rhetor ille Aristotelica se ignorare respondit. At uero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe uersaris? tuę peregrinantur aures? neq; in hoc peruulgato ciuitatis sermone uersantur? Ci.p Mil.107.b.

Scrupulus, quem non ignoras. Ci.At.75.a.

Quod quidem tu minime omnium ignoras. Cic.Ora. 219 a.

Cum

Cum ignorante rege uter eorum esset Orestes, Pylades etc. Ci. de Am. 100. b.

Octauij eloquentia, quæ fuerat ante consulatum ignorata. Ci. de Cla. 180. a.

Si ita putes et causam et me uehementer ignoras. Cic. pro Rob. 127. b. et Acad. 2. a. et ad Her. 16. a.

Domitius ignorat de filio. Ci. At. 132. b.

Quid ergo? istam uoluptatem Epicurus ignorat? Cic. de Fin. 65. a.

Non enim ignoro etc. Ci. de N. 75. b.

Ignosco, scis. parco, concedo, ueniam do, remitto. Ci. At. 109. b. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa totiens. et. 264. a. Ignosce mihi, quod etc.

Et mihi quæso ignoscite, si appello talem uirum sæpius. Ci. pro Rul. 75. b. et Ep. 55. a.

Quam Deam iste idcirco bonam ducit, quod in tanto sibi scelere ignouerit. Ci. de Ar. 252. a.

Quod nulla Barbaries posset ignoscere. Cic. I. A. 259. b. aliter, agnoscere.

Sceleris pœnam prætermittere, (id enim est quod uocatur ignoscere.) Ci. At. 283. b.

Cui maximorum scelerum uenia nulla ad ignoscendum dari potest. Ci. I. P. 101. a.

Ad eius facti deprecationem ignoscendi petendo uenia est. Ci. Part. 241. b.

Illi quibus ignotum non est, in Africam dicuntur nauigaturi. Ci. At. 179. a. Quibus in simili excusatione non sit ignotum. Ci. de In. 74. b. 75. a.

Si tali de causa alijs quoque ignotum sit. Ad Her. 11. a.

Sed hoc ignoscant Dij immortales uelim et populo rom. et huic ordini, qui etc. Ci. I. A. 151. b.

Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas. Ci. At. 2. a.

Qui et præteritis ignoscis et concedis futuro. Cic. ad Cæs. Iun. apud Non.

Si facile inueneris quid dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ. Ci. Ep. 44. a.

Ignotus, a, um. qui in hominum ignoratione uersatur, obscurus. Ci. At. 75. b. Ille tibi non ignotus cursus animi mei. Ius applicationis obscurum sanè et ignotum patefactum est. Ci. de Or. 99. b.

Res tanta et ignotis et Barbaris tam dementer credita. Ci. I. C. 116. a. Ignotus homo et repentinus Quæstor celeriter factus est. Ci. de Clo. 187. a.

Ignotissimus Phryx. Ci. pro Fla. 154. b.

Res in uulgus ignota. Ci. At. 137. b.

Ilias, dis. Ci. At. 125. a. Non multo inquam secus possum uaticinari, tanta malorum impendet Ilias. et pro Arc. 190. a.

Ilium, lij. Cic. de D. 85. b. Achiui ita profecti sunt ab Ilio, ut etc.

Illabor, ris. influo. Ci. de N. 53. a. In stomachum primo illabuntur ea quæ accepta sunt ore.

Sensim pernicies illapsa in ciuium animos. Ci. de L. 177. b.

Voluptas ad sensus affluit et illabitur. Ci. de Fin. 57. a.

Illacrymor, aris. Ci. de N. 76. b. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari soleo Platonem legens.

Illacrymansque dixit etc. Ci. de Sen. 82. b.

Illædo dis. Ci. In Vat. 29. b. Num Heliam, num Fusiam legem illæseris?

Illaqueo, as. irretio. Ci. de Ar. 245. a. Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus etc. impeditus.

Ille, a, ud. Ci. de Or. 88. b. Qui cum illis unà ipsum illum Carneadem diligentius audiuerat.

M. Catonem illum sapientem clarissimum uirum et prudentissimum accepimus etc. Ci. I. V. 65. a. b.

Mnesarchus auditor Panætij illius tui. Ci. de Or. 88. b.

Medea illa ex ponto quondam profugisse dicitur. Ci. pro Pom. 8. a. Ea longe Academiæ illi tuum hoc gymnasium antepono. Ci. de Or. 93. a.

A qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a uoluptate. Ci. Ep. 67. b.

Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meministi, solitus est etc. Ci. de Or. 161. a.

Contraque pater eius ille, qui T. Gracchi conatus perditos uindicauit. Ci. Off. 22. b.

Chrysippus ipse, ille diuinationis author. Ci. de D. 121. a

Habebat inimicum C. Marium sextum iam illum consulatum gerentem. Ci. pro Sest. 11. a.

Quibus ludis Senatui locum P. Africanus iterum consul ille maior dedit. Ci. de Ar. 249. a.

Denique a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille etc. Ci. de Or. 113. b.

Quod nostrum illum non fugit Catonem. Ci. de In. 43. a.

Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quàm sit bellum cauere malum, scire possumus. Ci. de Or. 106. b.

Ipse ille animus idem meus etc. Ci. Postquam. 211. b.

Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. Ci. pro Mar. 132. a.

Qui circum eum illum sunt. Ci. At. 144. a.

Ego ille ipse uindex æris alieni. Ci. At. 23. a.

In illo ipso loco comprehensus es. Ci. de Or. 124. a.

Huic illi legato etc. Ci. pro Fla. 157. a.

Fuit illa ista quondam in hac rep. uirtus. Ci. I. C. 97. b.

Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non satis acuti etc. Ci. Off. 59. b. et de D. 121. a.

Ex Asia nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolobella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Ci. Ep. 187. a.

Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem uiris sed in rep. rudibus non probatur. Ci. ad Bru. 283. b.

Quid quæris? dum illum rideo, penè sum factus ille. Ci. Ep. 22. b. et ibi. Itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum, scis quem dico.

Illecebra, bræ. inuitamentum, incitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum.

Ci. I. C. 106. a. Iam uero, quæ tanta unquam in ullo homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo?

Voluptas est illecebra turpitudinis. Ci. de Leg. 162. a.

Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. Ci. pro Mil. 110. a. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli ac laboris. Ci. pro Cæl. 39. b.

Illecebræ blandæ uoluptatis. Ci. Tus. 210. b.

Deliniri illecebris uoluptatis. Ci. Ep. 253. a.

Adolescentem corruptelarum illecebris irretire. Cic. I. 200. a. Suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum decus. Ci. de Som. 130. b.

Q ui se uitiorum illecebris & cupiditatum lenociniis dediderunt. Ci. p Sest. 26. b.
Oia flagitia uoluptatis illecebris excitari. Ci. d Se. 85. a
Illepidus, a, um. Ci. d N. 74. b. Parens auarus, illepidus, difficilis in liberos.
Illiberalis, le. Ci. Off. 30. a. b. Quaestus illiberalis ac sordidus. & ad Her. 20. a.
Res ad cognoscendum non illiberalis. Ci. d Or. 97. a.
Genus iocandi illiberale, petulans, flagitiosum, obscoenum. Ci. Off. 21. a.
Sed eum ab illiberali labore deterret. Ci. d Fin. 49. b.
Illiberalis in aliquem. Ci. Ep. 203. a.
Illiberalitas, tis. Ci. At. 122. a Malo Tironis uerecundiam in culpa esse q̃ illiberalitatem Curij.
Illiberaliter. Ci. At. 152. b. Nihil ab eo neq; indiligenter neq; illiberaliter.
Illicio, cis, xi, ctum. Cic. d. N. 73. a. Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum.
Similitudo illicit ad amicitiam. Ci. d Am. 105. b.
Libido ad id quod uidetur bonum illecta & inflammata rapitur. Ci. Tusc. 111. b.
Illicitus, a, um. Ci. p Clu. 33 b. Multitudinem illicitum est contradicere. *
Illico. continuo. Ci. p Mur. 119. a. Simulatq; increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt.
Illico'ne ad praetorem ire conuenit? Ci. p Quint. 8. b.
Aiulius illico conualescit. Ci. p Clu. 25. a.
Magna illico fama surrexit. Ci. Ep. 116. b.
Nec si omne &c. sequitur illico, causas &c. Cic. d Fat. 145 b.
Illido, dis. Ci. d Ar. 256. b. Iam ista serpens compressa atq; illisa morietur.
Illigatus, a, um. Ci. d Or. 114. a. Philosophi angustis et concisis disputationibus illigati.
Illigo, as. i. Illigatus. Ci. I. V. 212. b. Simulacra scite in aureis poculis illigabat.
Orator illigat sententiam uerbis. Ci. d Or. 159. a.
Genus dicendi in quo omnes illigantur uerborum lepores. Ci. Or. 205. b.
Qui sermonibus eiusmodi nolim personas tam graues illigari. Ci. Acad. 1. b.
Paean commodissime in solutam orationem illigatur. Ci. Or. 218. a.
M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris religatum in machina uigilanda necauerit. Ci. I. P. 88. b.
Illinc. Ci. At. 140. a. Sed cum eadem metuã ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quid uis domi perpeti.
Omnem amorem abiecit illinc atq; in hanc transfudit. Ci. I. A. 175. a. i. ab illa.
Post exercitu sollicitato fugit illinc. Ci. d Ar. 253. b.
Illinc Spintherem expecto. Ci. At. 107. a. i. Hinc.
Illino, nis. Ci. d Or. 161. b. His tribus figuris insidere quidam uenustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.
Illiquefactus, a, um. Ci. Tusc. 213. a. Ad perfundendum animum tanq̃ illiquefactae uoluptates.
Illiteratus, a, um. idiota. Cic. d Or. 111. a. Vir bonus & non illiteratus.
Illiteratus. X. doctus. Ci. p Fla. 147. b.
Incidunt in sermone uario multa, quae fortasse illis nec illiterata nec insulsa esse uideantur. Ci. Ep. 136. a.
Illuc. Ci. d Or. 100. a. Huc atq; illuc intueri &c.
Illucesco, scis, illuxi. Ci. p Mil. 114. b. Erit erit illud profecto tempus & illucescet aliquando ille dies, cũ tu etc.
Cũ laetissimus ille ciuitati dies illuxisset. Ci. At. 283. a.
Cum tertio die sol illuxisset. Ci. d. N. 45. a.
Qui dies post occasum nostrum reip. primus illuxit. Ci. I. P. 8. b.
Quis enim iste dies illuxerit, quaero. Ci. Acad. 18. a.
Cum autem is dies illuxisset, magna seditio &c. Cic. de D. 92. a. Cum populo rom. uox & authoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit. Cic. p̃ Rul. 65. a.
Quae non insequens hora antecedente calamitosior populo rom. illuxit? Ci. Off. 319. b.
Q uem potes recordari in uita tibi illuxisse diem laetiorem. Ci. I. A. 158. b
Dies, qui ut illuxit &c. Ci. Tusc. 173. a.
Illudo, dis. ludo, ludificor. Ci. d Or. 92. a. Carneades rhetorum praecepta illudere solebat. et. 130. b. Miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant. & 106. a. Cum illud nimium acumen illuderes & admirarere ingenium Scaeuolae, qui excogitasset nasci prius oportere q̃ emori. & 158. b. Illudere in aliquem.
Hic illudit authoritati nostrae. Ci. p Dom. 234. a.
Alicuius miseri fortunis aut alicuius dignitati illudere. Ci. p. S. R. 27. a.
Illuseras heri inter Scyphos. Ci. Ep. 105. b.
Illuminate. Ci. d Or. 147. b. l. Distincte.
Illumino, as. lucem uel lumen affero, lumen praefero, lumina praefero, collustro.
Ci. d Or. 161. a. Haec sunt ferè, quae sententijs orationẽ illuminent. & Or. 204. b.
Illuminare orationem ijs luminibus, quę etc. quibus orationem ornari & illuminari puto. Cic. d Ora. 145. a. & 152. a.
Luna a sole illuminata graniditates & partus affert. Ci. d. N. 49. b. Corona aurea magnis fulgentibus gẽmis illuminata. Ad Her. 39. a.
Illusio, onis. Ci. d Or. 161. b. Et huic adiuncta illusio.
Illustris, stre. clarus, nobilis.
Ci. I. V. 79. b. Et hinc homines maxime illustres, qui & ipsi noti sunt, & alios optime norunt.
Rhegini quidam illustres homines eò uenerunt Romã sanè recentes. Ci. At. 255. b.
Homo illustris honore ac nomine. Q. d Pet. 210. b. & d Cla. 171. a.
Sanè illustris orator. Ci. d Cla. 175. b.
Tam illustre ac nobile domicilium. Ci. I. V. 243. b. & 93. a. Tam illustris ciuitas.
Quis enim uir illustrior utitur fortibus? Ci. d. D. 126. b
Bonum & illustre domicilium. Ci. d. N. 45. a.
Nomen Themistoclis illustrius est q̃ Solonis. Cic. Off. 25. b. Illustrissimum orbis terrarum monumentum. Ci. Antequam. 196. b.
Illi quorum uita remota ab hoc honore populari, et ab

hac illustri gratia est. Ci. p Dom. 212.b. & 230.a. In eius uita nihil est ad laudem illustrius quam calamitas.
Defendi multas causas illustres. Ci. đ Sen. 24.b.
Quis audeat luci? quis bene commutum? quis illustrem aggredi? Ci. I. A. 144.b.
Habere uisum quendam insignem & illustrem? Cic. đ N. 4.b. Hęc quę testata sunt et illustria. Ci. Ep. 181.b.
Illustris locus. X. obscurus. Ad Her. 22.a.
Ne illius iniuriam faciam illustrem. Ci. At. 58.b.
Hæc uides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. Ci. Ep. 8.a.
Illustribus igitur rebus insistis. Ci. Acad. 23.b.
Facta illustria & gloriosa. Ci. đ Fin. 56.b.
Sed nunquam illustrius. Ci. Ep. 155.a.

Illustro, as. illumino, collustro. Ci. I. V. 216.a. Fulgere auri collucere & illustrari templum.
Patefacere & illustrare obscura. Ci. đ Ora. 99.b. & đ Am. 114.b. Patefacere & illustrare ueritatem.
Distinguere & illustrare orationem. Ci. đ In. 07.b.
Illustrare artes oratione. Ci. đ Or. 90.a.
Translata uerba quasi stellæ illustrant orationem. Cic. Or. 205.a. Genus hoc scriptionis nondum est satis latinis literis illustratum. Ci. đ Cla. 185.b.
Illustrare philosophiam latinis literis. Ci. Acad. 39.b. & Tus. 149.a.
Consilia inita contra uos illustrabuntur, ut ab omnibus perspici possint. Ci. I. C. 115.b.
Qui libri populi rom. nomen illustrant. Ci. p Arc. 189.b
In ista tua maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam. Ci. p Dom. 228.b
P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit. Cic. Off. 43.a. Signa quibus ueritas illustrari solet. Cic. pro Cæl. 51.b. i. probari.
Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Ci. Ep. 6.a.
Illustrare aliquem laudibus. Ci. Ep. 79.b.

Illuuies, ei. Ci. Tus. 196.a. Pectus illuuie scabrum.

Illyricum, ci. Ci. At. 159.a. Pompeius per Illyricum proficiscitur in Galliam. & 161.b.

Imago, nis. simulacrum, species, exemplar.
Ci. đ. N. 22.b. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi, species duntaxat obijcitur quædam.
Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. Ci. đ D. 130.b. & ibi. Imagines fluere a corporibus solidis et a certis figuris.
Imagines extrinsecus in animos nostros irrumpunt. Ci. Acad. 31.b. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur. Ci. đ Fin. 53.a.
Vt effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. Ci. p S. R. 26.a.
Si imaginem iudiciorum aut simulachrum aliquod in ciuitate futurum putasset. Ci. p Sest. 9.b.a. & .0.b. Vnum te aliquem ex barbatis illis exemplum ueteris imperij, imaginem antiquitatis diceres intueri.
Imagines familiæ. Ci. ȝ Rul. 66.a.
Imaginem nullam reip. relinquent. Cic. ȝ Rul. 83.b. & uestigium nullum.
Filius tuus imago animi & corporis tui. Ci. Ep. 84.b.
Imago animi uultus est, indices oculi. Cic. đ Or. 163.b.
Mens intenta in eas imagines &c. Ci. đ. N. 11.b.
Est uero inquam notum signum, imago aut tui clariss. uiri. Ci. I. C. 113.a. Memoriam & imaginem patris tui tibi propone. Ci. đ Am. 115.b.
Recordatio meorum temporum, quorum imaginem uideo in rebus tuis. Ci. Ep. 5.b. & .6.a.
Demosthenis imaginem ex ære uidi. Ci. Or. 206.b.
Muta imago. i. pictura. Ci. đ In. 62.a.
Artis imago quædam & similitudo. Ci. đ Or. 141.a.
Agesilaus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse. Ci. Ep. 68.b.
Imaginem Antonij crudelitatis in Dolobella cernitis. Ci. I. A. 232.b.
Gloria uirtuti resonat tanquam imago. Ci. Tus. 190.b.
Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. Ci. đ In. 52.b.

Imbecillis, le. imbecillus. Ci. Ep. 136.a. Fortuna, quam existimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui tanquam fluctum a saxo frangi oportere.
Quàm fuit imbecillis P. Africani filius? Ci. đ Sen. 84.a. & đ Am. 105.a. Amici imbecilles ualent.
Valens an imbecillis. Ci. đ In. 50.a.

Imbecillitas, tis. infirmitas, defatigatio.
Ci. At. 173.b. Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat.
Infirmitas laterum & uirium imbecillitas. Ci. đ Cl. 182.b.
Imbecillitas ætatis non potest grauitatem rerum sustinere. Ci. At. 279.a.
Ista uero imbecillitas & desperatio Cæsarem in cupiditatem regni impulit. Ci. At. 285.a.
Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, et consuetudinem uictus. Ci. At. 194.b.
Imbecillitas fragilitasque humani generis. C. Tus. 228.b
Imbecillitas ualetudinis. Ci. Ep. 95.b. et. 4.b. In hac presertim imbecillitate magistratuum.
Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere. Ci. p S. R. 20.a.

Imbecilliter. Ci. Tus. 245.a. Qui imbecillius horrent dolorem et reformidant.

Imbecillus, a, um. imbecillis, infirmus, debilis, eneruatus, exanguis, parum firmamenti ac uirium habens, tenui aut nulla ualetudine.
Ci. At. 102.a. Nunc in uno ciue resp. ad resistendum imbecilla est. Cum homo imbecillus a ualentissima fera laniatur. Ci. Ep. 95.a. et. 256.b. Malo te sero ualentem quàm statim imbecillum uidere.
Quem neque hoc tempore neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. Cic. Q. Fr. 311.b. et. 313.a.
Marius et ualetudine est et natura imbecillior.
Imbecillus animus facile superstitiosa ista concipit. Ci. đ D. 125.b. et. 134.a Omnem superstitionem imbecilli animi atque anilis esse.
Imbecillus. X. ualens. Ci. đ Fat. 142.a. et p Cęl. 41.b.

Imbellis, le. Ci. Off. 16.b. Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique uideamur.
Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem, Salmasi

da spolia sine sanguine & sudore.
Imber,bris. Ci.I.V.220.a.Erat hyems summa,tempestas perfrigida,imber maximus.
Maximo imbri Capuam ueni Ci.At.114.b.&.108.b.
Magnos & assiduos imbres habuimus.
Cœlum hoc in quo nubes,imbres,uentiq; coguntur.Ci. Tus.157.a. Sæpe lapidum,sanguinis nonnunq̃,terræ interdum,quondã etiam lactis imber effluxit.Ci.d.D. 100.b.&.111.a.Imber lapideus aut sanguineus.& d N.28.b.Imbres lapidei.
Imberbis,be. Cic.d.N.17.b.Iupiter semper barbatus, Apollo semper imberbis.&.77.a.
Imberbis adolescentulus Ci.p Dom.220.b.
Imberbis.X.bene barbatus.Ci.I.C.109.a.
Imbibo,bis. Ci.I.V.74.a.Imbibere animo malam opinionem de aliquo.
Imbuo,is.inficio,combibo. Ci.p Deio.149.a.Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat.
Plerunq; parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremq; deducimur.Ci.Off.24.a.
Animi consuetudine imbuti.Ci.d.N.17.b.
Maximè uestra qua tanta imbueremur superstitione,si uos audire uellemus, ut Aruspices nobis essent colendi. Ci.d.N.12.a & d Fin.61.a.
Hetrusci religione imbuti studiosius & crebrius hostias immolabant.Ci.d.D.99.b.
Nos a maioribus sic instituti atq; imbuti sumus,ut &c. Ci.I.A.228.b. Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere.Ci.At.229.b.
Itaq; puer is imbuendus est bonis moribus.Cic.d Ora. 235.b.&.123.b.Aliquis doctrina liberaliter institutus atq; aliqua iam imbutus usu.
Ad hanc legem non docti sed facti,non instituti sed imbuti sumus.Ci.Or.212.b.& p Mil.103.a.
Omnium hominum mentes imbuit Deorum opinio.Cic. Tus.154.b. Cognitiones uerborum, quibus imbuti sumus.Ci.d Fin.67.b.
Bellũ nefariũ & omni odio imbutum.Ci.p Do.225.a. Cuius sanguine totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est.Ci.p Fonte.282.a.& ibi. Manus imbutæ sanguine. Hac ille crudelitate imbutus neminem pepercisset.Ci.I.A.184.a.
Via Appia latronis sanguine ĩbuta ẽ.Ci.p Mil.105.a. Imbuti sanguine gladij militum nostrorum uel madefacti potius.Ci.I.A.259.a.
Cum autem semel gladium scelere imbuisset,nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio afferret.Ci.
Imbui bonis moribus.Ci.d Fin.91.b.
Imbui opinionum prauitate.Ci.Tus.190.b.
Imbui erroribus.Ci.
Imbutus Dialecticis.Ci.Tus.151.a.
Imbutus,a,um. Ci.d Leg.172.b.His rebus imbutę mẽtes haud sanè &c.
Imitabilis,le. Ci.Or.204.a. Orationis subtilitas uidetur esse imitabilis, sed nihil est experienti minus.
Imitatio,onis. Ci.I.A.261.a. Excellentium hominum uirtutem imitatione non inuidia dignam esse.
Ad quem & huius gloriæ hæreditas & factorum imitatio pertinet.Ci.Off.16.a.
Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis.Ci.p Fla.151.a.
Hanc ingenij præstantiam si minus imitatione consequi possumus,uolũtate certe ꝓxime accedimus.Ci.Of.52.b.
In omni re uincit imitationem ueritas.Ci.d Or.163.a. &.147.b. Vitium imitatione ex aliquo expressum. & 125.b.In eo nihil est nisi falsum & imitatione simulatum &.131.a.Ridiculum,quod ex quadam deprauata imitatione fieri solet.
Multos imitatio decipit breuitatis,ut cum se breues putent esse longissimi sint.Ci.d In.48.b.
Contemplatio atq; imitatio alicuius.l.Contemplatio.
Imitatio est qua impellimur cum diligẽti ratione ut aliquorum similes in dicendo uelimus esse. Ad Her.1.b.
De imitatione multa & pulchra.Ci.d Or.117.a.
Imitator,oris. æmulator,æmulus.
Ci.d Leg.190.b.Non tantum mali est peccare principem,quantum illud, quod permulti imitatores principis existunt. Ille æmulus & imitator studiorum meorum.Ci.p Mar.131.a.
Quorum se isti imitatores esse dicunt.Ci.Or.213.b.
Veterum facinorum imitator.Ci.In Vat.33.a.
Imitator maiorum suorum.Ci.I.A.185.a.
Imitator & narrator facetus.Ci.d Or.129.a.l.Fingo.
Vt multos sæpe imitatores uidi.Ci.d Or.117.a.
Imitor,aris. quasi fingo, simulo, adumbro, exprimo, imitatione exprimo, exemplum ab aliquo trãsfero, sequor, exequor. Cic.d.N.43.b. Archimedem arbitrantur plus ualuisse in imitandis sphæræ conuersionibus q̃ naturam in efficiendis.
Imitatus est homo rom.illum Socratem &c. Ci.d Ora. 104.b.&.117.a.Vitiosa consectari imitando.
Imitari chirographum alicuius.Ci.d.N.74.b.
Sisenna Clitarchum imitatur, quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset.Ci.d Leg.157.b.
Et humor allapsus etc.potest sudorem imitari. Ci d D. 110.b. Credidit eum qui orationem hominum imitaretur facto quoq; imitaturum.Ci.p Quint.3.a.
Imitari aliquem in persona alicuius.Cic.p.Q.R.48.a.
In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est,qui &c.Ci.Off.17.a.
Casus potest imitari ueritatem.Ci d.D.118.b.
Tu ipse tibi imitandus es.Ci.Or.214.a.
Quem imitari atq; exprimere non possumus.Cic.Ora. 198.b.&.203.b Pictor,cum summum illum luctum penicillo non posset imitari &c.
Imitari amictum alicuius aut statum aut motum.Cic.d Or.117.a.& ibi. Sunt tamen omnes in eodem imitandæ ueritatis genere uersati.
Heroum ueteres casus imitari atq; adumbrare dicendo. Ci.d Or.126.a.
Canachi signa rigidiora sunt q̃ ut imitentur ueritatẽ. Ci d Cla.170.b.Myronis nondum satis ad ueritatem adducta, sed etc.&.176.b.L.Cotta cum uerbis tum sono ipso subrustico prosequebatur atq; imitabatur antiquitatem. Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt.Ci.Or.197.a.

Oris

Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. Ci Off. 54. a.
In quo cœna coquus meus præter ius ardēs nihil potuit imitari. Ci. Ep. 139. a.
Hoc imitatur illud, sed non est eiusmodi. Ci. d In. 57. b. & 63. b. Taciturnitas imitatur confessionem.
Ne in quo te obiurgem, id ipsum uidear imitari. Ci. Ep. 38. a. & 27. b. Eas ego fortasse nunc imitor.
Imitari Aristotelem aut Demosthenem. Ci. Acad. 41. a.
Hoc factum est expositum ad imitandū. Ci. I. A. 182. a.
Qui actor in imitanda ꝙ orator in suscipienda ueritate iucundior? Ci. d Or. 111. b.
Signa Myronis nondū satis ad ueritatem adducta. Ci. d Clo. 170. b. Aliquod uitium imitatione ex aliqua expressum. Ci. d Or. 147. a.

Immanis, ne. importunus, ferus. ✕ mitis, mansuetus. Ci. Part. 237. a. Patientiam duritia immanis imitatur.
Istius immanis atꝙ importuna natura. Ci. I. V. 77. b. & 219. a. Hostis ferus & immanis.
Immanis ac fera bellua. Ci. d. N. 58. a.
Vt fero & immanis belluo. Ci. Acad. 27. b.
Tetro & immanis belluo. Ci. Tus. 218. b.
Immanis ac Barbara consuetudo. Ci. p Font. 280. a.
Immanes & Barbaræ nationes. Ci. Q. Fr. 295. a.
Immanes quædam bestiæ. Ci. d Fin. 103 b. & p. S. R. 30. a. Voluptatem immanissimus quisꝙ maxime sequitur. Ci. Part. 237. b.
Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis. Ci. d Ar. 244. b.
Si hac tibi inter cœnam in tuis illis immanibus poculis acidisset. Ci. I. A. 172. b.
Ingens immanisꝙ præda. Ci. I. V. 171. b.
Immanis pecunia. Ci. At. 28. a.
Illa fuit pecunia īmanis, hæc paruula. Ci. p. Q. R. 48. b.
Immane facinus. Ci. p. S. R. 29. b.

Immanitas, tis. feritas, diritas. Ci. I. C. 100. a. Ne tanti facinoris immanitas non uindicata esse uideatur. Omni diritate atꝙ immanitate teterrimus. Ci. In Vat. 30. b.
Feritas atꝙ agrestis immanitas. Ci. d. D. 93. a. & Off. 32. a. Feritas quædam & immanitas.
Immanitas ferarum. Ci. d. N. 46. a.
Temperantiam immanitas in uoluptatibus aspernandis imitatur. Ci. Part. 236. b. 237. a.
Esse gentes īmanitate sic efferatas, ut &c. Ci. d. N. 14. a.
Cuius tanta non insolentia sed immanitas &c. Cic. Ep. 143. b. Immanitas in animo, stupor in corpore. Ci. Tus. 192. b. Nisi tot uitiorum tanta immanitas quibusdam uirtutis radicibus uteretur. Ci. p Cœl. 40. a.

Immansuetus, a, um. Ci. d Leg. 160. b. Gens immansueta atꝙ fera.

Immaturitas, tis. Ci. p Quint. 15. a. Quid hæc festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat?

Immaturus, a, um. crudus, fructus acerbitate permistus. Ci. d Clo. 175. b. Gracchi immaturus interitus.
Seni mors immatura esse non potest. Ci. I. A. 183. a.
Immatura mors uiro consulari non potest accidere. Ci. I. C. 118. b.

Immemor, ris. oblitus. Ci. At. 58. b. Non sum immemor mandati. & 76. b. Tamen surripiendum aliquid putaui spatij, ne me immemorem mandati tui putares.
Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. Ci. I. A. 170. b.
Nec romanorum rerum immemor. Ci. d Clo. 180. a. & ibi. Magna hæc immemoris ingenij signa.
Adeo'ne nobis oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me gestarum esse uideor? Ci. p Syl. 183. a.

Immensitas, tis. infinitas. Ci. d. N. 12. b. Immensitas, latitudinum, longitudinum, altitudinum.
Immensitates camporum. Ci. d. N. 45. b.

Immensus, a, um. profundus, infinitus. Ci. Tus. 164. a. Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio.
Immēsa, infinita, immoderata cupiditas. Ad Her. 12. b.
Ex ingenti immensoꝙ campo in exiguum gyrum compelli. Ci. d Or. 149. b. & 103. a. Ingenij sui finibus immensis aliquam artem describere. & 126. a. In tanta re tamꝙ immensa. & 154. a.
Obseruata sunt hæc tempore immensa. Ci. d. D. 82. b. i. tempore infinito.
Aer immensus & infinitus. Ci. d. N. 7. a. & d Or. 86. b.
Immensa uorago uitiorum. Ci. I. V. 152. a.

Immergo, gis. ingurgito. Ci. p Clu. 24. b. Is se blanditijs in illius consuetudinem penitus immersit.

Immerito. Ci d Or. 138. a. Si immerito &c.

Immigro, as. Ci. d Clo. 190. a. Sic tamen ut non irruisse in alienum locum sed immigrasse in suum diceres.
Ex suis templis in eius ædes immigrare nolebant. Ci. p Dom. 242. a. Cum animus repente in tam insolitum domicilium immigrauit. Ci. Tus. 160. b.
Paucis diebus in domū paternam immigrabit. Ci. I. A. 254. b. Deas in eius domum immigrare noluisset Ci. p Dom. 235. a.

Immineo, es. impendeo. Ci. p Dom. 218. a. Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis.
Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo. Ci. Off. 61 a.
Cum præpotens Carthago huic imperio immineret. Ci. p Cor. 61. b. Mors propter incertos casus quotidie imminet. Ci. Tus. 168. a.
Certior sum factus Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abesse, Ciliciæ magis imminere. Ci. At. 79. a.
Ipse autem hodie in Peti nostri tyrotarichum imminebam. Ci. At. 231. a.
Qui imminere iam cupiditate uidentur in tribunitiam potestatem. Ci. p Dom. 222. b.
Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat. Ci. I. A. 198. a.
Aliquem auaritia hiante atꝙ imminenti esse. Cic. I. V. 135. b. & 265. b. Iste infestus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat.
Coniectis oculis gestu omni imminenti dixit. Ci. d Or. 229. b. Templa deorum immortalium imminet hominum egentium & perditorum spes. Ci. Bru. 91. b.
Homo ad cædem imminens. Ci. p Dom. 216. a.
Imminent duo reges toti Asiæ. Ci. p Pom. 6. a.

Carthago excurrere ex Africa & iminere populo rom. uidetur. Ci. ʒ Rul. 83. b.

Nonnulli sunt, qui ea quæ imminent, non uideant. Cic. L.C. 103. a.

Imminuo, uis. diminuo, attenuo. Ci. ʒ. Rul. 70. a. Ci. I. A. 240. b. Acerrima illa et fortissima cupiditas etc. imminuta ac debilitata est.

Imminuere aliquid de uoluptate alicuius. Cic. đ Ora. 208. a. Violare atq; imminuere ius & officium. Cic. p. S. R. 36. b.

Si copias quàm minimum imminueris. Ci. Ep. 32. a.

Bellum expectatione Pompey attenuatum atq; imminutum est. Ci. p Pom. 9. b.

Imminuere. X. amplificare. Ci. Acad. 2. a.

Imminutio, onis. Cic. Ep. 36. b. Sine ulla imminutione dignitatis.

Immissio, onis. Cic. đ Sen. 88. a. Sarmentorum ea quam dixi aliarum amputatio, & aliorum immissio.

Immitis, te. Ci. At. 137. a. Pompeio immitior erā quàm ipsi Cæsari. aliter, inmicior. & 151. b.

Immitto, tis. iniicio. Ci. I. V. 223. b. Eo' ne tu seruos ad spoliandum fanum immittere ausus es?

Serui cum facibus in tecta nostra immissi. Ci. At. 226. a. & p Dom. 217. a.

Is non immissum a deo dolorem sed conceptum a se ipso continebat. Ci. đ. N 78. b.

In alteram caueam feruos immisisti, ex altera liberas eiecisti. Ci. đ Ar. 249 a.

Tela, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. Ci. p Dom. 221. a.

Quæ uis Decium deuouit et immisit in armatas hostiū copias? Ci. Parad. 117. b.

Immittere se armatum in hostium manus ac multitudinem. Ci. p Font. 284. a.

Immittere se in hostes. Ci. Tuſ. 174. a.

Immittere equum ad legionem. Ci. Ep. 162. b.

Sed tamen in eo ipso loco immittit imprudens ipse Senarium. Ci. Or. 215. b.

Iacere et immittere iniuriam in aliquē. Ci. pad. 121. a.

Immittere hostes in prouinciam. Ci. Ep. 120. a.

Immo. etiam, atq; etiam, iam uero etiam, citius dixerim. i. Cito. Cic. Att. 140. a. Causa igitur non bona est, immo optima.

Non quod res alia esset, immo eadem. Ci. p Clu. 34. b

Immo uero etiam hoc magis quàm &c. quod &c. Cic. ʒ Rul. 85. b. Non igitur patria præstat omnibus officijs, immo uero, sed ipsi patriæ conducit pios habere ciues. Ci. Off. & ibi. Immo uero obsecrabit patrē, ne &c. & Ep. 137. a.

Etiam plerumq; prudens. Cic. Or. 220. b. i. immo etiam.

Atq; etiam. Ci. I. V. 217. b. i. immo etiam.

Iam uero etiam. Ci. đ Cla. 189 a. i. immo uero etiam.

Immobilis, le. torpens. Ci. đ Som. 129. a. Terra uana immobilis manens ima sede semper hæret.

Immoderate. non moderate, extra modum, immodice. Ci. Off. 12. b. Nam ut aduersas res, sic secundas immoderate ferre leuitatis est.

Lingua uocē immoderate profusam fugit ac terminat.

Immoderate abuti aliqua re. Ci. Ep. 179. b.

Immoderate & intemperate uiuere. Ci. đ Vu. 202. b.

Exultare immoderateq; iactari. Ci. đ. D. 93. a.

Immoderate agitatus & fluctuans Ci. đ Vu. 196. b.

Immoderatio, onis. Ci. p Syl. 172. b. Efferri immoderatione uerborum.

Immoderatus, a, um. immodestus, intemperans, nimius. Ci. At. 214. a. Alexandrum, postq̄ Rex appellatus est, superbum, crudelem, immoderatum fuisse.

Immoderata libertas infinita hominum licentia. Ci. Q. Fr. 294. a. & I. A. 229. a.

Immoderata oratio. Ci. Or. 216. b.

Vētus uehemens, immoderata tēpestas. Ci. p. S. R. 40. a.

Ea pars animi immoderato obstupefacta potu &c. Cic. đ. D. 93. a.

Immoderata mulier. Ci. p Cæl. 48. b.

Immoderata intemperantia. Ci. Acad. 46. a.

Immēsa, infinita, immoderata cupiditas. Ad Her. 12. b.

Immodestus, a, um. Ci. Off. 21. a. Genus iocandi nec profusum nec immodestū esse debet, sed ingenuū et facetū.

Immodice ferre aliquem casum. Ci. Tuſ. 217 b.

Immolo, as. Ci. đ In. 24. a. Lex erat ne quis Dianę uitulum immolaret.

Cum Sylla immolaret in agro Nolano. Ci. đ. D. 95. b.

Immolare hostias. Ci. Tuſ. 104. a.

Cum pluribus Dijs immolatur, qui tādem euenit, ut litetur alijs, alijs non litetur. Ci. đ. D. 116. a.

Quibus hostijs immolandum cuiq; deo, cui maioribus, cui lactētibus, cui maribus, cui fœminis. Ci. đ. L. 175. b.

Maiores hostias a consulibus ad præconem & ad tibicinem immolari. Ci. ʒ Rul. 85. a.

Consuetudo hominum immolandorū apud Gallos. Ci. p Font. 280. a.

Nemo nostrum est, ut opinor, quin uota uictoriæ suæ fecerit, nemo quin etiam cum de alia re immolaret, tamen ea quidem ipso tempore, ut q̄ primum Cæsar superaretur, optaret. Ci. Ep. 85. a. Pythagoras Musis bouem immolasse dicitur. Ci. đ. N. 77. b.

Immortalis, le. indissolubilis, sempiternus. Ci. đ. N. 61. a. Si omne mortale est, nullū est īmortale.

Vt fortuna nonnunq̄ ipsa mortalis cum immortali natura pugnare uideatur. Ci. Off. 24. b.

Reddere memoriā alicuius immortalē. Ci. đ Or. 109. b

Nostri imperatores mortui, quorū uiuit immortalis memoria & gloria. Ci. p Cor. 63. a.

Immortalem quæstum fieri. Ci. I. P. 25. b. & 26. a. Immo[illegible]lem fructum capere.

Ego his temporibus tum eruditis illam cōsecrabo omni genere monumentorū. Ci. At. 190. b. i. īmortalē reddā.

Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis sui. Ci. Q. Fr. 298. b.

Quæ res erit unq̄ commendatior hominum memoriæ sempiternæ? Ci. I. A. 166. b.

Immortalitas, tis. æternitas, memoria nominis sempiterna, immortalis gloria, perpetuitas, immortalis conditio uitę, memoria hominū sempiterna, memoria æternitatis. Ci. I. A. 191. b. Sunt enim facta eius immortalitatis non ætatis.

Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Ci. đ Or. 148. b.

Id feci, quod omnes nō negent immortalitati, si fieri possit, mandandum. Ci. p Dom. 228. b.

Mihi populus rom. nō unius diei gratulationem sed æternitatem immortalitatemq; donauit. Ci. I. P. 80. b.

Historia qua uoce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? Ci. đ Or. 111. b.

Vita beata nulla re nisi immortalitate cedens cœlestibus. Ci. đ. N. 17. a.

Quæ tam immemor posteritas? quæ tam ingratæ literæ reperientur? quæ eorum memoriam non immortalitatis memoria prosequantur? Ci. I. A. 167. a.

Longius q̃ uitæ termini postulant spe atq; animo de se & gloria sua cogitare. Ci. p Rab 96. b. & ibi. Optimi et sapientissimi cuiusq; animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur. & ibi. Spe posteritatis fructuq; duci. & ibi. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ.

Vita mortuorum in memoria uiuorum est posita. Cic. I. A. 222. b. & ibi de immortalitate statuarum.

Semper illius uirtutem omnium mortalium fama celebrabit. Ci. I. A. 223. a. & 247. a. Si nō spiritu at uirtutis laude uiuemus.

Quem ego iniustum &c. tradam hominum memoriæ sempiternæ. Ci. I. A. 216. a.

Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni consequentes. Ci. đ Sen. 80. b.

Optimi cuiusq; animus maxime ad immortalem gloriā nititur. Ci. đ Sen. 94. a. & ibi. Non ijsdem finibus gloria quibus uita terminatur.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, curā nolito uiuu' per ora uirum. đ Se. 92. a. & ibi. Non est lugenda mors, quam immortalitas consequatur. & 93. b. a De immortalitate animorum.

Omnium quidem animi immortales sunt, sed fortium bonorumq; diuini. Ci đ Leg. 175. a.

Non enim assentior ijs, qui hæc nuper disserere cœperūt, cum corporibus animas simul interire, atq; omnia morte deleri. Ci. đ Am. 98. a. & 115. b. Virtus Scipionis posteris erit clara et insignis.

Commemorationem nominis nostri non cum uitæ tempore dimittendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam Ci. p Arch. 191. a. et ibi de immortalitate multa.

Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. p Sest. 13. b.

Huius uiri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. Ci. p Dom. 230. b.

Immortaliter. Ci. Q. Fr. 319. b. Quod scribis te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immortuus, a, um. Cic. Att. 9. a. De immortuis reliquijs coniurationis.

Immunis, ne. uacuus a munere, qui uacat muneribus, liber. Ci. I. V. 142. b. Qui agros immunes liberosq; arant.

Ciuitates sine fœdere immunes ac liberæ. Ci. I. V. 150. b & 167. b.

Falsum est ob uacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. Ci. p Font. 277. b.

Immunia commodiore conditione sunt, quàm ea, quæ pensitant. Ci. ꝯ Rul. 89. a.

Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet. Ci. I. A. 187. b. & 168. b. Agri immunes.

Agros fructuarios uult immunes esse. Ci. Ep. 119. b.

Senilis ætas uacat muneribus ijs, quæ non possunt sine uiribus sustineri. Ci. đ Sen. 84. a.

Immunitas, tis. uacatio, libertas.

Ci. p Fō. 279. b. Immunitas ac libertas alicuius prouinciæ. Dare alicui immunitatem munerum. Ci. Acad. 30. a. & Ep. 103. a. Immunitates dantur. & I. A. 153. a.

Immunitus, a, um. Ci. p Cecin. 291. a. Si uia sit immunita, iubet qua uelis agere iumentum.

Immutabilis, le. immobilis, perennis, proprius. Ci. đ. N. 31. b. Stellæ spatijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeant.

Immutabilis æternitas. Ci. đ Vn. 196. a.

Causæ immutabiles & æternæ. Ci. đ Fat. 145. b. causæ inclusæ in rerum natura atq; mundo.

Omnia uera in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. Ci. đ Fat. 143. a. & 144. a. Hoc est immutabile ex uero in falsum.

Immutabilia esse, quæ futura sunt. Ci. đ. Fat. 144. a.

Res stabilis & immutabilis. Ci. đ Vn. 196. a.

Comprehensio stabilis & immutabilis. Ci. Acad. 7. a.

Immutabilitas, tis. Ci. đ Fat. 143. b. In factis immutabilitas apparet, in futuris non item.

Immutatio, onis. Ci. Or. 205. b. Et q̃q̃ trāslatio est apud eum multa tamen immutationes nuṅq̃ crebriores, ut cum ponimus Africam pro Afris.

Immuto, as. Ci. p Fla. 153. a. Cum successor aliquid immutat de institutis priorum.

Signiferi orbis unamquāq; partem aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum. Ci. đ D. 116. b.

Si quibusdam in sententijs paulum me immutassem. Cic. Ep. 12. a. & 60. a.

Qui & te nonnunq̃ a me alienarunt, & me immutarunt tibi. Ci. Ep. 64. a. & 15. b. Conuersis rebus ac bonorum uoluntatibus immutatis.

Ennius pro Afris immutat Africam. Ci. Or. 201. a.

Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. Ci. Or. 218. a. & ꝯ Rul. 70. a.

Impactus, a, um. Ci. I. A. 153. b. Vncus impactus est fugitiuo illi &c.

Impar, ris. Ci. Acad. 9. b. Stellarum numerus par an impar sit, nescitur.

Sonus interuallis coniunctus imparibus sed tamen pro rata portione distinctis. Ci. đ Som. 120. b.

Imparatus, a, um. non paratus. X. paratus.

Ci. p Sest. 20. b. Inermem atq; imparatum Tribunū gladijs adoriuntur. & Tus. 196. b. Ne me imparatum cura laceraret repens.

Breue tempus longum est imparatis. Ci. I. A. 183. b.

Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus tum a pecunia. Ci. At. 112. a. & 151. b.

M. Antonius imparatus semper aggredi ad dicendum uidebatur. Ci. đ Cla. 177. a.

Imparatum te offendam. Ci. Ep. 18. b.

Nec ero ut in malis imparatus. Ci. At. 141. a.

Immuto uolunta[tem] meam & Sex Ros. 34.

Imparatus in paratos inciderat. Ci.p Mil.212.a.

Impartio tis. impertio. Ci.I.V.125.b.

Ci.3 Rul.67.a. *Cogitationes, quę mihi nullam partem neq; nocturnæ neq; diurnæ quietis impartiunt.*

Commoda quibus utimur a deo nobis dari atque impartiri uidemus. Ci.p.S R.40.a.

Vt si quam præstantiam uirtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentq; cũ proximis. Ci.d Am 109.b.

Impatibilis, le. X.patibilis. Ci.d Fin.76.b. *Quem quidem nos & e. impatibilem facitis.*

Impedimentum, ti. impeditio, mora, nisi quæ causa grauior obstiterit. Ci d D.109.a.

Ci.d Or.108.a. *Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaq; superauit.*

Nam commoditati ingenium est impedimento. Ci.p.S.R.20.a.& 43.b.

Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla Rheda, nullis impedimentis. Ci.p Mil.106.b. & ibi. *Cũ Milo cũ uxore ueheretur in Rheda uulgi magno impedimento.*

Patras accedere sine his impedimẽtis non satis uisum est decorum. Ci At 72.a.

Impedimenta expectanda sunt, quæ Anania ueniunt, et familia ægra est. Ci.At.217.a.*

Inferre moram & impedimentum alicui. Ci d In.44.b.

Impedio, dis. impedimento sum, impedimentum infero, interpello, obsto, excludo, interponor uel interpositus, præpeditus. X.expedio.

Ci.At.134.a. *Cedendum tum celeriter est ne forte qua in re impediar atque alliger.*

Sed hæc illius clarissimi uiri mentio & uocem meam fletu debilitauit & mentẽ dolore impediuit. Ci.p Cęl.40.b.

Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire. Ci.d Pro.76.b.

Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impediuit. Ci.d Fat.140.a.

Sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. Ci.p.R P.126 b.

Te nolo impeditum impedire. Ci.At.245.b.

Tu uelim sis (nisi te impediuisti) apud nos Pridie calendarum Ci.At.220.a.

Remouere omnia quæ obstant & impediunt. Acad.6.a.

Sed pudore impedior. Ci.d Fin.106.b.

Nos qui ab delectatione omni negotijs impedimur. Ci.p Mur.133 b.

Cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret. Ci d Ar.243.b.

Alterum ab altero adiuuari uel impediri. Ci.Br.165.a

animal, animatum. Ci.đ N.9.a. *Res inanimatæ atq;*
mutæ. & 67.b. & đ Am.109.a.
Inaniata ut aurū & argētum. Off. 34.b. aliter, inanima.
Inanimus, a, um. inanimatus. X. animal. Cic. Acad.10.b.
& đ D.228.b.
Omnia muta atq; inanima commouerentur. Ci.1.V.171
a. & Tus.242.a. Inanimi. X. animati.
Inanima natura Ci.đ N.41.a. aliter, inanimata.
Inanimum enim est omne quod pulsu agitatur externo

citatum, id se non aqua sed ruina restincturum. Cic. pro Mur. 136. b. Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui. Ci. Anteq. 193. b.

An te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? Ci. I. C. 203. a.

Incendo, dis, incendi, sum. inflammo, incendium facio, ignem uel faces infero uel subiicio, comburo, cremo, cupiditatem do.

Ci. I. V. 263. a. Classis populi rom. capta atq; incēsa est. & Acad. 22. b. cer.

Quod saturnalibus urbem incendi placeret. I. C. 112. b.

Qui tabularium incenderit. Cic. d̄ N. 74. b. & ꝓ Rab. 91. b. De tabulario incenso.

Naues, quibus usus non est, omnes aut præcidisse aut incendisse dicunt. Ci. At. 138. b.

Qui templum earum inflammauit Dearum, quarū ope aliis incendiis subuenitur. Ci d̄ Ar. 257. b.

Nec ante sepulcbrum est, q̃ iusta facta & corpus incensum. Ci. d̄ Leg. 181. b.

Incendere iudices. Ci. d̄ Or. 125. b. & 126. a. Nulla mēs potest incendi nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesseris.

Et aliquando inceditur, & quidem sæpe sedatur. Cic. d̄ Leg. 188. b.

Oratoria studia, quibus etiam te incendi, q̃q̃ flagrantissimum, acceperam. Ci. d̄ Fat. 140. b.

Cum ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; nostrum. Ci. d̄ Or. 93. a.

Meq; ita uel cepit uel incendit, ut cuperem &c. Cic. Ep. 67. a. Corporis facibus inflammari & incendi ad cupiditates. Ci. Tus. 157. b.

Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augēdæ nostræ. Ci. Ep. 255. b.

Cæsar a Crasso in me est incensus. Ci. Ep. 21. b.

Voluntas officio incensa. Ci Ep. 84 a.

Omnes incenduntur ad studia gloria. Ci. Tus. 148. b.

Incendi ira. Ci.

Incendere odores. Ci. Tus. 199 b.

Incendere thura & odores. Ci. I. V. 218. b.

Incensio, onis. Ci. I. C. 122. b. Annus post capitolii incēsionem uigesimus.

Incensus, a, um. inflammatus, iratus, qui census non est. Ci. I. V. 126. b. Iste uehementer Sthenio incensus hospitium ei renuntiat. & ꝓ S. R. 24. a. Incensus pater &c.

Inimicitiis incensa contentio. Ci d̄ Opt. 245. a.

Mulier incensa odio pristino. Ci. ꝓ Clu. 56. a.

Placatus. X. ira incensus. Ci. At. 90. a.

Nec imperatorem incensum ad remp. bene gerendam reuocare. Ci. d̄ Pro. 76. b.

Cum populus incensum uendidit, hoc indicat &c. Ci. ꝓ Cecin. 304. a. i. non censum.

Ad hæc prædia incensa dedicauisti. Ci. ꝓ Flac.

Incertus, a, um. obscurus, fallax, opinabilis, in opinione dubia, in casu positus, auspicia non constans.

Ci. Off. 34. a. Qui alia certa alia incerta esse dicunt.

Nihil est incertius uulgo, nihil obscurius uoluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Ci. ꝓ Mur. 132. b.

Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Ci. ꝓ Mur. 240. a. Non ignoras q̃ sint incerti animi hominum et exitus præliorum. Ci. At. 281. b. & I. A. 247. a. Incertus exitus belli est.

Incerti exitus pugnarum Marsq; cōmunis. ꝓ Mil. 221. a

Incertus futuri temporis euentus. Ci. ꝓ Quin. 55. b.

Armorum exitus semper incerti. Ci. At. 202. b.

Ætas puerilis maxime lubrica atq; incerta. I. V. 263. b.

Dicendi ancipites incertiq; casus. Ci. Or. 205 b.

Ea dico incerta, quæ ἄδηλα græci. Ci. Acad. 14. b.

Suspensus & incertus obscura spe pendeo. ꝓ Rul. 79. a.

Omnia in dubium incertumq; reuocari. Ci ꝓ Cec. 299. b. & 292. b. Ad incertum reuocari possessiones omnium.

Quis incertis in rebus offendet Antonium? At. 259. a.

Quid enim est stultius, q̃ incerta pro certis habere? Ci. d̄ Sen. 91. b.

Incertus eram ubi esses. Ci. At. 5. a. & 191. a. Non incertum puto de sorte mea.

Stabile X. incertum. Ci. Top. 126. b.

Incessus, sus. ingressus, gressus.

Cic. Ora. 202. a. Status erectus & celsus, rarus incessus nec ita longus.

Fingere sibi uultum & incessum, ut grauior uideatur. Ci. d̄ Fin. 80. b.

Homo leuis ac sordibus sed tamen equestri incessu Catienus. Ci. Q. Fr. 300. b.

Status, incessus, sessio, accubatio. Ci. Off. 16. a.

At fuit incessu saltem Capua dignus. Ci. I. P. 84. b.

Non solum incessu sed ornatu atq; comitatu. Cice. pro Cæl. 47. b.

Inceste. Ci. ꝓ Cæl. 44. b. Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uteretur

Incestum, sti. flagitium incestum, & incestum stuprum.

Ci. I. P. 100. a. Quis eum incesto liberatum, non eos qui ita iudicarant, pari scelere astrictos arbitratur?

Stupra dico & corruptelas & adulteria, incesta deniq;. Ci. Tus. 225. b.

Incestum pontifices supremo supplicio sanciunto. Cic. de Leg. 174. a. & 178. a. De periuriis & incestis.

Peperit, fecit igitur incestum. Ci. d̄ In. 56. b.

Incestus, a, um. Ci. ꝓ Dom. 234. b. Iste, qui non solū aspectu sed incesto flagitio & stupro polluit cerimonias. & d̄ Ar. 244. a. Clodius ex incesto stupro emissus.

Cum uerborum contumeliis optimum uirum incesto ore lacerasset. Ci. I. A. 231. b.

Incestus, stus. incestum. l. Incestum.

Cic. d̄ N. 74. b. Postero die de incestu. & d̄ Cla. 175. b. Oratio pro Fuluio de incestu.

Incboatus, a, um. imperfectus. X. perfectus.

Ci. Off 49. b. a. Operi incboato propè tamen absoluto tanq̃ fastigium imponimus.

Perfecta anteponuntur incboatis. Ci Top. 226. b.

Præclara incboata multa, perfecta non planè. Cice. de Cla. 175. b.

Quæ pueris nobis incboata atq; rudia exciderunt. Cic. d̄ Or. 85. a.

Tantum nolebam aut non absolutum Bruto, aut Balbo

incboatum dari Ci.At.111.b.

Cognitio contemplatioq; naturæ manca atq; inchoata fit, si &c. Ci.Off.31.a.

Hoc autem inchoati cuiusdam officij est non perfecti. Ci.d Fin.109.b.

Prima & inchoata intelligentia. Cl.d Leg.161.b.

Nemo pictor est inuentus, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatam reliquit, absolueret. Ci.Off.54.a.

Incboa, as. *sementem facio, incipio, exordior, attingo, informo.* X. *finio, pertexo, perficio.*

Ci.d Pro.73.a. *Si idem extrema persequitur qui incboauit, iam omnia perfecta uidebimus.*

Nam quas res nos gessimus &c. attigit hic uersibus & inchoauit, quibus auditis &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Ci.p Arch.191.a.

Philosophiam multis locis inchoaui. Cl.Acad.40.b.

Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti de oratoribus, quando &c. Ci.d Cla.164.a.

Meos libros, quos expectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus Ci.

Cum nouum delubrum in urbis clarissimo loco nefando quodam instituto inchoares. Ci.p Dom.140.a.

Quę ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata compareant. Ci.p Syl.181.a.

Inchoare & informare oratorẽ perfectum Or.199.b.

Communis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis nostris inchoauit, ut &c. Ci d Leg.145.a.

Sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut &c. Ci. d D.104.a.

Natura hominem inchoat, sapientia perficit. Cic.d Fin. 114.a. *Difficile erat rem tantam inchoatam relinquere.* Ci.d N.13.a.

Sementem alicuius rei fieri. Ci At.140.a.l. *inchoari.*

Incido, dis. *incurro, inuenio.*

Ci.Off 6.b. *Dum alterum iustitiæ genus assequuntur &c. in alterum incidunt. & ibi. Qui dum altero iniustitię genere uacant in alterum incurrunt. & ad Her.35.b. Dũ eam uitestis uituperationem, quæ &c. eam inuenistis, ut tumdi putaremini.*

Sed eum accuse, qui in me incurrit atq; incidit. Cic pro Plan.262.b. *Cum in imperiorum, honorum, gloriæ ue cupiditatem inciderint.* Ci.Off 6.a.

Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt potest incidere sępe contentio. Ci.Off.30.b.

In nostra consuetudine uarius incidit translationes. Cl. d In 69 a & ibi. *In ipsis iudicijs uarius incidunt.*

Nihil te effugiet, & omne quod erit in re occurret atq; incidet. Ci.d Or.112.a.

Si recte is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Cl. At.137.a.i. *in tuum diem natalem.*

M. Aurius captus in Q. Sergij manus incidit. p Cl.11.b

Incidere in aliquem. Ci.p Plan.263.a.

Milites alicubi collocare, in quos si q ex acie fugerint, de improuiso incidant. Ci.p S R.44.a.

Nihil incidit postea ciuitati mali, quod non impendere illi tanto ante uiderint. Ci d Or.27.a.

Faciesq; me in quem diem romana incidunt mysteria certiorem Ci.At.89.b.

Cum in calendas Ianuarias compitalitiarum dies incidisset. Ci.I.P.81.a.

Vedius cum omnia obsignaret in Vedianas res incidit. Ci.At.89.b. *Non omnes loci incidunt in omnem quęstionem.* Ci.Top 227.b.

Saxum ex spelunca in crura eius incidit. d Fat.141.a.

Cum hic in me incidit, complexus est. Ci.p Plan.280.a

Sanè bonum præter opinionem improuiso incidi. Cic.I. V.145.b.

Non consulto sed casu in eorum mentionem incidi. Ci.I. V.41.b. & d Or.94. *Incidere in aliquem sermonem. & p Cæl.40.b. Quoniam huc incidi.*

Incidunt in sermone uario multa. Ci.Ep.136.a.

Tum memini in eum sermonem illum incidere, qui tum &c. Ci.d Am.95.b.

Ego enim in uarios sermones incidebam. Ci.At.152.a.

Cum in eam nuper ex sermone quodam incidissemus. Ci. d Cl.145.b. *Sed incidunt sæpe tempora, cum ea quę &c.* Cic.Off.7.a.

Hisce literis nihil ferè scribo, quod si in alicuius manus inciderit, moleste ferendum sit. Ci.Q.Fr.31.b.

Quorum ętas in eorum tempora, quos nominaui, incidit. Ci.Ora.200.b.

Si casus inciderit, pro uobis mori non recusabo. Ci.Epist. 15 a.b. *Cogita tales casus incidisse multis uiris fortissimis.* Ci.Ep.73.a.

Incidere fortuito ad aliquid agendum. Ci.Ep.64.b.

Incidere in peccatum. Ci.d Fin.115.b.

Bellua, quæ quoniam incidit in foueam, obruatur. Cic.I. A.193.b.

Quod cuiq; in mentem incidit. Cl.d Fin.115.b.

Ex labore incidere in febriculam. Ci.Ep.156.b.

Incidere in furorem & insaniam. Ci.I.P.89.b.

Incidere in morbum. Ci.Ep.201.a.

Incido, dis. *cædo, reseco, securim iniicio, præcido, elido, inscribo.*

Ci.At.51.a. *Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. & Ep.86.b. Si gradus scalarum incidas.*

Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. Cic.Q. Fr.310.a. *Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem.* Ci.Antiq.195.a.

Pulmo incisus in extis profert diem. Ci.d D.98.a.

Tametsi oportet incidamus media, ne nimis fero ad extrema ueniamus. Ci.I.A.169.b.

In omnibus ue numeris ęqualiter particulas deceat incidere. Ci.Or.217.a. *an facere alias breuiores alias lõgiores.* *Incidere neruos uirtutis.* Ci.Acad.45.b.

Incidere neruos populi rom. Ci.5 Rul.75.b.

Literas proferri iussimus, linum incidimus, legimus. Cic. I.C.122.b.

Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. Ci.d Or.139.b.

Tabula in qua nomina ciuium incisa essent. Ep.119.b.

Vt esset quod in basi tropheorum incidi inscribiq; posset. Ci.I.P.99.b.

Videmus in basi statuarum maximis litteris incisum a cõmum Sicilia datas. Ci.I.V.140.a.

Quod in monumentis rerum gestarum incisum, ac notatum

tum uidemus. Ci. p Font. 222. b.

Elogium in sepulchro incisum. Ci. l. P. 91. a.

Id non modo tum scripserunt, uerum etiã in ære incisum nobis tradiderunt. Ci. l. V. 233. b.

Quæ ille in æs incidit. Ci. l. A. 156. a.

Incidebantur domi leges quæ &c. Ci. p Mil. 118 b.

Incipio, pis. cœpi. instituo, ingredior, initium facio, initium duco, initium sumo, initium affero, initium introduco, principium capio, principium duco, principium habeo, primordiũ capio, exordium capio, exordiũ induco, exordior, aggredior, ordior, inchoo, informo, fundamenta iacio, rudimentum pono, duco, qui commendationem ineuntis ætatis a scelere duxerit. Ci. p Deio. 144. a.

Ci. d N. 17. b. Tum enim bella gerere nostri duces incipiunt cum auspicia posuerunt.

Vincere incipit timorem dolor Ci. At. 33 a.

Homines mortem optare incipiant, uel certe timere desistant. Ci. Tus. 174. a. & d In. 48 b.

Huic incipio sententiæ d ff dere. Ci. Tus. 128. b.

Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Cice. Off 17. b.

Cum iam pontem ingredi inciperent. Ci. l. C. 112. a.

Epistola quam incipiẽte febricula scripseras. At. 106. b.

Quod (ut opinio mea fert) ne incipies quidem. Cic pro Plan. 262 b. Sed quod nos facere nunc ingredimur, ut contra Academicos differamus, id &c. Cic. Acad. 5. b.

Suscipere, incipere, ordiri l Ordior.

Incipia sperare, ingrediar in spem.

Incise. Ci Or 217. b Incise membratim ue dicere.

Incisim. cæsim incise. Ci. Or. 228. a Hæc quidem duobus pedibus, incisim dein membratim &c.

Incisio, onis. Ci Or. 217. a. De circuituum particulis & tanq̃ incisionibus differendum est &. 218. a. De membris & incisis uel incisionibus.

Incisum si incisio. Ci. Or. 217. b Quæ græci κόμματα & κῶλα nominant nos re&te incisa & membra dicamus. &. 218. a Exemplum incisi & membri.

Incisus, a um. Ci. d Sen 90. a. Notum est eius carmen incisum in sepulchro.

Quod nuper in columna ænea, meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse. Ci p Cor. 60. a.

In qua basi grandibus literis nomen Africani erat incisum. Ci. p Dom. 217. a. & . 241. a.

Incitamentum, ti. inuitamentum, illecebra.

Ci. p Arib. 190. a Hoc hominibus maximum & periculorum incitamentum est & laborum.

Incitate. Ci. Or. 100. b Incitate ferri. &. 203. a.

Incitatio, onis. Ci. Or. 92. a. Sic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aspexerim, uestigia ingressumq; nõ uiderim. Sol qui tanta incitatione fertur. Acad. 20. b.

Altera diuinans, mentis incitatione diuina. Ci d D. 99. a

Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. Ci. d Or. 111. b.

Acri & uehementi quadam incitatione inflammari animum &c. Ci. d Or. 121. a.

Incitatus, a, um.

Ci. d Som. 129. a. Totius mundi incitatissima conuersio. & d Vn. 192. b. Cœlum uolubile & in orbẽ incitatum.

Incito as. impello, excuo, excito, suscito, acuo, incendo, cohortor irrito, stimulos admoueo. X. deterreo. Ci. d N. 46. b. Stellarum motus tum incitatur tum retardatur.

Nec enim silentio tanti motus incitari possunt. Cic. d Sõ. 129. a. Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Ci. de Ora. 92. b.

Philosophi sedare aĩos malunt q̃ incitare. Ci. Or. 202. b.

Nec desunt qui istos in me & in optimum quenq; incitẽt. Ci. p Fla. 260. a.

Equo incitato se in hostes immittere. Ci. d N. 62. b.

Populum inflãmare in improbos uel incitatum in bonos mitigare. Ci. d Or. 102. a.

Populus rom. incitatus iracundia &c. Ci. p Dom. 230. a

His ego cohortationibus Crasse ad studium & ad laborem incitandos iuuenes puto Ci. d Or. 108 a.

Odia quæ erant in me incitata sic mitigata sunt. Ci. At. 17. b. Incitare aliquem cupiditate faciendi aliquid. Ci. d Cla. 194. b.

Causæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. Cic. d Ora. 89. b.

Aliquem sic animo incitari ut ab omnibus eius desideretur humanitas. Ci. Q. Fr. 179. b.

Facilius est currentem (ut aiunt) incitare q̃ commouere languentem. Ci. d Or. 121. a.

Voluptatis auidæ libidines temere ad potiundum incitantur. Ci. d Sen. 85. a. & ibi. Aliquis maxima incitatus uoluptate corporis.

Studium incitatum ad inuestigandam ueritatem. Cice. Tus. 141. b.

Ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Ci Ep. 194. a.

Incitari natura ad agendum aliquid Ci. d Fin. 104 a.

Te uero moneo, cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo ut &c. Ci. Ep 8. a.

Quod si in eam me partem incitarem, profecto &c. Cic. Att. 32. a.

Incitare milites in aliquem. Ci Ep. 183. b.

Incitari contra aliquem Ci. Acad. 36. a.

Quanq̃ ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuendi & posteritati ostẽditur, ut &c. Ci. d Or. 164. a.

Inclamo, as. altiore uoce clamo uel uoco.

Ci. At. 33. b. Sed ita te para, ut si inclamaro aduoles. & 35. b. Expeditus facito ut sis, si inclamaro ut accurras.

Comitem illum suum inclamauit semel ac sæpius. Cic. de In. 64. a.

Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cui q̃ doluit. Ci. d Or. 104. b.

Inclinatio, onis. conuersio status, mutatio, permutatio. Ci. l. V. 171. b. In rep. permagni momenti est ratio atq; inclinatio temporum.

Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio uisa est. Ci. p Sest. 18. a.

Quæ quando in temporum inclinationibus sæpe paruis posita sunt, omnia momenta obseruabimus. Ci. Ep 88. a

Fuit hoc meum fatum ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. Ci. p Cor. 67 a.

Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Ci.I.A.199.b.

Theophrastus scripsit, qui esset optimus reip. status, quæ essent in rep. inclinationes rerum & momenta temporũ. Ci.d Fin.126.b.

An ignoras cætera uectigalia perleui sæpe momento sic tunc inclinatione temporis pendere. Ci.ꝫ Rul.82.a.

Mihi nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum Ci.p Dom.222.a.

Reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ. Cic. p Plan.179.b.

Magna est comitijs consularibus repentina uoluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad bonum uirum. Ci. p Mur.236.b.

Inclinatione uoluntatis propendere in aliquem. Cic. de Ora.220.a.

Accubatio, inclinatio, sessio. Ci.d.N.20.a.

Inclinatus,a,um. clinatus, propendens.

Ci.In Arat. *Inferior paulo est aries & flamen ad austri Inclinatior.* & ibi. *Hęc obit inclinata*, idest Cassiopeia. & ibi. *Et clinata magis paulo est aquilonis ad auras.*

Inclinata ululátuq; uoce canere. Ci.Or.199.a.&.202.a

Ferre præsidium labenti atq; inclinatæ reip. Cic. Brut. 289.a.

Nostra acies inclinata &c. Ci.Tus.183.b.

Sed tantum impelli primo iudicem, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Ci.d Or.138.b.

Appius Claudius Senatum iam iam inclinatum a Pyrrhi pace reuocauit. Ci d Cle.169.a.

Laboratur uehementer, inclinata res est. Ci.Ep.2.b. idest quasi ruinam minatur.

Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem desciscerem. Ci.Ep 16.b.

Vt te in otium referres, præcipue nunc iam inclinata ui ctoria. Dolob.Ep.130.b.

Inclinata iam re. X. *integra re.* Ci.At.162.a.

Inclinato iam in postmeridianum tempus die. Cic. Tusc. 191.b & d Or.144.b.

Inclino,as. propendeo, uergo. X. *erectus sum, sto.*

Ci.d Or.125.b. *Si se dant & sua sponte quo impellimus inclinant atq; propendent.* accipio, quod datur.

Qui ut me paulum inclinari timore uiderunt, sic impulerunt, ut &c. Ci.At 45.a.

Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. Ci.d Sen.80.a.

Nunc quicquid est, quocunq; uestræ mentes inclinant atq; sententiæ, statuendum nobis ante noctem est. Cic.I. C.119 a.

Tum igitur intelliges quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum Ci.At.196.a.

Inclinantem erigere. X. *stantem inclinare.* Cic. d Ora. 223.b.

Cum Aiax Danais inclinantibus prælium restituit. Cic. Tusc.220.a.

Quàm uellem inquit ut te ad Stoicos inclinasses. Cic. de Fin.92.a.

Inclinare omnia ad suæ causæ commodum. d In.44.a.

Includo,dis. concludo. Ci.At.12.b. *Penè orationem in epistolam inclusi.*

In huius me consilij societate, tanq̃ in equum Troianum includi cum principibus non recuse. Ci.I.A.166.b.

Eos in eam formam non poterat includere. Ci.Or.198. b.&.209.a.

Includere aliquem in custodias. Ci.I.V.263.a.

Consule in carcere incluso. Ci.At.23.a.

Physica ratio inclusa in impias fabulas. Ci.d N.38.b.

Hoc autem loco uolumus ætatem in disparem oratorũ ætatem includere. Ci.d Cla.185.b.

Quam opinionem in omnes definitiones superiores inclusimus. Ci.Tus.212.b.

Deus omnia animalia in mũdo intus inclusit. Ci d Vn. 201.a. *Dum sumus in his inclusi compagibus corporis.* Ci.d Sen.93.b.

In salute reip. salus omnium inclusa est. Cic. pro Deio. 245.b.

Si iam tum, cum erit inclusus in corpore eminebit foras. Ci.d Som.132.a.

Scapinus inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. Ci.At.85.b.

Agri eodem capite inclusi continentur. Ci.ꝫ Rul.74.a.

Quod multis locis in Iurisconsultorum includitur formulis. Ci.d Cla.190.a.

Auis inclusa in cauea. Ci.d D.123.b.

Antonius armatos in cella concordię inclusit. Cic.I.A. 289.b.

Loci in quibus argumenta inclusa sunt. Ci.Top.221.b.

Typos, quos in tectorio atrioli includam &c. At.2.b.

Phydias sui similem imaginem inclusit in clypeo. Cic. Tusc.153.a.&.211.a.

Tu illa, ex patellis quæ uellet arat, ita apte in Scyphis aureis includebat, ut &c. Ci.I.V.212.b.

Τενοτρίαν, *quam postulas includam orationi meæ.* Ci.Att.8.a.

Verba uersu includere. Ci d Or.160.a.

Dij um suam terræ cauernis includunt. Ci.d D.97.a.

Viriditas herbescens uagina iam quasi pubescens includitur Ci.d Sen.87.b.

Illa de Buthrotijs, quæ mihi sunt inclusa medullis. Cic. Att.240.a.

Omnia quæ intus inclusa sunt. Ci.d N.50.b.

Æther is æternis septa atq; inclusa cauernis. Ci.d D.83 b.

Sed me dolor debilitat includitq; uocem. Cic pro R.P. 230.a.

Inclusio,onis. Ci.In Vat.33.b. *M. Bibulus, cuius inclusione contentus non eras.*

Inclusus,a,um. Ci.p Rab.93.a. *Aliquem inclusum atq; abditum latere in occulto.*

S C inclusum in tabulis tanquam in uagina reconditum. Ci.I.C.98.a.

Odium inclusum nefarijs sensibus impiorum. Cic.I.P. 82.b.

Populus rom. septus & inclusus. Ci.d Ar.249 b.

Si liberum conceptum dulcedinem animo inclusam tene *tis.* Ci.Ante q̃.192.b.

Intus inclusum periculum est. Ci.I.C.106.b.

Illis

Illis inclusis in rep pestibus.Cl.p Syl.281.a.

Inclytus,a,um. Ci.d D.204.a.Paris iudicauit iudicium inclytum.

Inclytus dicimus breui prima litera.Ci.Or.212.a.

Incœpto,ami. Cic.Acad.30.a. Tam præclari operis incœpto.

Incœptum,pti. cœptus. Ci.I.C.110.a.Si cuius non modo factum sed incœptum ullum conatum ue contra rep. deprehendero,sentiet &c.

Cupio deterrere,te,ne permaneas in incœpto. Cic.Ep. 71.a.&.70.b.

Incœptus,a,um. institutus. Ci.d Ar.243.b.Duobus incœptis uerbis omnem illius impetum compressi.

Incognitus, a, um. X.cognitus.

Cic.Acad.28 b.Cum tu me incognito assentiri uetes. & 47.b.Cum aut falsa aut incognita res approbatur.

Fatidicorũ effata incognita interpretari.Ci d L 173.b.

Illi fratrem mihi incognitum.qualis futurus esset, dederunt.Ci.Postq̃.198 b.

In hoc genere duo uitia uitanda sunt, unum ne incognita pro cognitis habeamus,hisq; temere assentiamus. Cic. Offic.4.b.

Dum incognita re iudicare noluit.Ci.p Cecin.290.a.

Natura rerum incognita.Ci.d Or.89.a.

Hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certe cœpit.Ci.I.A.192.a.

Incognitam legem accipere.Ci.ꝯ Rul.71.a

Condemnare aliquem causa incognita Ci.d.N.40.b.

Incola læ. habitator.

Ci.Off.25 b.Peregrini autem & incolæ officium est,nihil præter suum negotium agere.

Audiebam Pythagoram Pythagoricosq; incolas penè nostros &c Ci d Sen 93.a.

Sunt enim in terra non ut incolæ atq; habitatores,sed quasi spectatores rerum cœlestium Ci.d N.54.a.

Coloneus ille locus,cuius incola Sophocles fuit. Cic.de Fin.224.b. Socrates totius mundi se incolam & ciuẽ arbitrabatur.Cic.Tusc.149.a.

Bestiæ nantes aquarum incolæ.Ci.Tusc.235.b.

Quam nos crucem incolis uestris ciuibus rom assendere soletis,qua minus sibi arrogent.Ci.I.V.205.b.

Incolo,lis. habito, incola sum.

Ci.I.V.85.a.Cum spoliatum fanum uiderent, ij,qui Delum incolebant,grauiter ferebant.

Illam urbem græci incolebant.Ci.I.V.204.a.

Et Roma urbs,& eam ciuitas incolit.Ci.Acad.34.b.

Vbi sunt ergo hi,quos miseros dicis aut quem locum incolunt?Ci.Tus.150.b.

Loca quæ a quibusq; incoluntur.Ci.d D.99.b.

Qui terras incolunt in quibus aer crassus est d N.34.a.

Qui earum ciuitatum fines incolunt.Ci.Q.Fr.294 b.

Qui sedem capitoly in saxo incolitis constitutam.Ci.Antequam.296.b.

Omnis terra, quæ incolitur.Cl d D.127.b.

Incolumis,me. saluus, integer.

Ci.I.V.66.a.Vt hæc,quæ dixi retinere incolumia ac salua possimus.

Qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicij retinere potuit.Ci.p Plan.261.a.

Vt se & saluum in suo genere incolumemq; uellet Ci.d Fin.210.b.

Ciues integros incolumesq; seruaui.Ci.I C.116.a.

Si eum in omni fortuna atq; omni errore incolumem habere non potuerunt.Ci.p Syl.178.b.

Saluus & incolumes.Ci.d In.83.a. &.52.a.Incolumis & beatus. & Ad Her.11.b bis.

Incolumitas,tis. salus. Ci.d In 83.a.Incolumitas est salutis tuta atq; integra conseruatio. & ibi Quibus rebus incolumitatem & libertatem retinent ciuitates.

Alicuius incolumitatem & salutem deserere. Cice.Antequam.193.a.

Habere incolumitatem ab aliquo.Ci.At.285.a.

Incolumitas mundi Ci.d N.49.b.

Incomitatus,a,um. Ci.d Or.105.a.Cuius artem cum indotatam esse atq; incomitatam & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletasti.

Incommodatio onis. Ci At.15.a.Atq; in ista incommodatione inest illud commodi.

Incommode. Ci.At.106.b.Animaduerteram posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum uenire.

Vt in his pro re nata non incommode possint esse.Cice. At.111.b. Id mihi non incommode uisum est accidisse Ci Q Fr.299 a.

Ille se ita audisse ut nihil esset incommode. Cl.At.97.a.

Cum illo actum optime est,mecum autem incommodius. Ci.d Am.98.a.b.

Incommodo,as. incommodum fero, incommodo afficio, incommodum do.

Ci.p Quint.9.a.Qui nihil alteri scientes incõmodant, nihil ipsis iure incommodi cadere potest.

Incommodum,di l.Incommodo proxime supra.

Ci d.N. b.Incommoda uitæ sapientes commodorum compensatione leniunt.

Sed prorsus te commoueri incommodo ualetudinis tuæ nolo.Ci.At.105.b.

Qui locus talis est, ut plus habeat adiumenti q̃ incommodi,hunc Iudico esse dicendum Ci.d Or.218.a.

Nostro incommodo detrimentoq; doleamus. Ci d Cle. 265.a. Tametsi multis incommodis difficultatibusq; affectus est.Ci.I.V.56.b.

Nec id incommodo tuo feceris.Cl.At.202.a.

Illud quoque nobis accedit incommodum,quod &c.Ci. p Quint.1.a.

Quibus incommodo morbi etiam cæteri uitæ fructus relinquendi.Ci.p Mur.135.b.

Ferre incommodum alicui.Ci.Q.Fr.301.b.

Ne ipse aliquo afficiatur incommodo.Ci.Off 5.b.

Vitia aut incommoda,quæ sunt in aliquo.d Or.237.a.

Reijciendi, diminuendi, deuitandi ue incommodi causa. Ci.d In 64.a.

Atq; ipsa scientia, etiam si incommoda datura sit, gaudent.Ci d Fin.137.a.

Incommodus,a um. Cic.At.224.a.Antonij colloquium cum Heraibus pro re nata non incommodum.

In rebus eius incommodis sublenare aliquem.Cl.p Clu. 52.a.idest aduersis.

Eorum controuersiam non incommodũ uidetur cũ utro- rumq; ratione exponere. Ci. ď In. 54. a.

Facilem & liberalem patrem incommodum esse amanti filio. Ci ď N. 74. b.

Is incommoda ualetudine fuit. Ci. ď Cl. 176. a. & Att. 71. b. Incommoda ualetudo.

Incomprehensus, a, um. non perceptus, incognitus. Ci. Acad. 14. a. Illa, quæ nos incomprehensa & non per cepta dicimus.

Incomptus, a, um. inornatus. Cic. At. 21. a. Quanq̃ illa tua horridula mihi & incompta uisa sunt.

Mulier incrnata & incompta oratio. Ci. Or. 104. a. & ď Or. 105. a. l. Indotatus.

Inconcinnus, a ũ. Ci. ď Or. 110. a. Qui in aliquo genere inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur.

Inconditè. Cic. ď Or. 159. a. Ille rudis inconditè fundit quantum potest. & ď D. 138. b. Nihil tam præpostere, tam inconditè, tam monstruosè dici potest, quod non pos simus sommare.

Inconditus, a um. Ci. ď Or. 101. b. Omne ius ciuile præ ter hoc nostrum inconditum est ac penè ridiculum.

Si inconditi alicuius oratoris arripias sententiam aliquã dissipatam Ci. Or. 210. a.

Sententiam inconditis uerbis efferre Ci. Or. 211. a.

Incondita antiquorum dicendi consuetudo ď Or. 159. a

Inconditum genus dicendi Ci ď Clo. 187. a.

Inconsiderans, tis. Cic. ď D. 120. b. Nos autem ita leues atq; inconsiderantes sumus, ut &c.

Inconsiderantia, tiæ. inconsulta ratio. Ci. Q. Fr. 318. a Cuius ego in hoc uno inconsiderantiã & ego sustinebo, ut potero, & tu ut possis est tuorũ ner uorum. aliter. *

Inconsideratè. inconsultè, temere, inconsulto. Ci. Off 21. a. Temere, fortuitu, inconsideratè, negligen ter facere aliquid & ď Fat. 146 b. & Tus. 149. a.

Inconsideratus, a um. inconsiderans, inconsultus, amen tissimus, temerarius, omnibus consilijs præceps ac de- uius, præceps, cæcus. X. consideratus.

Ci. ď Ar. 157. b. Inconsideratissima & dementissima te- meritas.

Temerarius & inconsideratus Ci Tus. 190. b.

O cupiditatem inconsideratam. Ci. p Quint. 14. b.

Nihil potest dici inconsideratius. Ci. Acad. 33 b.

Inconstans, tis. leuis, mobilis, uolaticus, uolubilis, qui a se ipso desciscit, qui tum hoc tum illud dicit, leuissi- me trans fuga neq; in hac neq; in illa parte fidem habẽs, X. qui idem semper dicit.

Ci. p Q R. 47 b. Qua in re mihi ridicule es uisus esse in constans, qui eundem & læderes & laudares.

Nam si ea quoq; diuina sunt, quid inconstantius deo? Ci. ď D. 135. a.

Aliud stans aliud sedens de rep sentit. Sal. In Cic.

Inconstanter. Ci ď Fin. 83. a. Hæc dicuntur inconstan- tissime. & Acad. 14. a. Inconstanter loqui. & Tus. 114. a. Inconstanter & turbide iactari.

Inconstantia tiæ. leuitas, mutabilitas, mobilitas. X. con stans & perpetua ratio uitæ.

Ci. ď N. 71. b Fortuna ab inconstantia & temeritate se- iungi non potest.

Nemo doctus unq̃ mutationem consilij inconstantiam di xit esse. Ci. At. 256. a b.

Iam de Platonis inconstãtia longum est dicere. ď N. 8. a.

Inconstantia mutabilitasq; mentis. Ci. Tus 116. a.

Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius? Ci. L. A. 111. a.

Varietas & inconstantia & crebro tanq̃ tempestatum sic sententiarũ commutatio. Ci. p Dom. 113 b. & Ep. 12. a.

In altero inconstantiam tuam cum leuitate tum etiã per- iurio refellisti. Ci. In Vat. 19 b.

Inconsultè. inconsulto. Ci. ď N. 10. b. Inconsulte ac te- mere dicere aliquid. & Off 44. a. Inconsulte largiri.

Inconsulto. inconsulte Ad Her. 17. b.

Inconsultus, a, um. inconsideratus. Cic. p Deio. 146. a. At credo hæc homo inconsultus & temerarius non uidebat.

Illa Posthumi siue inanis spes, siue inconsulta ratio, siue ut grauissimo uerbo utar, temeritas. Ci. p R. P. 121. b.

Incontentus, a, um.

Ci ď Fin. 113. a. Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, om nes æque incontentæ sint. & ibi. Æque enim contingit om nibus fidibus ut incontentæ sint, illud non continuo, ut æque incontentæ.

Incontinenter. Ci. Off. 19. a. Nihil libidinose, nihil incõ- tinenter esse faciendum.

Incontinentia, tiæ. intemperantia. Ci. p Cæl. 41. b. Is multa ab incontinentia intemperan- tiaq; differuit. & ad Her. 2. a.

Inconueniens, tis. Coss. Ep. 189. a.

Incorporeus, a. Cic. ď Fin. 99. b. aliter in corpore barũ. In Exempl. Germ.

Incorrupte. caste, integre. Ci. p Mar. 135. b Qui multis post seculis de te indicabũt & quidem fortasse incorruptius q̃ nos.

Natura incorrupte atq; integre iudicãte. Ci. ď Fi 55. a.

Incorruptus, a, um. integer, purus, inuiolatus, sanus, saluber, syncerus, castus, religiosus, naturalis, non fucatus. Ci. ď Clo. 167. b. Succus ille & sanguis incor ruptus. & ď Opt. 243. b. Incorrupta sanitas.

Quis hoc quæstione dici potest integrius? quid incorru- ptius? Ci. p Mil. 113. a. & ď Vn. 102. b.

Incorrupta quædam latini sermonis integritas. Cic. de Clo. 176 b.

Testis incorruptus atq; integer. Ci. ď Fin. 63. b.

Integri atq; incorrupti sensus. Ci. Acad. 6 a.

Animus permanet incorruptus. Ci. Tus. 157. a.

Virgo incorrupta. Ci. Or. 202. a.

Purus, incorruptus. X. uitiosum & corruptum. Cic. de Clo. 188. b.

Increbesco, scis. percrebesco, sermo creber est &c.

Ci. Or. 203. a. Nec apud oratores ipse numerus icrebuit.

Cum hoc nescio quo modo apud eos increbuisset, me etc. Ci. ď Or. 91. b.

Nonnullorum sermo iam increbuit. se &c. ď Opt. 243. b.

Ii, quorum sermo imperitus increbuit. Ci. Or. 198. b.

Hæc consuetudo quæ increbuit. Ci. I. A. 260. b.

Sed

Sed ait rursus idem increbuisse eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ est. Ci. ď. L. 183. a.
Ventus increbescit. Ci. Ep. 105. a.

Incredibilis, le. *inauditus, absurdus, monstri uel portento similis, singularis.*
Ci. ď In. 67. a. *Quę rem credibilem aut incredibilem facere possunt.*
Vt mihi iam uerum uideatur illud esse, quod nonnulli quasi quiddam incredibile dicere putabantur. Cice. p Car. 55. a.
Hoc omnibus incredible & falso memoriæ proditum ui debatur. Ci. p Pom. 11. b.
Incredibilis hominum peruersitas. Ci. Ep. 7. b.
Nihil mihi unq̃ tam incredibile accidit, q̃ &c. Cice. At. 175. b.
Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Ci. pad. 116. a.
Si quod dixero erit uel acerbum auditu uel incredibile a. M. Cicerone esse dictum Ci. I. A. 110. b.
Incredibile & simile portenti est, quo nam modo &c. Ci. I. A. 173. a. & 196. a.
Incredibile est q̃ ego ista non curem Ci. At. 212. a.
Incredibile est, quanta me molestia affecerit, &c. Cice. At. 237. a.
Hac re incredibile est quantum ciuitates emerserint. Cice. At. 90. b.
Incredibile est quàm me omni genere delectarit. Ci. At. 254. a. & ď Or. 101. a.
Singularis & incredibilis uirtus. Ci. At. 231. a.
Antonij incredibilis quædam & prope singularis & diuina uis ingenij. Ci. ď Or. 99. a.
Sic homines non eruditi summam essent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam consecuti. Ci. ď Or. 108. b.
Admirabilis fama uirtutum incredibilium alicuius. Cice. Or. 200. a.
Incredibilis fuit & singularis furor. Ci. p Syl. 181. b.
Singularis & prope incredibilis fides. Ci. Ep. 223. b.
Agere incredibiles gratias alicui. Ci. Ep. 215. a.

Incredibiliter. Cice. ď Sen. 87. b. *Incredibiliter delector &c.* & Q. Fr. 315. b. *Literæ Cæsaris incredibiliter me delectarunt.*
Dominus de se incredibiliter pertimuit. Ci. At. 122. b.
Eos incredibiliter repuerascere esse solitos. Cice. de Or. 110. b.
incredibiliter gaudeo &c. Ci. I. A. 159. b. & Bru. 91. b

Incrementum, ti.
Ci. ď Sen. 88. a. *Quid ego uitium satus, ortus, incrementa commemorem?*
Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Ci. ď Fin. 83. a.

Increpo, as, increpaui, & increpui.
Ci. ď. Or. 127. a. *Tum omnem orationẽ conuerti in increpandam Cæpionis fugam.*
Nam qd ætatẽ increpuisti, puto &c. Ci. In sal. 273. a.
Increpare arrogãtiã alicuius. Ci. Acad. 19. a. et' p Dom. 224. b. *Cato Pompeij in me perfidiã increpauit.* Cic. Q. Fr. 308. b. *Discus increpuit.* Ci. ď. Or. 110. b.
Quicquid increpuerit Catilinam timeri non est ferendũ. Cice. I. C. 101. a. & I. P. 101. a. *Quicquid increpuerit pertimescens.*
Simulatq; increpuit suspicio tumultus artes illico nostræ conticescunt. Ci. p Mur. 129. a.

Incubo, as, quasi inbio.
Ci. p Clu. 32. b. *Hic ille planus improbissimus, qui illi pecuniæ, quem condiderat spe iam atq; animo incubaret, contrahit frontem.*

Inculcatus, a, um. Cic. At. 252. b. *Ἀγῶνες ipsum tibi misi crebris locis inculcatum & refectum.*
Libertas alicui tradita atq; inculcata. Ci. At. 286. a.

Inculco, as. Ci. ď Fat. 141. a. *Quid igitur attinet inculcare futuri?*
Ne ut quidam græca uerba inculcantes iure optimo rideamur. Ci. Off. 21. b.
Tertium caput a quo sit inculcatum uides. Ci. At. 50. b.
Inculcamus sæpe per imprudentiam etiam minus usitatos uersus. Ci. Or. 215. b.
Apud alios inculcata reperiet multa. Ci. Or. 219. b.
De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabit q; leuiora. Ci. Or. 201. b.
Id quod traditur uel etiam inculcatur si quis sit tardior posse percipere. Ci. ď Or. 95. b.
Inculcasti etiã ut C. Piscuẽ nominarer. Cic. In Vat. 34. a
Inculcatum est Metello, te aratores euertisse. Cice. I. V. 183. a.
Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. Ci. ď. N. 21. b.
Valeat plus, quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum. Ci. At. 14. a.
Græci qui se inculcant auribus nostris. Ci. ď Or. 110. a.

Inculte. Cice. ď Cla. 174. a. *D. Brutus dicere non inculte solebat.*
Inculte & horride dicere. Or. 199. a. & *inculte uiuere.* Ci. p Quin. 10. b.

Incultus, a, um. horridus. Ci. ď. N. 7. a. *Terrę regio inhabitabilis atq; inculta.*
Serere in inculto & derelicto solo. Ci. ď Cla. 166. a. & p Q. R. 50. b. *Ager incultus.*
Nulla pars Philosophiæ inculta ac deserta est. Cice. Off. 53. a.
Vir ut uita sic oratione durus, incultus, horridus. Cice. ď Cla. 175. a.
Cotta alia quidem inculta & syluestri uia ad eandem laudem peruenerat. Ci. ď Cla. 188. b.
Oratio exilis & inculta. Ci. ď Or. 111. b.
Corpus incultum & horridum. Ci. ȝ Rul. 68. b.
Vir subhorridus & incultus. Ci. p Sest. 7. a.
Cum eum incultum, horridum, mæstumq; uidisset. Cice. Post. 207. a.
Inculta quædam & horrida de malis græcis latine scripta deterius. Ci. ď Fin. 50. b.
Pictura inculta horrida. X. Nitida. Ci. Or. 200. a.

Incumbo, bis. elaboro.
Cice. ď In. 81. a. *Ille autem cuius merces erant, in gladium in naui ibidem incumberet. & ibi. Ille autem qui in gladium incubuerat &c.*
Aiax incubuit gladio. Ad Her. 4. a.

Impelli primo leniter index debet, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Ci. de Or. 138. b. & 147. b. *Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere.*

Et ab eo qui hos dimouit potius quam ab iis qui in te ipsum incubuerunt te depulsum putas. Ci. p. Plan. 162. b.

Magna est comitiis consularibus repentina uoluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad uirum bonum. Ci. p. Mur. 136 b.

Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. p. Cor. 67. a.

Incumbite in causam Quirites ut facitis. Ci. I. A. 193. b.

Præsertim cum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint Ci. Q. Fr. 291. b.

Quo omnes acrius grauiusque incumberent ad ulciscēdas reip. iniurias Ci. A. 206 a.

Quare omni studio ad id bellum incumbamus. Cice. pro Pom. 7 b.

Muni tota mente incumbe in hanc curam Ci. At 258. a. & At. 248. b. *Sed tu incumbe quæso in eam curam &c.*

Incumbe toto animo & studio omni in eā rationem, qua adhuc usus es. Ci. Q. Fr. 295. a.

Quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem. Ci. Ep. 149. b.

Vt in remp. omni cogitatione curaque incumberes Ci. Ep. 843. b. *Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem &c.* Ci. ep. 145.

Cū me uniuersa resp. &c. cunctis ordinibus hominibusque incumbentibus, omnibus denique suis uiribus recuperasset. Ep 14. a. *De prouinciis incubuisse cum senatu Pompeius uidetur, ut &c.* Ep. 121. b.

Pompeius ad uoluntatem perferendæ legis incubuerat. Ci At. 18. a. & 71. a. *Cum in cupiditatem incubui &c.*

Incumbamus o noster Tite ad studia. At. 32. a.

M. Cato incumbens ad illius perniciem. p. Mur. 138. a.

Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. At. 49 a.

Amabo te, incumbe in eam rem Ci At. 77. a.

Nemo fuit ex eis, qui non incubuerit ad remp. liberandam pro Syl. 183 a.

Quamobrem pergite ut facitis adolescentes, & in id studium, in quo estis incumbite de Or. 87 b.

Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret &c. Cic. Acad. 19 b. *Quare P. C incumbite ad salutem resp. circumspicite omnes procellas, quæ &c.* I. C. 118. b.

Atque utinam ipse Varro incumbat in causam. At 46. a.

Idem uolunt omnes ordines, eodem incumbunt Municipia. Ci I. A. 208. b.

Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. Ci. p Plan. 268. a.

Facis tu id quidē & eo maxime incumbis. Ci. I. A. 235 b

Ergo græcus incumbet. Ci. At. 73 b. i. urgebit propositū.

Quod si facere nolit, atque incubuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere &c. p Quin. 4. b. i. contenderit uel urserit, aliter inbibuerit.

Seruire & inseruire alicui rei. Ci. p Mur. 235. i. incumbere in aliquam rem.

Pompeius Miloni nihil tribuit omnia gutta, dicitque se perfecturum, ut in illo Cæsar incumbat, hoc horret Milo. Ci Q Fr 317 b.

Incunabula, orum. Ci. I. V. 825. b. *In his locis uestigia ac propè incunabula reperiuntur deorum.*

Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Cice. Or. 201. a.

Ego uero ad montes patrios & ad incunabula nostra pergam Ci At. 31. a.

Incunabula & rudimenta uirtutis. Ci In Sal. 273. a.

Ab incunabulis nostræ ueteris puerilisque doctrinæ. Cic. de Or 86. b. & de Fin. 138 a.

Incuria, riæ. negligentia. Ci de Am. 112. a. *Quo magis uituperanda est rei tam maximæ necessariæ tanta incuria.* *Incuria fame, morbo consumi.* Ci. de Pro. 70. a.

Incurro ris. incido.

Cice de Or. 159. b. *Iambus & Trochæus natura incurrunt in orationem.*

Sed ordinem sequens in memoriam notam incurro. Cice. de Cla. 187 a.

Sine tu similitudine illius diuini ingenii in eadem incurris uestigia Ci de Or. 222. b. & 124. b. *In ea casu incurro.*

In cuius adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis urbentem transuersa incurrit misera fortuna reip. Cice. de Cla. 196 b.

Incurreret enim in illum memorabilem annum suum. Cice de L. 157. b.

In ea aliquis incurrat imprudens Ci Off 65. b.

Incurrere in apertum perniciem. Ci de. N. 73. b.

Incurristi amens in columnas. Ci. Or. 219 a.

Per errorem in maximam fraudem incurrere. Cice. Off. 62. b. *Incurro in memoriam communium miseriarum.* Cice de Cla 186. b.

Tua ... quem in diem incurrat nescio. Ci. At. 105. b

In oculos incurrunt ii quos uidere non possum Cice At. 29 b. *Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos sed etiam in uoculas maleuolorum* Ci. Ep. 26. b.

Emerseram ex Antio in Appiam, cum in me incurrit Curio meus Ci. At. 19 b.

Quæstus qui in odia hominum incurrunt ut fœneratorum. Ci. p Plan. 262 b & Ep. 26. b.

Cum in hanc nauium armatæ tot classes incursuræ uiderentur. Ci p Sest. 13 a.

Sed tum accusc, qui in me incurrit atque incidit. Cice. p Plan 262. b.

Ne in nostra tempora incurrens offenderē quempiam. Ci. Q. Fr. 325. a.

Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem Ci Ep. 47. a.

Agros qui in publicum campanum incurrebant, pecunia publica coemi. Ci 3 Rul. 81. b.

Hic est mucro defensionis tuæ, in quem incurras necesse est. p Cæc. 301. b.

Incurro in crimen hominis nimium grati. Cice. p Plan. 278. a. *Incurrere in alterum domum atque famem.* Ci. p Cæl. 46. b. *Incurrere in aliquem & in eo hærere & impediri.* Ci. de Vn 200. b.

Vt in eum non inuasisse sed incurrisse uideamur. Cice. p Sest. 6. a. *Incurrere in alium cæco impetu.* Cice. de Fin. 58 a.

Incurrere in uarias reprehensiones. Ci. de Fin 49. a.

Casus in sapientem potest incurrere. Ci. Tus. 234. a.

Qui mihi uidetur candidatus in consularē quasi desulto rius in quadrigarum curriculum incurrere. Ci. ꝑ Mur. 137.b. Nulla est dubitatio in qua non aliquis locus incurrat. Ci. Top. 127.b.
Antonius decursionibus uastat ea loca, quæ incurrit. Ci. Ep. 172.b.
Quis est qui nihil offendat nusq̃ incurrat? Ci. Ep. 126.b
Incursio, onis. incursus.
Ci. ꝑ Cec. 193.b. Incursio atq; impetus armorum.
Incursio seditionis, uis multitudinis. Ci. ꝑ Clu. 38.b.
Deum agitari incursione atomorum. Cice đ. N. 24.a. & đ Fin. 53.a.
Incurso, as. Cic. At. 200.b. Audeo hoc dicere, incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem, sed &c. & Ad Her. 36.a. Incursare in fortunas omnium.
Incursus, sus. incursio. Cic. ꝑ Cec. 229.a. Impetum armati Antiochi cæterorumq; tela, atq; incursus refugit.
Incuruatus, a, um incuruus Cic. đ Fin. 71.b. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum.
Incuruesco, scis. Ci. Tus. 162.b. Hic rami non intermittunt suo tempore baccarum ubertate incuruescere. & đ Or. 157.a.
Incuruus, a, um. Incuruatus. Ci. đ. D. 86.b. Bacillum incuruum & leniter a summo inflexum.
Hunc dico rubrum incuruum canum &c. Ad Her. 39.b
Incus, udis. Ci đ N. 12.b. Formæ quas nos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.
Assiduus eodem opere eundem incudem noctem diemq; tundens. Ci. đ Or. 123.b.
Incusatio, onis. Ci đ Or. 152.b. Loci communes partim habent incusationem aut querelam.
Incutio, tis. inijcio.
Ci. đ Vn. 201.b. Quibusq; temporibus stellæ emersæ errorem incutiant rationis expertibus.
Incutere dolorem alicui. Ci. At. 62.a.
Timor incutitur ex periculis &c. Ci. đ .128.a.
Incutere metum alicui. Ci. Ep. 113.b.
Indagatio, onis. inuestigatio, inquisitio.
Ci. Off 4.a. Indagatio atq; inuentio ueri. & Tus. 242.a.
Inde est indagatio nata initiorum.
Indagatrix, cis. Cice. Tus. 228.b. Philosophia uirtutis indagatrix.
Indago, as. uestigo, inuestigo, inquiro.
Ci. At. 25.a. Tu quid indagaris de rep facito ut sciam.
Initia communis exitij indagaui, patefeci, protuli. Cice. ꝑ Mil. 121 b.
Inusitatas uias indagare, tritas relinquere. Ci. Or. 197.b
Eaq; omnibus uestigijs indagata ad me afferas. Cic. At. 26.b. Aliquid indagare, inuenire, e tenebris eruere. Ci ꝯ Rul. 61.b.
Hoc tu indaga ut soles, ast hoc magis &c. At. 94.b.
Cuius septum undiq; dumis indagaui sepulchrum. Cice. Tus. 241.a.
Acutissime indagare & odorari omnia. Ci. I. V. 135.b
Canis natus ad indagandum. Ci. đ Fin. 73.a.
Inde. procul inde. Ci. ꝑ Mil. 111.a.
Ci. At. 152.b. Qui autem ueniunt inde, id modo nũtiãt.
Abeamus igitur inde, Ci. i. Roma.
Eo die mãsi Calibus, inde has literas dedi. Ci. At. 115.a.
Librarium illud eripuisti è domo ut præclarũ inde munus ad aliquem deferre posses. Ci. ꝑ Mil. 107.b.
Lacedæmon iussit neruos inde demi. Ci. đ. L. 177.b. i. ex fidibus Thimothei.
Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit. Cice đ. In. 48.b. & Ad Her. 3 a.
Deinceps inde multi Ci. đ Cla. 198.a.
Quid tum inde? Ci. ꝑ Mur. 129.b.
Iam inde a principio huius imperij. Ci. đ Pro. 75.b. 76.a
Iam inde ab ortu. Ci. đ N. 50.b.
Inde usq; repetens. Ci. ꝑ Arch. 185.b. i. a pueritia.
Indecore. Ci. Off. 23 a. Vt ea si non decore at quam minime indecore facere possimus. & 4.a. Caueatq; ne quid indecore effœminate ue faciat.
Indecorus, a, um quod non decet.
Ci. Off. 19.a. Quod animo magno fit, id decorum uidetur, quod contra, id ut turpe, sic indecorum. bis.
Turpe inhonestum, indecorum, prauum, Ci đ Fin. 92.b.
Indecorum est de prauis rebus amplissimis uerbis dicere. Ci. Or. 203 b.
Itaq; illud indecorum, quod &c. Ci. Or. 204 a.
Indemnatus, a, um. Ci. đ In. 72.a. Tamen a fratre indemnatã occidi non oportuit & I. V. 238.a. & Ad Her. 5.b
Cum Sylla bona indemnatorum ciuium uenderet. Cice. ꝯ Rul. 77.a.
Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus. Ci. I. C. 207.b. & ꝑ Dom. 214.b.
Indemnatus & incolumis. Ci. ꝑ Cor. 60.a.
Lex quæ erat contra omnes leges indemnati ciuis atq; integri capitis. Ci. I. P. 86.a.
Index cis. Ci. I. C. 119.a. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. Ci. I. C. 119.a. & 120.a Cæsar indices maximis præmijs affecit.
Interim uenit index ad Dineam neq; obscurus neq; incertus, qui nuntiaret ei filium &c. ꝑ Clu. 21.b.
Idem Nerius index edidit ad allegatos &c. Cice, Q. Fr. 309.a. & 308.b.
Complexus summæ beneuolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato. Ci. I. A. 231.a.
Vox index stultitiæ uestræ. Ci. ꝑ Rab. 94.a.
Tabella index tacitæ libertatis, & uox index uestrarum erga me uoluntatum & studiorum. Ci. ꝯ Rul. 66.b.
Orationis indicem uocem habemus. Ci. Off. 27.a.
Imago animi uultus est, indices oculi. Cice. đ Or. 163.b. & Or. 202 b.
In philosophos uestros si quando incido, deceptus indicibus librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis &c. uerbum prorsus nullum intelligo. Cic. đ Or. 114.a.
Iisq; imperes ut sumant membranulã ex qua indices fiãt, quos uos Græci σιλλύβους appellatis Ci. At. 27.b.
Sed planè pollex non index. Ci. At. 219 b.
Fanum Herculis indicis. Ci. đ D. 91.b.
India, diæ. Cice đ Fin 99.b. Via quæ est hinc in Indiã. et Tus. 243.b. Quæ barbaria india uastior aut quæ agrestior?
Indicium, cij. Signum, argumentum, documentum, uestigium, nota, specimen, insigne.

Ci.p Clu.23 b.Omnia quæ solent esse indicia & uestigia ueneni,in illius mortuæ corpore fuerunt.

Illud quod præsentis doloris est indicium.Cic.Off.329.

Quæ quo sunt excelsiores eo dant clariora indicia naturæ.Ci.de Fin.136.a.

Sed tamen indicium fieri uideatur,cum tabulæ illæ ipsæ cuiusque modi sunt,proferuntur.Ci.p Fla.154.b.

Certissima argumēta atque indicia sceleris.Ci.I.C.113 b.

Monumentum , quod positum est , ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis. Ci.p Dom.235.b.

Hanc porticum esse patiemini furoris tribunitij & doloris mei indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam.Ci.p Dom.234.a.

Hoc nobis & scelerum indicia ostendit,& periculorum signa patefecit.Ci de Ar.249.a.

Eo die quo indicium fieret coniurationis.Ci.de.D.117.b

Noster hic præposterus imperator amissorum oppidorum,cæsarum legionum,prouinciæ præsidio & reliquis militibus orbatæ ad sempiternum dedecus sui generis ac nominis indicia constituit.Ci.I.P.99.b.

Viderat ille Murenam ad me consulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre . Ci.p Dom.240.b.

Quas notas scelerumque indicia parricidiorum reperietis:Ci.p Syl.181.b.

Neque C.Marius qui quantas res gesserit,uestra nobis libertas indicio esse potest.Ci.Antequā.197.a.

Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi tribunatus.Ci.p Dom.235.b.

P. Lentulus hoc specimen uirtutis,hoc indicium animi sui fore non putauit si me &c.Ci.Post.205.b.

Chirographa,testificationes,indicia,quæstiones rem manifestam diferunt.Ci.de Cla.190.b.

Sed cum aliquo insigni indicio tuæ erga me beneuolentiæ. Ci.Ep.98.b.&.64.a.

Indico,as indicium facio,indiciū do,indicio sum,ostendo, indicia ostēdo,signa patefacio,monstro,coarguo,innuo, loquor,indicia alicuius rei ad aliquē affero uel defero. Ci.p Clu.56.a.Puer rem omnem dominæ indicauit.

Hortatus sum,ut ea quæ sciret,sine timore indicaret.Ci. I.C.112 b.

Et cū inueneris indicare in uulgus nefas.Ci.de.Vn.195.b

Quæ uerba aperte indicant posse rationē haberi etiam non præsentis.Cic.At.276.b.Sic enim qdā locum hunc corripiunt.

Vt epularum solennium fides ac tibiæ indicant . Cice.de Or.161 a.

Dicendi autem genus , quod fuerit in utroque,orationes utriusque etiā posteris nostris indicabunt.Ci.de Cla.195.b

Atque hoc rei exitus indicauit,quis eni &c.Ci.de.L.189.a

Vultus indicat mores.Ci de.L.161.a.

Zeno perpessus est omnia potius quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret.Ci.Ep.355.b.

Multa te consule ipsi se indicauerunt.Ci.de Fin.59.b.& 77.a. At is & ex ferrula insimulatus & a puero conscio indicatus est Ci.p Clu.56.b.

Vidi ego fore , ut aliquando aliquis aliter indicata hæc esse diceres,Ci.p Syl.175.a.

Eodem tempore signum Iouis collocabatur,quo coniuratio indicabatur.Ci.de.D.118.a.

Sed tamen quis tibi de epistolis istis indicauit ? Cice.pro Fla.163.b.

Atque ille ut semper fuit apertissimus,non se purgauit, sed Indicauit atque innuit.Ci.p Mur.136.a.

Sed tamen indicabo tibi quod in primis te celatum uolebam.Ci.Q.Fr.326.a.

Indicabo temerarium meum consilium tibi.Ep.155.b.

Nam quod ante a te calumniatus sum,indicabo malitiā meam.Ci.Ep.129.a.

Iam me uobis iudices indicabo.Ci.p Arch.191.a.

Vt me tibi indicem.Ci de Cla.181.b.

Q.Scænola postulauit,ut sibi fundus,cuius emptor erat, semel indicaretur.Ci.Off.64.a.

Indico,cis. denuntio,promulgo.

Ci.Off 8.a.Nullum bellum esse iustum,nisi quod aut rebus repetitis geratur,aut denuntiatum ante sit & indictū

Antonius bellum reip.indixit.Ci.At.289.a.

Qui bellum populo rom.indixit.Ci.I.C.207.a.

Indicere bellum hostibus.Ci.de Fin.131.a.

Tamen id funus iure indictum esse dicebant.Ci.p Dom. 221.b.& ibi Funestum funus te indixisse reip.

Iustitium indici dico oportere.Ci.I.A.200.b.

Indictæ & apertæ inimicitiæ.X.tacitæ & occultæ. Ci. I.V.273.a.

Miror cur philosophiæ sicut Zetus ille Pacuuianus propè bellum indixeris.Ci de Or.123.a.

Legem innocentiæ sibi ipsi indicunt,qui ab altero rationem uitæ reposcunt.Ci.I.V.148.a.

Cum omnes adessent cœptum est referri de indicendo.S. consulto.Ci.p Pom.15.a i.promulgando.

Prælium promulgatum.Ci.p Mur.131.a.

Indictus,a,um.

Ci de.L.164.b.Vt Dictator quem uellet indicta causa impune posset occidere.& p Dom. 222 a.Ne pro indicta die quis accusetur.

Animaduertere in aliquem indicta causa ad dicendum. Cic.Ep.60.b.aliter indicta causa dicendi.

Indicta causa ciuem rom.capitis condemnari.Ci.p Rab. 92 b.& 196.a.Ex eo indicta causa.& I.V.117.a.

Rem indicta causa iudicare.Ci.I.A.171.a.

Casum illum meum funus esse reip sed funus iustum & indictum inimicitiæ.Ci.I.V.273.a.

Indidem. Ci.de Or.157.b.Vnde simile duci potest,indidem uerbum unum trāslatum lumen afferet orationi.

Quo homines?indidem ne Ameria?Ci.p S.R.30.a.

In dies , in singulos dies,quotidie, quotidie magis,quotidie plus. Ci.At.71.a.Quotidie,uel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto, quotidie enim magis ac magis suspicor te in Epirum profectum.

Sed cura ut excuses morbi causa in dies singulos.Ci.At. 189.a & 190.a.Quoniam in perpetuum non places in dies singulos uidebis.

Mihi in dies maiori curæ est tua dignitas. Ci. Ep.29.a.

Huius uel consilij maiorem in dies singulos fructum capio.Ci.Ep.60.a.&.81.a.&.148.b.

Vehementius in dies incitor.Ci.de.D.109.b.

Ingrauescit

Ingrauescit in dies intestinum malum. Ci. At 278.b.
Ista ardet furore nec remittit aliquid sed in dies ingrauescit. Ci. At. 156.b.
Satio desiderij, quæ serpebat in dies. Ci. At. 230.b.
Hic magis indies conualescit. Ci. p Mil. 106.a.
Indies singulos eius copiæ minuuntur. Ci. Ep 167.a.
Pompeium me hercule plus plusq; indies diligo. Ci. At. 92.a.
Hi curatione adhibita leuantur indies, alter ualet plus quotidie, alter uidet. Cic. de Fin. 121.a. & Episto. 31.b.
Solon dicebat senescere se multa in dies addiscentem. Ci. de Sen. 87.b.
Obdurescunt magis quotidie boni uiri. Ci. Bru. 189 a.
Præstaboq; & enitar ut in dies magis magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio Ci Fil. Ep. 264 b.
Hæc tua institia florescit quotidie magis. Ci. p Mur. 132.b.

Indifferens, tis. Ci de Fin. 101.b. *Quod enim græci ἀδιάφορον dicunt id mihi ita occurrit ut indifferẽs dicerẽ,* & Acad. 33.a. ἀδιαφορία

Indigem. Cic de Or. 126.a. *Quem exacta ætate indigem liberum &c.*

Indigena, næ. Cic de N. 67.b. *Tertius Hercules est ex ideis indigenis, cui inferias afferunt.*

Indigenialis, le. Ci. de Or. 157.a.

Indigens, tis, egens. Ci de Am 102.a. *Quid enim ille erat indigens mei?* & Off 43 b. *Benigne facere indigentibus* & de Fin. 89 b. *Ferre opem indigentibus.*

Indigentia æ. Cic. Tusc. 213.b. *Indigentia est libido inexplebilis.*
A natura non ab indigentia ortam esse amicitiam. Cic. de Am. 101.a. & b.

Indigeo, es, indigens sum, egeo.
Ci. de Or. 97.b. *Iam illa nõ tam artis indigent q̃ laboris.*
Quæ ad consolandum maioris ingenij indigent. Ci. Ep. 81.a.
Quia uos mei non indigetis. Ad Her. 26.b.
Partes quarum indigemus ad hanc præceptionem Ci. de In. 50.a. & 44 a. & ad Her. 21.b.
Tamen indigeo tui consilij. Ci. At. 198.a.
Qui minime alterius indigent. Ci de Am. 106.a.
Hoc bellum indiget celeritatis. Ci. I. A. 206.b.
Mea adolescentia indiget illorum bona existimatione. Ci. p. Q. R. 52.b.
Nunc te cohortatione non puto indigere. Ci. Ep. 188.a.
Vt magis ipsi uideantur aliorum consolatione indigere. Ci. Ep. 49.b.
Nũc committi ut me uiuo alij indigeres. Ci Q. Fr. 303.b

Indignatio, onis. *Stomachus, ira.* Ci de In. 60.b.
Indignatio est oratio per quã conficitur ut in aliquẽ hominem magnum odium aut in rem grauis offensio concitetur.

Indigne. Ci. Anteq̃. 195.a. *Quondam felix, nunc egei indigne.* & Ep. 66.b.
Indignissime necari. Ci. I. V. 266.a.
Cum Q. Metellus indignissime eriperetur uniuersæ ciuitati. Ci. p Cæl. 50.a.
Indigne pati. Ci. I. V. 141.a i. *moleste ferre* & de In. 72.a. *Indigne passus* i. *cum ægre tulisset.*

Indignitas, tis.
Ci de In. 68.b. *Facti alicuius atrocitatem aut indignitatem aut omnino culpam augere.*
Neq; tamen satis seuere pro rei indignitate decreuit. Ci. p Mur. 136.b.
Adeundi atq; conueniendi illius indignitatem ac molestiam pertulissem. Ci. Ep. 91.a.
Animus præluditur ad exponendam rei indignitatem. Ci. Anteq̃. 195.a. & ad Her. *Nequeo uerbis consequi indignitatem rei.*
Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. Cic. In Vat. 32.a. & 29 a. *Si tua quod indignitas postularet spectare uoluissem.*
Si id tardius eueniet, fruar tamen tua indignitate. Ci. I. P. 101 a.
At si quid affert præterea hominis dignitas aut indignitas extra causam est. Cic. de Or. 121.a. & I. V. 64.b. & Ep 26.b.

Indignor, aris, *grauiter fero, stomachor, mihi indignum uidetur.* Ci. de In. 69.a. *Locus communis erit defensoris, p quẽ indignabitur, accusatorẽ conari &c.* *Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt aut occisus est.* Ci. Ep 50.a. & 179.b.
Atq; eũ quem dilexi perijsse indignor, & ibi Mortẽ hominis necessarij grauiter fero. *Et dicere ea quæ idignantur aduersarij tibi quoq; indigna uideri* Cic. de In. 47.b.
Nimium cito ait me indignari de tabulis. Cic. p. Q. R. 45.a. alias indigere.
Loci, qui aut misericordiæ captandæ aut facti indignandi causa sumantur. Ci de In. 69.a.

Indignus, a, um. *alienus.*
Cic. At. 138.b. *Hoc turpe & me indignum puto.* & de Fin. 136.a. *Nihil ne est in his rebus quod dignum libero aut indignum esse ducamus.* *Res indigna atq; intolerãda uidebatur omnibus.* Ci I. V. 118 a. et Off. 27.b. *Etiã si nobis indigna audiamus, eiusmodi iniuriæ sunt, ut de eis indignum sit non primo quoq; tempore iudicari.* Cic. de In. 69.b.
In quo cum multa indigna sint, tum nihil minus est ferẽdum. Ci. p Sest. 3.a.
Cum multa indigna tũ uel hoc indignissimũ est, uos etc. Ci. p. S R. 19.b.
Nonne igitur indignum est eos &c. Ci. Anteq̃. 194.a & de In. 47.b. *Hoc mihi indignum uidetur.*
Quod non minus q̃ de Alexandrinis indignum dijs immortalibus est uisum. Ci. de Ar. 251.b.
Nam quid hoc iniquius aut indignius dici aut commemorari potest? Ci. p Quin. 1.b.
Quod Amerinis usq; eo uisum est indignum, ut omnes &c. Cic. p. S. R. 12.a. & 19.b. *Filij egestas indignissima.*
Indigna mors Palamedis. Ad Her. 12.b.
Indignum est a pari uinci aut superiore, indignius ab inferiore. Ci. p Quin. 18.a.
An qui petebant indigni erant, qui impetrarent? Cic. p. S. R. 38.a.

In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui &c. Ci. p Cor. 62. b.

Qui te indignum ædilitate iudicauerunt. Ci. p Plau. 260. a. Cæsar te omni honore indignissimum iudicat. Ci. In Vat. 36. b.

Aliquem esse indignum suis maioribus. d Or. 135. a.

Misericordiam utilem esse dicunt ad opem ferendam & calamitates hominum indignorum subleuandas. Ci. Tus. 218. b. & Tus. 237. b. Diuitias quiuis, quãuis indignus habere potest.

Indiligenter. Ci. d Iu. 63. b. Nõ indiligẽter exposui &c.

Indiligentia, tiæ. Ci. Q. Fr. 300. b. Litterarum missarum indiligentiam reprehendi.

Indiserte. Ci. Q. Fr. 306. b. Seuerus orationem meã laudauit non me hercule indiserte.

Indisertus, a, um. Ci d. N. 26. a. Nam neq; indisertum Academicum pertimuissem, neq; sine ista philosophia rhetorem quanuis eloquentem.

Vir non indisertus, Ci. d Cla. 171. b. & Ep. 29. b.

Indisertus interpres. d Fin. 93. a.

Indiserta prudentia. X stultitia loquax. d Or. 156. a.

Indissolubilis, le. Ci. d Vn. 202. a. Immortales uos quidem esse & indissolubiles non potestis neutiq̃ tamen dissoluemini.

Indiuiduus, a, ũ simplex. X. diuiduus. Ci. d Vn. 198. b. Idq; interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum esset in corpore.

Indiuiduum corpus quod dirimi distrahiq; non potest. Ci. d. N. 65. a.

Materia est indiuidua atq; simplex. d Vn. 199. b. & 198. b. Ita nihil esse indiuiduum potest d. N. 14. b. & ibi. Indiuidua corpuscula. & 65. a. & d Fin. 52. a.

Atomi idest indiuidua corpora.

Indiuiduum, dui. indiuiduum corpus, persona, atomus. Ci. d Fat. 145. a. Indiuidui hæc est natura ut pondere & grauitate moueatur.

Cum duo indiuidua p inanitatem ferantur. d Fat. 144. a

Species ex indiuiduis innumerabilibus existẽs. d. N. 12. b

Ex illis indiuiduis, unde omnia gignuntur. Acad. 14. b.

Indiuidua & intermundia, quæ nec sunt, nec esse possunt, intelligimus. d Fin. 80. a.

Indocilis, le. Ci. d. N. 4. b. Quidam nimis indociles tardiq; sunt. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non desiderauit indocilẽ usus disciplinã. Acad. 1. a. b

Indocte. Ci. d. N. 34. b. Non solum indocte sed etiam impie facere.

Indoctus, a, ũ. ineruditus, imperitus. Ci part. 237. b. Genus hominum indoctum & agreste.

Ex leuissimo enim & indoctissimo genere constant. Ci. d. D. 235. b.

Si apud indoctos imperitosq; dicemus. Ci. Part. 238. b.

Rabula indoctus, inurbanus, rusticus. d Cla. 180. b

Rudis & indocta oratio. d Or. 160. a.

Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui &c. d Fin. 63. b.

Indolentia, tiæ. Ci. d Fin. 66 a. Num uoluptas idem est, quod, ut ita dicam, indolentia? & 68. b.

Neq; Hieronymus uoluptatis nomine unq̃ utitur pro illa indolentia.

Qui res expetẽdas uel uoluptate uel indolẽtia metiuntur.

Indoleo, les. Ci. I. A. 172 a. Quis non indoluit te tam sero a se esse cognitum?

Indoles, lis. indicium animi. specimen uirtutis, puer magna dignitate prçditus. optima spe prædiuus, quçdam in puero dignitas, expectatus ad amplissimã dignitatem. Ci. d Sen. 91. a.

Ci. At. 274. a. Cæsaris uero pueri mirifica indoles uirtutis. In nobis egregiam quandam & prçclaram indolem esse cognoui d Or. 95. b.

Bona spes & magna indoles in adolescente. d Fin. 89. a

Adolescens summa spe & animi & ingenij præditus. Ci. I. A. 169. a.

Hic a puero spem mihi magnam afferebat summæ probitatis, summçq; eloquentiæ. Ep. 87. a.

Ita sæpe magna indoles uirtutis priusq̃ reip. prodesse potuisset, extincta fuit. I. A. 203. b.

Summa in filio spes summa ingenij indoles, summaq; uirtus. Ci. I. A. 237 b.

Lentulus eximia spe summæ uirtutis adolescens. Ep. 8. b.

In adolescentibus bonam spem esse dicimus & magnam indolem. d Fin. 89. a.

Adulescentes bona indole præditi Ci. Sen. 82. a.

Si spem afferunt & tanq̃ in herbis non fallacibus fructus appareat. d Am. 109 a.

Videtur in eo esse indoles, sed flexibilis ætas, multaq; ad deprauandum parata. Ci. ad Bru. 289. a.

Itaq; omnes in quibus est uirtutis indoles commouentur. Ci Off. 55. a.

Præterea ad uirtutem maior indoles. Or. 200. b.

Si quis hac indole uirtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes uoluptates. p Cel. 45. b.

Ab hac indole iam illa natura, uxor &c. Or. 206. b.

Facillime autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui &c. Ci. Off 41. b.

Prç se ferre speciem boni uiri. Off. 40. b.

Multa iam mihi dat signa puer & pudoris & ingenij. Ci d Fin. 91. b.

Indomitus, a, um. qui imperium recusat, equus intractatus & nouus.

Ci. p Clu 2u. b O libidinem effrenatam & indomitam. & d Ar. 256. a. Indomitus atq; effrenatus furor.

Indomitç, atq; effrenatæ cupiditates. Ci I. V. 88. a. & p S. R. 24. b.

Equum ferocitate exultantem domitori tradere, ut eo faciliori possimus uti Ci. Off. 18. b. & Ad Her. 38. b. Equus indomitus.

Indormio, mis. Ci. Q. Fr. 315. b. Ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu. & I. A. 166. a. An faces admouendæ sunt. quæ te excitent, tantæ causæ indormientem?

Indotatus, a, um. Ci. d Or. 105 a. Cuius artem cum indotatam esse atq; incomitatam & incomptã uideres, uerborum eam dote locupletasti & ornasti.

Induciæ, arum.

Ci. At. 113. a. Tũ ad te scribam plura si erit bellum. sin autem etiam induciæ, te ipsum uidebo.

Cum

Cum triginta dierum essent cum hoste pactę induciæ. Ci.Off.7.b.

Quid? ille faceret inducias? Ci.I.A.118.a.

Inducias fieri posse. Ci.At.143 b.

Induco, cis. *quasi impello, adduco, introduco, facio, decipio.* Ci.đ N.34.b.ea *Difficultas induxit imperitos ut errarent.* & I.P.92.a. *Induci in errorem.* & đ Cla. 192.b.

Inducere aliquem ad faciendum aliquid gratia, spe, pretiö, premissis. Ci.p.S R.31.a.

Induci aliquo emolumento ad agendum aliquid. Ad Her.11.b.& 19.b.

Studia alicuius induci ad aliquid faciendum. Ci.đ Or. 102.b. *Ab hominibus nequàm induci ad facinus conscissendum.* Ci.p.S.R.24.b.

Tamen inductus familiaritate id fecit. Ci.p Quin.2.b.

Induxit eũ L. Saturnini familiaritas, ut &c. Ci.p Rab. 95.a. *Idq; ut facerem orationibus inducebar tuis.* Ci. đ.L.169.a.

Quem ego ut mentiatur inducere possum ut peieret exorare non potero. Ci.p Clu.16.b.

Hæc M. Cato autoribus eruditissimis inductus arripuit. Ci.p Mur.139.a.

Adduci voluntate, induci odio ad aliquid agendum. Ci. Ep.63.a.& 62.b.

Multos induxit in peccatũ pecuniæ spes. Ad Her.18.b.

Cum tibi vana quędã falsa spe inductus pollicebar. Ci. p Plan.280.a.

Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. Ci.đ Cla.181.b.

Is nulla cupiditate inductus de via decessit. Ci.p Cel. 44.a. *Deinde induc in animum, ita simulandum esse.* Q.đ.Pet.211.a.

Animum inducere non potui, ut viderem &c. Ci. At. 43.a. *Qui potuit animum inducere, ut filium exheredaret.* Ci.p S.R.27.a.

Antonius induxit animum sibi licere qđ vellet. Ci.At. 218.b. *Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere quæ &c.* Ci.đ.D.05.a.

Tu igitur animum induces causam hanc defendere? Ci. đ D.117.b.& Tus.234.a. *Inducant animũ divitias cõtemnere.* *Induxi in animum defendere aliquem.* Ci.p Syl.183.a. *Si ire in exilium animum induxeris.* Ci.I. C.101.b.102.a.

Neq; enim legare eiusmodi matri poterat in animum inducere. Ci.p Clu.26.b.

Inducere animum iacentem amici in spem cogitationẽq; meliorem. Ci đ Am.107.a.

Quod te malum inquit rationis in istam spem induxit, ut &c. Ci.Off 44.a. *Ego patres conscriptos ad parricidium induxi.* Ci.Off.330.b.

Quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem. nos &c. Ci. p Plan.281.a.

Id quod animũ induxerat paulisper non tenuit Ci.At. 203.a. *Cur igitur eos inducitis in captiones, quas nũq̃ explicetis?* Ci.đ.D.116.b.

Natura quasi instituit docere & induxit in ea, quæ inerant tanq̃ elementa virtutis. Ci.đ Fin.139.a.

Qui hoc primus in nostros mores induxit. Cic.đ Or. 119.b. *Inducere novum morem iudiciorum in rẽp.* Ci.p.R.P.124.a. *Inducere novum verbum in linguam latinam.* Ci.I.A.256 b.

Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerentur. Ci.I. A.155 a. *Hanc rationem Epicurus induxit, ob eam rem quod &c.* Ci.đ Fat.145.a.

Illa subtiliter ad criminandũ inducta oratio. Ci.p Cel. 42.b. *Sed quid ego indices ita gravem personam induxi?* Ci.p Cel.44.a.

Mira enim persona induci potest Britannici iureconsulti. Ci Ep.102.a. *Epicurus iocandi causa deos induxit perlucidos & perflabiles.* Ci.đ.D.116.b.

Qua ergo ratione hæc duo divinandi genera inducis, eadem illa possunt esse quæ tollis. Ci.đ.D.131.a.

Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem sed &c. Ci.Off.76.a.

Rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atq; discordiam. Ci.Off.17.b.

Puerum in hanc nostram rationem consuetudinemq; induceremus. Ci.Q.Fr.324.a.

Quæ eloquentia falsos deos sustulit, eadem veros inducat. Ci.đ.N.26.a.

A me gladiatorũ par nobilissimũ inducitur. Ci.đ Opt. 244.b. *Poetæ deos libidine furentes induxerunt.* Ci.đ N.10.a. *Varro inducetur in aliquem locum, si modo erit locus.* Ci.At.63.b.

Puera me hic sermo inducitur. Ci.At.209.b.

Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum &c. Ci.p Dom.231.b.

Mutã quędam eloquentia inducere. Ci.Or.209.b.

Tiresiam poetæ nunq̃ inducunt deplorantem cæcitatem suam. Ci.Tus.250.b.

Inducere fortissimum virum lamentantẽ. Ci.Tus.180.b.

Attribuere sermonem vel orationem alicui Ci.Ep.37 b

Sapiẽs ab Epicuro beatus semp̃ ĩducitur Ci đ Fin.61.b

Hinc ille Gyges inducitur a Platone, q &c. Ci.Off 59.b

Quinta quædam natura ab Aristotile inducta Ci.Tus. 162.a. *Sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit* Ci.ꝯ Rul.89 a.

Itaq; mirificum ἐμβόλιον cogito in secundũ librum meorum librorum inducere. Ci.Q.Fr.322.a.

Seseq; ipse versans sempiternæ vitæ induxit exordium. đ Vn.199.a. *Inducere controversiã de musica.* Ad 14 b. *A tuis invidis nomen inductum fictæ religionis.* Ci.Ep 4 a. *Hic ager quoquo pretio coemptus erit tamen ingenti pecunia vobis inducetur.* Ci.ꝯ Rul. 80.a.& 86.b. *Vt agros quanti velletis populo rom. induceretis.*

Inducere tectorium. X. delere. Ci.I.V.105.b.

Inducere locos communes. Ci đ In.67.b.

Inducere funus. Ci.đ.L.182.b.

Inducere nomina. Ci.At.67.b i delere.& 15.b. *Vt induceretur locatio postulatum est.*

Et si nomina facta sunt vel induci vel mutari possunt Ci.At 220.a.

Hic nos decepit, fefellit, induxit. Ci.I.P.79.b.

Socios inducere, decipere, destituere. Ci.p.S.R.37.b

Dolobella tum est impulsus, elusus, inductus. Ci.I.A. 275.b. In quibus rationibus quãtũ quenq; ciuitas uoluit legatus suis datũ induxit. Ci Ep.41.b. aliter, indixit. Soleæ ligneę in pedes inductę sunt. Cice.de In.81.a.& ad Her.5.a pedibus inductæ sunt.

Inductio, onis. Ci.de N.57.a. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.

Personarum ficta inductio. Ci.de Or.161.a.& erroris inductio. Hoc non est positum in labore aliquo sed in quadã inductione animi atq; uolũtate. Ci Q.Fr.296.a.

Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius, qui cum instituta est &c. Ci.de In.52.b.

Tantum enim animi inductio, & me hercule amor erga Pompeium apud me ualet. ut &c. Ci Ep.9.a.

Inductus, ctus. impulsus. Ad Her.11.a. Quod alieno inductu fecerit.

Indulgens tis. facilis. X, difficilis. seuerus, acerbus.

Ci.Off 71.a. Qui nuper indulgens in patrẽ, idem acerbus & seuerus in filium.

Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusq; maternum. hoc &c. Ci pro Clu.20.a.

Ambitiosus in aliquem. Ci.Q.Fr.300.a.i. Indulgens.

Indulgenter. Ci.At.143.a. Illud præclare admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter & cum grauitate potius loquar. & de Fin.87.b. Facere aliquid indulgenter uel cum labore.

Indulgentia, tiæ. obsequium, patiẽtia, quędam lenitas pręsertim in filios. Ci.At.157.a.& .165.a. Indulgentia & obsequium ferè idem.

Mihi liberi mei propter indulgentiam meam uita sunt mea chariores. Ci.Postq̃.198.a.

Filium patris indulgentia deprauari. Ci.At.157.a.

Indulgentia alicuius in aliquem, ut Ciceronis in collegam suum. Ci pro Sest.4.b.

Vniuscuiusq; indulgentiam testarer in suos Ci pro Syl. 279.b.& Ep.157.b. Nimia indulgentia in aliquem.

Qui simili sensu atq; indulgentia filiorum commouemini. Ci.I.V.99.a.bis.

Tribuere indulgentiam alicui. Ci.At.187.a.

Et hoc Cæsar pro sua in nos indulgentia probabit. Ci. At.142.b.

Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? Ci.de Or.224.a.

Homines inter se naturali quadam indulgentia & beneuolentia contineri. Ci de.L.163.a.

Cum animus cognitis uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaq; discesserit. Ci.de.L.168 a.

Indulgeo, es. obsequor, in aliquem sum ambitiosus, indulgentiam alicui tribuo, assentor.

Ci.I.V.160.a. Is ciues romanos coluit ijs indulsit, eorũ uoluntati & gratię deditus fuit.

Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgẽs præcipitem amicum ferri sinit. Ci.Am.113.a.

Ipsaq; sibi imbecillitas indulget, in altumq; prouehitur imprudens. Ci.Tusc.217.b.

Epicurei sibi indulgẽtes & corporibus deseruiẽtes &c. omnia etc. Ci.de.L.163.b.et Tus 117.b. Indulgere sibi. Sed uide ne hæc oratio sit hominum assentantium nostrę imbecillitati & indulgentium mollitudini. Tus.193.a.

Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Ci.Or.211.b.

Spernere ueteres amicitias & indulgere nouis. Ci.de Am.106.b.

At enĩ gręcis solis indulgeo, quid &c. Ci.Q.Fr.300.a

Sed ut ut est idulge ualetudini tuę, cui quidẽ tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. Ci.Ep.263.b.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus sumptus suggeris, uestitu nimio indulgẽs? nimium ineptus es. Ci.de.In.48.a.

Indumentum, ti. Ci.de.N.15.a Quod cum facere uultis, indumenta tamen corripitis.

Induo, is. in pedes induco. Ci de In.81.a.

Ci.Off.59.b. Is annulum ei uidit in digito, quem ut detraxit, ipse induit. Ex eius spolijs sibi & torquem & cognomen induit. Ci de Fin 80.a.

Quare talaria induamus. Ci.At.236.b.

Epicurus qui tantummodo induit personam philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. Ci.Tus.242.b.

Cui cum Deianira sanguine centauri tinctam tunicam induisset, ait ille &c. Ci.Tus.179.a.

Ponit enim ꝑsonã amici cũ induit iudicis. Ci.Off 60.a.

Intelligendum est duabus quasi nos indutos esse personis, quarum una &c. altera &c. Ci Off.21.b.

Habes somnum imaginem mortis eamq; quotidie induis. Tus.168.a.

Feræ quædam illæ forma hominum indutæ extiterunt. Cice.pro Syl.181.b.

Dij induti specie humana. Ci de.N.38.b.

Vir indutus muliebri uestitu. Ci.At.7.b.

Pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset. Ci.de Or.154.b.& ad Her.38.b. Cum citharœdus prodierit optime uestitus, palla inaurata indutus.

Injcere laneum pallium alicui. Ci.de N.76.b.

Antiochus in id ipsum se induit. quod timebat. Ci Acad. 6.a. Hic uidete in quos laqueos se induerit. Ci.I.V. 129.a. X. expedire se ex laqueis, &.129.b.

Videte ut dum expedire sese uult, induat. &.50.a. Ipse sese induit. Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. Ci.I.V.270.a.

Cum autem ij anhelitu se in nubem induerint. &c. Ci.de D.117.a.i. conuerterint.

Induperator, oris. Ci.de.D.102.a. Omnis cura uiris uter esset Induperator.

Indus, di. Fluuius omnium maximus. Ci.de.N.52.b.

Industria, strię. Ci.At.84.a. Quare non ócxrm tua industria sed præclare ponitur.

Tua exquisita doctrina & singularis industria. Ci.de Cla.166.b.

Alterius mens rationibus agitandis exquirendisq; alebatur, cum oblectatione industriæ, qui est unus suauissimus pastus animorum. Ci.Tus.241.a.

Messala tanta est industria, tantumq; euigilat in studio, ut &c. Ci.At.282.a.

Industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. Ci pro Pom.9.b.

Quod uersabatur in hoc nostro studio & cum ingenio

ut nulli

ut nosti nec sine industria. Ci. Ep. 108. a.

Ingenium industria alitur. Ci. pro Cel. 47. a.

Mihi in labore perferendo industria non deerit. Cice. post. 203. a. Manent ingenia senibus modo permaneat studium & industria. Ci. de Sen. 21. a.

Perfectum ingenio elaboratum industria. Ci. pro. Pom. 4. a. Qui in scribendo tantum industriae ponam. Ci. Ep 39 b.

Vbi etiam de industria id faciendum fuit. Ci. Or. 211. a. & 211. b. Etiã si nihil est factum de industria. & 213. a A'ντίθετα numerum oratorium efficiunt, & eum sine industria. Neque uerbum ita traiciat ut id de industria factũ esse uideatur. Ci. Or. 220. a. & de Fin. 71. b. Incuruatum de industria, & de In. 61. a. & 67. b. & I. V. 72. b. & de Or. 146. b.

Iniuriae quae nocendi causa de industria inferuntur. Ci. Off 5. b. Erat in L. Crasso multus lepos, maior etiam magisque de industria in C. Caesare L. filio. Ci. Off. 22. a

Existimatem de industria consequi. Ci. de Cla. 191. a.

Industrie. Ci. p Dom. 118. b. Quis de illius dignitate industrius dixit & ad Her. 3. b.

Industrius, a um. Ci. p Cel. 53. b. Quae nisi uigilantes, nisi sobrij, nisi industrij consequi non possent.

Homo nouus, & industrius, experientissimus, & diligentissimus Ci. I. V. 158. b. & p Pom. 7. a.

Homo uigilans & industrius. Ci. At. 126. a.

In rebus gerendis uir acer & industrius. Ci Tus. 239. b

Inedia, diae. Ci. p Plan. 264. a. Mirturnenses. C. Mariũ fessum inedia fluctibusque recrearunt.

Inedia & purgationibus consum. Ci. Ep. 262. a.

A uita quidam per mediam discedens reuocatur ab amicis. Ci. Tus. 166. a.

Inedia necatus est Regulus. Ci. de Fin. 144. a.

Inelegans, tis. Ci. de Cla 191. a. Orationis non inelegãs copia. & de N. 38. b. Physica ratio non inelegans.

Ineleganter. Ci. de Fin. 70. a. Primũ diuisit ineleganter &c. & de Cla. 163. b. Oratio nõ ineleganter scripta.

Inenodabilu, le. Ci. de Fat. 144. a.

Ineo inis. ingredior, inuenio. Ci. p Deio. 145. a. Tu illius domum inire noluisti.

Inire praelium. Ci. off 8. b. & de Fin. 113. a.

Cum qd in eas cubile non sentis. Ci. de Ar. 211. b.

Filius conuiuia cum patre non imbat. Ci. p S. R. 26. b.

Post sacerdotium initum. Ci. p Dom. 240. b.

Cum consules magistratum inierint. Ci. I. A. 191. a. & I. V. 71. b. Inire magistratum.

Inire consilia cum aliquo contra aliquem. Ci. p S. R. 36. b. Inire consiliũ facinoris contra uitam alicuius. Ci. p Deio. 144. b.

Consilia quae clam essent inita contra salutem urbis. Ci. I. C. 115. b.

Consilia inire coepi reip. liberandae. Ci. At. 282. b.

Initum est consilium a Catilina inflammandae ciuitatis. Ci. p Syl. 167. b.

Inire consilia de pernicie alicuius. Ci. At. 43. b.

Inire consilium faciendi aliquid. Ci. p Mur. 143. b.

De Pompeio interficiendo consilia inibantur. Ci. p Do. 239. a. Cum consules inire ne rationẽ de commodis militum augendis. Ci. I. A. 204. b.

Ea ratio ędificandi initur consiliario quidem & auctore Vestorio. Ci. At. 225. a.

Inire rationem, quemadmodũ aliquid fiat. Ci. Ep. 216. a

Ineunda nobis est ratio, quemadmodum possimus &c. Ci. At. 191. b. Inita & subducta ratione nefaria scelera meditari. Ci. de N. 74. a.

Mihimet ineunda ratio & reperienda uia est. Ci. I. V. 271. b. Initur ratio quęstus de pecunia uestra, Ci. contra Rul 79. a. alias inuenietur.

Inire uiam, & redire uiam. Ci. p Mur. 130. a.

Inire gratiam ab aliquo. Ci. de Ar. 155. a.

Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. Ci. I. V. 131. b. & p Cec. 300. a.

Plures ineuntur gratiae, si uno tempore dicas pro pluribus. Ci. de Cla. 183. b.

Inire summam gratiam cum bonis oĩbus. Ci. At. 108. a.

Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi. Ci. de N. 50. b.

Inepte. l. ineptus. Ci. de Cla. 191. a. Inepte, odiose, putide dicere, & At. 13. b.

Facere inepte. & Ep. 85. a. & Tus. 150. a.

Ineptia, tiae. uel. Ineptię. arum. Ci. de Or. 94. a. Peto a uobis inquit ne has meas ineptias efferatis.

Omnium autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit maior, quã ut illi solent quocunque in loco, quoscunque inter homines uisum est de rebus difficillimis aut non necessarijs argutissime disputare. Ci. de Or. 110. a. Pellantur ergo istae ineptiae pene aniles. Ci. Tus 168. a. & Ep. 23. a.

Ineptus, a, um. Ci. de Or. 110. a. Nã qui aut tempus quid postulet non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est uel dignitatis uel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus est aut multus, is ineptus dicitur. & ibi. Quem enim nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, qd non sit aptus. Ci. de Or. 110. a.

Dimittebam a me Scaeuolam, cum ei ita dicerem, me uelle esse ineptum. id erat petere blandius, qd nisi inepte fieret, bene non posset fieri. Ci. de Or. 94. a.

Ineptum sanè negotium & gręculum Tus. 166. b.

Aliquem ineptum aut gręculum putare. Ci. de Or. 204. a

Aliquis in loquendo multus et ineptus ad summam impudentiam. Ci. de L. 157. a.

Sed hoc ne curaris, ego ineptus, q scripserim. Ci. At. 62. b

Nihil insolens atque ineptum. Ci. Or. 199 b.

Tanta uis est loci et temporis, ut etc. Ci. Off. 29. a.

Inermis, me. X. Armatus. Ci. At. 272. b. Perterritos, inermes, saucios, non sunt nostri duces persecuti. et p S. R. 41. a. Arma, qui non habuerint, inermes fuisse uinces. Ci p Cec. 296. b.

Cedã inermis armatis. Ci. Anteq. 197. a. et p Do. 228. b

Inerrans, tis. ut Stellae inerrãtes. Ci. de N. 36. b. et 69. b.

Iners, tis. ignauus, desidiosus, somniculosus, ἀεργὸς καὶ νώθης. lãguidus. X. operosus semper agẽs aliquid et moliẽs. Ci. contra Rul. 84. b. Inertissimum et desidiosissimũ otium.

Iners, ignaua et somniculosa senectus. Ci. de Sen. 84. a.

Inertissima segnitia. Ci. de Fin. 50. a.

Recte hoc genus interrogationis ignauum atq; iners nominatum est. Ci đ Fat. 146. a.

Neq; uerũ est qđ ab inertibus dicit̃ etc Ci đ Or. 141. b.

Censorinus iners et inimicus fori. Ci. đ Cla. 186. b.

Artes quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur. Ci. đ Fin. 88. b.

Inertia, tiæ. ignauia, desidia, segnities, nequitia, negligentia, pigritia Off. 6. b.

Ci đ Or. 100. a. Castigemus etiam segnitiem hominum atq; discordiam.

Fuga laboris inertiam coarguit et desidiã. Ci. ꝓ Mur. 116. a. Iam me ipsum inertiæ nequitiæq; condemno. Ci. I. C. 98. a. et 103. a. Inertia ac nequitia.

Qui tantas pecuniae non propter inertiam laboris, sed ꝓp. magnificẽtiã liberalitatis repudiauit. Ci. ꝓ Q. R. 49a

Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ nostræ. đ Or. 90. b. et 99. a. Condemnare aliquam inertiæ.

Artes. X. Inertiæ. Ci. Part. 133. a.

Nec tua ignauia etiam inertiam afferet. Ci. Ep. 196. a.

Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Ad Her. 2. a.

Ineruditus, a, um. Ci. ꝓ Do. 231 b. Non sum tam ineruditus, qui Mineruã Iouis sororem meam esse sororem existimem. Modo ne quis illud tam ineruditum absurdumq; respondeat Ci. Acad. 33. b.

Non ergo Epicurus ineruditus, sed ij indocti, qui, &c. Ci. đ Fin 63. b.

Inexercitatus, a, um. Inexercitus. Ci. đ Or. 115. a. Hoc mihi crede ludus est hoĩ nõ hebeti, neq; inexercitato etc.

Rudis ille & inexercitatus miles. Ci. Tuſ. 183. a.

M Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit. Ci đ Cla. 276. b. & đ Sen. 80. b. Nec tanq̃ inexercitatus Histrio in extremo actu corruisse, & Tuſ. 250. a.

Inexercitus, a, um. Ci. Tuſ. 250. a. Asclepiades nõ ignobilis nec inexercitus philosophus.

Inexhaustus, a um. Ci. đ Fin. 91. a. Erat, ut scis, in eo inexhausta cupiditas legendi, nec satiari poterat.

Inexorabilis, le. implacabilis, inexplicabilis. X. placabilis, exorabilis. Ci. ꝓ Syl. 184. a. Qui uehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse uisus sum.

In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuisti. Ci. Q. Fr. 301. a. & Tuſ 150. a.

Inexpectatus, a, um. Insperatus. Ci đ Or. 129. b. Quæ fuit illa, quanta uis, quàm inexpectata, quàm repentina.

Inexpiabilis, le. Ci. đ Ar. 244. a. Cum his inexpiabile bellum mihi susceptum est. & 257. b. Inexpiabile scelus. & I. A. 137. a. Præbere se implacabilem inexpiabilemq; alicui. Ci. I. P. 97. a.

Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerentur. Cic. I. A. 155. a. & Tuſ. 163. b. Qui in rep uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent.

Inexplebilis, le. Ci. Tuſ. 231. b. Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis, le. inenodabilis.

Ci. At. 120. b. O rem difficilem & inexplicabilem. & 255. b. Res sunt inexplicabiles, & Acad. 24. a. Hæc scilicet inexplicabilia esse dicitis.

Tu quid egeris de tua cũ tristi tũ ẽt difficili ad consideranđum legatione uehementer expecto, est enim inexplicabilis. Ci. At. 242 a.

Inexpugnabilis, le. Ci. Tuſ. 236. a. Volumus enim qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum, atq; munitum &c.

Inextricabilis, le. Ci. Acad. 24. a. Hæc scilicet inextricabilia esse dicitis.

Infacetus, a um. Ci ꝓ Cæl. 52. b. Non infacetum mendacium.

Homo non infacetus & satis literatus. Ci. Off 63. a.

Infamia, miæ. nota, macula. probrum, nota turpitudinis, ignominia dedecus, cõtumelia. Ci. ꝓ Fla. 164. a. Est habuit quandam ille infamiam suam.

Inferre infamiam alicui. Ci. ꝓ Cæl 46. b.

Consules flagrant infamia. Ci. At 67. a.

Negem fuisse infamiam iudicij corrupti. Ci. ꝓ Clu. 18 b

Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta uitæ tuæ est? qđ priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? Ci I. C. 100. a.

Effugere infamiam crudelitatis. Ci. ꝯ Rul. 84. b. & Ep. 2. a. Vt magnam infamiam fugiat.

Ferre ignominiã et infamiã sine dolore. Ci. Tuſ. 118. b

Ne qua generi suo nota turpitudinis inuratur. Ci. ꝓ Syl. 184. a.

Iudicia uera atq; insigni turpitudine notata, atq; oppressa dedecore & infamia. Ci. ꝓ Clu 30. a.

Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subijstis. Ci. I. P. 88. b.

Ignominia, ĩfamia, cõtumelia, dedecus. Ci. Part. 138. a. & macula. I. V. 68. a.

Infamis, me. turpis, habens infamiam, famosus, contaminatissimus, omnium scelerum libidinumq; maculis notatissimus, cum tantis sceleribus esses & factis notatus. Cic. ꝓ Dom. 227. b. Cic. ꝓ Fon. 281. a. Turpis adolescentia. uita infamis.

Homines omnibus uitijs atque omni dedecore infames. Ci. ꝓ Clu. 44 b.

Mulier infamis. Ci. I. C. 106. a. & infamis palma. Ci. ꝓ S. R. 35. a.

Infamo, as. noto, ignominiam uel notam uel maculam inuro, ignominia noto, existimationem alicuius offendo, deformo, detraho, infamiã alicui infero, aliquem nota atq; ignominia cõdemno, uerissimis maledictorũ notis inuro. Ci. Ep. 132. a. Ve tua moderatio aliorũ infamet iniuriã.

Infandus, a, um. Ci. đ Or. 138. a. Ex re si crudelis, si infanda, si præter opinionem.

Infans tis. puer infans, paruus, đ Fin. 71. b. & 93. b.

Ci. đ Or. 123 b. Omnia mansa, ut aiunt, nutrices pueris infantibus in os inserere.

Cum haberet ex Nouia infantem filium. ꝓ Clu. 23. a. & Or. 209. a.

Infantium puerorum incunabula. ꝓ S. R. 44. a.

Scribit Herodotus Crœsi filium, cum esset infans, locutum. đ D. 105. b.

Nec uero ut uoluptatem expetat, natura mouet infantem. đ Fin. 71. b. & 138. a. Infantes.

Si infantes pueri, si mutę etiam bestiæ pene loquuntur. đ Fin. 63. b. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. đ Cla. 172. a.

Infans & insipiens homo.d In.42.b.
Homo infans atq; impotens.d Fin.39.b.
Dialectici infantissimi.Ad Her.9.a.
Oratio neq; nimis infans neq; pfecte diserta.Cic.d Cla. 173 b.

Infantia tiæ.X.eloquentia.
Ci.d Or.156.a.Nec infantia eius qui rem norit sed eam explicare dicendo non potest, nec inscitia illius, cui res non suppetit, verba non desunt, est laudanda.
Vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus.Ad Her.9.a.
Incredibilis infantia accusatorum.Ci.At.64.b.
Infantia.X.Eloquentia.

Infatuo,as. Ci.Fla.156.a.Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummũ ullũ crederet.& I.A.187.b.
Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.

Infector,oris. Ci.Ep.27.b.Curtius noster dibaphum cogitat sed eum infector moratur.

Infectus,a,um. Ci.D.L.173.b.Quæ augur iniusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit irrita infectaq; sunto.
Habere aliquid factum pro infecto.Ci.d In.72.b.
Promittere damni infecti.Ci.Top.222.a.
Præterita mutare non possumus.Ci.I.P.92.a.
Mutari facta iam nullo modo poterãt.Ci.p R.P.126.b
Hoc neq; moveri neq; mutari potest.

Infelicitas,tis.adversa vel incommoda fortuna, incommodæ res, calamitas.X.beate vivere. Ci.Anteq.196.a.
Vtiq; ea maneat existimatio quæ virtute parta non quæ infelicitate illata est.
Amisisti exercitum.fu hoc infelicitatis tuæ.Ci.I.P.89.b.
Nec enim tanta est infelicitas Aruspicum, ut ne casu quidem unq̃ fiat quod futurum illi esse dixerunt.Cic.d.D. 221.b.
Beate vivere alij in alio, vos in voluptate ponitis, item contra omnem infelicitatẽ in dolore.Ci d Fin.82.b.

Infelix,cis.miser, calamitosus, erumnosus, deiectus ad calamitatem, cuius dura & crudelis fortuna est.
Ci.I.A.172.b.Si, quis reip.sit infelix, is felix esse non potest. O custodiam mei capitis infelicem.Ci.p Plan. 280.b. Caput obnubito infelici, arbori suspendito.Ci. p Rab.92.b.
Infelix & erumnosus.Ci.I.V.269.a.& p Quin.27.b.
Miser & infelix.
Inhumanus prima litera brevi, ĩfelix lõga.Ci.Or.212.a

Infensus,a,um. inimicus.
Ci.I.V.61.a.Homines, qui illi inimici infensiq; sunt & 95.b.In te concitati infensiq; sunt.
Sic illi iudices infensi tum reo venerunt.Ci.p Clu.33.a
Si me meis civibus suspectum tam graviter atq; infensum viderem.Ci.I.C.100.b.
Infenso animo atq; inimico.Ci.I.V.139.a.
Nec tam fuit hominum generi infensa atq; inimica natura.Ci.Tus.222.a.
Pertinaciter cuipiam infensus.Ci.Ep.157.a.

Infercio,cis. Ci.Or.220.a.Neq; infercies verba quasi rimas expleat.

Inferi,orũ. dij manes, inferorũ animæ, subterranei
Ci d In.52.a. Impijs apud inferos pœnas esse præparatas.& Tus 150 a.Triceps apud inferos Cerberus.
Hercules apud inferos.Ci.d.N.69.b.
Permanere animos arbitramur consensu nationum omniũ quis in sede maneant, qualesq; sint, ratione discendum est, cuius ignoratio finxit inferos, easq; formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare, in terram enim cadentibus corporibus hisq; humo tectis, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum.Ci.Tus.155.a.
Excitare aliquem ab inferis.Ci.I.V.262 a.& d Cla. 295.a. Excitare ab inferis locupletiss testes, et p Mil. 127.a.Revocare aliquem ab inferis & I.V.258.a.Aliquem fore ab inferis testem.
Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare.Ci.I.Vat.31.b.& Or.204.b.Nec ab inferis mortuos excitabit.
Illi ad inferos pœnas paricidij luent, nos piorum estis sedem & locum consecuti Ci.I.A 264 a.
Aliquis nostrum qui proximus in illam æternam domũ discesserit.Ci Oct 331.a.
Tum tu Iupiter hos æternis supplicijs vivos mortuosq; mactabis.Ci l.Macto.
Quid tandẽ illi mali mors attulit? nisi forte ineptijs ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre ab uxorum necatarũ pœnis actũ esse præcipitem in sceleratorum sedem atq; regionẽ quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt; quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? Cice.p Clu. 34.a. Vt aliqua in vita formido improbis esset posita apud inferos, eiusmodi quędam illi antiqui supplicia impijs constituta esse voluerunt, quod videlicet intelligebant, his remotis non esse mortem ipsam pertimescendã Ci.I.C.119.b.

Inferiæ,arum. Ci d N.67 b.Tertius Hercules est ex Ideis indigenis, cui inferias afferunt.

Inferior,us.
Ci.Q Fr.293.a.Quem ego intelligo prudentia non esse inferiorem q̃ me, usu etiam superiorem.
Inferiorem quam te &c.Ci.p Plan.165.a.
Timotheus belli laude non inferior fuit q̃ pater.Cice. Off 23 b.
Is in iure civili non inferior q̃ magister fuit, Ci.de Cla. 180.b.
Inferior ætas & X.superior ætas.Ci.d Cla.185.a.
Aetate inferior paulo.Ci.d Cla.181.a.
Indignum est vinci ab inferiore atq; humiliore. Cice.p Quin.18.a.
Causam inferiorem dicendo fieri superiorem posse.Cice. Cla.167.a.
Inferior gradus.Cic.d Ar.258.a.
Superior ordine, inferior fortuna.Cic.Ep.204.b.
Similiq; in genere inferiore ordine.Ci.d Or.100.a.
Qui infimum locum civitatis tenent.Ci p ad 123.a.
Illud autem quod adiunctum est &c.id habet hanc vim ut sit ille in fœdere inferior.Ci.p Cor.62.a.
Qui omnia sua in se posita esse ducit.& humanos casus virtute inferiores putat.Ci.Am.96.b.
In inferiores crudelis.in superiores contumax, in æquos

& pares fastidiosus. Ad Her. 36. b.

Multum a Cicerone absum. Ci. d Cla. 184. b. idest inferior Cicerone sum.

Infernus, a, um. Cic. d N. 48. b. Hic sese infernis è partibus erigit Hydra aliter inferni de partibus. & in Arat. Subiens inferno leonis.

Infero, fers. inueho, importo, induco, affero, offero, intrudo.

Ci Off 49. a Paulus nihil in domum suam intulit, praeter memoriam nominis sempiternam. & 28. a. Ille in suã domum consulatum intulit. & 29. a.

Qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? Ci. p Dom 254. a.

Cum pedem intulera, atq; in possessionem uestigium fecero, tum excludar. Ci. p Cecin. 292. b.

Vtq; ea maneat optimo quae uirtute parta, non quę infelicitate illata est. Ci Antẽq. 196. a.

Qui supplicia neq; a sociorum moenibus prohibere, neq; sociorum urbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem euersionem, depopulationem, uastitatem meis omnibus tectis atq; agris intulerunt. Ci. d Ar. 244. a.

Cum in templum Castoris te cum tuis furijs funestum intulisti Cic in Vat. 35 a. & 29. b Repente enim te tanq̃ serpens è latibulis intulisti.

Cum hoc genus oppugnationis inferetur &c. propulsare debebitis Ci. p Cęl 41. a. & 49. a. Inferre facinus in famam atq; in fortunas alicuius.

Qui ab ijs, quibus infertur, si possint, nõ propulsant iniuriam. Ci. Off 5. b.

Inferre iniuriam stupri in aliquem. Ci. d Ar. 251. b.

Inferre ignes templis deorum. Ci. I. C. 115. b.

Domus ardebat non fortuito sed oblato incendio. Cic. p Dom. 215. b.

Multum mali, multum periculi unicuiq; nostrum inferre potest uis tribunitia Ci. p Clu. 37 b.

Is ultro suis ciuibus sumptum intulit. Ci. p Flac. 155. b.

Atq; etiã se ipse inferebat & intrudebat. p Cec. 287. b.

Inferre rationes falsas & referre in tabulas quodcunq; commodum est. Ci. p Fla. 150. a.

Inferre mortem alicui per scelus. Ci. p Mil. 104. b.

Inferre se in urbem Ci. I. P. 91. a.

Age uero nunc, inferte oculos in curiam introspicite penitus in omnes reip partes, utrum &c. p Font. 235. a.

Iracundiam simul atq; intuleris, non statim possis commouere. Ci. d Or. 128. a.

Inferre arma alicui. Ci. Octa. 330. a.

Castris, exercitu signis inferendis fundos alienos petere. Ci. p Mil. 115. b.

Inferre famem suis ciuibus & uastitatem Italiae. Cic. At. 144. a. Infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteium. Ci. p Font. 183. a.

Inferre signa patriae. Ci. p Flac. 147. a.

Cum Hircius Aquilam quartae legionis inferret. Cic. I. A. 265. a.

Bellum Italiae terra mariq; inferamus. Ci At. 135. a. & 152. a. Inferre bellum alicui. & Off. 16. b.

Ille furens infesta iam patriae signa inferebat. Cic. I. A. 198. b.

Inferre uim. X. Repellere uim. Ci. p Mil. 111. a.

Inferre terrorem alicui. Ci. p Deio. 144. a.

Inferre crimen proditionis alicui. Ci. I. V. 257. b.

Inferre turpitudinem alicui. Ci. I. A. 259. b.

Qui puluinaribus bonae deae stuprum intulit. Ci. d Ar. 241. b.

Non parenti manus intulisti? Ad Her. 28. a.

Inferre uim & manus alicui. Ci. I. C. 101. b.

Inferre periculum alicui. Ci. p Sest. 3. a.

Inferre metum mortis alicui. Ci. p Plan. 277. b.

Inferre periculum capitis alicui. Ci. Off 43. a.

Inferre se in discrimen uitae pro patria. Cice. pro Cor. 59 b.

Inferre infamiam bonis, inferre probrum castis, inferre labem integris. Ci p Cael. 46. b.

Inferre moram & impedimentum alicui. Ci. d In 44. b.

Inferre crimina. X. diluere crimina. Ad Her. 35. a.

Sex. Tarquinius stuprum Lucretiae obtulit. Cice. d Fin. 140. a.

Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Ci. d Am. 208. b.

Crassus sermonem de studio dicendi intulit. Cice d Or. 87. b.

In re seuera dedicatum aliquem inferre sermonem. Cic. Off. 29. a.

Quo illato infirmatur quod inductum fuerat. Cic. d In. 58. a. & 58. b. Aliud q̃ cogebatur illatum est, & ibi. Nũ aliud conficiatur, aliud dicatur.

Ne ue alienum inferat in sepulchrum. Ci. d L. 183. a.

Inferus, a, um. Ci. d D. 102. b. Interea sol albus recessit in infera noctis. & In Arat. l. superus.

Vt omnia supra, infera, media uideremus. Tusc. 261. b.

Inferum mare. Ci. At. 236. b. X. superum mare. l. Mare.

Infeste. Ci. p Quin. 12. a. Inimicissime atq; infestissime contendere cum aliquo.

Infestus, a, um. X. propitius.

Ci. Oct. 329. b. Fortuna populi rom. quae nunc nobis infesta est, fuit aliquando propitia.

Mihi summam per iniuriam omnia inimica & infesta sunt. Ci. p Quin. 2. a.

Gallia, quam sibi armis animisq; infestam inimicamq; cognouit. Ci. I. A. 229. a.

Clamore alicuius infesto atq; inimico excitari. Cice. I. V. 78. b.

Is aratoribus infestus atq; inimicus est. Ci. I. V. 154. b.

Iniquo infestoq; animo intueri aliquem. Ci. I. V. 265. a. & At. 287. a. Infesto animo reprehendere aliquem.

Infestis oculis omnium conspici. Ci. I. C. 100. b.

Infestis signis inferri in hostem. Ci. p Font. 283. a.

Qui ardens auaritia fertur infestus in omnes. Ci. p S. R. 33. a. & Infestus in cognatos. ad Her. 36. b.

In omnia maria infestus. Ci. I. V. 265. b.

Indulgentia ferocem, arrogantem, infestum facit. Att. 165. a.

Africa huic uictoriae maxime infesta. Cic. p lig. 142. a.

Aliquem esse infensum fortunis alicuius. Ci. p Sest. 11. b

Si non omnino infesti auditores erunt. Cic. d In. 46. b. i. animo a nobis prorsus alieno uel inimici.

Aetas

Aetas, quæ ipsa sua sponte infirma aliorum libidine infesta est. Cic. p Cæl. 39. a.

Huius salus ob eam ipsam causam est infestior, quod &c. Ci. p Plan. 219. a.

Viæ excursionibus infestæ. Ci. d Pro. 69. b.

Vectigal bellis, infestum. Ci. ꝯ Rul. 82. a.

Libertas supplicijs infesta. Ci. p Rab. 92. a.

Reddere prouinciam infestam excursionibus & latrocinijs. Ci. d. In. 76. a.

Saltus castulonensis nunc frequentioribus latrocinijs infestior factus est. Asin. Ep. 163 a.

Vita filii infesta. Ci. p. S. R. 23. a.

Ad infestissimam Ciliciæ partem. Ci. Ep. 23. b.

Mare infestum habui. Cice. At. 154. a. & . 250. b. Habere mare infestum.

Infestum & periculosum iter. Ci. A. 244. a.

Infestum & immane scelus. Ci. p Clu. 57. a.

Inficialis aut coniecturalis quæstio. Ci. Top. 229. a.

Inficiatio, onis, negatio. Cic. pt. 239. a. Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti.

Intentio occidisti hominem, inficiatio, non occidi. ad Her. 6. a. Ac nostræ ferè causæ, quæ quidem sunt criminum plerunque inficiatione defenduntur. Ci. d Or. 118. a.

Inficiator, oris, fraudator. Ci. p Fla. 156. a. Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia. & d Or. 98. b. Vt si ille inficiator &c. & . I. C. 109. a. i. Lentus.

Inficio, cis. imbuo, oblino, sufficio.

Cic. d Fin. 98. b. Puer inficit debet bonis artibus quas si dum tener est combiberit, ad maiora ueniet parator.

Qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiunt ac flectunt &c. Ci. d Leg. 161. a.

Cupiditatibus principum & uitijs infici solet tota ciuitas. Ci. d Leg. 190. a.

Animi hominum infectis partibus. Ci. At. 281. b.

Sed nos umbris delitijs, otio, langore. desidia animum infecimus. Ci. Tus. 243. b.

Vereor ne quod infectum est. serpat longius. Cic. At. 7. b

Tum plane inficimur opinionũ prauitate. Ci. Tus. 190. b

Sed umbris delitijs, otio, langore, desidia animum infecimus. Ci. Tus. 243. b.

Inficior, aris. nego. i. Veneficium.

Ci. I. V. 232. b. An ego poteram inficiari me esse hominem? Quæ qui inficiatus esset duplicem pœnam subibat? Ci. Off. 64. b.

A me nominis eius, quod inficiatus esset, diem petiuit. Ci. p Quin. 13. b.

Floric legatum ex testamento inficiatus es. Cice. p Clu. 52. a. Sibi iste neque inficiandi rationem neque defendendi facultatem reliquit. Ci. I. V. 244. b.

Præsertim cum non in crimine aliquo, quod ille possit inficiari, sed in iure consistat. Ci. d Or. 100. a.

Cũ id posset inficiari repente confessus est. Ci. I. C. 113. a

Quid si inficiatur? quid si omnino non debetur? Cice. Q. Fr. 301. b.

Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. Ci. At. 16. a. & . 277. a.

Mori maluit falsum fatendo, quam inficiando dolere. Cice. pe. 234. a.

In fœdere numantino inficiando. Ci. d Fin. 76. a.

Infidelis, infidus. Ci. Off. 72. b. Neque da neque dedi infideli cuiquam fidem. & . 73. b. Nullam esse fidem quæ infideli data sit. Multi iniqui atque infideles regno sunt pauci boni Cic. Off. 69. a.

Infidelis amicus. Ci. Q. Fr. 301. b.

Infidelitas, tas. Ci. p Font. 277. a. Quibus propter infidelitatem credere non debetis. & d Am. 108. b.

Quantæ infidelitates in amicis. Ci. p Mil. 114. b.

Infidelitas exercitus. Ci. Ep. 114. a. & Tus. 240. b. Dionysius infidelitatem amicitiarum extimescebat.

Infideliter. Ci. ad Bru. 91. b. Infideliter aliquid cuipiam suadere.

Infidus, a, um. infidelis. Ci. d Am. 108. b. Nihil enim stabile est, quod infidum est.

Gentes infidæ & barbaræ. Ci. d pro. 75. b.

Infidus amicus. Ci. d Am. 106. a.

Infigo, gis. impingo. i. infixus. X. euello.

Ci. d Som. 128 b. Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni.

Timide fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat. Cice. d D. 122. b.

Hoc quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum est. Ci. p Clu. 21. a.

Quæ ipsa ex se generata stirpibus infixa continentur. Ci. d. N. 31. a.

Sidera certis infixa sedibus Ci. Tus. 241. b.

In eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere quid sit Deus. Ci. d. N. 11. b.

Cũ Africanus gladiũ hosti in pectus infixit. Tus. 219. b

Infimus, a, um. imus. X. summus.

Ci. d. N. 29. b. Terra est infima. & . 36. b. Luna est infima quinque errantium.

Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. Ci. Tus. 242. a.

Ab infima ara subito anguis emersit. Ci. d. D 95. b.

Cum scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu. Ci. Q. Fr. 321. a.

Auricula infima mollior. Ci. Q. Fr. 316. a.

Omnia infima summis paria fecit. Ci. d L. 188. a.

Qui summos cum infimis pari iure retinebat. Cice. de Off. 41. a.

Qui locum ciuitatis infimum tenent. Ci pad. 123. a.

Infimi homines mercedula adducti. Ci. d Or. 119. b. & infimorum hominum filij. p Mur. 140. b.

Infima fex populi. Ci. Q. Fr. 311. b.

Homines infima fortuna. Ci. d Fin. 137. b.

Infinitas, tas. Ci. Acad. 29. b. Anaximander infinitatem materiæ dixit esse.

Democritus infinitatem omnẽ peregrinabatur. Cice. Tus. 250. & . 248. b. Infinitas rerum atque naturæ.

De infinitate autem uehementius, & . 11. b. Summa uis infinitatis. & ut ab illa discedatur infinitate.

Infinite. Cic. pad. 125. b. Ille diuitias infinite concupiscit. & Or. 219. a. Ne infinite feratur. ut flumen oratio.

Materia infinite secari ac diuidi potest. Ci. Acad. 44. a. bis.

Infinitio,onis. Ci.đ Fin.13.1. Infinitio ipsa,quã aπειρίαν uocant tota ab illo est.tum innumerabiles mũdi &c.

Infinitus,a,um. cuius nulla est ora nulla extremitas, immẽsus,innumerabilis,inexhaustus,interminatus.X. definitus.Acad.29.b.
Ci đ D.129.b Quod finitum est habet extremum,quod non habet extremum,infinitum sit necesse est.
Reliqua uero tria internalla infinita & imensa.Ci.đ.D. 127.b.& Or.206.a.
Infinitus aer,infinita materia.Ci.Acad 29.b.
Sed eos,quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.Ep.16.b.
Immensa,infinita,immoderata cupiditas.Ad Her.12.b.
Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. Cice.đ N.12.b. & ibi.a. Innumerabilia & infinita,idem.
Argumenta si ex rebus numeres,modica sunt si ex reis in innumerabilia.Ci đ Or.121.
Si cuipiam hoc nimis infinitum uideatur.Ci.đ Or.90.b
Innumerabiles domini fieri possunt in infinita posteritate.Ci.At.191.b.
Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiẽdæ.Ci.ꝯ Rul.72.b.
Infinita multitudo eorum,qui his egent.Ci.Off 11.a.
Immensum quiddam & infinitum est,quod nobis debemus.Cic.Post 204.a
Si qui sunt quibus infinitum sit odium in quo semel susceptum sit Ci.p Cor.67.b.
Spelunca conuersa ad aquilonem infinita altitudine.Ci. I.V.225.a.
Infinitus forensium rerum labor. Ci đ Or.11 a.
Infinita tribuere potentibus.Ci.At.271.a.
Ad infinitum tempus.Ci.đ.Or.1.b.& b.a.Ab infinito tẽpore,& b.Infinito tempore cessare.
Quoniam intelligitur non in hominum innumerabilibus personis neq; in infinita temporum uarietate sed in generum causis atq; naturis omnia sita esse Ci.đ Or.121 b.
Genus quæstionum infinitum. Cice.đ Or.112.b.X.certum,in quo quid in personis aut in constitutare & definita quæritur.
Infinitæ rei quæstio.Ci.đ Or.96.b.& ibi Causæ a communi quæstione seiunctæ,
Sed proximus uersus inquinatus,insuauissima litera infinitus.Ci Or.212.b.

Infirmatio,onis. Ci.ꝯ Rul.67.b.Infirmatio rerum iudicatarum.
Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur.Ci.đ In 45.b.

Infirme. Cice.Ep.240.b.Et si intelligebam socios infirme animatos esse.

Infirmitas,tis. imbecillitas.
Ci.đ Cla.194.a.Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis.& 182.b. Infirmitas laterum & imbecillitas uirium.
Me conficit sollicitudo ex qua etiam infirmitas corporis, qua leuata,ero una cum eo Ci.At.172.a.
Susceptum onus pp infirmitatem animi deponere. Cice. p.S.R.20.a.
Infirmitas est puerorũ ferocia iuuenum.Ci.đ Sen.83 b.
Propter infirmitatem ætatis Cic.At.254 a.
Animum tum & infirmitatem corporis ostendebas. Cic.p Rab 94 b.
Infirmitatem corporis animi uirtute superauit. Cice. p Syl.173 b.
Sed animi uires corporis infirmitas non retardauit. Ci.I.A.211.a.
Infirmitas ualetudinis.Ci.Ep 94.b.
Considerare suam infirmitatem in alieno malo. Cice.đ In.61.b.
De quo quicquid detrahas necesse est aut infirmitati aut inuidiæ assignetur.Ci.Ep 85.b.
Obscuritas in rebus, infirmitas in iudicijs nostris.Cice. Acad.3.a.

Infirmo,as, infirmum facio.X. confirmo.
Ci đ.N.56 a. Quanta uero illa sunt, quæ uos Academici infirmatis & tollitis.
Hec infirmat tollitq; Philo.Ci.Acad.6 a.
Quæ pro aduersarijs sunt infirmanda esse atq; frangẽda.Ci đ Or.96 b.&.139.a Contrarijs infirmandis & tuis confirmandis. Ego res tam leues qua ratione infirmẽ ac diluam non reperio.Ci.p.S.R.25.a.
Si sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit. Ci p Cec.192.a.
Quod in Gabinio fateris,id in me infirmas & graue esse dicis.Ci.p Dom.238.b.
Infirmare & excludere.Ci.Or.201.b.
Infirmare fidem alicuius Ci.p.Q R.52.b.
Ille tamen dolet dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio.Ci.At.248.b.
Infirmare atq; conuellere pacta.Ci.p Cec.294.b.
Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum suorum,ut &c.Ci.I.P.89.a.

Infirmus,a, um. imbecillus, eneruatus, carens uiribus. đ Fin.136.a.labans.
Ci.Q.Fr.312.b.Sed hominem infirmum in uillam apertam inuitare nolui.
Homo ætate affectus & uiribus infirmis Ci.I.V.221 b
In eius infirmissima ualetudine affectaq; iam ætate. Ci. đ Or.101.b.
Is semper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit. Cic. đ Cla.180 b &.186.a.Is corpore erat infirmo.
Sum enim admodum infirmus.Cic.Acad 41 b.
Corpus caducum & infirmum Ci đ.N.21.a.
Afflictus,infirmus,eneruatus.Ci I.P 97.a.
Senectus facit corpus infirmum.Ci đ Sen 80.a.
Singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam.Ci.Antiq.195.a.
Vestræ cautiones infirmæ sunt.Ci Ep.103 b.
Quæ quo maiore conatu aguntur,eo leuiora infirmioraq; existimo.Ci.Q.Fr.312 b.
Quod apud omnes leue & infirmum est id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur.Ci.p,Q R.41.b.
Ad probandum utraq; res infirma nugatoriaq; est. Ci. p Cec.297.a.

Infixus,a,um. defixus,insitus,inustus,herẽs in alieno penitus infidẽs ullo ut euelli modo possit.Ci.p Mil.114.b

Ci.I.C.123.b. Dum memoria mei consulatus, uestris erit infixa mentibus. Hęc cura erit infixa animo meo sempiterna. Ci.Post.203.a.

Tamen infixus animo hæret dolor. Ci.I.A.192.a.

Sidera infixa cœlo. Ci.de Vn.101.a.

Deus aut infixus aut infusus esset in mundo. Ci.de N.7.b

Ea sunt in communibus infixa sensibus. de Or.161.a.

Animus infixus in patriæ charitate. Ci.At.281.b. & de Fin.130.a. Est enim infixum in ipsa natura.

Inflammatio, onis. Ci.de Or.119.a. Inflammatio animi & quidam afflatus quasi furoris.

Inflammo, as. incendo, inflāmationem infero, Ci.At.119.a. Cum eadem lucerna epistolam scripsissem, quæ inflammaram tuam. Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope alijs incendijs subuenitur. Cice.de Ar.257.b. Cerere dicitur inflammasse tædas ex ignibus Aetnæ. Ci.I.V.215.a.

Excitare & inflammare animos. de Ar.253.a.

Genus belli est huiusmodi quod maxime nostros animos excitare atq; inflammare debet. Ci.pro Pom.4.b.

Inflammare populum in improbos. de Or.101.a.

Animorum motus inflammare uel extinguere. Ci de Or.90.a. Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Ci.pro Mar.136.a.

Patriam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiēdam inflammandamq; relinquimus. Ci.At.119.a.

Et hoc quicquid attigi, non feci inflāmandi tui causa sed testificandi amoris mei. Ci.Ep.19.b.

Eorum mentes qui audiunt inflammare aut inflammatas restinguere. Ci.de Or.103.b.

Magno amore inflammatum esse in patriam Cice de Or.101.a. In quos propter eorum crudelitatem mentes nostræ inflammatæ fuerunt. Ci.pro Dom.225.b.

Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quod &c. Ci.Tus.157.b

Inflammatus ad gloriam. Ci.Ep.8.a.

Inflammatus et furens libidinibus. Ci Tus.231.b.

Inflammatus scelere & furore. Ci.I.V.168.b.

Inflammari in dicendo & exardescere in dicendo.

Inflatio, onis. Cice.de D.93.b. Quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis contrariam.

Inflatus, a um. Ci.In Vat.29.b. Serpens inflato collo tumidis ceruicibus.

Inflatas rumpi uesiculas. Ci.de D.115.a.

Si tibiæ inflatæ non referant sonum. Ci de Cla.181.a.

Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. Cic.pro Rul.181.b.

Est ne quisq̃ tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? Ci.Acad.28.b.

Cum homines opinionibus inflati turpiter irridentur. Cice.Off.18.b.

Cum hostium classis spe atq; animis inflata Italiam peteret. Ci.pro Mur.132.a. & .136.a Inflatus cum spe militum tum promissis collegæ mei.

Inflatus lętitia atq; insolens. Ci I.A.261.a.

Inflatus, tus. Ci.Acad.6.b. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt.

Aures tanq̃ tibiæ sunt, eæ si inflatum non recipiunt &c. Ci de Cla.181.b.

Aliquo instinctu inflatuq; diuino futura prænuntiare. Cice de D.81.a.

Inflecto, ctis. Cice.I.V.241.b. Vbi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur.

Stellæ nunq̃ cursus sui uestigiū inflectunt. Ci.de N.35.b.

Qui suo squalore oculos uestros inflecteret. Cice Post.199.b. Ius ciuile neq; inflecti gratia neq; perfringi potentia neq; adulterari pecunia potest. Ci.pro Cec.299.a.

Vt leuiter inflectendus potius q̃ corrigendus esse uidearis. Ci.pro Mur.132.b.

Magnitudinē animi tui ne unq̃ inflectas cuiusq̃ iniuria. Cice.Ep.8.a.

Hic primus inflexit orationem & eam mollem tenerāq; reddidit. Ci de Cla.168.a.

Vox ad miserabilem sonum inflexa. Ci.de Or.126.b.

Inflexio, onis. Ci.de Or.163.b. Inflexio laterum. & de Vn.100.b.

Inflexus, a, ū. Ci.Or.102.b. Inflexa uoce miserabiliter dicere. Bacillum incuruum & leniter a summo inflexum. Ci.de D.86.b.

Infligo, gis. inijcio.

Ci.In Vat.33.a. Si ad cætera uulnera quibus putasti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagam inflixisses consulatus tui.

Tum illud tibi uulnus inflictum. Ci.I.A.370.b.

Quam enim illi Iudices grauiorem potuerunt reip. infligere securim? Ci.pro Plan.174.a.

Quæ meus discessus reip. uulnera inflixit? Cic.I.P.86.a

Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt. Ci.I.P.93.a.

Et ex eo in eum ipsum qui lacessiuit aliquid infligitur. Ci.de Or.132.b.

Inflo, as. Inflationem habeo.

Cice.Acad.21.b. Simul inflauit tibicen a perito carmen agnoscitur. Seruus cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum, quo &c. Ci.de Or.164.a.

Vt aliquando ista, quę sunt inflata rumpantur. Cice.I.Vat.31.a.

Fannius inflauit uehementius. Ci.de L.157.a.

Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset, quod putasses, &c. Ci.I.P.99.a.

Faba uenter inflatur. Ci de D.133.a.

Verba inflatius atq; anhelatius grauius. Ci.de Or.146.b.

Oratio quæ turget & inflata est. Ad Her.17.a.

Influo, is, illabor, redundo.

Ci.Tus.168.b. Apud Hipanim fluuium qui ab europæ parte in pontum influit.

Atq; amnes mare influxit. Ci.de D.96.b.

Alter uentriculus cordis in quem sanguis per uenam illā cauam influit. Ci de.N.54 a.

Influere. contra effluere. Ci.de Vn.203 a.

C.Marius influentes in Italiam Gallorum copias repressit. Ci.de Pro.75.b.

Vt in uniuersorum animos tanq̃ influere possimus. Cice.Off 39.a.

Quibus blandities C.Papirius nuper influebat in aures concionis, cum &c. Ci.de Am.113.b.

Nihil tam flexile in animos teneros atque molles influere quam uarios canendi sonos. Ci. d. L. 177. b.

Ex illa lenitate ad hanc uim influat aliquid oportet, & ex hac ui aliquid influendum est illi lenitati. Cice. de Or. 128. a.

Informatio, onis. Ci. d. N. 21. b. Habeo in animo insitam informationem quandam Dei.

Vnius uerbi imagine totius sententiæ informatio. Cice. d. Or. 141. b.

Definitio atque descriptio aut informatio uerbi. Cice. pt. 239. a. Anteceptam animo rei quandam informationem. Ci. d. N. 10. b græce πρόληψις

Informatus, a, um. Ci. Off. 3. b. Nemini parere animus bene informatus a natura uult.

Informis, me. Ad Her. 40. b Cum rei muta aut informis sit eloquens & formata.

Informo as. conformo.

Ci. Or. 197. b. Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.

Referamus nos igitur ad eum quem uolumus inchoandum & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Ci. Or. 199. b.

Non arbitrabar a me informari oportere, qualis esset orator &c. Ci. d. Or. 108. a. & Or. 206. a. Is orator quem informare uolumus.

Pectorum hæc est informata adhuc cogitatio. Ci. At. 1. a. Ab illo qui antea dixit informata iam causa est. Cice. p Quin. 6. a.

Non nominatim sed generatim proscriptio est informata. Ci. At. 173. a.

Cornelius etiam nunc de indicando dubitat informat, ad hunc adumbratu indiciu filij Ci. p Syl. 177. a.

Informari uirtus non potest si quicquam relinquatur. Cice. d. Fin. 116. a. & 133. a. Quibus quasi informatum est, quod hominis natura postulet.

Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris. Cice. d. N. 26. a.

In animis nostris informatas deorum esse notiones. Cice. d. N. 28. b.

Deos ne coniectura quidem informare possumus. Cice. d. N. 9. b. Sine illa inania uisa cogitatione informantur, siue in quiete siue per uinum, siue per insaniam. Cic. Acad. 23. b.

Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Cice. p Arch. 186. a.

Infra, Ci. Ep. 142. b. Supra me Atticus, infra Verius. & 143. a. Infra Entrapelum Cytheris accubuit.

Stomachi partes quæ sunt infra quam id quod deuoratur, dilatantur, quæ autem supra, contrahuntur. Ci. d. N. 53. a. Infra Saturni Iouis stella fertur. Ci. d. N. 36. b Infra autem iam nihil est nisi mortale. Ci. d. Som. 222. b Earum litterarum exemplum infrascripsi. Ci. At. 122. a. & Ep. 87. a. earum litterarum exemplum infrascriptum est. Ipse ad mare infra oppidum expectabat. Cice. I. V. 212. b.

Nec his solum locus est, sed horum uel secundis uel etiam infra secundos. Ci. Or. 197. a.

Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. Cice. d. Cla. 168. a.

Humanas res despicere atque infra se positas arbitrari. Tus. 193. b.

Vi omnia quæ homini accidant infra se esse iudicet. Ci. d. Fin. 95. b. & 96. a. Infra se omnia humana ducens.

Is infra omnes mortuos amandandus esset. Ci. Post. 200. & p Quin. 9. a. Infra mortuos mandari.

Ducere omnia humana infra se. Ci. d. Fin. 96. a.

Infractio, onis. Cice. Tusc. 193. Infractio quædam animi & demissio.

Infractus, a, um. fractus.

Ci. p Dom. 226. a. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Tu autem te negas infracto remo commoueri Ci. Acad. 21. a.

Non modo non infracto animo erat sed etiam confirmato & renouato. Ci. Post. 202. a.

Infracta & amputata loqui Ci. Or. 213. b.

Infrascriptus. I. Infra. X. supra scriptus. Ci. Q. Fr. 297. a. I subscribo.

Infrequens tis. Ci. Q. Fr. 313. b. Cum Appius Senatum infrequentem coepisset &c. & 328. b.

Sum & Romæ & in prædijs infrequens. Rei militaris te infrequentem dedisti ad Her. 32. b.

Infrequentia, æ. Ci. Q. Fr. 322. a. Summa infrequentia etc.

Infringo gis. frango, concido, delumbo.

Ci. At. 100. Esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere & propemodum infringat.

Cum Drusi tribunatus infringi iam & debilitari uidetur. Ci. d. Or. 87. a.

Ipsum florem dignitatis infringere Ci. p Cor. 47. b. Spem infringi, & elanguescere industriã. Ci. Or. 197. b. Infringere gloriam alicuius. Ci. p Mil. 102. b. Infringere & concidere numeros. Ci. Or. 219. b.

Quæ si breuiora sunt, infringitur ille quasi uerborum ambitus Ci. At. 160. a.

Infucatus, a, um. Ci. d. Or. 152. a. Sed animi iudicio etiam magis infucata uitia noscuntur.

Infugio gis. Cice. p Sest. 6. b. Nt in tribunatus portum infugeret.

Infula læ. Ci. I. V. 236. a. Sacerdotes cum infulis & uerbenis. & d. Or. 150. a.

His insignibus atque infulis imperij uenditis &c. Cice. 3 Rul. 63. a.

Pamphilus in infulis Rhetoricam docens. d. Or. 150. a.

Infundo, dis. Ci. Tus. 162. a. Quo tamquam in aliquo uase ea quæ meminimus infundantur. aliter in aliquod uas.

Vitiosi principes non solum uitia concipiunt ipsi sed ea in fundunt in ciuitatem Ci. d. L. 190. b.

At hic nuper sororis filio infudit uenenum non dedit. Cice. I. A. 233. a.

Quod semel esset infusum nunquam effluere posse. Ci. d. Or. 136. b. Velli non infundere in aures tuas orationem, sed in animo uideantur inscribere. Ci. d. Or. 141. a.

Cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Ci. d. Cla. 170. a.

Tunc cum in urbem nostram est infusa peregrinitas. Ci. Ep. 34. b.

Infusco, as. Cice. d. Cla. 188. b. Ii quos aliqua barbaries domestica

domesticæ infuscauerat.

Vicinitas non infuscata maleuolentia, non assueta mendacijs. Ci. p Plan. 263 b.

Situ nidoris barba pedore horrida infuscat pectus illuuie scabrum. Ci. Tus. 196. a.

Ingemisco, scis. ingemui. Ci. I. A. 251. a. *Quid ingemiscis hostem Dolobellam iudicatum?*

In quo tu quoque ingemuisti. Ci. At. 116. a. & 99. a.

Quotienscunque me uiderit ingemiscet. Ci. p Sest. 28. b.

Pueri Spartatæ nõ ingemiscunt uerberum dolore laniati Ci. Tus. 243. a. & 179. b. & Ep. 110. b.

Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. Cic. I. A. 272. b. *Hic cum ingemuissent cæteri uehementius leniter arridens Scipio quæso inquit &c.* Ci. d Som. 127. b.

Ingenero, as. ingigno.

Ci Off. 3. b. *Natura ingenerat præcipuum quendã amorem in eos, qui procreati sunt.*

Non ingenerantur hominibus mores, tam a stirpe generis quam &c. Ci. 3 Rul. 25. a.

Homini soli ingeneratur cupiditas cognitionis & scientiæ Ci. Acad. apud Nonium.

Vt ingenerata ei familiæ frugalitas uideretur. Cice. p Sest 7. a. *Quod si hæc astro ingenerata & tradita essent, nulla res ea mutare posset* Ci. d. D. 128. a.

Animus est ingeneratus a Deo. Ci d. L. 160. b.

Ingeniose. Cice. Acad. 21. b. *Tractantur ista ingeniose.* & d In. 43. b.

Ingeniosus, a, um. habens ingenij multum, acutus, solers, eximio ingenio, acerrimo ingenio. X. hebes, tardus.

Ci. d Fin. 133. *Eas uirtutes qui habent ingeniosi uocantur. i. docilitatem & memoriam.*

Quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta. Ci. p Plan. 271. b. *Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse ut ego me tardiorem esse non moleste feram.* Cic. Tusc. 165. a. *Quid tu Bruto & ingenioso & erudito putas?* Ci. At. 235. a.

Quo quisque ingeniosior & solertior hoc docet iracundius & laboriosius. Ci. p Q. R. 50. a.

Acerrimo uir ingenio Chrysippus. Ci. d. D. 81. a.

Adolescẽs illustri ingenio & industria. Ci. p Cæl. 37. b

Ingeniosus, acutus. X. hebes. Tus. 215. b.

Vir excellente ingenij magnitudine. Ci. Off. 24. a.

Ingeniosus. X. tardus. Ci. d Fat. 142. a.

Ingenitus, a, um. ingeneratus, innatus, insitus.

Ci. d. L. 165. a. *Ingenita naturæ uirtus.*

Ingenium, nij. natura, mos, uel mores, industria, solertia. Ci. d Cla. 169. b. *Vt hominis decus est ingenium sic ingenij lumen est eloquentia.*

Atque in eo ingenium eius elucere uidebatis, quod sæpe etiam si industria non alitur, ualet tamen ipse suis uiribus. Ci. p Cæl. 47. a.

Docilitas & memoria, quæ ferè appellantur uno ingenij nomine. Ci. d Fin. 133. a.

Animorum incredibiles motus, celeritasque ingeniorum. Cice. p Arch. 189. a.

Nã & animi & ingenij celeres quidã motus esse debẽt, qui ad excogitandum acuti & ad explicandum ornandumque sint uberes & ad memoriam firmi atque diuturni. Cice. d Or. 94. a.

Suum igitur quisque noscat ingenium. Ci. Off. 23. a. & ibi. *Ea quæ nostri ingenij non sunt*

Ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & querelas solet. Ci d Cla. 190. b.

Sin inuerecundum animi ingenium possidet, temere accusés, non enim ueretur. Ci. d In. 58. a.

Cæsar omnem uim ingenij, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. Ci I. A. 204. a.

Quibus non omnino ingenium sed oratorium ingenium defuit. Ci d Cla. 174. b.

Hominũ ingenia ad fallendum parata Ci. Q. Fr. 300. a.

Vna quod uersatur in hoc studio nostro & cum ingenio ut nosti, nec sine industria. Ci. Ep. 108. a.

Omnis coniectura ingenijs hominum in contrarias partes sæpe deducitur. Ci. d D. 120. a.

Habere multum ingenij ad fingendũ. Ci. p Fon. 282. a.

Perfectum ingenio, elaboratum industria Ci. p Pom. 4. a

Magnum ingenium Luculli & magnitudo ingenij. Cic. Acad. 1. a. *Adolescens illustri ingenio & industria.* Cic. p Cæl. 37. b. *Crassi responsum excellentis cuiusdam ingenij & singularis.* Ci. d Or. 136 b.

Qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt. Cice. Off. 14. b. & d Fin. 73. a. *Ratio excellens ingenij.* & Ep. 84. a. *Acre ingenium.* Ci. Or. 205. a. & 298. a. *Vir acerrimo ingenio.*

Tardum ingenium. Ci. d Or. 119. a. & 3 Rul. 88. b.

Ingenia acuta. X. *obtusa.* Ci d. D. 97. a.

Eximium ingenium. Cice. Tusc. 241. b. & d Fin. 75. b. *præstans ingenium.*

Fauere ingenijs. Ci. Ep 53 a. & 82. b. *Fauere ingenijs.*

Suauitas ingenij tui. Ci. Ep. 67. a. et. 82. b. *opimo ingenij.*

Ingens, tis. immanis, insanus, immensus, uis.

Ci. I. V. 271. b. *Ingens immanisque præda.*

Ex ingenti immensoque campo in exiguum Gyrum compelli. Ci. d Or. 149. b.

Ingentes diuitiæ. Ci. I. V. 67. a.

Achæi ingentem pecuniam pendunt. L. Pisoni quotannis. Ci. d Pro. 70. a.

Ingenue. Cice. Ep. 59. b. *Me abs te cupisse laudari aperte & ingenue confitebar.*

Isti autem ingenue mihique gratum. Ci. At. 213. a. & Or. 204. a. *Vere tecum agam, ut necessitudo nostra postulet.* Ci. Ep. 196 b.

Ingenuitas, tis. Ci. d Or. 131. a. *Præstare ingenuitatem & ruborem suum uerborum turpitudine uitanda.*

Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem Cic. Acad. 45. a. *Ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis.* Ci. I. V. 99. a.

Ingenuus, a, um. liberalis, liber. Ci. I. A. 189. a. *Nihil apparet i eo ingenuũ, nihil moderatũ, nihil pudẽs, nihil pudicũ.* *Nec uero quicquam ingenuũ potest habere officina.* Ci. Off. 30. b. *Aperte uel odisse magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam.* Ci. d Am. 108. b.

Violare ingenuam. Ad Her. 26. b.

Omnis ingenuorum adest multitudo. Ci. I. C. 122. a.

Quid: ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non ueniunt? Cice. p Fla. 162. a.

Si fit ingenuus ciuis romanus.Ci.đ Cla.184.b.
Ingenui pueri cũ meritorijs uersabantur.Cic.I.A.180.a
Homo ingenuus liberaliterq; educatus.Cic.đ Or.96.a. & đ Fin.102.a.
Tu pudore a dicendo & timiditate ingenua quadam re fugisti Ci đ Or.109 b.
Ingenua liberoq; fastidio.Ci.đ Cla.186.b.
Qui ad seruitutem propulsandam ingenuo dolore ex-citetur.Ci.I.A.228.a.
Qui ingenuis studijs artibusq; delectantur.đ Fin.136.b
Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam societatis uinculo contineri. Cic.đ Or.144.b & 154.b.Hæ artes quibus liberales doctri-næ atq; ingenuæ continerentur.
Omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicen dum.Ci đ Or.91.a.& Ep 48.a.
Ingenuæ disciplinę.Ci.đ Fin.78.b.79.a.
Vita ingenua.Ci.Ep.77.b.& 20.a.Animus ingenuus.
Ingero,ris. infero,intrudo. Cice.At.173.b.Sed inge-ro preterita.
Ingigno,gnis. ingenero. Ci đ Fin.74.a.Natura cupi-ditatem ingenuit homini ueri inuēniendi.
Tantam ingenuit in animantibus conseruandi sui natu-ra cupiditatem.Ci đ.N.50.b.
Inglorius,a,um. inhonoratus. Ci.đ.L.162.a Beati qui honorati sunt uidentur,miseri autem qui inglorij.
Vita inhonorata & ingloria.Ci.Tus.208.a.
Inglorius atq; ignobilis senex.Ci.Tus.202.b.
Ingrate.X.grate. Ci.p Deio.149.a.Quamuis ingrate & impie necessitudinis nomen repudiauerit.
Sed immoderate quidem & ingrate nostra facilitate abu tuntur.Ci.Ep.103.b.
Ingratis.X.cum bona gratia. Cice.p Quin.8.a.Extor-quendum esse inuito atq; ingratis,quod non debet.
Ingratus,a,um. immemor beneficij uel gratiarum.
Ci.At.121.b.Nihil cognoui ingratius,in quo uitio nihil mali non inest.
Non solum ingratus,quod ipsum graue est.sed etiam im pius appelletur.Ci.Post.203.a.
Nulla amicitia potest esse inter ingratos.p Plan.276.b.
Ingratus crudeliter,aut immemor beneficij.Ci.Off.330.a
Ego ingrati animi crimen horreo Ci.At.136.a.
Dimisi a me ut hominem ingratũ non inuitus. At.124.b
Ne in te ingratus uiderer Ci.I.A.161.b.
Ingratus in amicos.Ad Her.34.b.
Quæ ego si non profundere ac perdere uidebor omni-bus meis uiribus sustinebo,sim ingrata esse sentiam,non committam ut tibi insanire uidear.Ci.
Ingrauesco,scit.X leuor, Ci.At.116.b.Ille ardet furo re,nec remittit aliquid sed in dies ingrauescit.
Ingrauescit in dies intestinum malũ.Ci.At.278.b.
Sic hic morbus uehementius uiuis ingrauescet.Cice.I.C. 203.b. Medicus morbum ingrauescentem ratione pro uidet.Ci.đ.D.111.b & I.A.221.a.
Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingra uescunt,animi autem se exercendo leuantur.đ Sen.84 a.
Cum ingrauesceret annona ut iam fames timeretur.Cice. p Dom.215.a.

Nam si a prima ætate me omnis doctrinæ liberalis dele. ctauit,tamen hoc studium quotidie ingrauescit. Cice Ep 49 a.
Aetas nostra Iam ingrauescens Ci.Ep.18 b.
Ingredior ris. intro introeo,adeo in aliquem locum,in ali quem locum me infero ineo in possessionem libertatis pe dem pono.pedem in fundo pono.pedem infero, accede-re in ædes,inuehi in portum eo,uado,assilio.aggredior. Ci I.A.173 a.Tu ingredi illam domum ausus es? & đ Fin.125.a Quacunq; ingredimur in aliquam historiam uestigium ponimus.
Cum iam pontem ingredi inciperent Ci I.C.112.a.
Qui eadem pericula,quibus nos perfuncti sumus,ingre-diuntur Ci.p Mur.124.b.
Quod omnibus est sciendum,qui uitam honestam ingre di cogitant.Ci Off.53 b.
Vt quam uitam ingrediar definias.Ci.Acad.28 b.
Quod iter incipiam ingredi:Ci.đ Or.165.a. & đ Sen. 83 b.Ingredi iter pedibus.
In uitam paulo serius tanq̃ in uiam ingressus sum. Cice. đ Cla.196.a.
Qua uolui ianua sum ingressus in causam.Cice.p Plan. 260.b.& Ep.78.b.
Ingredi intra finem eius loci,quẽ &c.Ci.p Cec.289.a.
Magna spe ingredior in reliquam orationem. Cic.I.A. 210.b. Qua die primum in spem libertatis ingressus sum.Ci.Ep.198.b.& I.A.220.a.
In exilium eijciebamus quem iam ingressum in bellum esse uidebamus?Ci.I.C.207.a.
Eloquentia,quocunq; ingreditur eadem est instructa co-mitatu.Ci.đ Or.144.b.& 134.a.
Hunc uideo mihi principem & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem harum studiorum extitisse. Cic. p Arch.185.b.
Nam neq; assiliendum statim est ad illud genus oratio-nis &c.nec cum in eam rationem ingressus sis,celeriter discedendum est.Ci.đ Or.128.b.
Nos,qui anteq̃ ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione.Ci.đ Or.92.b.
Qui ingredior ad explicandã rationem sententiæ meæ. Cice.Ep.19 a.
Ii qui ingrediuntur ad studium.Ci đ Or.97.a l.qui di-scere incipiunt.
Et erat ipse iam ingressus.Ci.đ Or.25 a.a i.ad dicendũ.
Timide ingrediar ad hoc genus disputandi. Cic đ Fat. 240.b. Cum istam disputationem mecum ingressus es set,dicebat &c.Ci.p Cec.300.a
Quam orationem cum ingressus essem. Cassius interue-nit.Cice At.242.b.
Nunc aggredior,quæ uultis.đ Or.102 b i explicanda.
Quam quisq; uiam uiuendi sit ingressurus.Ci Off 14.a.
Sequitur magnum opus & arduum, sed ingredientibus considerandum fuit,quid ageremus Ci.Or.203.b.
Difficile est,quod cum spe magna sis ingressus id nõ exe qui usq; ad extremum.Ci p.R.P.123 a.
Quod facere nunc ingredimur.Ci.Acad.5.b.& 39.b.
Ingressus sum facere.i.cœpi.
De diuinatione ingressi sumus dicere etc.Ci.đ D.108.b

Maiores

Maiores nos res scribere ingressos &c. è cursu ipso reuocauit uoluntas tua Ci. Top. 211. a.

Ingressus eram dicere quid oportuisset. Ci. At. 141. b.

Qui in compedibus corporis fuerūt, etiā cum soluti sunt tardius ingrediuntur. Ci. Tus. 164. a.

M. Aemilius uix ingredi poterat. Ci. ꝓ Rab. 94. b.

Cum primum posse ingredi cœpi. Ci. Ep. 153. b.

Ingredi pleno gradu Ci. Ep. 194. a.

Si dormis expergiscere, si stas ingredere, si ingrederis, curre, si curris aduola. Ci. At. 38. a.

Via qua nobis quoq; ingrediendum est Cic. d̄ Sen. 78. a.

Via lubrica qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix possis. Ci. ꝓ Cæl. 46. a.

Neq; is consistens in loco sed inambulans & ascensu ingrediens arduo. Ci. d̄ Or. 108. a.

Vt ingredi libere non ut licenter errare uideatur. Cice. Or. 104. a.

Ingressio, onis. Cice I. A. 196. a. Sic ab ingressione fori populum propulsari uideres.

Ac uideo hanc primam ingressionem meam è media philosophia repetitam. Ci. Or. 197. b.

Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. Ci. Or. 216. b.

Ingressus, sus. incessus. Ci. d̄. N. 10. a. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio.

Vestigijs odorari ingressus cuiuspiam. Ci. I. P. 97. a.

Orationis uestigia ingressumq; non uidi. Ci. d̄ Or. 98. a.

Ingurgito, as. Ci. I. A. 178. a. Cum in eius copias se ingurgitasset, exultabat gaudio.

Crudiq; postridie se rursus ingurgitent. Ci. d̄ Fin. 66. b.

Nunq̃ te in tot flagitia ingurgitasses. Ci. I. P. 88. b.

Inhabitabilis, le. Cice. d̄. N. 7. a. Inhabitabilis atq; inculta terræ pars.

Inhæreo, res. hæreo, insideo.

Ci d̄ Or. 113 b. Quę sunt foris, neq; inhærent in rei natura. & d̄. Vn. 201. a. Sidera quæ suis sedibus inhærent, Beluæ ad saxa natuiis testis inhęrentes. Ci d̄. N. 46. a.

Animi qui corporibus non inhærent. Ci. d̄. D. 103. a.

Inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum. Ci. Tus. 155. a. & 179. a. Eaq; inhæsit uisceribus. & 114. inhæsit in uisceribus.

Quorum linguæ sic inhęrent ut loqui non possint, hæ &c. Ci. d̄. D. 118. a.

Inhæresco, scis. Ci. d̄. N. 55. a. Bestiolę in sordibus auriū tanq̃ in uisco inhærescunt. & Tusc 190. b Poetę leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus.

Inhalo, as. Ci. I. P. 82 a. Cum ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Inhibeo, bes. sustineo Ci. Am. 108. a.

Ci. I. V. 269 a. Si te illius uox miserabilis non inhibebat, ne ciuium quidem rom. gemitu commouebare?

Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehemēter displicet, est enim uerbum totum nauticum, quanq̃ id quidem sciebam sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi, id non esse eiusmodi didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleretur, non enim sustinēt se sed alio modo remigant, id ab ἐποχῇ remotissimum est, quare facies ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. Ci. At. 110. a.

Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuq; remorum. Ci. d̄ Or. 97. b.

Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam, cui adēptum est, aliquem scrupulum, cui datum est. Ci. ꝯ Rul. 88. a. i. adhibet.

Inhibere supplicium alicui. i. adhibere. Ci. I. A. 155. a.

Quod si facere nolit atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil præteri. &c. Ci. ꝓ Quin 4. b. aliter incubuerit.

Inhibitio, onis. Ci. At. 110. b. Inhibitio remigum motum habet & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Inhio as. Incubo. Ci. I. C. 115. a. Romulus paruus atq; lactens uberibus lupinis inhians.

Inhonestus, a, um. turpis. Ci. ꝓ S. R. 26. b. Profecto illum Attalium hominem turpissimum atq; inhonestissimū iudicares. & ꝓ Dom. 134. b.

Et hercule confecta omnia fœda & inhonesta sunt. Ep. 115. b. Quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima. Sal. In Cic. 271. a.

Inhonoratus, a, um. Inglorius.

Ci. Tus. 101. b. Multi inhonorati proferūtur. & 108. a. Vita inhonorata & ingloria.

Inhorresco, scis. Ci d̄ Or. 157. a. Inhorrescit mare, tenebre conduplicantur. & d̄. D. 85. b.

Inhospitalitas, tis. ꝯ. Hospitalitas.

Ci. Tus. 214. b. Inhospitalitas est opinio uehemens fugiendum esse hospitem.

Inhumane. inhumaniter. Ci. Off. 57. b. Si quid ab homine detraxeris utilitatis tuæ causa inhumane feceris, contraq; naturam. Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius. Ci. d̄ Am. 104. b.

Inhumanitas, tis. immanitas, crudelitas.

Ci. ꝓ Deio. 150 a. Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas?

Importunitas autem & immanitas omni ætati molesta est. Ci. d̄ Sen. 78 b.

Quod ego non superbia neq; inhumanitate faciebam. sed &c. Ci. d̄ Or. 93. a.

Sit hoc inhumanitatis tuę. Ci. I. A. 162. a.

Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemq; conuertit. Ci. I. V. 159. a.

Inhumaniter. inhumane. Ci. Q Fr. 321. b. Nō possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse.

Inhumanus, a, um. crudelis, humanitatis expers & uitæ cōmunis ignarus, qui nunq̃ particeps fuit humanitatis, immemor humanitatis, multum ab humanitate discrepans, inurbanus ualde, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agrestis, insuauis morū, Qui non est homo & communi naturæ sensu caret.

Ci. d̄ Sen. 78 b. Moderati nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. Vt Terentianus Chremes non inhumanus. qui &c. Ci. d̄ Fin. 49. b.

Illa uox inhumana & scelerata. Cic. d̄ Fin. 103. b.

Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? Ci. I. V. 260. a.

In isto tuo animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Cice. At. 201. a.

Qui aures tam inhumanas tamq; agrestes habent. Cice. Or. 113. b. Inhumana audacia Ci. I. C. 106. a.

At hoc idem si in conuiuio faciat inhumanus uideatur. Cice. Off 19. a.

Inceps humanitatis et inurbanus. Ci. đ Or. 141. a et. 112 a. et ad Her. 16. b. O derelictos ab humanitate hoies.

Inhumatus, a, um. insepultus. Ci. Tus. 171. a. Diogenes proyci se iussit inhumatum.

Is cum esset profectus inhumatus amici cor pus eius texit suo pallio Ci đ. D. 138. a.

Iiq; nec inhumati nec dispersis bustis humili sepultura cremati Ci. I. A. 164. b.

Imbi. Cice. ꝯ Rul. 64. b. Luxuries Annibalem capuæ corrupit superbia nata inibi esse ex campanorum fastidio uidetur. & I. A. 156. a. *

Iniens, ineuntis. primus. Cic. At. 2. b. Ianuario ineunte cura ut Romæ sis. & At. 55. b. Ineunte æstate.

Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte uere suscepit, media æstate confecit. Ci. ꝑ Pom. 11. a.

Sed ut magnum certamen iniens Ci. đ Fin. 113. a.

Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; nostrum Ci. đ Or. 93. a.

Meę uitæ rationes ab ineūte ætate susceptę. Cic. ꝑ Pom. 4. a. Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est. Ci Off. 25. a.

Ineunte ætate Ci. đ Am. 110. a. & I. V. 148. a. & I. A. 203. b. In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. Cice. đ Cla. 178. a.

Ab ineunte pueritia Ci. Ep. 143. b.

Ineunte Adolescentia, cui inest &c. Ci. Off. 23. b.

Ab ineunte adolescentia. Ci. I. V. 55. b.

A prima adolescentia. Ci. đ Cla. 194. b.

Ab ineunte ætate Ci. Off 41. a.

A prima ætate. Ci. ꝑ Plan. 270. a.

A primo tempore ætatis iuri studere te memini. Cic. đ. L. 158. a. Tamen adolescentulus quantum illius ætatis meæ patiebatur pudor, multa ex eo sepe quæsiui. Cice. đ Or. 109. a.

Quinto anno exeunte. Cice. đ. D. 91. D. X. quinto anno ineunte. A paruis. Ci. đ. L. 171. a.

Inÿcio, cis. Ci. ꝑ Clu. 33. a. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio.

Ne temere a me tantus tumultus ciuitati inÿceretur. Ci. I. C. 112. a. Sperarunt se iniecturos nobis causam de liberandi & indicandi iustam moram & religionem. Cice. ꝑ Cec. 185. a.

Cū Cotta decemuiris religionē iniecisset. ꝑ Cec. 303. b.

Cui periculum mortis sit iniectum. Ci. ꝑ. Cec. 301. a.

Hostibus timor iniectus est. Ci. At 79. b.

Inÿcere timorem & desperationem alicui. Cice. ꝑ Mur. 136. a. & I. V. 172. a.

Timor iniectus Cæsaris de eius actis. Ci. đ Pro. 78. a.

Inÿcere terrorē mortis alicui. Ci. đ Fin. 131. a.

Inÿcere cupiditatem alicui. Cice. Ep. 172. a. & cogitationem. Ci. At. 101. a.

Eo metu iniecto. Ci. Q. Fr. 306. b.

Suspicionem esse iniectum alicui. Ci. ꝑ Clu. 39. b.

Tenuissima suspicione hostium iniecta. Ci. ꝯ Rul. 82. a.

Inÿcere spem alicui de aliqua re. Cic. At. 254. a.

Clodius cui deorum ira mentem iniecit, ut Milonem lacesserit. Ci. ꝑ Mil. 118. a. & ibi. b. Eadem hanc eius satellitibus iniecit amentiam. ut &c.

Is meum nomen operarÿs ediderat, imperitis iniecerat. Cice. ꝑ. D. 116. a.

Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Ci ꝑ Mur. 135. b.

Quā te securim putas iniecisse petitioni tuæ? Ci. ꝑ Mur. 133 b. Ipsa mihi ueritas manum iniecit & paulisper consistere & commorari coegit. Ci. ꝑ. Q. R. 53. a.

Inÿcere uincula alicui. Ci. đ Fin. 106. a.

Inÿcere laneum pallium alicui. Ci. đ. N. 76. b.

Et capitolinis iniecit sedibus ignes. Ci. đ. N. 84. a.

Se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, et supra stercus iniectum Ci. đ. D. 91. b.

Nisi uero existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectum ad tam incredibile crimen. Ci. I. V. 240 b.

Cum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere. Cic. Ep. 194. a. Quod Hortensiū, qui nuper iniecit, dictu rum arbitror Ci. ꝑ Quin. 11. b.

Inimice. infeste, inimico animo. Ci. ꝑ Quin. 12. a. Inimicissime atq; infestissime contendere cum aliquo. & đ N. 3. Inimice insectari aliquem.

Vide q̄ tecum agam non inimice. Ci. I. A. 167. a.

Inimicitia, tiæ. simultas, alienatio, disiunctio.

Ci. I. V. 57. a. Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere uideare. & 65. b.

Inimicitia ira ulciscēdi tempus obseruans. Ci. Tus. 113. b

Gerere graues inimicitias cum aliquo. & Ep. 19. a. Suscipere graues inimicitias.

Nec me pœnitet mortales inimicitias sempiternas amicitias habere. Ci. ꝑ. R. P. 127. b.

Libentius deponimus inimicitias reip nomine susceptas q̄ contumaciæ. Ci. At. 218. b. & ꝑ Clu. 58. a. Deponere inimicitias ueteres. & ꝑ Flac. 146. b. Deponere inimicitias iustissimas cum aliquo.

Inimicitias in uiris fortibus non solum extinxit reip. dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinemq; traduxit. Cic. đ Pro. 73. b.

Denuntiare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria. Ci. ꝑ Fla. 146. b.

Nouis inter propinquos susceptis inimicitÿs. ꝑ Clu. 57. b

Insitas inimicitias istę gentes & habent & gerunt cum populi rom. nomine. Ci. ꝑ Font. 180. b.

Nec enim unq̄ muliebres inimicitias mihi gerendas putaui. Ci. ꝑ Cęl. 44. a.

Tamen inimicitias hominum more gerere poteratis. Cic. ꝑ Deio. 149. a.

Qui cum inimicitias sibi mecum ex reip. dissensione susceptas esse dixisset, eas se dixit & temporibus & reip. permissurum. Ci. ꝑ Sest. 19. b.

Vt tuas inimicitias reip. donares te uicisti. Ci. Ep. 62. a.

Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roscÿs. Cice. pro. S. R. 214.

Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Ci. ꝑ Cæl. 44. a.

Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias uidearis. Ci. Ep. 115. b.

Inimicitias inter aliquos esse. Ci. ꝑ Clu. 53. b.

Inimicitijs incensa contentio. Ci. đ Op. 145. a.

Eum quare putes inimicitias cum fide habere posset Ad Her. 29. b.

Tacitæ & occultæ inimicitiæ. ✕. *indictæ & apertæ.* Ci. I. V. 273. a.

Inimico, as. Q. đ Pet. 212. a. *Sin autem neges, ablienant se & inimicantur.*

Inimicus, a, um. *Hostis, infestus, infensus, aduersus, alienatus, non æquus, iniquus meus, obtrectator meus, inuidus meus.* Ci. đ Or. 104. b. *M. Cato Galbę grauis & acer inimicus.* ✕. Ep. 17 b. *Grauiter inimicus.*

Motus animi auersi a ratione, inimicissimi mentis uitæq; tranquillæ. Ci. Tus. 216. a.

Is Aratoribus infestus atq; inimicus est. Ci. I. V. 154. b. & ꝑ Cec. 291. a.

Homines qui illi inimici infensiq; sunt. Ci. I. V. 61. a.

Infensus & inimicus alicui. Ci. Tus. 222. a.

Nemo illi inimicior q̃ Claudius. Ci. I. V. 130. a.

Vbi index amicus aduersario & inimicus tibi est. Cic. đ Or. 115. a.

Ille aspicere te non posset, inimicus, hostis esset. Ci. I. V. 120. b. *Qui mihi tam crudeliter inimici sunt.* Cic. At. 277. a. *Habere aliquem inimicum.* Ci. Ep. 12. a.

Multos inimicos habemus. Ci. Q. Fr. 302. a.

Quæ est tota Diodori nobis inimica sententia. Ci. đ Fat. 343. a. *Cui semper fui amicus, anteq̃ ille reip. tã aperte est factus inimicus.* Ci. I. A. 244. a.

Inimicus reip. Ci. Post. 200. b.

Quis plenior inimicorum fuit C. Mario. Ci. đ Pro. 73. a.

Aliquem sibi esse inimicum atq; hostem. Ci. đ Fin. 131. a

Inimicus & hostibus ea displicere. Ci. đ In. 61. a.

Nulla uox inimicitior amicitię potest reperiri q̃ eius, qui &c. Ci. đ Am. 107. a.

Nihil inimicitius q̃ oratio uersibus. Ci. Or. 216. a.

Gallia, quam sibi armis animisq; infestam inimicamq; cognouit. Ci. I. A. 229. a.

Mihi summam per iniuriam omnia inimica atq; infesta sunt. Ci. ꝑ Quin. 2. a.

Clamore alicuius infesto atq; inimico excitari. Cic. I. V. 78. b. & 139. a. *Infenso animo atq; inimico.*

Inimico animo dicere aliquid. Ci. ꝑ Font. 279. a.

Hostis & inimicus idem. Ci. đ Am. 203. b. ✳

Iniquitas, tis. *iniuria.* Ci. ꝑ ad. 119. a.

Ci I. C. 109. b. *Aequitas certat cum iniquitate.*

Id accidit prętori iniquitate & iniuria Ci. ꝑ Quin. 2. a

Habere uidetur ista res iniquitatem si imperare uelis, difficultatem, si rogare. Ci. I. C. 119 b.

In tanta hominum perfidia & iniquitate. Ci. Ep. 3. b.

Defendere autem ipsi propter iniquitatem temporum nõ audent. Ci. ꝑ S. R. 18. b.

Iniquus, a, um. *habens iniquitatem, iniustus, non habens æquitatem, iniurius.* ✕. *æquus.*

Ci. ꝑ Plã 267. a. *Homo natura asper atq; oĩbus iniquus Seruilius loui ipsi iniquus.* Ci. Ep. 151. a.

Multi iniqui atq; infideles regno, pauci sunt boni. Cic. Off 69 a.

Nam quid hoc iniquius aut indignius dici potest? Cic. ꝑ Quin 1. b.

Cui prępripere destinatam laudem ualde esset iniquum. Ci đ Ar 244 b.

Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. Ci. At. 25. b.

Iniquo infestoq; animo intueri aliquem. Ci. I. V. 265. a.

Iniquo animo ferre aliquid. Ci. Tus. 176. a.

Scio me a te cõtra iniquos meos soiere defendi. Ep. 182. a

Iniqui mei & defensorum meorum. Ci. ꝑ Plan. 267. b.

In quo æqui sperasse eum dicunt, peccasse iniqui. Cic. ꝑ R. P. 126. b. & ꝑ Font. 280. b.

Cæteri sunt partim obscurius iniqui partim non dissimulanter irati. Ci Ep 5. b.

Initia, orum. *sacra cereris.* Ci. đ L. 177. a. *Athenæ nihil attulere melius illis mysterijs, quibus ex agresti uita exculti ad humanitatem sumus, initiaq; ut appellantur, ita reuera principia uitę cognouimus.*

Initior, aris. Ci Tus. 154 a. *Reminiscere, quoniã initiatus es quę tradantur mysterijs.*

Omitto eleusinam sanctum, ubi initiantur gẽtes orarũ ultimæ. Ci. đ. N. 24 b.

Neue initientur nisi ut assolet Cereri græco sacro. Ci. đ L. 173. b.

Diligentissime sanciendum est ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturq; ea ritu Cereri, quo Romæ initiantur. Ci. đ. L. 177. a. & *ibi Sacra, quibus ipsi initiati sumus.*

Scire uelim num censum impediant tribuni diebus initiandis. Ci. At. 60. a.

Quæ quidem sica, quibus abs te initiata ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas Consulis in corpore defigere. Ci. I. C. 100. a.

Quoniam eo genere amicitiarum petitio tua maxime initiata est, quod causarum defensionibus adeptus es. Q. đ Pet. 208. a. ✳. *alius mutata est.*

Initium, ij. *principium fundamentum.*

Ci. đ Or. 95. a. *Adolescentulus in initio dicendi sic exanimatus sum. ut &c.*

Sic enim ab initio fui animatus. ut &c. Ci. Anteq̃. 196. a.

Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Ci. At. 278 b.

Ab initio rerum romanarum usq; ad. P. Mutium pontificem max. Ci đ Or. 113. a.

Hostes, qui erant ab initio belli. Ci. At. 178. b.

Ab isto initio tractus est sermo &c. Ci. đ Cla. 266. b. & *ibi. Hinc Pomponi ductus est sermo.*

Ducere initium rerum suarũ alicunde. Ci. ꝯ Rul. 69. b.

Belli initium ducetur a fame. Ci. At. 143. a.

Vt male posuimus initia, sic cętera sequẽtur. Ci. At. 170. a

L. Bestia bonis initijs orsus tribunatus tristes exitus habuit consulatus. Ci. đ Cla. 176. a.

Facere initium ab aliquo. Ci. ꝯ Rul. 81. b.

Pansa initiũ cũ hostibus confligendi fecit. Ci. I. A. 264 b

Cędis initiũ a me se facturũ putauit. Ci. Ep. 184. a.

Is cædis initium a me fecisset. Ci. I. A. 198 b.

Facere initium armorum. Ci. At. 107. b. & 146. b.

Tu uelim ut se initia dederim ad me perscribas. At. 51. b

Quæ sint initia rerum ex quibus nascuntur omnia. Cic. de D. 110. b.

Initia & tanquam semina, unde sint omnia orta, generata, concreta Ci. Tus. 241. a.

Illa initia, quæ græce elementa dicuntur. Ci. Acad. 44. a

Volo enim te scire in Pete initium suspicionis & cautionis & diligentiæ fuisse literas tuas, quibus &c. Cic. Ep. 141. b. Tibi aliud dicendi initium sumendum est. Cic. de L. 169. a.

Quemadmodum Senatus initio censuit. Cic. Ep. 7. a. & ibi. Redeo ad illud quod initio scripsi & 169. a. de qua initio scripsi. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. Ci. p S. R. 38. a.

Initio &c. Post. &c. Ci. Ep 98. a.

Initium. X exitus. Ci. Tus. 168. a.

Iniucunditas tis. Cic. de N. 54. a. Ne quid iniucunditatis habeat oratio.

Iniucundus a, um. Ci Q. Fr. 317. b. Rumor Dictatoris iniucundus bonis. & de Fin 49 b. Minime nobis iniucundus labor.

Iniungo gis. imporro, affero. D. Brut. Ep. 174. a. Tamen si quo casu Hisarā se traiecerint, ne quid detrimenti reip. iniungant summa a nobis dabitur opera. Hoc uerbo quod sciam, Cicero nusquam usus est.

Iniuratus, a, um. X iuratus. Ci. I. V. 72. a.

Ci. p Syl. 173 b Hæc iniuratus sum dicturus, quæ iuratus in concione dixi.

Quod in codicem iniuratus referre noluit. Cic. p Q. R. 43. b. Iuraui lingua, mentem iniuratam teneo. Cic. Off 73 b.

Iniuria, riæ. iniquitas. Ci. p Quin. 1. a. Id accidit prætoris iniquitate & iniuria.

Iniuria est quæ aut pulsatione corpus aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine uitam cuiuspiam uiolat. Ad Her. 31. a. Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit Ci. At. 142. a.

Honorē mortuo, cui iniuriā uiuo fecimus faciamus. Ci. I. A. 222 b. At ei grauis iniuria facta est & non ferenda Ci. p Fla. & I. P. 81. a. Facio iniuriam fortissimo uiro. Facere iniuriā & pati iniuriā. Ci. de Am. 110. b. Inferre iniuriam alicui, & propulsare iniuriam ab aliquo. Ci. Off 5. b.

Facere magnam iniuriam alicui. Cic. I. V. 193. b. & At. 151. b. & Ep. 66. a.

Facere iniurias omnibus. Ci. I. V. 63. a.

Accipere quam facere præstat iniuriam. Cic. Tus. 239. a. & Ep 7. a. & 53 a.

Accipere insignem iniuriam. Ci. p Quin 4. b.

Accipere iniuriam ab aliquo. Cic. Top. 228. a. & I. V. 64. a. & At. 166. a. & de Cla. 175. a.

Imponere iniuriam alicui. Cic. I V. 204. a. & p Quin. 18. a. Imponere iniuriam alicui sine ignominia.

Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summam iniuriam ignominiamque peruenerit. Ci. I. V. 199. a.

Iniuriam stupri in aliquem infero. Ci. de Ar. 252. b.

Vides ipsum ab sese tam atrocem iniuriam propulsare. Ci. p S. R. 41. a.

Nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Cic. Ep. 16 b.

Grauissimas iniurias uoluntaria obliuione contriueram. Cic. Ep. 25. a.

Cæteris iniurijs, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. Ci. Ep. 5. b.

Non ueneram contra iniuriam? quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Cic. I. A. 261. a. Quocunque aspexisti, ut furiæ, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. Ci pad. 219 a.

Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. Ci. I. A. 241. a

Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Ci pad. 122. a

Hoc horret Milo, nec iniuria. Ci. Q. Fr. 327. b.

Hoc æque turpe est atque illud, nec iniuria, propterea quod &c. Ci. p Sest. 37. b.

Nec me hercule iniuria. Ci. de N. 64. a.

Non iniuria tibi illud accidit. Ci. de N. 72. a.

Ego tibi iniuria suspectus sum. Ci. I. C. 100. b.

Actio iniuriarum. Ci p Cæc. 291. b.

Vt meum ius teneam & tuas iniurias persequar. Cic. p Cæc. 291. a. i. a te factas.

Iudicium damni iniuria constitutum. Ci. p. Q. R. 50. a. & 54. a. Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse.

Iniuriose. Per iniuriam. Ci. Q. Fr. 294. a. Quæ in magistratu iniuriose decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum.

Temere atque iniuriose aliquid de aliquo suspicari. Brut. At. 180 b.

Mercatores Iniuriosius tractati. Ci. p Pom. 5. b.

Iniuriosus, a, um. iniurius. Cic. contra Rul. 63. b. Ab inuito emere iniuriosum est.

In socios uero iniuriosum & contumeliosum est, ijs præmijs exclusos esse, quæ &c. Ci. p Cor. 59. b.

Auaritia est iniuriosa appetitio alienorum. Ad Her. 33. a.

Iniuriosa & facinorosa uita. Ci. de L. 164 a.

Iniuriosus in proximos. Ci. Off. 9. b.

Ratio descriptionis refelletur si iniuriosa fuerit. Ad Her. 9. b.

Iniurius, a, um. iniuriosus.

Cic. Off. 70. a Extorquebit ne eam sapiens si potuerit? negat, quia sit iniurium.

Iniussus, sus. sine authoritate uel concessu.

Ci. Tus. 164. a. Vetat enim nos deus iniussu suo hinc demigrare. Populus rom. non potest iniussu suo religione obligari. Ci. p Cor. 62. a.

Mitti iniussu prætoris. Ci. p Quin. 25. a. & p Rab. 92. a. & de In. 53. b. Iniussu populi.

Placet ne tibi primum edere iniussu meo? Ci. At. 210. b.

Sine authoritate senatus facere aliquid. Ci. Off. 74. a.

Concessu suo sancire legem. Ci. de L. 172. b.

Iniuste. iniuriose, contra fas.

Ci. p Fla. 154. b. Facis iniuste Læli.

Nec homini insano iniuste facta conducunt. Cic. de Fin. 59. b.

Is iniuste neminem læsit. Ci. p Mur. 148. a.

Iniuste impetum in quempiam facere. Ci. Off. 5. b.

Iniustitia,

Iniustitia,tiæ. Cice.Off.5.b.Iniustitiæ duo sunt genera, unum &c.alterum &c.
Qui alijs nocent ut in alias liberales sint, in eadem sunt iniustitia,ut si in rem suam aliena conuertant. Cice.Off. 9.b.& đ.N.74.a.

Iniustus,a,um. iniquus,iniurius,iniuriosus,immeritus, indebitus Ci đ.L.71.a.Qui perniciosa & iniusta populis iussa descripserunt.
Vir maleficus natura & iniustus.Tus.239.b.
Nemo erit tam iniustus,qui &c.p Fla 164.b.
Id q̃ iniustum in patriam esset,non uidebit.Off.68.b.
Aliquam iracundiam non iniustam sed meritam ac debitam fuisse defendere.Ci đ Or.127.b.& At.196 b.
Imponere iniustum onus alicui.Ci.Or.200.a.

Innascor,ris. Ci.Off.13 a.In magnitudine animi facillime cupiditas principatus innascitur.
Deis innascitur ratio recta constansq;.Ci.đ.N.32.b.
Cum hæc domi innascantur.Ci.At.18.a.
Innata est homini probitas gratuita non uoluptatibus mutuata Ci đ Fin 85 b.

Innato,as. Ci.đ.N.56.b.Cum pisciculi parui in concham hiantem innatauerunt.

Innatus,a,um. insitus,ingenitus,ingeneratus.
Ci.đ Fin.107.a.Insita uel potius innata cupiditas. & đ In.70.a.Non opinio sed quædam innata uis.&.82.b.
Insita uel potius innata cognitio.Ci.đ.N.10.b.
Hoc non receptum est sed innatum.Ci.I.V.164.a.
Innatus atq; insitus.Ci.đ Vn.103.a.
Id animis eorum insitum atq; innatum uidetur. Ci.I.V. 215.a. Innatus & insitus.X.assumptus & aduentitius.Ci.Top.226.b.
Est ergo hæc non scripta sed nata lex,quam non didicimus,accepimus, legimus sed ex natura ipsa arripuimus hausimus,expressimus.Ci.p Mil.103.a.

Innitor,ris. innixus sum.
Ci.đ Ar.258.a.Etenim uix hæc innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt.
Intendit Apollo arcum luna innixus. Cic. Acad.22.b.

Innocens,tis. qui nemini iniuriam facit,qui nihil nocet.
Ci.p S.R.27.b.Innocens si accusatus sit,absolui potest, nocens nisi accusatus fuerit,condemnari non potest.
Aliquis indemnatus,innocens in exilium eiectus.Cice.I. C.107.a.& Tus.170.a.Innocens damnatus sum.
Vir bonus & innocens.Ci.đ Cla.180.b.
Vir integer,innocens,religiosus.Ci.I.V.202.b.
Innocens prætor.Ci.I.V.68.b.
Vita innocentium.Ci pt.233.b.& p Mur.138.a.
Innocens dicitur non qui leuiter nocet,sed qui nihil nocet.Ci.Tus.236 a.
Epistolam tuam conscidi innocentem, nihil enim habebat &c.Ci.Ep 104.a.

Innocentia,integritas uitæ ac morum.
Ci.Tus.193.b.Innocentia est affectio talis animi, quæ noceat nemini græce ἀβλάβεια.
Nam ubi libido dominatur innocentiæ leue præsidium est.Ci.Or.218.a.
Vir summa integritate & innocentia.Ci.I.A.188.b.
Integritas atq; innocentia singularis.Ci.I.V.59.a.
Innocentiam iudiciorum pœna liberare.đ Or.102.a.
Innocentia.Q.Mutij.Ci.I.V.114.a.

Innouo,as. nouum facio nouam rationem suscito, nouum morem uel consuetudinem in remp induco.
Ci.I.P.99.a.Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouasti.

Innumerabilis,le. infinitus,innumerus.
Ci.Acad.146.Democritus ait innumerabiles esse mundos.& đ.N.7.a.
Reperiam multos uel potius innumerabiles,quibus &c. Cice.đ Fin.70.b.
Infinita uis innumerabilium atomorum.Ci.đ.N.12.b.
Innumerabilis pecunia.Ci.p Quin.6.a.
Innumerabilis multitudo.Ci.Post.106 b.

Innumerabilitas,tis. Ci.đ.N.16.a.Innumerabilitas mundorum.&.23.a.Innumerabilitas atomorum.

Innumerus,a,um. Ci.đ Or.117.a E ludo Isocratis tanq̃ ex equo troiano innumeri principes exierunt.

Innuo,is. Ci.p Mur.136.a.Atq; ille ut semper fuit apertissimus,non se purgauit sed indicauit atq; innuit.
Quid si iste suo hospiti rogasset,immo innuisset modo. Ad Her.32.b.
Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo.Ci.Ep.231.b.

Ino. Ci.Tus.154.a.Ino Cadmi filia quæ Leucothea nominata græcis,Matuta habetur a nostris.

Inobscuro,as. Ci.I.A.221.b.Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Inofficiosus,a,um. Ci.At.113 Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi & in nosmetipsos.

Inopia,piæ. egestas.indigentia.X copia.
Ci.đ In.58.b Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis.
Nec in summa inopia leuis esse senectus potest,ne sapienti quidem,nec insipienti in summa copia non grauis.Ci. đ Sen.78.b.
Qui amicitiam ex inopia atq; indigentia natam uolunt. Ci đ Am.101.a.
Frugum inopia.X.frugum copia.Ci.p Dom.226.b.
Rhodiorum inopia & fames & summa annonæ caritas. Ci.I.A.162.a.
Inopia rei frumentariæ.Ci.p Dom.214.a.
Inopia rerum omnium.Cic.I.C.102.b.& .109.b.Inopia atq; egestas alicuius.
Cauẽda est oratori inopia atq; ieiunitas.Ci đ Cla.181. b.& siccitas. Homines mea opera inopiam frumenti esse clamarunt.Cice.At.53 b.
Magna igitur ut uides solicitudine afficior,magna consilij inopia.Ci.At.92.b.
Inopia & solicitudo alicuius. Cice.Q. Fr.294.b.& p Quin 1.b. Summam laudem inopia criminum alicui uitio dare.Ci.p.S.R.26.a.
Sedulius propter inopiam tecti in fora pernoctans. Cic. p Dom.229.a.

Inopinatus,a,um. nec opinatus,improuisus.Cice.p Dom. 216.a. Ci.I.V.123.a.Noua tibi hæc sunt & inopinata.&.122.b.Cum hoc illi improuisum inopinatumq; accidisset.& Tus.107.a.Nihil inopinati accidit.

Cui nihil improuisum accidere possit nihil inopinatum. Ci.Tus.217.a.& .200.*Omnia repentina & inopinata grauiora.* *Neque allata est a me res inopinata & recens.* Ci.Post.214.b & Ep.185.b.*Res tam tantae quam inopinatae.* *Hoc est dictu inopinatum atque mirabile.* Cice. Pad.122.b. *Ista nec opinata &c.* Cic.Tus.202.b.& 217.a.*Nihil inopinatum.*

Vt in araneolis aliae quasi rete texunt, aliae autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt. Cic.de.N. 50.b. *Nec opinato.* Ci.de.Fin.91.b.& .I.A.171.a.

Inopportunus, a, um. *importunus.*

Ci.de Or.144.b.*Etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.*

Inops, pis, *pauper, nudus, impotens.*

Ci.de Cla.186.b. *Non erat abundans, non inops tamen.* & .I V.184.b.*Aerarium inops & exhaustum.*

Tam inops eram ab amicis? tam nuda resp. a magistratibus? Ci.pro Dom.224.b.& At.1.a.

Qui sic inopes & ab amicis & aestimatione sunt, ut &c. *C.Lentulus non tardus sententijs, non inops uerbis.* Cic. de Cla.187.b. *Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur.* Ci.de Fin.101.a.

Disciplina Hermagorae inops ad ornandum, ad inueniendum expedita. Ci.de Cla.189.a.

Inops quidam humanitatis & inurbanus. Ci.de Or.118.a.

Inoratus, a, um. Cice.pro.S.R.22.a.*Legati Amerinam re inorata reuerterunt.*

Inordinatus, a, um. Ci.de Vn.196.b.*Idque ex inordinato in ordinem adduxit.*

Inornate. *Inculte.* Ad Her. 34.a.*Non inornate dicere.*

Inornatus, a, um. *incunditus, incomptus, agrestis, horridus, sine nitore ac palestra.* Ci.de.L.157.a.

Cic.Or.204 a. *Inornata mulier, incompta oratio.* & 199.b.*Tenuis & inornatus.*

Nuda atque inornata inuentio. Ad Her.41.b.

In praesentia. *in praesenti, in praesens, in praesens tempus, in hoc uel alio quopiam tempore praesenti.* X. *In posterum, in posteritatem.* Ci.I.V.123.a *Sopater cum hoc illi improuisum accidisset, commotus est sanè, neque in praesentia Timarchidi, quid responderet, habuit, nisi se consideraturum &c.* *Vestrae coenae non solum in praesentia, sed etiam postero die iucundae sunt.* Ci.Tus.247 b.

Spero etiam in praesentia pacem nos habere. Ci.At. 111.b

Periculum in praesentia atque ante oculos propositum est. Ci pro Dom.115.a.

In primis. *cum primis. l. primus, non in postremis.*

Ci.Top.124.a.*Quod genus argumenti in primis firmum uidetur.* *Philodamus in primis inter suos copiosus.* Ci.I.V.89.a.

Homo in primis domi suae nobilis. Ci.I.V.115.b.

Quorum orationes sunt in primis in asiatico genere laudabiles. Ci.de Cla.195.b.

M.Brutus iuris ciuilis in primis peritus fuit. Ci.Off.43.a

M.Fonteius usu bellorum in primis eorum qui nunc sunt exercitus. Ci.pro Font.282.b.

Polybius bonus author in primis scribit etc. Ci.Off.75.a

Taruttus in primis chaldaicis literis eruditus. Cice.de.D. 188.b. *Multa in nostro collegio praeclara cognoui, sed hoc de quo agimus in primis, quod &c.* Cice de Sen. 90.b. *Cur idem reliqui facere non possint? medicus in primis.* Ci de Fat.143 a.

Multa me monent in discessu, in primis quod &c. At.252.

In omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac &c. Cic. Ep.48.a. *Quem in primis amamus charumque habemus.* Ci.Ep.8.b.& .22.a.*In primisque ego &c.*

Et ut audio in primis nolunt ei soluere. Ci.Ep.226.a.

Inquam. *dico, ut dico, ut dixi, ut institui dicere, uero, uerumtamen.* Ci.I.A.181.b.*Hunc unum diem, hunc unum inquam hodiernum diem defende si potes.*

Quasi enim ipsos introduxi loquentes ne inquit & inquam saepius interponeretur Ci.de Am.96.a.

Per mihi, per inquam mihi gratum feceris. Cic.At.20.b.

Idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum inquam te coniungens. Ci.At.101.a.

Quae si quos inter societas est &c. *haec est inquam societas, quae &c.* Ci.de Am.111.a.

Crux, crux inquam misero comparabitur? Ci.I. V.269.a.

Delector enim quamquam te non possum, ut ais corrumpere, delector inquam familia uestra & nomine. Ci.de Fin.79.b.

Quonam modo inquam si una uirtus &c. *id ergo inquam si &c.* Ci.de Fin.92.b.

Resp. quam nos uniuersam nostris humeris, nostris inquam humeris sustinetis. Ci.pro Fla.164.a.

Atque ego hanc orationem P.C. tam tristem non suscepissem, non inquam, nisi &c. Ci.de Ar.258 a.

Sed tamen hoc iucundissimum, quod te intellexi ad eum uenisse, ut eius animum erga me perspiceres, hoc mihi inquam accidit iucundissimum. Ci.At.100.

Idem ille ego &c. idem inquam ego &c. Ci.At.12.a.

Multo haec inquam nostra res maior. Ci.At.11.a.

At ista beatitas &c. *uerum ea, quaecumque est &c.* Ci de.N.20.a.

Vero, *ueruntamen, pro inquam.* Cic.At.5.a.I.V.848.b. & Ep.77.b.

Quanquam ea uerba, quibus ex instituto ueterum utimur pro latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica Musica, quanquam latine ea dici poterant. tamen &c. Cic de Fin.91.a.*Hoc loco deesse uidetur inquam.*

Inquilinus, m. Ci.At.215.b.*Tabernae mihi duae corruerunt, reliquae rimas agunt. itaque non solum inquilini sed mures etiam migrauerunt.*

Vbi igitur inquies philosophia tua, illa quidem inquilina? Ci.Ep.854.a.

At uero te inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorum. Ci.I.A.180.a.

Inquinate Ci.de Cla.177.a.*Admodum inquinate loqui.* & .188.b. *Confluxerant in hanc urbem multi inquinate loquentes.*

Inquinatus, a, um. Ci.pro S.R.29.b.*Omnibus flagitijs uita inquinata.* & de Off.64.a.

Ore, lingua, manu, uita omni inquinatum. Ci.pro Cael.54.a.

Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. Ci.pro Fla. 857.b. *Homines sceleribus & parricidijs inquinati.* Ci.de Fin.120.a.

Quis in uoluptatibus inquinatior? Ci.pro Cael.40.a.

Quae sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. Ci.Off.

Ci.Off.17.a.& I.V.161.b.Sermo inquinatissimus.

An ille fœdior atque inquinatior in Cn.Pompeio accusando fuit.Ci.d. Ar.156.a.

Si in uerbis nihil inquinatum est. Cice.d. Opt.243. & Or.212.a.Versus inquinatus.

Lude deformati,inquinati, peruersi, conturbati. Cice.d. Ar.149.b.

Inquino,as,contamino.l.Inquinatus.

Ci.p Plan.261.b. Quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.

Aqua turbida & cadaueribus inquinata.Ci.Tus.247.a

Vt domestica tua inhumanitate nostræ ciuitatis humanitatem inquinares.Ci.p Deio.150.a.

Sed idem cursus illum ignarum, quid profiteretur, istius impurissimæ pecudis sordibus inquinauit. Ci I.P.95.a. & Tus.229.Paricidio se inquinare.

Comitia largitione inquinata.Q.d.Pet.213.b.

Qui libidinibus se inquinassent.Tus.163.a.

Quos iste agros ereptos reip.turpissimis possessoribus inquinauit.Ci.I.A.162.b.

Quibus uelut domesticis uitijs atque flagitijs sese inquinassent.Ci.Tus.163.b.

Inquinare splendorem honestatis.Ci.d. Fin.129.b.

Inquiro,ris,perquiro,exquiro.Ci.d. Or.153.a.

Ci.I.V.67.b.Cum ego diem in Siciliam inquirendi per exiguam postulauissem.

Vera illa honestas quam unam maxime natura inquirit. Tus.190.b.

Tum autem inquirunt aut consultant conducat id nec ne &c.Ci.Off 1.b.

Atque in eo quid agat, quemadmodum uiuat, inquiritur. Ci.d. Ar.257.a.aliter in eum.

Studiose inquirere in aliquem.Ci.Or.214.b.& p Mur.134.b.Inquirere in competitorem.& At.96.a.

Quod ad inquirendum in te uenerit. Cic.I.V.233.b.& 200.b.Dum in istum inquiro.

Is nimium inquirens in sese atque ipse sese obseruans metuensque ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem deprauabat.Ci.d. Cla.191.a.

Nimis diligenter inquirere in ea quæ memoriæ sunt prodita.Ci.d. L.156.b.

In inquirendo alicuius multa furta cognoscere. Cice. I.V.96.a.

Inquis, quit, cuius uerbi prima persona est inquam. dico. Ci.I.A.157.b.Quas tu mihi intercessiones inquit

En inquit mihi,hæc ego patior quotidie.Ci.At.68.b. & Q.Fr.301.a.Is mihi inquit,Te &c.ê.dixit.

Nihil hoc ad ius,ad Ciceroné inquibat Gallus.Ci.Top. 224.b. Tu uero inquisti molestus non eris. Ci.d. Or. 233.a. Vbi igitur inquies philosophia tua? & quidem in culina mea molestia est.Ci Ep.214.a.

Quid amor? inquiet quispiam.Ad Her.12.a.

Ergo inquiet aliquis &c.Ci.I.V.117.b.

Inquisitio,onis. Ci.Off 3.b.Inquisitio & inuestigatio ueri hominis propria est.

Lege hac noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.Ci.p Fla.148.b.

Inquisitio candidati præuntia repulsæ.Ci.p Mur.134.b

Reus absens contra inquisitionem accusatoris defensus. Cice.I.V.111.a.

Inquisitor,conquisitor. Cice.I.V.67.b. Ille Achaicus inquisitor.

Insanabilis,le.desperatus. Cice.Tus.228.b. Insanabilis morbus.& p Sest.12.b.Plaga insanabilis illa mortifera. Vitabit insanabiles contumelias.Ci.Or.205.

Insania,niæ. furor.

Ci.Tus.291.b.Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum, idest insanitatem & ægritudinem animi,quã appellarunt insaniam.& 192.a.Ita fit ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quędam,quæ est insania eademque dementia.

Incidere in insaniam Ci.I.P.89.b.

Insulsitatem & insolentiam tanq̃ insaniam quandam orationis odit,sanitatem autem & integritatẽ quasi religionem & uerecundiam oratoris probat.Cic d. Cla.191.a.

Quis insaniam libidinum recordatur? qui &c.Cice.pro Syl.180.a.

Insanio,nis. desipio,mentem amitto,alienus sum a sanitate,uaticinor.sanus non sum.

Ci.p.S.R.23.b.Homo longe audacissimus,& quod inter omnes constat.nisi inter eos,qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus. Qui in morbo sunt,sani non sunt,& omnium insipientium animi in morbo sunt,omnes insipientes igitur insaniunt.Tus.172.a.

Nisi ego insanio,stulte & incaute omnia agi iudicio.Ci. At.108.a.

In alienos insanus insanisti Ci.Or.219.a.

Nec tamen illum insaniturum puto.Ci.At.204.b.

Insanire ac furere uidersi.Ci.I.V.208.b.

Omnes insipientes igitur insaniunt.Ci.Tus.192.a.

Ain tandem? insanire tibi uideris,quod imitere uerborũ meorum ut scribis fulmina,tum insanires,si consequi non posses.Ci.Ep.139.a.

Qui uaticinari atque insanire dicebat.Ci.p Sest.7.b.

Insanitas,tis. Ci.Tus.192.a.Insipientia autem quasi insanitas quædam.& 291.b.l.Insania.

Insanus,a,um. non sanus,amens furens,fanaticus, uesanus, alienus a sanitate,qui a constantia atque a mente atque a se ipse discessit, qui suæ mentis compos non est cui sanitas non est,cui mens a sua sede & loco dimota est,qui non est in potestate mentis,qui de potestate exuit,idest de consilio,de ratione,de mente,suum quenque scelus de sanitate ac mente deturbat.X.sanæ mentis.

Cice.Acad.14.a. Quod idem contingit insanis.ut & incipientes furere sentiant & dicant aliquid,quod non sit, id uideri sibi, & cum relaxentur,sentiant &c.

In alienos insanus insanisti.Ci.Or.219.a.

Homo insanissimus.Ci.p.S.R.23.a.

Insanissima concio.Ci.p Mil.210.a.

Hoc est scriptoris non furentis neu insani sed diligentiã adhibentis.Ci.d.D.131.b.

Homo fraternis flagitijs.sororis stupris insanus. Cice.p Sest.6.a.

Sè quis mihi male dicit,petulans & planè insanus uidetur.Ci.d. Or.537.a.

Aræ quas ille cesis lucis substructionum insanis molibus

oppresserat. Ci. p Mil. 118. a. ingenitabus.

Insatiabilis le. Ci. d. N. 45. b. Quorum omnium multitudo insatiabili uarietate distinguitur. & Tus. 141. a. Insatiabili gaudio completur.

Insatiabilis cupiditas ueri uidendi. Ci. Tus. 157. b.

Nulla insatiabilior species. Ci. d. N. 57. b.

Insatiabilis crudelitas. Ci. I. A. 231. a.

Insatiabilis uoluptas. Ci. d. Fin. 109. b. & 58. a. Cupiditates enim sunt insatiabiles.

Insaturabilis, le. Cice. p Sest. 246. Insaturabile abdomē.

Insaturabiliter. Ci. d. N. 58. b. Saturnus annis præteritis insaturabiliter expletur.

Insciens, imprudens. X. sciens.

Ci. At. 101. a. Chrysippus discessit a puero insciente me. & p Cor. 57. a. Verum insciens fecit, aut sciens & Ep. 106. a. Illo absente & insciente migrare.

Insciente collega. Ci. d. In. 52. b. & Ep. 15. a. & 44. b.

Inscienter, imprudenter. Ci. Top. 223. b. Inscienter facere aliquid. & Acad. 5. b.

Inscientia, tiæ. ipsum non scire, inscitia. X. scientia.

Ci. d. N. 78. a. At deo ne excusatio quidem est inscientiæ.

Scientia. X. inscientia. Ci. Acad. 46. b.

Vos mihi in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis. Ci. p Syl. 574. b.

Is non solum inscientiam meam sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Ci. d. Or. 101. a.

Inscientia multa uersatur in uita. Ci. Acad. 36. b.

Inscite. X. scite. Cic. d. D. 554. Democritus non inscite nugatur ut physicus.

Inscite facere aliquid. Ci. d. Fin. 95. a.

Inscitia, tiæ. imprudentia, inscientia, stultitia.

Ci. d. In. 51. a. Imprudentia in purgationem confertur, cuius partes sunt inscitia, casus, necessitas. & 42. a. propter errorem & inscitiam.

Ineuntis ætatis inscitia senum regenda prudentia est. Cice. Off. 25. a.

Non rerum uitio sed interpretum inscitia. Ci. d. D. 204. b

O miserabilem inscitiam disserendi. Ci. d. Fat. 147. b.

Inscitia negotij gerendi. Ci. d. Pro. 71. a.

Inhumanus uideatur temporis inscitia. Ci. Off. 19. b.

Non superbia neque inhumanitate sed huius disputationis insolentia atque harum rerum inscitia. Ci. d. Or. 93. a.

Sed in nostris inscitia est. Ci. d. Cla. 170. b.

Inscitia loquendi. Cice. d. Or. 156. a. & d. N. 18. a. Inscitia plane loquendi.

Inscitus, a, um. Ci. d. N. 33. a. Quid autem est inscitius quam id non optimum dicit & d. D. 135. a. Quid inscitius autem est quam &c.

Inscius a, um. insciens, rudis, imperitus.

Ci. p Plan. 167. a. Tu me ignaro nec opinante, inscio notis & tuis &c.

Socrates se omnium rerum inscium fingebat & rudem. Ci. d. Cla. 192. a.

Quoniam nos ad mortem inscij misistis. Ci. I. A. 222. b.

Nec uero sum inscius esse utilitatē in historia. Cic. d. Fin. 137. a. Præcepta quæ inscij imperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt. Ci. d. L. 171. b.

Aliquem inscium faciendi cum aliqua solertia iudicandi adhiberi ad probandum aliquid. Ci. d. Op. 144. a.

Inscribo, bis. incido, imprimo.

Ci. At. 53. a. Ea inscribam breui quæ te arbitror uelle cognoscere. i. in epistola scribam.

Atque etiam inscribi iussit in fastis Cæsari dictatori perpetuo. Ci. I. A. 177. a.

In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria. III. duo, mm. Ci. d. Or. 231. a.

Vt illi non infundere in aures tuas orationem sed in animo inscribere uideantur. Ci. d. Or. 141. a.

Sit inscriptum in fronte uniuscuiusque, quid de rep sentiat. Ci. I. C. 103. b.

Versus in monumento inscripti. Ci. Tus. 242. a.

Qui uestris monumentis nomen suum inscripsit. Cice. p Dom. 257. b. Vt si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ tollerentur. Ci. p Dom. 141. a.

Quid aliud in bouis sepulchro inscriberes? Ci. Tus. 248. a

Quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? Cice. d. D. 216. b. Vt esset quod in basi tropheorum incidi inscribique posset. Ci. I. P. 99. b.

Equestris statua inaurata, in qua inscriptum est, quinque & triginta tribus patrono populi rom. Ci. I. A. 207. b.

In statua quam posuit in rostris inscripsit, Parent. P. OPT. MER. Ci. Ep. 184. b.

Statuas equestres poni inscribique iussisti. Ci. I. V. 143. a.

Nihil esse inscriptū aut posse ualere dixit. p Do. 226. b

In illis libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Ci. p Arch. 190. b. & Tus. 155. a.

Deceptus indicibus librorū, qui sunt ferè inscripti de rebus notis &c. Ci. d. Or. 114. a.

In eo libro qui est inscriptus Hortēsius. Ci. d. D. 108. b & Tus. 160. a. In eo libro qui inscribitur Memnon.

Eosque libellos rhetoricos inscribunt. d. Or. 154. a.

Xenophontis liber, qui œconomicus inscribitur. Off. 51. b

Oratio Cottæ pro lege uaria, quæ inscribitur. Cice. d. Cla. 183. a.

Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Ci. Off. 39. a.

Antiochus contra suum doctorem librum edidit, qui Sosus inscribitur. Ci. Acad. 4. a.

Oratorem meum, sic enim inscripsi &c. Ci. Ep. 255. a.

Epicurus qui tantummodo induit personam philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. Ci. Tus. 242. b.

Puer legit epistolam inscriptam patri suo. Cic. At. 93. b.

Fasciculus literarum, qui est M Curio inscriptus. Ci. At. 222. a. aliter descriptus.

Inscriptio, onis. Cice. At. 259. a. Quod de inscriptione quæris, non dubito quin καθῆκον officium sit, sed inscriptio plenior de officijs.

Inscriptio libri. Ci. Top. 221. a.

Cumque ego egissem de istis operibus & inscriptionibus perbenigne mihi respondit. Ci. Q. Fr. 310. b.

Quid operum publicorum exactio, quid inscriptio nominis tibi? Ci. p Dom. 223. b.

Decernere alicui statuam in rostris cum inscriptione præclara. Ci. I. A. 247. b. & 229. b.

Inscriptus, a, um. Ci. p Dom. 233. a. Sepulchrum inimico nomine inscriptum.

Insculpo,

Insculpo,pis. Ci.đ.N.11.a.*Natura insculpsit in mentibus nostris ut deos beatos haberemus.*
*Omnibus innatum est & in animo quasi insculptum esse deos.*Ci.đ.N.19.a.
In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. Ci đ.D.126.a.
*Vt literis consignamus,quæ monumentis mandare uolumus sic ille in animo res isculptas habebat.*Ci.Acad.1.b
Insculptus,a,um. insignitus.l.insculpo.
Inseco as. Ad Her.36.b.*Aliquem ore attingere & dentibus insecare.*
Insector,aris. consector,insequor,peto,agito,exagito.
Ci.đ D.138 a.*Aquila insectatur & agitat alias aues.*
*Seruius agitat rem militarem,insectatur totam hanc legionem.*Ci.ꝑ Mur.128.b.
*Furiæ agitant & insectantur impios.*Ci.đ.L.163.b.
Insectari & exagitare aliquem Ci.At.11.a.
*Iramice insectari aliquem.*Ci đ.N.3.a.
*Insectari aliquem maledictis.*Ci.đ Fin 81.b.
*Etiam atq; etiam insIu urgeo insector,*Ci.ꝑ Plan.269.a
*Insector ultro atq; instu accusatori, indices, insector inquam ac flagito testes.*Ci.ꝑ Font.276 a.
Acerbius in aliquem inuehi & eum insectari uehementius Ci đ Am.107.a.
*Quumodo sum insectactus leuitatem senum.*Ci.At.10.b
Aut nos temeritatem bonorum sequamur, aut audaciam improborum insectemur Ci.At.155.b.
*Semper ista statui non esse insectandos inimicorum amicos.*Ci.At.228.a.
*Miserorum fortunam insectari.*Cice.At.275.a.&.77.b.
Ibi forum agit cum ego sum in prouincia, quam eius iniuriam non insector &.288.a.*Insectari dolores alicuius.*
Insedatus,a, um. Cice.Part.236.b.*Graue,insedatum, turbulentum.*
Insepultus,a,um. inhumatus.Ci.I.C.120.b.*Cerno animo miseros atq; insepultos aceruos ciuium.* &.I. A.153.b. & đ.In.61.b.
*Vestra uirtus nec obliuione eorum,qui sunt,nec reticentia posterorum insepulta esse poterit.*Ci.I.A.264.a.
*Qui sepultura & iustis exequijs caruerũt.*Ci.đ.L.178 b
Insequens,tis. consequens.X.antecedẽs. Ci.Or.211.a.
Cõcursus extremorũ uerborũ cum insequentibus primis.
*Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo rom.illuxit?*Cic.Off.329.b.
Insequor,ris. sequor,subsequor,excipio.
Ci.At.116.b.*Ecce Cassij literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn.confestim insequi Cæsarem.*
Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. Cic.đ Cla 168.a.
Graue bellum Octauij insecutum est Ci I.A.262.a.
*Pergam atq; insequar longius.*Ci I.V.118.b.
At mors insecuta Gracchum est, causa credo &c.Cice. đ.D.121.b.
*Nec uero te rhetoricis quibusdam libris insequor,ut erudiam.*Ci đ Or.109 b.
Insequi aliquem Ci.ꝑ Rab.94.b.
*Insequi aliquem stricto gladio.*Ci.I.A.164.b.
Insequi aliquem irridendo. Ci.ꝑ Sest.8.b.
*Insequi aliquẽ contumelia.*Ci.At.230.b.& clamore.Ci.Ep.114.a.
*Insequi uitam alicuius.*Ci.ꝑ Syl.182.a.i.ut malam.
*Suspicio insequitur facta improborum.*Ci.đ Fin.59.b.
*Deinde Carbones insequuntur.*Ci.Ep.139.b.
*Quin etiam postremam literam detrahebant,nisi uocalis insequebatur.*Ci.Or.212.b.
*Postremum ad uerbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis.*Ci.Or.215.b.
Insero,ris,inseui,insitum,& inserui insertum l.insitus.
Ci.đ Cla.383.b.284.a.*O generosam stirpem & tanq̃ in unam arborem plura genera,sic in istam domum multorum insitam & illuminatam sapientiam.*
*Alter in Lælios insitus subito.*Ci.ꝑ Sest.19.a.
Inserere nouas opiniones & euellere insitas. Cice. Or. 205 b. *Amputanda plura sunt illi q̃ inserenda.* Cic. ꝑ Cæl,53.b.
*Cum animis corpora cum necessitate inseuisset.*Ci.đ Vn. 202.b.*.aliter inseruisset.
Vt eas res inserere atq; intersecare uideamur in animis auditorum. Ad Her.20 b.
Homini iam collum in laqueum inserenti subuenisti. Cic. I.V.208.a.
Naturæ ius est quod non opinio genuit,sed quędam innata uis inseruit Ci.đ In.82.a.b.
*Hæc quidem inseri & donari ab arte non possunt.*Cice. đ Or.94 a.
*Omnia mansa,ut aiunt nutrices,infantibus pueris in os inserere.*Ci.đ Or.113.b.
Inseruio,uis. seruio,operam do uel nauo.
Ci.Off.10.b. *A quo enim plurimum sperant ei potissimum inseruiunt.*
Huic tu inseruias,huic te ostentes oportet. Cice.ꝑ Mur. 135.b. *Optimatibus tuis nihil inseruio.*Ci. At.238.a. 237.b. *Nec dici potest plures cęteris artibus inseruire,aut* &c.Ci.đ Or.86.a.
*Tum etiam nonnullorum uoluptati uocibus magis q̃ rebus inseruiunt.*Ci.Or.203.a.
*Inseruire suis commodis.*Ci.đ Fin.89.a.
*Inseruire communi commodo.*Ci.Ep.169.b.
Nihil est a me inseruitum temporis causa. Cice.Ep.89.a.
*Inseruire honori alicuius.*Ci.Ep 45.a.
Insideo,des. hæreo,inhereo.
Ci đ.N.51.b.*Cum in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese.*
*Nihil unq̃ audiui,quod non in memoria mea penitus insederit.*Ci đ Or.119.b.
*Oratio quę non prætemuecta est aures uestras,sed in animis omnium penitus insedit.*Ci.ꝑ Cor.55.b.
*Facile in animo fortis contra mortem habita insedit oratio.*Ci.Tus.177.a.
*Macula,quæ penitus iam insedit itaq; inueterauit in populi rom.nomine.*Ci.ꝑ Pom.5.a.
Nunc insidet quædam in optimo quoq; uirtus, quę &c. Ci ꝑ Arch.191.a.
*Cum iam domesticis pax non insideat,sed publicæ prouidenti expiatur.*Ci.Antcq.193 b.194.a.
Si tibi ita penitus iam insedit ista suspicio,nullo ut euelli

modo possit. Ci. p Mil. 114. b.
Hæc cogitatio penitus insederat. Ci Ep. 69. b.
Dy penates di ti, eo qđ penitus insident. Ci. đ. N. 39. b.
Magnum quiddam quod in animo eius insederit. Cice. At. 6. a. & 7. 16. b.
Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis exi-miæ Ci. Or. 19. b. & 7. 198. a. Insidebat uidelicet in eius mente species eloquentiæ.
Insedisse quasdam odiosas suspiciones. Ci. At. 14. a.
In quibus, si ex ipsorum domestico incommodo nullus in sedit dolor, tamen &c. Ci. I. V. 168. b.
In exulcerato animo facile fictum crimen insidet. Cice. p Deio. 145. a.
Voluptas, quæ penitus in omni sensu implicata insidet. Cice đ. L. 165. b.
Cum hic feruor mentis inueterauerit & tanq̃ in uenis medullisq; insederit. Ci. Tus. 214. a. & ibi Permanat in uenas & inhæret in uisceribus id malum.
Cum illa quæ ex elementis turbulenta & rationis exper tia insederint, ratione depulerit Ci đ Vn. 203. a.
His tribus figuris insidere quidam sanguine diffusus de-bet color. Ci. đ Or. 16. b.
His malis insidentibus beati esse non possumus. Cice. Tus. 227 b.

Insidiæ, arum. fraus. Ci. I. V. 116. b Cum omnes insi-dias a prætore fortunis meis fieri uiderent.
Quid: ille signa ænea in insidys posuerat: Cic. p Deio. 147 b. & ibi Facere insidias alicui. & p Mil. 106. a.
Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum semper est consu-lendum. Ci. Off. 1. a.
Cum illum ex occultis insidys in apertum latrocinium coniecimus. Ci. I. C. 104. b.
Qui nihil ex occulto, nihil ex insidys agendum putant. Ci. Off. 22. a.
Alexander Phæreus ex insidijs interyt. Ci. Off. 38. a. & At. 207. a. Marcellinus insidys interfectus est.
Isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur con tra Cn. Pompey dignitatem. Ci. ꝯ Rul. 75. b.
Nullas insidias mihi ab illis fuisse dixisti. Cice. p Plan. 274. a. Isq; insidias mihi ab inimicis meis paratas de tulit. Ci. p Plan. 280. b.
Ex insidys capi Ci. Off. 72. a.
Non ex insidys sed aperte ac palam facere aliquid. Cice. Or. 200. a & p Dom. 225. a. Per insidias interficere ali quem. Milites ab Imperatore in insidys locati. Cice. p Cel. 52. a.
Tendere insidias alicui. Ci. p. Q. R. 52. b.
Animis omnes tenduntur insidiæ. Ci. đ. L. 165. b.
Clodius ante fuum fundum Miloni insidias collocauit. Ci. p Mil. 106. b.
Qui sibi has urbanas insidias cędis atq; incendiorum de-poposcit. Ci. I. C. 105. b.
Parare insidias uitæ alicuius. Ci. p. S. R. 22. b. & 35. a.
Ponere insidias.
Instruere insidias in aliquo loco. Ci. p Clu. 57. b.
Comparare insidias alicui per aliquem. Ci. p Clu. 27. a
De insidys faciendis atq; uitandis. Ci. đ Or. 102. b.
Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur. Ci. Or. 213. a. Compositæ orationis insidys fidem au ditoris attentare. Ci. Or. 217. a.
In ys ipsis intercludere insidys, quas mihi conaris oppo-nere. Ci. p Cec. 301. a.
Fraus & insidiæ. Ci. p. Q. R. 53. b. & ꝯ Rul. 65. a.
Totus ab insidys inimicorum. Ep. 163. a. & ibi. Quũ lo-cis omnibus dispositi scrutantur tabellarios.
Quẽ ad Cn. Pompeium interficiendum collocatum fuisse constabat Ci I. P. 85. b.

Insidiator, oris. Ci. I. C. 110. a. Nullus est portæ custos, nullus insidiator uiæ.
Insidiator erat in foro collocatus. Ci. p Mil. 105. a. & insidiator bonorum. Ad Her. 29. a.

Insidior, aris. insidias facio uel pono uel tendo, periculum intendo, insidias adhibeo uel paro uel comparo uel mo lior, insidias oppono uel instruo, milites alicubi colloco, obseruo, attento, arma uel uim uel seruos intento.
Ci. p Mil. 108. b Hæc sica intentata est nobis, hæc insi-diata Pompeio est.
Mihi Catilina insidiatus es. Ci. I. C. 99. b.
Nullus erit alius insidiandi locus. Ci. p Deio. 147. a.
Quod neq; precibus unq̃ nec insidiando nec speculan-do assequi potui. Ci. đ Or. 96. a.
Nõ enim id agit ut insidietur & obseruet sed fauet &c. Cice. Or. 217. b.
Vigilare ad insidiandũ somno maritorum. Ci. I. C. 102. b

Insidiose. ex insidys. Cice. Off. 65. b. Ratio postulat ne quid simulate, nequid fallaciter. & p. S. R. 36. b.
Is me sceleratissime insidiosissimeq; tractauit. Ci. Q. Fr. 304. b. Insidiose fugere aliquid. p Mil. 114. a.
Insidiose redire in gratiam cum aliquo. Ci. p R. 128. a.

Insidiosus, a, um. Ci. At. 134. a. Huius insidiosa clemen-tia delectantur, illius iracundiam reformidant.
Perfidiosus, insidiosus fallax. Ep 41. b.
Apertis inimicis obsistere, insidiosis amicis non credere. Ci. p Dom. 219. a.
In tanto ac tam insidioso bello. Ci. I. C. 110. b.
Insidiosæ nonnullorum simulationes. Ci. ꝯ Rul. 67. b.
Homo insidiosus. Ad Her. 11. b.

Insigne, gnis. signum, indicium, nota, monimentum, or namentum. Ci. At. 3 a. Minerua singulare est insigne eius gymnasij. Bulla erat ornamentum pueritiæ, indi-cium & insigne fortunæ. Ci. I. V. 107. a.
Maiora præferant fasces illi & secures dignitatis insi-gnia q̃ potentiæ. Ci Q. Fr. 292. a.
Qui ad extinguenda omnia iura se illis fascibus cęterisq; insignibus summi imperij atq; honoris ornatos esse arbi-trantur. Ci. p Sest. 6. b. Insignia gloriæ. Ci. Ep. 152. a. & 151. b. Insignia splendoris.
Sibi habeant honores, imperia, triumphos & alia pręcla ra laudis insignia. Ci. p Syl. 171. b. 172. a.
Insignia uidens potestatis. Ci. ꝯ Rul. 72. b. i. stipatores, scribas, ministros.
Quæ in amplo ornatu figuræ fieri appellãtur insignia non quod sola ornent, sed quod excellant. Ci. Or. 209. a.
Omnia generis, nominis, honoris insignia atq; ornamen-ta ceciderunt Ci. p Syl. 84. a.
Rex sedens cum purpura & sceptro & insignibus illis re gys &c.

giis &c.Ci.p Sest.16.a.
Stellæ aureę insignia Castoris et Pollucis.Ci.d.D.96.a
Hunc Cn.Pompeius erexit,atq; insigne regium,quod ille de suo capite abiecerat,reposuit.Ci.p Sest.16.a.
Mœrorem relinquis,mœroris aufers insignia. Cice.I.P.83.a.i.uestitum atrum.
Multi insignia uirtutis etiam sine uirtute assecuti sunt. Ci.Ep.45.a.
Virtutis insignia contemnere.Ci.I.P.93 a.i.triumphum.
Lituus quod clarissimum est insigne auguratus. Ci d.D.86.b. His insignibus atq; infulis imperij uenditus. Ci.ꝯ Rul.72.a.
Magistratus,senatus, consilium commune & omnia denīq; reip.insignia.Ci.ꝯ Rul.64.a.
Toga pacis est insigne & otij Ci.I.P.95.a.
Si omnia grauissimi belli insignia suscepta a senatu uiderent.Ci.I.A.106.a.&.185.b.Si cæsar ab eo insigne regni accipere uoluisset.
Rabirium sæpe palliatum fuisse & aliqua habuisse non romani hominis insignia.Ci.p.R.P.126 b.
Orationem uariare atq; distinguere quasi quibusdā uerborum sententiarumq; insignibus.Ci d Or.112.a. & d Cla.190.a.
Insignia et lumina in oratione disposita.Ci.d Or.151.b & flores. Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris,nullum monimēum laudis postulo.Ci.I.C.116.b.
Statuere æterna insignia posteris,& statuere æterna monumenta.Ci d In.71.a.
Quod erat insigne,eum qui id faceret,facere copiā &c. Ci.d Or.155.a.i.quod erat signum.
Vt enim confidant notū his esse debebit insigne ueri.Cic. Acad.10.b.i signum uel nota.

Insignis.gne. manifestus,clarus,apertus,nobilis, nobilitatus,conspiciendus,notatus.
Ci.d.N.42.a.Dij quorum insignem uim & illustrem faciem uidemus,solem dico & lunam.
Habere uisum quendam insignem & illustrem.d.N.4.b.
Virtutem alicuius posteris fore claram & insignem. Ci. d Am.115.b.
Qui nequaq̄ sunt tam genere insignes q̄ uitijs nobiles.Q. d Pet.207.a.
Maxime insigne atq; illustre periurium.Ci.d Ar.252.a.
Acerbitas Syllani temporis quid habet quod maxime sit insigne ad memoriā crudelitatis?opinor etc.Ci.p Dom. 222.a. Res insignis ad maximam laudem.Or.201.a
Hoc insigni aliqua & nota re notari nolo.d Or,233.a.
Nam nec insignis improbitas,nec rursus miseria insignis agitata uidetur.Ci.d Or.130 b.
Insignis temeritas.Ci.Acad.47.b.
Illa quę insignia ac planè uitiosa sunt consectari imitando.Ci.d Or.117.a.
Os hominis insignemq; impudentiam cognoscite.Ci.I.V. 215.a. In re tam insigni tāq; atroci.Ci p Cec.192.a
Homo insignis omnibus notis turpitudinis.p Rab.95.b.
Literæ insignes amoris notis.Ci.At.7.a.
Caueamus ne quod in nobis insigne uitium fuisse dicatur. Ci.Q.Fr.297.b.
Ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuit unq̄.At.229.a.
Numerus apertus & nimis insignis.Ci.Or.218.b.
Ita fit in imaginibus ut quæ nobis diligenter notæ sint, eæ parum uideantur insignes alijs.Ad Her.23.a.
Cui contingit ut iure laudetur,habet insigne quiddā ad decus & ad gloriam Ci d Fin.96.a.
Erit enim notius quale sit pluribus notatum uocabulis idem declarantibus.Ci.d Fin.92.b.& ibi.Vt hoc quoq; pluribus nominibus insigne faciamus.
Neq; tamen habere insignem illam & propriam percipiendi notam.Ci.Acad.25.b.
In capitolium cū insigni illa laurea inuehi.d Pro.76.a
Cū aliquo īsigni īdicio meę erga te beneuolētię.Ep.98.b

Insignite.Ci.p Quin.13.b.Nec tamen quisq̄ inuentus tam insignite improbus,qui &c.

Insigniter. Ci.I.A.125.a.Quis unq̄ fuit tam insigniter imprudens.& pt.236.b.Amicos præcipue atq; insigniter diligere.& d Or.140.b Insigniter atq; aspere uituperari.& ad Her.21.b.

Insignitus,a,um. Ci.d Or.141.b. Vtendum est imaginibus agentibus,acribus,insignitis.
In quibus tanq̄ insignitæ notæ ueritatis appareant. Cic. d.D.94.a. Quædam conformatio insignita atq; impressa in intelligentia.Ci.Top.222.b.
Quo magis insignita sit forma.Ad Her.23.a.

Insimulo,as. accuso,criminor,arguo.
Ci.I.V.102.b.Fannius Verrem insimulabat auaritię & audaciæ. Cum Verres cupiditatis insimularetur. Cic. I.V.107.a.& Ep.101.b.
Probri insimulasti pudicissimā fœminam.Ci.I.A.179.a & Off.71.b.
At is & ex serrula insimulatus & a puero conscio indicatus est.Ci.p Clu.56.b.
Queruntur etiam quod eos insimulemus, omnia incerta dicere.Ci.Acad.9.b.
Nemo id quidem dicit,& si Democritum insimulat Epicurus,Democritici negant.Ci.Tus.165.b.
Peccatiq; se insimulant quod dolere intermiserint. Cice. Tus.204.a b. Aut alios quoq;,id quod ipse insimuletur,facere potuisse.Ad Her.7.a.
Insimulare aliquem falso.Ci.I.V.257.b.&.267.a.Etiā uere & p Cec.285.b.
Cum in sylua facta cædes esset, insimulareturq; familia. Ci.d Cla.172.a.
De Diplomate admiraris,quasi nescio cuius te flagitij insimularem.Ci.At.169.b.
Cum magnæ pecuniæ uillicus impulsu tuo insimularetur.Ci.I.V.238.b.

Insinuatio,onis. circuitio.græce ἔφοδος.
Ci.d In.46.b.Exordiū in duas partes diuiditur in principium & insinuationem.& ibi.Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscure subiens auditoris animum.d In.46.b.
Principium quod græce προοίμιον appellatur, insinuatio,quæ ἔφοδος nominatur.Ad Her.1.b.&.2.b. Insinuatio,eiusmodi debet esse ut occulte per dissimulationem aut beneuolum aut docilem aut attentum faciamus auditorem.

Insinuo as. insluo.
Ci.d Or.92.a.Ita nati sumus ut & blandiri & supplici ter insinuare possimus.
Vt se penitus insinuet in causam diligentia est. Ci.d Or. 122.a.& ad Her.2.b.Ergo his rebus nos insinuabimus ad causam. Zeno insinuauit se in antiquam philosophiam.Ci Tus 255.a.
Insinuare se in familiaritatem alicuius.Cice.p Cec.287. a.&.I.V.185.b.
Penitus immergere se in consuetudinem alicuius. Cice.p Clu.24 b. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem,cælabar &c.Ci.c Rul.68.a.
Futura quoq; nisi ante sit occursum explores, ne se insinuent.Ci.Or.236.b.
Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est Ci.Am.114.b.
Insipiens,tis. Ci.d Fin.75.a.Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere.
Nihil insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.Ci. d Am.106.a.
Nec animum tum esse insipientem cū ex insipienti corpore euasisset Ci.d Sen.93.b.
Insipienter. Ci.d Sen 91.b.Insipienter sperare aliquid.
Insipientia,tiæ. Cice.Tus 192.a Ita fit ut sapientia sanitas sit animi,insipientia autem quasi insanitas quædam, quę est insania eademq; dementia.& d Fin.111.a.
Nec insipiētia ullū maius malū est.Tusc.201.a.
Insisto,stis. consisto. Cice.I.A.241.a.Exercitus si pacis nomen audierit,ut non referat pedem,insistet certe.
Vt tanq̄ in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisq; sententijs.Ci.Or.217.a.
Oratio ne insistat interius,ne excurrat longius.Ci d Or. 160.b.&.I.V.186.b.Insistere singulis gradibus.
A communibus initijs progrediētem uidere ubi primum insisteret & unde causæ controuersia nasceretur. Cice.d Fin.116.b.
Si negas te usq; ad obscura progredi,illustribus igitur rebus insistis.Ci.Acad.23.b.
Quid est cur claudicare aut insistere orationem uelint. Cice.Or.213.b.
Circuitus incitatior numero ipso fertur,donec perueniat ad finem & insistat.Ci.Or.211.a.
Vt aut citius insistendum sit aut longius procedendū.Ci. Or.212.b.ibi.Si membratim uolumus dicere,insistimus.
Vestigium illud in quo ille postremum institisset. Cice.d Or.143 a &.145.b.
Crebro insistens,interdum acquiescens.Ci d.L.159.b.
Via lubrica in qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix possis.Ci.p Cæl.46.a.
Animus nullam oram ultimi uidet,in qua possit insistere.Ci.d.N.12.b.&.56.a.Ad quoddam tempus insistere.&.46.Stellæ sæpe insistunt.
Animus ignibus insistit &c.Ci.Tus.117.b.
Nec cohibere se potest,nec quo loco uult insistere omnino.Ci.Tus 217.& ibi Nec reperit locum consistendi.
Status in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.Ci.Top.229.a.
Quæ cū dixisset, paulūq; institisset,quid est inquid &c.
Ci.d Fin.142.b.
Naturam eam dico,qua nunq̄ animus insistens agitatione ac motu uacuus esse potest.Ci d.D.135.a.
In qua non uideo ubi beata uita possit insistere.Ci.d.N. 6.i in qua celeritate.
Insistebat in manu Cereris dextra simulachrū uictorię. Ci.I.V.226.a.
Cingulus australis,in quo qui insistunt aduersa nobis urgent uestigia Ci.d Som.129.b.
Qui in tanta gloria insistunt, ut eis omnia humana leuiora uideri debeant.Ci.p Sest.27.a.
Atq; imperij insistent iugo Ci.d Or.158.a.
Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut &c. Ci.d Or.119.a.
Considere suis testibus & importune insistere. Cice. Acad.20.a.
Insitio,onis. Ci.d Sen.88 b.Nec consitiones modo delectant sed etiam insitiones.
Insitus,a ū. innatus,ingenitus,ingeneratus,inhęrēs,insitus. Cice.I.V.188.a.Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi.& .225.a.Id animis eorum insitum atq; innatum uidetur.
Naturalis atq; insita in animis nostris notio.d Fin.15.a.
Insita uel potius innata cognitio. Cice. d.N.10 b.& d Fin.107.a. Insitæ & quasi consignatę in animis notiones.Tus.160.b. Ea oratio in eam formam quæ est insita in mentibus nostris includi potest. Ci.Or.209.b.
Amorem illum penitus insitum eijcere ex animo.Ci.p.S. R.27 a. Hoc in animo sensuq; nostro penitus affixum atq; insitum est.Ci.I.V.264.a.
Insitas inimicitias hæ gentes gerunt cum populi rom. nomine.Ci.p Font.280.b.
Hoc quod in communibus hominum sensibus atq; in ipsa natura positum atq; infixum est.Ci.p Clu.21.a.
Opinio inhærens & penitus insita.Ci.Tus.214.a.
Inest hoc tempore odium insitum penitus & inustū animis hominum Ci.d Ar.256.b.
Lex est ratio insita in natura.Ci.d.L.159.b.
Quod est penitus insitum moribus id subito euellere.Ci. p Quin.297.b.
Quod homini naturaliter insitum est,eo uti decet. Cic.d Sen.82.b. Huic populo est libertas insita.Ci.I.P.82.b
Paulo ante insitus huic urbi ciuis.Sal.in Cic.270.b.
Innatus & insitus. X. assumptus & aduentitius. Cice. Top.226.b.
Insolens,tis. insuetus,imperitus,arrogans.
Ci.d Or.102.b.Ea requiruntur a me quorum sum ignarus atq; insolens. Is nullum uerbum insolens neq; odiosum ponere audebat.Ci Or.199.a.
Insolens infamiæ insuetus contumeliæ.Ci.At.36.a.
Non sum tam insolens, qui ianem esse me dicam. Ci.p Dom.231.b. Nō sum tam insolens in dicendo,ut &c. Ci.p Sest.25.a. Victoria quæ natura insolens & superba est.Ci.p Mar.152.a.
Verum ut opinor honores tui te insolentem faciunt.Cic. In Sal.271.a. Insolens homo.Ci.Ep.26.b.
Insolens alacritas.Ci.Tus.236.b.
Qui in sua re fuisset egentissimus, erat,ut fit,insolens in

aliena.Ci.p.S.R.12.a.
Non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia.Ci.d Or.140.a.
Ne in re nota & peruulgata multus & insolens sim.Ci.d Or.141.b.
Nihil insolens atque ineptum.Ci.Or.199.b.
Insolenter, immoderate, arroganter, raro.
Ci.Ep 48.a.Nihil faciam insolenter, & Tus.117.a.
Efferre se insolenter. & At.11.a.Gloriari insolenter.
Insolentius se iactare.Ci.I.C.108.b.
Is autorem senatus extinctum laete atque insolenter tulit.
Ci.I.A.212.a. Gorgias bis festiuitatibus insolentius abutitur.Ci.Or.214.a.& I.A.171.b.
Deinde natura eius euenire uulgo soleat, an insolenter & raro.Ci.d In.51.b.
Insolentia,ae. intolerantia. Ci.I.V.211.a.Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia.
Ex insolentia e arrogantia nascitur.Ci.d In 51.b.
Non sunt tanti ulla eius merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium.Ci d Or.128.a.
Is coeperat esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret.Ci.Bru.90.b.
Insolentia rerum secundarum.Ci.I.P.84.b.
Peregrina insolentia.Ci.d Or.146.b.
Infulsitatem & insolentiam tanquam infamiam quandam orationis odit.Ci.d Cla.191.a.
Tanta est insolentia ac turba uerborum.d Or.147.a.
Non superbia sed illius disputationis insolentia, atque harum rerum inscitia.Ci.d Or.93.a.
Moueor etiam loci insolentia.Ci.p Deio.144.b.
M.Antonius, cuius tanta est non insolentia solum, nam id quidem uulgare uitium est, sed immanitas non modo ut uocem sed ne nultum quidem liberum possis ferre cuiusque.
Cic.Ep.143.b.
In ea nostri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt?Ci.ꝯ Rul.64 a.
Quanquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia.Ci.p Dom.241.b.
Primo propter insolentiam reclamantes.d In.41.a.i. quia non erant &c.assueti.
Insolitus,a,um. Ci.d Or.142.a.Quae causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulit.& Tusc.160.b.
Haec insolita mihi ratio dicendi Ci.p Pom.4 b.
Mithridates insolita inflammatus gloria.Ci.p Pom.51.b
Quasi uero priscum aliquod aut insolitum uerbum interpretaretur.Ci.p Cor.62.b.
Aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae. Cic.d Cla.191.a.
Insolitam lucem aspicere.Ci.p Sest 7.a.
Insomnium,nij. Ci.At.116.a. Haec metuo ne insomnia sint. & d Sen.86.a.Caret ergo uinolentia, cruditate, insomnijs.
Inspectio,onis. Ci.I.A.275.a. Nos enim nuntiationem solum habemus consules etiam inspectionum.
Inspecto,as. specto praesens sum. Ci.At.175.b.Vtinam inspectare posse. timorem de illo meum.
Qui agunt in scena gestum inspectante Roscio.d.Or.130.a. Sic me praesente osculabantur.&c.Ci.Ep.12.a
Me inspectante hoc fecisti.Ci.I.V.78.b.& Ep.15.a.
Intuente te, uidente te.Ci.I.P.[illegible].b.
Insperans,tis. Ci.p Mar.134.a. Quibus tu salutem insperantibus reddidisti.
Insperanti mihi &c.Ci.d Or.93.a.
Insperatus,a,um. Ci.Tusc.196.b Insperatum nec opinatum malum.& I.C.108.b.Insperatę repentinaeque pecuniae.& I.A 219.a.Insperatum & repentinum praesidium. &.192.a.Insperatum consilium. & d In 48.b. Insperatum gaudium.
Insperatum incommodum subita laetitia. Ad Her. 3.a.
Inspergo gis.i.perspergo. Ci.d D.116.a.Cor est in extis, iam abscedet simulac molam & uinum insperseris. & Ad Her.39.b.Inspergere aliquem lingua.
Inspicio,cis. Ci p Cor.61.b.Reliqueras enim ciuitatem tuam, neque nostras leges inspicere potuisti.
In bestijs uis naturae inspici potest.Ci d Fin.103.a.
Ne quis inspiciat tabellam.Ci d.L.191.b.
Nam ut signum publicum inspexit dixit, &c.p Fla.153.b.
Negauisti tum te inspicere uelle.Ci.p Deio.147.a.
Genus ἐπιδεικτικὸν quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est.Ci.Or.200.a.
Tanquam si arma militi inspicienda sint.Ci.p Caec.186.b.
Cupere se dicit inspicere.Ci.I.V.114.b.
Num igitur si fundus inspiciendus aut si &c.d Or.106.b
Hortos quam hodie eras inspecturus, quid uisum tibi sit, eras scilicet Ci.At.113.b.& Ep.119.b.
Si Hortos inspexeris, dederis mihi quod ad te scribam.Cic.At.104.a.
Maximae mihi curae erit, ut Ciceronem tuum uideam scilicet quotidie sed inspiciam quid discat quam saepissime.Cic.Q.Fr.315.a. Vis ne igitur te inspiciamus a puero? sic opinor.Ci.I.A.169 a.
Instans,tis. punctum temporis, uestigium temporis.
Ci.d Fat.145.b.Praeterita ea dicimus, quorum superiore tempore uera fuerint instantia sic futura, quorum consequenti tempore uera erunt instantia.
Instans tempus.ꝯ.praeteritum & consequens. Ad Her. 7.b. Quae enim ut mentia metuuntur, eadem efficiunt aegritudinem instantia.Cic.Tusc.111.a.&.123.b. Instantis & sequentis.
Instans periculum.ꝯ.consequens.Ad Her.16.b.
Genus causae ex controuersia facti, uel ex futuri, uel ex instantis Ci.d Or.118 a.
Si quicquam aliud uobis nisi de instanti bello cogitatum putabunt.Ci.I.A 235.b.
Totumque leue est sit enim ad punctum temporis.Ci.Tusc.165.b.i.quod dicunt in instanti.
Instar. Ci.I.V.244.b.Nauis maxima triremis instar.& 254.a.Nauis quae fuit urbis instar habere iter alias uideretur.
Qui ueritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quæ ex. S. C ferebatur. Ci. At. 10. b.

Meæq; sententiæ, quę secunda pronuntiata erat, cum frequens assentiretur Senatus, rogatu Seruilii P. Titius intercessit. Ci. Ep. 151. a. & 142. a. Cum uestra authoritas intercessisset, ut ego regem tuerer &c.

Si nemo intercedebat, qui se illi antiferret. đ Cl. 180. a.

Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Ter. 23. a.

Interceptio, onis. Ci. p Clu. 53. a. Quæ deinde interceptio poculi, cur non de integro autem datum?

Intercessio, onis. Ci. ꝯ Rul. 72. a. Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. & I. A. 157. b. Quas tu mihi intercessiones inquis?

Intercessor, oris. Ci. p Syl. 179. b. Cæcilius agrariæ legi intercessorem fore perpessus est.

Cladius poterit conciones concitare, deinde etiam intercessor parabitur. Ci. Q Fr. 305. b.

Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. Ci. đ L. 186. a.

Postremo isto hortatore, authore, intercessore ad Syllam non adierunt. Ci. p. S. R. 36. b.

Intercessor grauissimus. Ci. I. A. 161. a. & Ep. 151. a.

Intercido, dis. Ci. p Deio. 148. b. Pereant amici, dũ unà inimici intercidant.

Si qua interciderunt non tam re q̃ suspicione uiolenta, ea &c. Ci. Ep. 64. b.

Intercido, dis. Ci. Parad. 125. a. Mercedum pactiones in

patrocinijs intercisæ, pecuniarum in concionibus candidatorum.

Intercipio, pis. Cic.Ep.157.a. Ne literæ a latronibus interciperentur. & At.7.b. Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi.

De his rebus, quas intercipi periculosum esset. At.159.b

Venenum cum in mulso daretur, quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, mortuum esse. Ci.ꝑ Clu.53 a.

Honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus. Cic. ʒ Rul.66.b.

Intercise. Ci.Part.232.a. Intercise atq; permiste dicere.

Intercludo, dis. intersepio.

Ci.Parad.117.b. Qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt.

Immici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. Ci.Post. 201 a.

Byzantij Mithridatis impetum ægre repulsum & ceruicibus interclusum suis sustinuerunt. Ci.đ Pro.70.b.

Ille a commeatu & reliquis copijs intercludendus. Cic. At.107.b. Ipsum apud Bellouacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu. Cœl.Ep.112.a.

Planè capti interclusiq; sumus Ci. At.138.a.

In ijs ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris opponere. Ci.ꝑ Cecin.301.a.

Intercludere aditum ad aliquem locum. Ci.đ Fin.89.a. & Ep 144.a

Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. Cic.ꝑ S. R.36 b. Aditum ad aliquem locum alicui esse interclusum. Ci.ꝑ Syl.167.b.

Cum a ciuibus interclusum sit præsidiū. Ci.ʒ Rul.81.a. & Autrǭ 194.a. Aliquem locum præsidijs interclusum teneo. Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respirat. Ci.ꝑ Clu.56 b.

Intercludere perfugium fortunæ alicui. Ci.I.V.262.b.

Intercludere fugam alicui. Ci At.115.a.

Iter meum interclusum putabam. Ci.At.127.a.

Intercludere omnes seditionum uias, munire præsidia reip. Ci.ꝑ Rab 91.a.

Intercludor dolore Ci.At.123.a.

Interclusio, onis. Ci đ Ora.119.b. Clausulas & interpuncta uerborum animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

Interclusus, a, um. Ci.ꝑ Cæl.46.a. Via deserta & inculta atq; interclusa iam frondibus & uirgultis.

Intercolumnium, nij. Ci.Q.Fr.319.a. Edera conuestiuit quæ basim uillæ quæ intercolumnia ambulationis.

Signa omnibus intercolumnijs disposita Ci.I.V.26.a. et ad Her.21.b. Vt ædes, intercolumnium.

Intercurro, ris. Ci.I.A.217.b. Pugnatur acerrime, qui intercurrerēt, misimus tres principes ciuitatis. & ad Her. 3.a. Alterum genus est narrationis, quod intercurrit nō nunq̄. Ergo his laboriosis exercitationibus dolor intercurrit nonnunq̄ Ci.Tus.182.b.

Intercus, tis. Ci.Off.70.b. Si quis medicamentum cuipiā dederit ad aquam intercutem.

Interdico, cis. prohibeo, ueto, decretum interpono.

Ci đ Or.103 a. Neq; enim interdictum est a rerum natura aut a lege aliqua aut more, ut singulis hominibus ne amplius q̄ singulas artes nosse liceat.

Nec mihi ne faciam interdictum puto. Ci.đ Fin.50.a.

Non modo nullo proposito præmio sed etiam interdicto. Ci.ꝑ Cor.60.a.

Si quis est, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet. Ci.ꝑ Cæl.47.b.

Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. Ci.đ Sen.81.b.

Vt huic furiæ uox interdiceretur. Ci.đ Ar.246.a.

Si prætor improbus, cui interdicere nemo possit, det q̄ uelit iudicem. Ci.I.V.114.b.

Prætor interdixit ut est consuetudo de ui hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut unde deiecisset, restitueret. Ci.ꝑ Cecin.289.a.

Prætor qui de fessis, de Cloacis, deq; minimis aquarū controuersijs interdicit. Ci.ꝑ Cecin.291.b.

Hanc legem Clodius scripsit, ut interdictum sit, cui non sit interdictum. Ci.

Quod de omnibus interdictum est, scriptum est in legibus. Ci.ꝑ Dom.229.a.

Leges, quæ iubent, ei qui de maiestate damnatus sit, aqua & igni interdici. Ci.I.A.157.a.

Sic contendit tanq̄ si illi aqua & igni interdictum sit. Ci. I.A.207.a.

Vt M.Tullio aqua & ignis interdiceretur. Ci.ꝑ Dom. 222.b. & .229.b. Vt mihi aqua & ignis interdiceretur.

Futurum puto ut aqua & igni nobis interdicatur. Cic. Ep.167.b.

Quibus aqua & igni interdictum est. Ad Her.14.b.

Interdictio, onis. Ci ꝑ Dom.229.a. Tecti & aquæ & ignis interdictio.

Interdictum, cti. Cice.ʒ Rul.89 a. Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. & At.117.a. Cæsaris interdicta respuentur.

Causa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit. Or.206.a.

Tum per hoc interdictum eum restitui oporteret. Cic.ꝑ Cecin.291.b. & .286.b. Possessionem per interdictum repetere.

Multisq; prgessem, qui tecum interdicto contenderēt, aut ex iure manu consertum uocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Ci.đ Or.88.b.

In hoc interdicto non solet addi in hoc anno. Ep.253.a.

Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ. Ci.I.P.83.a.

Flamma temporis, interdictum sceleris, uox furoris. Cic. pro Dom.127.a.

Gabinius numen interdictumq; deorum regi uendidit. Ci.I.P.90.a.

Interductus, ctus. Ci.Ora.219.b. Oratio non spiritu pronuntiantis nec interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum. est cum, nonnunq̄.

Ci.đ Cl.186.a. Acumen M.Pisonis sæpe stomachosum, nonnunq̄ frigidum, interdum etiam facetum.

Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. Ci.Or.216.b.

Interdum uel potius nimium sæpe. Ci.đ Fin.73.a.

Geminatio

Geminatio uerborum habet interdum uim leporē alias. Ci đ Or.162.a.
Est cum non est satius, si &c. Ad Her. 32 b.
Interea. interim, tantisper, hoc interim spatio.
Cic. p Quint.4 b. Hæc dum Romæ geruntur Quintius interea &c. & .3 a. Nec interea uerbum interposuit Neuius. & p R.P.123.a.
Teretur interea tempus. Ci.I.A.100.a.
Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur. Ci. đ Or. 200.b.
Tu interea cessabis. Ci.Ep 69.b.
Interemptio onis. Ci. p Pom 9.b. Iter in Hispaniā Gallorum interemptione patefactum est.
Intereo, is. Ci đ N.66 b. Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant, non intereant aut humore aut spiritu amisso.
Vt posse uideremur sine dolore interire. Ci. At. 35.b.
Ignem interiturum esse nisi alatur. Ci đ N.67.a.
Cum id quod dabatur non esset interiturum. Ci.Q. Fra. 295 a. Tabulæ publicæ omnes tabulario incenso interierunt Ci. p Arch.187.a.
Literas aut interire aut aperiri, aut intercipi. At.7.b.
Vt interit magnitudine maris Ægei stilla muriæ. Cic.đ Fin.99 b.
Nihil ualentum a quo interest Ci. Acad.44.b. & ibi.a.
Eoq; etiam interire non in nihilum sed in suas partes.
Maiores sacra interire noluerunt. Ci. p Mur.130.a.& ibi. Interimendorum sacrorum causa.
Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est? Ci. p Dom 220.b.
Interest, rat. refert, ad rem est, differt, distat.
Ci.I.A.246.a Id doctissimum sudam, quod maxime interesse reip iudicabo.
Ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit, duos consules esse &c. Ci. p Mur.215.a.
Multum interest rei familiaris tuæ, te quàmprimum uenire. Ci.Ep.55.a.
Interest omnium recte facere. Ci.đ Fin.79.b.
Hoc uehementer interest reip. Ci Q Fr.309 b.
Ciuitatum hoc multarum in græcia interfuit, antiquū uocum seruare modum Ci.đ Leg.177.b.
Quis enim est hodie, cuius intersit hanc legem maneret Ci.I A.157.a.
Semper Milo quantum interesset P. Clodij, se perire, cogitabat. Ci. p Mil.112.a.
Cupio excurrere in Græciam, magni interest Ciceronis, uel mea potius uel me hercule utriusq;, me interuenire discenti Ci. At.231.b. & .201.a. Magni interest mea, unà nos esse.
Vtriusq; nostrum magni interest, ut te conueniam. Cic. Ep.33.b. Athenensium plus interfuit firma tecta in domibus habere, q̄ &c. Ci.đ Cla 282.a. & ibi. Plus interest reip castellum capi q̄ &c.
Nihil illius interest, quod in Senatum non uenis. Ci. At. 158.a. & .48.b. Non quo mea interesset loci natura.
Illud mea magni interest, te ut uideam Ci. At.183.b.
Vestra, enim, qui uixistis &c. hoc maxime interest. Ci. p Syl.182.a.
Permagni nostra interest, te esse Romæ. Ci. At.38.a. & 221.a Scio quanti reip. intersit, omnes copias in unum locum conuenire. & .126 a. Magni interest reip. omnes copias &c. & .143 b. Permagni eius interest, rem ad interregnum uenire.
Nec sua putat interesse, se &c. Ci. p Clu.49.a.
Quod & mea & reip interest Ci.Ep.30.a.
Si quid est, quod eos scire aut nostra aut ipsorū intersit. Ci.Ep.19.a & đ In 49.a.
Quod mea intelliges multum tua nullam in partem interesse. Ci Ep.202 a.
Hic è præfectura Atinati non tam honorata, quamū interesse uis ad rationem petendi. Ci. p Plan.262.b.
Magni interest ad decus & ad laudem ciuitatis ita fieri. Ci.đ N.3 b.
Magni ad honorem nostrum interest q̄primum ad urbē te uenire. Cic. Ep.157.a & .67.b. Equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse, sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare &c.
Magni enim uidebatur interesse ad eam necessitudinē, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. Ci.Ep.29.b. Non sententiis autem nihil est ullam in partem quod intersit. Ci. Tus.153.a.
Neq; ad id quod quæris multum interest. Ci. At.172.b.
Ad facinoris disquisitionem interest adesse quàmplurimos. Ci đ Ar.246.b.
Magnopere interest opprimi Dolobellam. Ci At.276.a
In motibus cœli multum interest, qui uentus, qui imber &c. Ci.đ D.228 a.i. refert.
Multum interest te uiuere. Ci.Ep.187.a.
Quid autem interest, ab his qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui ante nati sunt Ci đ Som.130.a.
Leges sunt ueteres, neq; eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ &c. Ci. ꝯ Rul.70.a.
Ad prosperam aduersam ue fortunam qualis sis, aut quē admodum uixeris nihil interest Ci.đ N.78.a.
Nihil interest ad beate uiuendum, quali utaris cibo. Ci. đ Fin.83.b. Nihil interest reipub. colonia deducatur nec ne. Ci ꝯ Rul.80.b.
Quod si latius uolent proferre diem, poterunt uel biduū uel triduum uel ut uidebitur, nihil enim interest. Ci. Att. 208.a. Nihil interest utrū nemo ualeat an nemo possit ualere. Cic.đ N.75.b.
De ambitu an de maiestate nihil ad rem interest. Ci.Ep. 43.a. In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas &c. Ci.Or.201.b.202.a.
In omnibus rebus permultum interest, quibus illæ modis fiant Ci.Ep.208.a.
Mihi nihil uidebatur esse, in quo tantulū interesset, utrū per procuratores ageres an per te ipsum Ci. At.60.b.
Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Ci.Ep.175.a.
Quid autem intersit, si tuos digitos bene noui, certe habes subductum Ci. At.83 b.
Nihil interest, utrum ita scribas, si uter &c. an si &c. & quid interest utrum hac feceris an frumentum furatus sis? Ci.

Multum intereſt utrum laus minuatur, an ſalus deſeratur. Ci Ep 8.a.

Nihil intereſt dactylus ſit extremus, an creticus. Ci Or. 218.a. & ibi. Nihil refert. & ibi. Nihil ad rem eſt.

Nauem auri euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inſcitia parum intereſt. Ci. Parad. 119.a. Cum hoc homine aut cum ſtipite æthiope in foro conſtitiſſes, nihil crederet intereſſe. Ci. Poſt 207.a.

Quaſi uero quicquam interſit, mures ſcuta an cribra corroſerint. Ci d D.110.b.

Hæc ne minimum quidem utrum adſint uel abſint intereſt. Ci. d Leg.167.a.

Quaſi interſit audiam an uideam. Ci. At.119.a.

Tantum intereſt, quod grauitas in honeſtis rebus, iocus in turpiculis ponitur. Ci. d Or.131.b.

Non tantum intereſt quo animo ſcribatur quam quo accipiatur. Ci. Ep.85 a.

Inter eas res nihil omnino intereſt. Ci d Fin.100.b.

Inter cauſas multum intereſt, inter uictorias nihil interfuturum puto Ci Ep.77.b. & .81.a.

Non eſt credibile quid intereſſe mihi uiſum ſit, inter eũ, qui &c. & qui &c. Ci. d Or.116.a.

Vide quantum interfuturum ſit inter meam atque tuam accuſationem. Ci I.V.60.a.

Neque inter me atque te quicquam intereſt preter &c. At.14.b

Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter uerborum nouitatem intereſſe. Ci. Tuſ.234.b.

Inter nos & Catilinam nihil intereſt. Ci. I.P.82.b.

Plurimum intereſt inter doctum & rudẽ Ci. d Or.16e. a. & d N.5.a Plurimum intereſt inter hac & illud. & 64.b. Hoc inter me & illos intereſt, quod ego &c. illi &c. Ci. At.128.a. Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos. Ci Poſt.200.b.

Inter hominem & belluam hoc maxime intereſt, quod hæc &c. homo autem &c. Cic. Off 3 a.

Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas & inter cauſas naturales &c. Ci d Fat.144.a.

Intereſt enim inter argumentum cõcluſionemque rationis & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem. Ci. d Fin.55.a.

Atque inter hanc uitam & illam, nihil tam intereſt quam uis et ius. Ci. p Seſt.22.a.

Nullum eſt uiſum uerum a ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit uiſum aliud, quod ab eo nihil interſit. Acad. 21.a & .8.a Qui uera negant quicquam a falſis intereſſe.

Viſa inter quæ nihil intereſt. Ci. Acad.10.b. & .11.a.

Neque in his quicquam intereſt.

Nihil eſſe quod interſit aut differat aliud ab alio, præter honeſta & turpia. Ci. d Fin.95.b.

His denique in malis, quid interſit inter me & iſtas, quos &c. Ci. At.156.b. Et quo plus intererat, eo plus aberat a me Ci. p Plan.261.b.

Dummodo inter me atque te murus interſit. Ci I.C.99.b.

Nec unam quidem horam intereſſe paſſus es, inter meã peſtem & tuam prædam. Ci. Poſt.108.a.

Interfector, oris. percuſſor, thrax.

Ci. Poſt.104 b. Si hoſtes atque interfectores reip. reuixiſſent. & I.A.159.b. Ve non modo impune, ſed etiam cũ ſumma ĩterfectoris gloria ĩterfici poſſit. & p Mil.115. a. Tyb Gracchi interfectores. & .117.a.

Interficio, cis. ferro uitam eripio, morte mulcto, interimo, mortem offero.

Ci. p Dom.225.a. Quod eum totiens per inſidias interficere noluiſtis. & At.207.a.

Deinde ipſum Aurium tollendum interficiendumque curauit. Ci. p Clu.22.a.

Is manus ſibi afferre conatus eſt Ci. Ep.157.b.

Cum in ſylua facta cædes eſſet. Ci d Cla.172.a.

Interiectio, onis. Ad Her.2.b. Et tamen occulte dicemus interiectione uerborum.

Interiectus, a, um. medius, interpoſitus.

Ci. Parad.117.a. Quid inter horum ætates interiectus Cato? Inter has perſonas me interiectum moleſte ferunt. Ci. I. A.243.a.

L. Siſenna interiectus inter duas ætates Hortenſij & Sulpitij. Ci. d Cla.185.a.

Aer interiectus inter mare & cœlum. Ci. d N.39.a.

Et in ipſis quaſi maculis ubi habitatur, uaſtas ſolitudines interiectas uides Ci. d Som.129.b.

Videte quantum interuallum ſit interiectum inter hoc et illud. Ci. ꝯ Rul.83.b.

Narratio accuſatoris ſuſpiciones interiectas & diſperſas habere debet. Ad Her.6.b.

Alij eis interiecti & tanquam medij. Ci d Or.243.a.

Quod eorum uicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. Ci. Or.199.a.

Videtis me ad priſtinam meam dignitatem breui temporis dolore interiecto eſſe reuocatum. Ci. p Seſt.14.b.

Annus eſt integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur. Ci. d Pro.72.b.

In uoluptate maxima nullo interuallo interiecto dies noctesque uerſari. Ci. d Fin 88.b.

Inter hæc tantam multitudinem interiectam non uides. Ci. d Fin.67 a.

Multi ſunt interiecti inter philoſophos & eos qui remp. adminiſtrant. Ci. Off.19.a.

Eſt autem quidam interiectus intermedius utriuſque particeps. Ci. Or.198.b.

Interiectus, ctus. Ci. d N.46.b. Luna interpoſitu interiectuque terræ deficit.

Interijcio, cis. l. Interiectus.

Ci. d Vn.198.b. Idque interiecit inter indiuiduum & id quod diuiduum eſt in corpore.

Interiectus eſt etiam nuper is, quem ad Atticum de ſenectute miſimus. Ci d D.109.a.

Naſus quaſi murus oculis interiectus eſt. Ci. d N.55.a.

Interim interea, tantiſper, hoc interim ſpatio.

Ci. d Or.141.a. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. Interim uelim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Ci. At.109.b.

Interim, interea, tantiſper. Ci. Tuſ.255.b.

Interim Varus Vticam uenit &c. Ci. p Lig.137.b. et p Clu.21.b. Interim uenit iudex &c. & Ep.151.a. Interim ad me uenit Munatius noſter.

Tum interim illa &c. Ci. p Clu.25.b.

Interimo, mis. interitum affero, interficio.

Cic.đ N.12.a. Si quæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea, quæ conseruent, infinita esse debere. & 70.b.
Mercurius qui Argum dicitur interemisse. & ꝓ S.R.14 a.Q. Scæuola a ciuibus suis interemptus est.
Lucretia se ipsam interemit. Ci.đ Fin.78.b.
Me quidem exanimant & interimunt hę uoces Milonis. Ci.ꝓ Mil.119.b.
Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. ꝓ Mur.130.a.

Interior,us. Cice.đ N.7.a. Nihil est interius mente. & Acad.6.b. Tactus, quem philosophi interiorem uocant.
Interius est etiam, eiusdem esse ciuitatis. Ci.Off.11.b.
Interior est ille proprius, idest magis attingit hominem. Ci.đ Or.128.a.
Societas, quæ latissime patet, interior, propior. Off.65.b
Quod animal est, id motu cietur interiore. đ Sô.131.a.
Regna interiorum nationum. Ci.ꝓ Pom.16.a.
In interiore ædium parte totius reip. nundinæ. Ci.I.A. 296.b. & ꝓ Sest.7.b.
Quod interiore epistola scribis &c. Ci.Q.Fr.311.a.
Sed hæc quæq; in promptu, nunc interiora uideamus. Ci.đ D.134.a.
Illa interiora iam uestra sunt. Ci.ꝓ Dom.241.a.
Salustius Africam interiorem obtinens. In Sal.275.a.
Interior uicinus. Ci.Q.Fr.300.b.
Interiores & reconditæ literæ. Ci.đ N.67.b.
Opus est hic limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe uerecundiorem me in loquendo facis. Ci.Ep.111.a.
Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius. Ci.đ Or. 160.b.

Interitio,onis. Ci.I.V.175.b. aliter, internitio.

Interitus,tus. occasus, obitus.
Ci.I.C.115.a. Aruspices legum interitum & urbis occasum appropinquare dixerunt.
Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Ci.Tus.163.a.
Natura omnium interitus atq; obitus conficit. đ D.116.a.
Qualis est ista philosophia? quæ non interitum afferat prauitatis? Ci.đ Fin.70.b.
Cum ad occasum interitumq; reip. Catilina dux esset constitutus. Ci.ꝓ Syl.173.a.
Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. Ci.đ N.15.a. & I.C.99.a. Qui de nostro interitu & urbis exitio cogitent.
Ad quem dolor uenit ad eundem interitum uenire. Cic. đ N.66.b.
Gracchi immaturus interitus. Ci.đ Cla.175.b.
Acerbissimo interitu consulum. Ci.Ep.153.b.
Vniuersæ interitus. Ci.At.115.a.
Toto animante deleto & facto interitu uniuerso. Cice. Tus.167.b.
Cum interitum exercitus nuntiauisset. Ci.đ D.95.a.

Interlino,nis. Ci.ꝓ Clu.36.b. Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur.
Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atq; interlitas esse clamant. Ci.I.V.119.b.

Interluceo,ces. Ad Her.22.a. Vt loci distincte interlucere possint.

Intermedius,a,um. Ci.Or.198.b. Est autem quidam interiectus intermedius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, utriusq; particeps uel utriusq; potius expers.

Interminatus,a,um. Ci.đ N.12.a. Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo.

Intermissio,onis. intercapedo.
Ci.đ N.14.a. Deum sine ulla intermissione pulsari agitariq; incursione atomorum.
Neq; alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quòd ubi esses planè nesciebam. Ci.Ep.101.b.
Ab actione sæpe fit intermissio. Ci.Off.5.a.
Vt nulla intermissio fiat officij. Ci.đ Am.97.a.
Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes distraxi &c. Ci.đ D.137.b.

Intermissus,a,um. Cic.ꝓ Mur.131.b. Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.
Itaq; ludis intermissis instauratiui sunt constituti. Cic.de D.91.a. Verba ab usu quotidiani sermonis iandiu intermissa. Ci.đ Or.156.b.
Acriores morsus sunt intermissæ libertatis quàm retentæ. Ci.Off.37.b.

Intermitto,tis. interdum conquiesco, intermissionem uel intercapedinem facio. ✕. retineo.
Ci.Or.100.a. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ.
Intermittere consuetudinem pristinam. Ci.Ep.72.b.
Intermittere iurisdictionem. Ci.đ Ar.252.a.
Ne quem diem intermitterem, has dedi literas. At.151.a.
Vt ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Ci.At.128.b.
Vt ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin &c. Cic. Att.112.a.
Nec tui mentionem intermitti sinimus. Ci.At.72.a.
Cum remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuq; remorum. Cic.đ Ora.97.b.
Nulla puncto temporis intermisso uersari circum axem cœli etc. Ci.đ N.12.a.
Vectigal quod amissis alijs remanet, intermissis non conquiescat. Ci ꝯ Rul.64.b.
Gallos Gallinaceos sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. Ci.đ D.96.a.
Neq; ille intermittit affirmare se uenturum. Ci.Ep.158.b.
Mirabar quid tu mihi literas mittere intermiseras. Cic. Ep.101.a. Cœlum suo tempore non intermittit nitescere. Ci.Tus.161.b.
Continenti spiritu. ✕. intermisso spiritu. Ci.đ Or.163.a

Intermorior,ris. Cic.Ep.91.a. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

Intermortuus,a,um.
Ci.I.P.81.b. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitastis.
Memoriam propè intermortuam generis sui uirtute renouare. Ci.ꝓ Mur.227.b.

Declarant huius ambusti Trib. Pleb. illæ intermortuæ conciones. Ci. p Mil. 103.b.

Intermundium, dij. Ci. d Fin. 80.a. Indiuidua & intermundia, quę nec sunt nec esse possunt, intelligimus.

Tanquam modo ex Epicuri intermundijs descendisset. Cic. d N. 1.b.

Internectus, a, um. Ci. I. A. 159 b.*

Internitio, onis, uel internecio, uel internectio. uniuersę interitus, occisione occidi.

Ci. p Dom. 226 a. Vidissem cum magna internitione improborum & p Syl. 173.a. Internitione ciues liberaui.

Quæ dissensiones non reconciliatione concordiæ, sed internitione ciuium dijudicatæ sunt Ci I C. 216.b.

Neq; resisti sine internecione posse arbitramur. At. 35.a.

Qui nam Tantalidarum internecioni modus pareturr Ci. d N. 78.a.

Internosco scis. secerno.

Ci. d Or. 141.a. Quos cum humare uellent, non potuerunt obtritos internoscere. & p S.R. 27.b.

Quæ sit alia uera alia falsa, qua nota internoscantur scire uelim Ci d D 131.a.

Internoscere uerum a falso Ci. Acad. 7.a.

Secerni blandus amicus a uero & internosci potest adhibita diligentia Ci d Am. 113.b.

Qui dignum atq; indignum internoscere nequeunt. Ad Her. 13.a.

Internuntius, tij. interpres. Epist. 153.b. Assiduis internuntijs cum Lepido egi, ut &c.

Quæ quidem me internuntio ad illos celeriter deferentur. Ci. Octa 331 b.

Damnatorum uitam a prætore uel ipso carnifice internuntio redimi. Ci. I. V. 238.b.

Augures interpretes internuntijq; Iouis. Ci. I. A. 248.b.

Hæ sunt igitur aues internuntiæ Iouis, quæ &c. Cic. de D. 113 b.

Interpellatio, onis. interuentus.

Ci. Part. 232.b Interuentus alicuius aut interpellatio. et d Or. 162 a. & Q. Fr. 313.a.

Interpellatio mei familiaris, qua paulo ante interrupta est oratio mea. Ci. d Pro. 72.b.

Interpellator, oris. interuentor. Ci. At. 244.b. Sed interpellatores illic minus molesti.

Dictitat se hortulos emere uelle, ubi se oblectare sine interpellatoribus possit Ci. Off 63.b.

In literis sine interpellatore uersor. Ci. Ep 92.a.

Dialectici aliem sermonis molesti interpellatores. Ad Her. 9.a.

Interpello, as. interrumpo, impedimento sum.

Ci. At. 26.a Hic sum ubi me interpellat nemo.

Sed mihi interpellabo, continuatē orationem audire malo. Ci Tus. 151.b.

Tum Balbus, interpellare te inquit Cotta nolo. Ci. d N. 72.b. In quo, ut aliquid esset moræ, multi interpellant. Cic. I. V. 233.a.

Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus resp. a me commode administrari possit Ci Ep. 172.a.

Interpellantibus his inimicitijs animus tuus mihi magis patuit q̃ domus. Ci. At. 119.b.

Tu metuis ne me interpelles? primum si in isto essem, tu scis quid sit interpellare. Ci. Q. Fr. 311.b. & ibi. Tu uero ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare uelim.

Odiose interpellare aliquem. Ci. d Or. 133.a. & d Pro. 77.b. Interpellari ab aliquo.

Cæsar nunquam interpellauit, quin quibus uellem &c. uterer. Ci. Ep. 180.b.

Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. At. 18.a

Quod in priore actione interpellauit Hortensius. Cic. I. V. 90.b.

Vi nulla interpellante. Ci. Ep. 129.a. & 257.b.

Interpolo, as. renouo. Ci Q. Fra. 313.a. Appius uult inquam renouare honores eosdem, quo minus togam prętextam quotannis interpolet.

Tollendo quod esset, semper aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareat, interpolando. Cic. I. V. 108.a.

Interpono, nis. interijcio, in medio colloco.

Ci. d Or. 131.b. Sæpe etiam uersus interponitur, uel ut est uel paululum immutatus.

Mediocres argumentationes interponi & in medio collocari oportet. Ad Her. 19.b.

Digressio extra causam interponitur, aut criminationis causa. aut &c. Ci d In. 42.a.

Orationes, quas interposuit, eas ego laudare soleo. Ci. d Cla. 191.b. i. Thucydides. & Ora. 101.b. Interponere conciones.

Hęc interposui P.C. ut me purgarem. Ci. I. A. 161.a.

Quasi enim ipsos introduxi loquentes ne inquis & inq̃ sæpius interponeretur. Ci. d Am. 96.a.

Nec interea uerbum interposuit Næuius, societatem sibi quippiam debere. Ci. p Quint. 3 a.

Vt etiam modo nisi autem interposuissem, concurrissent. Ci. Or. 211.a.

Cum hoc palàm Decumani loquerentur, tuumq; nomen in re tam turpi nefariaq; interponerent. Ci. I. V. 277.a.

Maiores noluerunt certis in rebus interponi quæstiones. Ad Her. 8.a.

Nisi ista tua potentia in hac causa interponeretur. Cic. I. V. 71.a. Cur in re tam ueteri noua hæc restipulatio interponitur? Ci. p S R. 51.a.

De Ascanione, tu uero quod uoles, facies, me nihil interpono. Ci. Q. Fr. 318 a. & I. V. 99.a. & At. 262.a.

Clodius uocabat tribus, se interponebat &c. Ci. p Mil. 106.a. & I. A. 161.a. Quid enim interponerem audaciæ tuæ? quam nullæ leges possunt coercere.

Cur te interponis inuitissimis his, quibus &c? I. V. 58.a.

Sapientius facies, si te in istā pacificationem non interpones. Ci. Ep. 160.b. 261.a.

In rem aliquam fidem suam interponere. Ci. p S.R. 37.b. & d Cla. 171.a. Lusitani contra interpositam fidem interfecti.

Inter quas varijs clausulis interponit se raro numerosa comprehensio Ci. Or. 119.a.

Non potuit certius interponere iudicium uoluntatis suę, q̃ cum &c. Ci. p Cor. 63 b.

Proprium

Proprium est Academiæ iudicium suum nullum interponere. Ci. de D. 139. a.

Hæc scripsi sedato animo nullum meum iudicium interponens sed exquirens tuum. Ci. At. 121. a.

Pro aliquo inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere Ci. I. V. 64. b.

Quæ cum viderem nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putaui. Ci. I. A. 104. b. 201. a.

Quod cum audissemus, nullam moram interponendã putauimus, quin uideremus hominem &c. Cic. Acad. 29. a.

In iureiurando Dij immortales tum iudices, tum testes interponuntur. Ci. de Leg. 172. b.

Non oportuit ante supplicium q̃ iudicium interponere. Cic. de In. 72. a.

Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex coniectu ris. Ad Her. 10. a.

Si ea decreta Coss. quę de Cęsaris actis interposita sunt, non seruãtur, magnam perturbationem fore Ci. At. 263. a. & 64. b. Obnuntiationibus per Scęualã interpositis.

Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. Ci. I. V. 131. b. & 157. b. Acerbiorem legem & duriora edicta interposuit. & 122. a. Iste pœnis compromissisq; interpositis HS CCC extorsit.

Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Ci. At. 112. a.

Qui istum nondum interposita authoritate uestra suo cõsilio & iudicio ut hostem arcuit. Ci. I. A. 201. b.

Offensionem esse periculosam propter interpositam authoritatem religionemq; uideo. Ci Ep 7 a.

Ego interpositam Senatus authoritatẽ sustinui. I. P. 80. a

Vos reiectione interposita repentini iudices consedistis. Ci. p Syl. 181. a.

Lentulus prouinciam, quam forte habebat, interposita religione depasuit Ci. I. P. 90 a.

Interpositio, onis. Ci Ep 261. b. Vna omnino interpositio difficilior est, de quadrima Catone & de In. 43. b. Cũ personarum certarum interpositione.

Interpositus, a, um. intermissus, interiectus. Ci. p Mur. 132. a. Dies intermissus aut nox interposita sæpe perturbat omnia. & de Cla. 172. a. Paucis interpositis diebus iterum Lælius dixit &c.

Multis inter nostrum tuumq; initium dicendi interpositis oratoribus. Ci. de Cla. 185 b.

Literas ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit Ci. I. A. 161. a.

Vehementes habeat repentinos impetus. spatia interposito & causa cognita consenescat. Ci. p Cin. 18. b.

In hoc maxime uitiosa est ciuitas, quod largitione interposita uirtutis oblinisci solet Q. de Pet. 213. b.

Interpositus, tus. interiectus. Cic. de N. 46. b. Luna interpositu interiectuq; terræ deficit.

Interpres, tis. explanator, internuntius, coniector. Ci. de D. 104. b. Ea quibus bene percepta sunt, hi non sæpe falluntur, male percepta maleq; interpretata falsa sunt, nõ rerum uitio sed interpretum inscitia.

Quid autem uolunt ea significantes quæ sine interpretibus non possumus intelligere? Ci de D. 119 b.

Quia erant multa obscura, multa ambigua explanationes adhibitæ sunt interpretum Ci. de D. 104. a.

Sequimur igitur in hac quæstione potissimum Stoicos, nõ ut interpretes, sed (ut solemus) è fontibus eorum iudicio arbitrioq; nostro quantum quoq; modo uidebitur haurie mus. Ci. Off. 2. a.

Nec conuerti ut interpres sed ut orator sententijs ijsdem & earum formis tanq̃ figuris. Ci de Opt 244. a.

Grammatici interpretes poetarum. Ci de D 87. b & 88. b. Interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur.

Chrysippus Stoicorum uaferrimus interpres de. N. 9. b.

Augures qui Iouis Optimi maximi interpretes internuntijq; sunt. Ci I. A. 248 b.

Legum interpretes iudices. Ci. p Clu. 42. b.

Coniector quidam & interpres portentorum. Cic. de D. 121. a. & 123. b. Tum auis illa uideri posset interpres & satelles Iouis.

Astrologi interpretes cœli Ci de D. 127. b.

Si pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur. Ci. de D. 135. b.

Vt interpres egeat interprete. Ci. de D. 132. a.

Sensus interpretes & nuntij rerum. Ci. de N. 24. b.

Mentis interpres est oratio. Ci. de Leg. 161. a.

Interpres uoluntatis alicuius. Ci. de In. 79. b.

Interpres augurioru. Ci. Or. 211. b. & de N. 60. b. Interpretes Sybillę. & Top. 211. a Interpres iuris.

A. Varius est in Sicilia interpres, quo iste interprete nõ ad græcam linguam, sed ad furta & flagitia uti solebat. Ci. I. V. 166. a.

Testamento si recitatus hæres esset pupillus, isq; iam annos uiginti haberet, uobis interpretibus amitteret hæreditatem. Ci. p Cecin. 295. a.

Ita quemadmodum in Senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet, sic isti uobis cum interprete audiendi sunt. Ci. de Fin. 141. b.

Nullam artem literis sine interprete & doctore & sine aliqua exercitatione percipi posse Ci. Ep. 104. b.

Cæsarem quidam falsis interpretibus ac nuntijs impulerunt in spem consulatus. Ci. At. 278 b.

Per amicos & interpretes agere aliquid. Ci. I. V. 211. a.

Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse. Ci. I. V. 73. a. & 130 b.

Quo ego interprete nouissime ad Lepidum sum usus. Ep. 123. b & 150. b.

Interpretatio, onis. notatio, etymologia. Ci. Off 7. b. Nimis callida sed malitiosa iuris interpretatio. & 47. a. Iuris ciuilis cognitio & interpretatio & cõ Rul. 67. a. Verbi uis & interpretatio.

In quo erat accusatoris interpretatio indignã responsione, qui ita dicebat, comitem esse communem, quasi uero priscum aliquod aut insolitum uerbum interpretaretur. Ci. p Cor. 62. b. & ibi de interpretatione uerborum.

Verbi interpretatione se defendere. Cic. Part. 241. b. & ibi. Deprauatione uerbi urgeri. & de Or. 100 b.

Neq; ea interpretatione mea aut ornatius explicari aut planius exprimi possunt. Ci. de Or. 87. a. & 101. b. Senectuti uero ornandæ quod honestius potest esse perfugiũ q̃ iuris interpretatio?

Interpretatio nominis habet acumen ut Neoptolemus. Ci.d̄ Or.132.b. *Causa habens interpretationem legum satis acutam.* Ci.d̄ Opt.144.b.

Controuersia uel contentio ex scripti interpretatione. Ci.d̄ Or.96.b.& .119.a.

An cuius linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Ci.ꝓ Cor.57.b.

Somnia Antiphontis interpretatione explicata. Ci.d̄ D.88.b.& .89.b. *Eius igitur somnij, quæ sit a coniectoribus interpretatio facta uideamus.*

Interpretatio est quæ exponit id quod dictum uel scriptum est, alijs uerbis, quæ idē ualeant. Ad Her.33.a.

Interpretor, aris. *Interpretationem facio, expono, interpretatione explico, explano, explico, rem obscuram explano, intelligo, nomen alicuius reē non adiungo & eandem tamen sententiam teneo, auguror, si futurum dicam quod ex æternitate uerum sit.*

Ci.Off.33.b. *Nec quicq̄ aliud est philosophia, si interpretari uelis, q̄ studium sapientiæ.*

Interpretando explanare rē obscuram. Ci.d̄ Cl.178.a.

Animaduerte igitur recte ne banc sententiam interpreter. Ci.d̄ Fin.68.b.

Secundum naturam uiuere, quod ita interpretamur, uiuere ex hominis natura undiq; perfecta & nihil requirente. Ci.d̄ Fin.130 b.

Epistolam eius, quam modo totidem ferè uerbis interpretatus sum. Ci.d̄ Fin.85.b.

Iam uirtutem ex consuetudine uitæ sermonisq; nostri interpretemur, nec metiamur eam ut quidam indocti uerborum magnificentia. Ci.d̄ Am.99.a.

Qui ius interpretari populo & respondere soliti sunt. Ci.d̄ Leg.158 b.

In ipso nomine legis interpretando inest uis & sententia iusti & iuris colendi. Ci.d̄ Leg.171.b.

In legibus interpretandis & æquitate explicandis. Ci.I.A.223.a. *Iudicem legi parere non interpretari legē oportet.* Ci.d̄ In 78.a.

Recte ne interpretor sententiam tuam? Ci.Tus.298.b.i. *recti ne intelligo &c.*

Tuam epistolam interpretari ipse uix poteram. Cic.At.250.a & .147.a *Rogaui ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti uelle.*

Sed uerecundus augur sine collegis de auspicijs non interpretaretur. Ci.I.A.195.b.

Consilium ex necessitate, uoluntatem ex ui interpretari. Ci.ꝓ R P.127.a.

Euemerus, quem noster & interpretatus & secutus est Ennius. Ci.d̄ N.24.b.

Panætius. quem multum in bis libris secutus sum, non interpretatus. Ci.Off 45.b.

Omnes bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruoluendi, & interpretandi Ci d̄ Or.97.b.

Verborum uim interpretari. Ci d̄ Fat.144.a.& .146.a

Licet etiam immutare ut sua nomen non adiungas & eādem tamen sententiam teneas, hoc modo &c.

Quasi uero priscum aliquod, aut insolitum uerbum interpretaretur. Ci.ꝓ Cor.62.b.

Hetruria scientissime interpretatur, quid quibusq; ostendatur portentis. Ci.d̄ D.99.a.

Quorum omnium interpretes ut grammatici poetarum, proxime ad eorum, quas interpretantur, diuinationē uidentur accedere. Ci d̄ D.87.b.

Exta pecudum aut monstra aut fulgura interpretantū. Ci d̄ D.82.b.& .80.b. *In monstris interpretandis procurandisq;* .I. *Procuro.*

Somnia, quæ Magi Cyro interpretati sunt, ex Dionysij Persici libris. Ci.d̄ D.90.a.

Ex quo illud somnium ita interpretatum est, ut &c. cum &c. Ci.d̄ D.91.b. παθητικῶς.

Hoc uos per Deos immortales quale sit non interpretamini? Ci.I.A.160.a.

Interpretari uoluntatem alicuius ex aliquo facto uel euentu. Ci.d̄ In.77.b.& ad Her.9.a.

Bene dicta male interpretari. Ci.d̄ N.75.b. & *ibi. Peruerse philosophorum disputationem interpretari.*

Vestri hæc confirmant interpretanda quorsum quicq; pertineat. Ci d̄ N.72.b.

Veremur ne interpretentur illud oppidum ab Italia nō satis abesse. Ci.At 42.b.

Hoc nonnulli ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire uelle ut ille male audiat. Ci.d̄ N.84.b.

Si uero hoc quod accidit interpretari uelis. ꝓ Pl.270.a

Quod atrociter in Senatum dixisti aut non dixisses, aut mitiorem in partem interpretarere. Ci.ꝓ Mur.239.b.

Tu hoc idem (quod ego dico) interpretabere. Cic. pro Cecin.302.a.

Verba quæ ex hetruscis libris in te conuersa & interpretata sunt. Ci.d̄ Ar.252.a.

Itaq; id Senatusconsultum plerīq; interpretantur etiā ad tuos cupitinos pertinere. Ci.At.274 b.

Sic uelim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum putem. Cic. At.262.b.& .195.b. *De Triario bene interpretaris uoluntatem meam.*

Hoc quod fit non facile interpretor. Ci d̄ Ar.251.a.

Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus scripta esse, nō repugno. Ci.ꝓ Dom. 239.a.

Si tāē illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, dolemus. summam eius felicitatem non satis animo interpretamur. Ci. d̄ Cla.265.a.

De ratione interpretandi. Ci.d̄ Fin.93.a.& Acad.43.b & Ad Her.9.a.

In fraudem legis facere, uel fraudem legis fieri, est legē interpretari contra eius sententiam.

Interpunctio, onis. *interpunctum.*

Ci.ꝓ Mur.129.b. *Res enim sunt paruæ propè in singulis literis atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.*

Interpunctum, cti. *interpunctio.*

Ci.d̄ Or.159.b. *Clausulas & interpuncta uerborū animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.*

Interpunctus, a, um. Cic.d̄ Or.238.b. *Narratio distincta personis, interpuncta sermonibus.* & .259.a. *Clausulæ interpunctæ in orationibus.*

Distincta alias & interpuncta interualla delectant. Ci. Or.201.b.

Interquiesco. scis. d̄ Cl.172.b. *Cū paululū interquieuissem.*

Interregnum,

Interregnum,gni. Ci.Q.Fr.317.b.Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis.

Nam permagni eius interest rem ad interregnum non uenire.Ci At.143.b.& Q.Fr.323.a.Res spectat ad interregnum.

Aut si per Tr.pl.non patietur,tamen quiescat rem adduci ad interregnum.Ci.At.107.b.& 143.b.

Quis eni tot iterregnis iure cõsultũ desiderat?Ep.100.b

Interrex gis.

Cice.Att.151.a.Si Sulla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur,& magister equitum,cur hic non possit? L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit,ut omnia quæcunq; ille fecisset,rata essent.Ci.ꝯ Rul.88.a.

Interrex,quem & ipsum patritium esse,& a patritio prodi necesse est.Ci.ꝑ Dom.121.a.

Ego omnibus unde petitur,hoc consilij dederim,ut a singulis iterregibus binas aduocationes postulẽt.Ep.100.b

Interrogatio,onis. Ci.đ Fat.146.a.Recte genus hac interrogationis ignauum atq; iners nominatum est.

Interrogatiuncula,læ.

Cice pad.116.a. Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis,quod proposuit,efficit.& đ Fin.107.b.Pungẽs quasi aculeis,interrogatiunculis angustis.

Interrogo,as. rogo,quæro,percuntor.

Cice.Or.209.a.Vt interrogãdo urgeat,& rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.

Clodius interrogabat suos,quis plebem fame necaret,respondebant,Pompeius.Ci.Q.Fr.308.a.

Socrates pusionem quendam interrogat,quędam geometrica de dimensione quadrati Ci.Tusc.160.a.

Sic ego te uicissim eisdem de rebus interrogabo. Cice. Part.129.b.

Quid enim te de hispaniensibus furtis interrogem? Cice. In Vat.31.b.

Hic meus frater a Philippo interrogatus quid latraret, furem se uidere respondit. Cic.đ Or.129.a.& ꝑ Dom. 221.a.Te interrogante Augures responderunt.

Interrogas me,num in exilium?non iubeo.Ci.I.C.99.b.

Si quis Deus te interroget &c.unam quidem roget. Cice.Acad.20 a.

Qui ita interrogent,ab his irridentur.Ci.Acad.10.a.& ibi.Interrogari ab aliquo.

Interrogari de aliquo.Ci.đ Or.118.b.

Socrates percuntando atq; interroganda elicere solebat eorum opiniones,quibus cum disserebat.Ci.đ Fin.64.a.

Interrumpo,pis. interpello, dirimo, delea.

Cice.đ Pro.72 b.Interpellatio familiaris mei, qua pastoloante interrupta est oratio mea. Cõtingere idem terræ necesse ut omnibus eius partibus in medium urgentibus,nihil interrumpat,quo labefactari possit tanta contentio grauitatis & ponderum.Ci.đ.N.49.a.

Sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulate reddidi.Ci.Ep.64.a.

Amicitia longis interuallis tẽporis interrupta.Ep.251.b

Pontesq;,quos feceram,interrupi.Ep.157.b.

Interrupte. ✕. continenter, perpetuo.

Cice đ.Or.139.a.Interrupte narrare aliquid.

Interruptus, a, um. intermissus, insistens, claudicans, infractus, amputatus. ✕. unus, par, idem. perpetuus, continens, continuatus.

Ci.đ.L.157.b.Nec tam facile interrupta contexo, q̃ absoluo instituta.

Non offendes eundem bonorum sensum Lentule,quem reliquisti,qui confirmatus consulatu nostro, nonnunq̃ postea interruptus & afflictus ante te Coss.recreatus abs te totus est.Ci.Ep.14 a.

Interruptis ac morientibus uocibus significare aliquid. Cice.ꝑ Cel.50.a.

Hos qui terram incolunt,interruptos ita esse,ut &c.Ci. đ Som.129.a.

Cantinuatum.✕.interruptum Ci.đ Or.161.et.163.a.

Interscinda,dis. Cicæ.đ.L.171.a.Et a tergo pontem interscindi iussit.

Interseco,as. Ad Her.20.b.Vt eas res inserere atq; intersecare uideamur in animis auditorum.

Interseptus,a,um. intercludo.

Ci.ꝑ Cor.63.b.Ne interseptum sit his iter ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.& Tusc.158.a. Foramina terrenis concretisq; corporibus intersepta.

Interspiratio,onis. Ci.đ Or.159.a.& ibi.b.Aequalibus interspirationibus utebantur.

Intersum,es. intercedo.✕.desum.

Ci.đ Sen.78.a.Sæpe interfui querelis mearum æqualium. Tu plura audis & interes consilijs. At.237.a.

Non placet Stoicis singulis iecorum fissis aut auium cantibus interesse Deum.Ci.đ.D.104.b.

Melioris ciuis & uiri putabam,quouis supplicio affici, q̃ illi crudelitati non solum præesse,uerum etiam interesse.Cice At.139 a.

Ipse interfuit & præsens uidit.Ci.đ In.61.a.

Roscius ne in conuiuio quidem ullo ferè interfuit. Cice. ꝑ.S.R.24.b.

Huic conuiuio Quintus defuit.Ci.Q.Fr.310.a.

Quibus in rebus interesse non possumus.ꝑ.S.R.36.b.

Hic in testamento faciendo interfuit.Ci.ꝑ Clu.52.a.

Interesse in consilijs aliquorum.Cice.I.V.75.a.& đ In. 54.a.Interesse in aliqua negotia.

Qua in re ego interfui.Ci.Ep.219.a.

Ratiocinatio dicitur tum interfuisse,cum etc.Ci.đ In 64. a et.65.a.Cum causa,quare peccauerit,non intercesserit.

Quibus in rebus alicuius firma authoritas uidebitur interfuisse.Ad Her.3.b.

Tybris inter eas & pons interest.Ci.I.C.111.a.

Si maria,montes,regionũ magnitudines interessent,odisses eum.Ci.I.A.246.b.

Cuius inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt.Ci.đ Sen.90.a.

Intertrimentum,ti. Ci.I.V.103.a.Cum eo sine ullo intertrimento conuenerat.

Interuallum,li. spatium,diuisio,discrimen.

Ci.đ Or.541.b.Vtendũ est locis multis illustribus,explicatis modicis interuallis.

Vt quoniam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus,per literas tecũ q̃ sæpissime colloquar.Ci.Ep.6.a

Dolor si longus leuis, dat enim interualla & relaxat. đ Fin. 84. b. Satis eum longo interuallo ad suam uillam reduximus. Ci. Acad. 39. a.

Cum uero interuallum iam satis longum fuisset, non putaui &c. Ci. Ep. 72. b.

At cum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit, quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit eodem interuallo, pars eius belli in Italiam peruasit. Ci. I. V. 236. b.

Neq; a sole longius q̃ unius signi interuallo discedit. Ci. đ. N. 36. b.

In Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. Ci. đ Or. 100. b.

Interuallum sesquialterum sesquitertium sesquioctauum. Ci. đ Vn. 199. a. & ibi. Duplum et triplum interuallum. Reliqua uero tria interualla infinita & immensa. a sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni stellam. Cic. đ D. 127. b. Fore ut certis temporum interuallis animal oriretur. Ci. đ Vn. 202. a.

Opinio est natiuos esse deos longis interuallis orientes occidentesq;. Ci. đ. N. 7. a.

Ego uero tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregi. Ci. ꝓ Mur. 127. b.

Perficiam ut huius ordinis authoritas, quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo interuallo reip. restituta uideatur. Ci. ꝯ Rul. 65. b.

Dierum iam amplius L interuallo nihil a te literarum. Cice. Q. Fr. 323. b.

Quoniam longo interuallo modo primum te paulo hilariorem uideo. Ci đ Cla. 166. a.

Satis lõgo interuallo post iterũ aduocantur. ꝓ Clu. 55. a

Vt cum longo interuallo ueneris, contendas &c. Cice. ꝓ Mur. 128. b. Hodierno die longo interuallo ad spem libertatis exarsimus. Ci. I. A. 194. a.

Venio nunc longo sane interuallo ad quandam epistolam, quę &c. Ci. At. 282. a.

Longo enim interuallo uideo mutata esse omnia. Ci. At. 277. a. Me perlongo interuallo prope memoriæ tẽporumq; nostrorum primum hominem nouum consulem fecisti. Ci. ꝯ Rul. 66. a.

Longo interuallo iudicium inter Sicarios hoc primum committitur Ci. ꝓ S. R. 20. a.

Consuetudo longo interuallo repetita et relata. Ci. I. V. 65. b et 79. a. Longo interuallo ueterẽ consuetudinem retuli. & At. 3. a. Et nos longo interuallo uiseris.

Tu si interuallum longius fuerit mearum literarum, ne mireris. Ci. Ep 104. a.

Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. Ci. I. V. 265. b. Si cum animis uestris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. Ci. ꝓ Clu. 32. a.

Cum res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur. Ci. đ Cla. 32. a.

Longo interuallo Romam uenis. Ci. ꝓ Fla. 161. a.

Interim satis longo interuallo uenit Heracleam. Cice. ꝓ Arch. 186. b. Interim neq; ita longo interuallo ille uenit. Ci. ꝓ Fla. 156. a.

An laurea illa amittet longo interuallo uiriditatem? Ci. đ Pro. 75. a. Amicitia longis interuallis temporis interrupta Ci. Ep 251. b.

Illa quę quasi longo interuallo interiecto uidemus. Cic. Off. 7. a. Studia quæ longo interuallo intermissa reuocaui. Ci. Acad. 148. a.

Primum ut te tanto interuallo uiderem. Ep. 252. a.

Interualla uocis in loquendo. Ad Her. 20. a.

Illi octo cursus septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Cice. đ Som. 129. a.

Interualla sonorum. Ci. Tusc. 156. b.

Sonus interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. Ci. đ Som. 128. a.

Distinctio & æqualium & sæpe uariorum interuallorum percussio numerum conficit. Ci. đ Or. 160. a. & ibi. Numerum in cadentibus guttis, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. & ibi. Quod metiri possumus interuallis æqualibus.

Distincta alios & interpuncta interualla, moræ, respirationesq; delectant. Ci Or. 201. b.

Numerus interuallis, compositio uocibus apparet. Cice. Or. 214. b. & ibi. Interuallorum longorum & breuium uarietas. & 216. a Pedes non syllabis sed interuallis metiendi & ibi. Trochæus, qui temporibus & interuallis est par iambo.

